Tomus ſeptimus operum,

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

Præſtantiorem adferens naturalis philoſophiæ partem, inqua de Anima, potentiis, & functionibus eius diſſeritur. Parua (quæ vocant) naturalia, cũ. Auer. Cõmentatione. libros de Animalium generatione, cũ eiuſdem Auer. paraphraſi.

DEMVM, VT TOTVM QVOD HVIC SECTIONI vtile dignoſcitur ſtudioſo lectori pręſtemus, Phiſiognomicos, de Spiritibus, de Coloribus anneximus libellos, a maioribus Ariſtoteli aſcriptos, Nec non Quęſitum illud non ignobile Auguſtini Sueſſani de Senſu agente. Huic ſcientię plurimum cõducens,

OMNIA HAEC SIC NITIDA, LVCVLENtiſsimaq; prodeunt in lucem, quod adunguem (vt aiunt) ſtudioſis ſatisfeciſſe cenſeamus.

In Hoc quæ includantur tomo, ſequens indicat pagella.

Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq: Veneti decretis.

VENETIIS MDLX.

IN HOC SEPTIMO VOLVMINE
Hęc continentur.

Hæc autem omnia præfationem legenti apertiora fient.

Primi libri de Anima.



Summæ ac Capita Secundi libri de Anima.

Summæ ac Capita Tertii libri de Anima.

Capita libri de Sensu, & Sensilibus.

Capita libri de Memoria, & Reminiscentia.

Capita libri de Somno, & Vigilia.

Capita libri de Somniis.

Capita libri de Diuinatione per somnum.

Capita libri de animalium Motu.

Capita Primi libri de Generatione animalium.

Capita Secundi libri de Generatione animalium.

Capita Tertii libri de Generatione animalium.

Capita Quarti libri de Generatione animalium.

Capita Quinti libri de Generatione animalium.

Capita libri de Longitudine & Breuitate uitæ.

Capita libri de Iuuentute & Senectute,Vita & Morte,& Respiratione.

Summæ ac capita Physiognomiæ.

Capita libri de Spiritu.

Capita libri de Coloribus.

Indicis Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE ANIMA LIBER PRIMVS.

Cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponitur nobilitas, ac difficultas scientię ipsius Animę.
In Secunda Antiquorum narrantur opiniones de Animę essentia.
In Tertia eędem confutantur opiniones: Adducunturq; nonnullę circa Animę unitatem quęstiones.

Summæ Primæ Caput Primum. Quas ob res Animæ cognitio & nobilis sit, & difficilis.

Onorum, & honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut secundum certitudinem, aut ex eo quod & meliorum, & mirabiliorũ est: propter vtraque hæc animæ historiam rationabiliter vtique in primis ponemus. Vide cõtradictionẽ Zi marg.

C Quoniam de rebus honorabilibus est scire aliquid de rebus, quę differunt abinuicem, aut in subtilitate, aut quia sunt cognitæ per res digniores, & nobiliores, necessarium est propter hęc duo ponere narrationem de anima positione præcedenti.

Ntendit per subtilitatem confirmationem demonstrationis. Et intendit per hoc, quod dixit aut quia sunt cognitę per res digniores & nobiliores, nobilitatem subiecti. Artes enim non differunt ab inuicẽ, nisi altero istorum duorum modorum, s. aut confirmatione demonstrationis, aut nobilitate subiecti, aut vtroq;. verbi gratia quoniam Geometria excedit Astrologiam per confirmationem demonstrationis. Astrologia autem excedit illam nobilitate subiecti. Et dixit, necessarium est propter hęc duo, &c. idest, necessarium est, quia hęc duo inueniuntur in scientia de anima, vt procedat sermo de ea ante alias scientias. Et manifestum est consyderantibus: quoniam subiectum huius scientię est nobilius alijs: & similiter demõstratio eius est magis firma. Et incœpit sermocinari ita. Quoniã de rebus &c. inducendo hoĩes ad amorẽ scię, & sermo eius est in forma syl'i cate- 1 Dĩa in nobilitate sciẽtiarum.

gorici, & quasi dicit &, quia nos opinamur ꝙ cognitio est de rebus honorabilibus, & delectabilibus, & ꝙ scientię superant se adinuicem, aut propter confirmationem demonstrationis, aut propter nobilitatem subiecti, aut propter vtrūq; sicut inuenimus in scientia de anima, scilicet quia superat in his duobus alias scientias, pręter scientiam Diuinam: necessarium est opinari ꝙ scientia animę antecedenti alias scientias: & ideo posuimus eam inter omnia quęsita positione pręcedenti. D

Scīa de aīa oēs scīas excedit ī nobilitate subiecti, & certitudīe demōstratiōis, excepta Diuina.

Videtur autem & ad veritatem omnem cognitio ipsius multum conferre: maxime autem ad naturam. est enim tanquam principium animalium.

Et nos videmus etiam quòd cognoscere eam adiuuat magno iuuamento in omni veritate: & maxime in natura: est enim * quasi principium animalium.

* a.l. quoddam.

2 Cum demonstrauit causam, propter quā debet esse hęc scientia magis honorabilis, & pręcedēs alias scientias nobilitate, incœpit etiā demonstrare vtilitatem huius scientię, dicēdo Et nos videmus etiā ꝙ cognitio, &c. Et intendit per omnē veritatē scientias speculatiuas. & intendit per hoc, qd dixit & maxime in natura, i. & maxime in scientia Naturali. D.d. causam, propter quā magis adiuuat Naturalē scientiam quā aliā dicendo est.n.* quasi principiū animaliū. i. & causa in hoc est, quia cognoscere de animalibus est maxima cognitio partiū naturaliū: & anima est principiū aīaliū. vnde necessariū est vt scire de aīa sit necessariū in cognitione animaliū, non tantum vtile. Et debes scire ꝙ iuuamētum scientię animę ad alias scientias inuenitur tribus modis. Quorū vnus est scdm ꝙ est pars illius sciētię: immo nobilissima partium eius, sicut habet dispositionē cum scīa Naturali. Aīalia.n. sunt nobilissima corporum gñabilium, & corruptibilium. aīa aūt est nobilius oībus, quę sunt in animalibus. Scds est, quia dat pluribus scientijs plura principia; vt scientię Morali, s. regendi ciuitates, & Diuinę. Moralis.n. suscipit ab hac scīa vltimum finem hominis, in eo ꝙ est homo, & sciētiam suę substantię, quę sit. Diuinus aūt suscipit ab ea substantiā subiecti sui. hic.n. declarabitur, qm formę abstractę sunt * intelligentię, & alia multa de cognitione dispositionum consequētium intelligentiā, in eo ꝙ est intelligētia, & intellectus. Tertius vero est commune iuuamentum: & est facere acquirere confirmationem in primis principijs, quoniam ex ea acquiritur cognitio causarum primarum propositionū, & cognitio alicuius per suam causam est magis firma, quam sui esse tantum. E

*a.l. quoddā

Documētū. Iuuamētum scię aīę ad alias scīas īuenit tribus modis. Idē.12.Me. 36.&.2.Cœli cō.61. vide tē.3. hui' cō.5. in fōne qōnis tertię.

* a.l. intelligentes.

Querimus autem contemplari, & cognoscere naturam ipsius, & substanitam: postea quæcunque accidunt circa ipsam: quorum alia quidem propriæ passiones videntur alia autem communes, & animalibus propter illam inesse. F

Et quæsitum est scire naturam, & substantiam eius: postea autem omnia, quæ accidunt ei, & existimatum est ꝙ horum accidentiū quædam sunt pasiones propriæ animæ, & quędam accidunt corpori propter animam.

3 Cum demonstrauit vtilitatem huius scientię, incœpit demonstrare intentionē suam dicando. Et quęsitum est, &c. i. & illud, quod quęrendū est in hac scīa, & perscrutandum, est scire animę naturam, i. sbstantiam eius. deinde scire oīa contingētia ei: sicut est de alijs cōsyderādis in scīa Naturali. * Cognitio.n. cuiuslibet generis, & spēi nō complebitur nisi per cognitionem substantię illius spēi, & per cognitionē eorū, quę contingunt ei, vt dictū est in Posterioribus analyticis. D.d. & existimatum est, &c. i. accidentium aūt contingentium aīę quędam sunt, vt existimatur, passiones, quę appropriātur aīę, s. qm anima nō indiget corpore in habendo has passiones, verbi gratia vt imaginatione per intellectū.

* Cognitio cuiuslibet generis, et spēi eius non cōpletur nisi p cognitiōem subę illi' spe

A queđã aũt reputantur indigere corpore, & ꝙ non cõplebuntur nisi p vtrãq;.s. aĩa,& corpore. Et hoc intẽdebat, cum dixit.& quedam contingunt corpori ꝑꝑ aĩam.et hę sunt passiones attributę virtuti concupiscibili, s. aĩę,quę desyderat, & fugit. Et induxit hanc diuisionem in accidentibus aĩę:qm̃ illud,quod est magis desyderatum de passionibus aĩę,est vtrum possit esse de eis abstractum aliquid,aut non:quod impossibile est,nisi sit aliquod earum proprium animę sine corpore. Et põt intendere per passiones proprias animę,eas,quę primitus existunt in aĩa,& secundo in corpore:vt sensus,& imaginatio, & intẽdit per alias, eas,quę existunt in aĩa propter corpus,vt somnum,& vigilias. & sic comprehendit in hoc sermone omnia,quæ contingunt animę,& attribuuntur ei.

ciei ꝑ cogni- tionẽ eorũ, q̃ cõtingunt ei. Idẽ.1.Poste.t.cõ.43. Illud,qđ magis desyderatum est de passionibus aĩę est vtrũ de eis possit esse aliqđ abstractũ, vel nõ.idẽ infra cõ.12.

Omniquaque autem, & omnino difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa.Cũ enim sit quæstio cõmunis & multis aliis(dico autem eam, quæ circa substantiam,& ipsius quid est)fortassis alicui videbitur vna quædam methodus esse de omnibus,de quibus volumus cognoscere substantiam: sicut & eorum,que scdm̃ accidens propriorum demõstrationẽ.quare quærendum vtiq; erit methodũ istã.

B Et valde difficile,& graue inuenire aliquid firmum in esse eius ex hac perscrutatione. Quoniam hæc perscrutatio,quia est communis aliis multis modis, scilicet perscrutatio de substantia eius, & de ea quid sit, necesse est existimari ꝙ via in omnibus rebus,quarũ substantiam volumus cognoscere sit eadem: quemadmodum via demonstrationis in passionibus contingentibus substantiæ est eadem. quapropter necesse est hanc viam declarare.

Cum demonstrauit ꝙ quęrenda in hac scientia sunt principia duorũ generũ, quorũ vnum est scire substãtiam aĩę,& aliud est scire ea,quę contingunt substãtię,incœpit primo demonstrare ea,ꝓpter quę est difficile scire substantiã eius: & est difficultas cognitionis vię & regulę,ex qua põt quis inuenire suã definitionẽ.Et dixit.Et valde est difficile,&c.i.& valde est difficile in cognitiõe definitionis aĩę habere regulam & viã, ex qua possumus scire definitionẽ verã,i. viam inducentẽ nos ad suã definitionẽ perfecte.qm̃,si talẽ regulã habuerimus, tunc facile erit cognoscere definitionẽ aĩę. D, Incœpit demonstrare modum,ꝑꝑ quẽ difficile est inuenire talẽ viam, & dare dubitationes, quę cõtingũt ꝑꝑ hãc difficultatẽ.& dixit,Quoniã hęc ꝑscrutatio,quia est cõis,&c.i. & cã huius dif- 4
C ficultatis est : qm̃ hęc perscrutatio de aĩa, quę est quęrere cognitionẽ substãtię eius,quę est cõis ei,& oĩbus rebus,quarũ substãtia est quęrenda, põt quis dicere ꝙ via vr̃ ꝑuenimus ad cognoscendum dęfinitiones rerũ, eadẽ est in quęrẽdo cognitionẽ substãtię eius,& aliarũ substantiarum oĩum rerum quęrendarũ. Et dat rõnem super hoc, dicendo qm̃ quemadmodũ via, qua fit demõstratio super passiones,quę contingunt rebus,est eadem via in anima,et in alijs,ita est in via cognitionis substãtię: vnde necesse est scire istã viã,quę sit. quod est valde difficile. Et, cum narrauit difficultatẽ contingentem dicenti ꝙ ista via est eadẽ, quoniam quęrendum est ab eo scire illam viam,quę sit incœpit demõstrare difficultatem contingentem dicenti ꝙ ista via non est eadem.

Si autem non est vna quædam,& communis methodus de ipso q̃d est,adhuc difficilior fit ipsa negociatio.oportebit enim accipere circa vnumquodq; quis modus. Si autem manifestum sit vtrum demõstratio aliqua sit, aut diuisio,aut etiã aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes,& errores,ex quibus oportet quærere.alia enim aliorum principia,sicut numerorum, & planorum.

Si aũt ista via non fuerit eadem, & cõis tunc erit magis difficile

illud, quod quæsitum est. necessarium enim erit inuenire aliquã viã D
in vnaquaq; rerum, & scire illam viam, quæ sit. Et, si fuerit declaratum vtrum sit demonstratio, aut diuisio, aut alia via, post remanebunt plures dubitationes in eis, ex quibus debemus quærere. principia enim rerum diuersarum sunt diuersa, verbi gratia principia numerorum, & superficierum.

5 Intendit, & si hęc via, qua imus in inueniendo definitiones rerum, & cognoscendo substantias earum, nõ fuit eadem, & communis oibus rebus, quarũ definitiones sunt quęrẽdę, sed plures vna, tũc illud, qđ quęsitũ est de cognitione substantię, magis erit difficile. necessariũ est enim tunc scire primitus in vnaquaq; rerum, quarum definitio est cognoscenda per aliquã viam propriam illis rebus, quarum substantiæ sunt cognoscendę. Et, cum fuerit declaratũ a nobis illã viã esse, & esse vnam, tunc necessarium est nobis post scire illam viam, quæ sit: vtrũ demonstratio, vt dicebat Hippocrates: aut diuisio, vt Plato dixit: aut alia via, vt via cõpositionis, quam Arist. dedit in Posterioribus. & cum hoc fuerit declaratum, remanebũt post multę dubitationes, & loca erroris in rebus, ex quibus oportet quęrere cognitionem definitionum rerum, necesse est .n. cũ cognitione istius vię scire prĩcipia .ppria cuilibet generi generũ speculãdorũ. Principia .n. rerũ diuersarũ genere sunt diuersa. vnde cognitio istius vię nõ sufficit in scire definitiones rerũ, nisi scita fuerint principia propria illis rebus, propriis, * nam definitiones nõ cõponuntur nisi ex principijs propriis, quę sunt in re. E

De modo venandi definitionẽ triplex fuit opinio.

Pro opiniõe Aristo. vide etiã. 6 Met. cõ. primo.

Principia rerũ diuersarũ genere sunt diuersa. qđ quomõ sit intelligẽdũ vide. 12. Met.

* Definitiones nõ componũtur nisi ex principiis q̃ sunt in re. vide cõsimile. 1. ph. & 2. ph. vtrobiq; 27. cõ.

Primum autem fortasis necessarium est diuidere in quo generũ & quid sit. dico autem, vtrum hoc aliquid & substantia sit, an qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud diuisorum prædicamentorum. Adhuc autem, vtrum eorum, quæ in potentia sunt, an magis actus quidam sit. differt enim non parum.

Et dignum est & rectum vt primo determinemus in quo genere existit, & quid est, scilicet vtrum sit hoc & substantia, aut quale, aut quantum, aut aliud prædicamentorum, quæ sunt determinata a nobis Et amplius, vtrum sit ens in potentia, aut est dignior vt sit aliqua endelechia: quoniam hæc duo non parum differunt.

6 Cum demonstrauit difficultatẽ contingentem ei, qui voluerit definire animã, incœpit demonstrare ea, quę primo perscrutanda sunt ab eo, qui voluerit scire definitionem suam perfectam veram. Et dixit, Et dignum est, & c. i. necessariũ est volenti scire definitionem suam scire primo in quo genere decẽ generũ cõtinetur, vtrum in substantia, aut in qualitate, aut quãtitate, aut in aliis. Deinde, cum sciuerit genus, in quo collocatur, necesse est ei scire vtrũ sit in illo genere secundum potentiam: aut si in eo secundum q̃ est endelechia, s. in actu. Differentia enim inter hęc duo est magna. s. opinari q̃ est in aliquo prędicamentorum, si non erit determinatum hac determinatione. † potentia enim & actus sunt differentię, quę contingunt omnibus prędicamentis, & sunt valde oppositę. F

† Potẽtia et act' sunt differentię valde oppositę. contingentes oibus prędicamẽtis. Idẽ 12. Met. t. c. 8. & cõ. 26. & 8. Me. 15. 7. Me cõ. 31 & 5. Ph. cõ. 9. & 5. Me. ta. 14.

Considerandum autem & si partibilis sit, an impartibilis: & vtrũ sit similis speciei omnis anima, an non. Si autem non similis speciei, vtrum specie differant, an genere. nunc enim dicentes, & quærentes de anima, de humana solum videntur intendere.

Vide infra tex. 89. & inde.

Amplius autem considerandum est vtrum sit diuisibilis, aut nõ: & vtrum omnes animæ vniuocentur in specie, aut non. Et, si non cõueniunt, vtrum differant in specie, aut in genere. nos autem inuenimus omnes loquentes, & perscrutantes de anima q̃ non videntur

A consyderare nisi tantum de anima hominis.

7 Cum incœpit numerare qõnes perscrutãdas ab eo, qui vult consyderare de aĩa,& demõstrauit primo ꝙ substãtia eius est querẽda, incœpit ẽt dicere quid est querendum post hoc,& dixit. Amplius consyderandum est vtrum sit diuisibilis,i.secundũ subiectũ,aut non diuisibilis per diuisionẽ eius. Plato.n.dicebat ꝙ virtus intelligibilis est in cerebro,& cõcupiscibilis in corde,& naturalis,s. nutritiua in hepate. Arist.aũt opinat eas esse vnam subiecto, & plures secundum virtutes. Deinde.d.& vtrum omnes animę,&c. idest & consyderandũ est post vtrum anima est eadem in spęcie in omnibus animatis, verbi gratia anima hominis,& equi:aut sunt diuersę. Deinde.d.Et, si non cõueniunt,&c.idest & consyderandum est,si apparuerit ꝙ sint diuersę in specie, vtrum illa diuersitas sit in specie tantum,& tamen conueniũt in genere:aut illa diuersitas sit in vtroque.dimittere enim hanc perscrutationẽ est causa,propter quã Antiqui non cõsyderauerunt nisi tantum de anima hominis:existimãdo ꝙ consyderatio de hoc sit cõsyderatio de aĩa simpliciter. Et hoc esset verũ, si aię essent eędem in specie:modo aũt,quia sunt diuersę, necesse est consyderare si conueniant in genere;quoniã tunc debemus solicitari primo circa definitionẽ illius generis,deinde post circa ea,quę appropriantur vnicuique animę:sicut fecit Arist.& indif-

B ferenter siue illud genus fuerit prędicatum vniuoce, aut secundum prius,& posterius:sicut est in definitione,quam post inducet de anima.

Plato posuit virtutẽ rõnalem in cerebro, cõcupiscibilẽ in corde,& naturalẽ in hepate: sed Aris.opinat ꝙ sũt idẽ subiecto, & plres scdm uirtutes. Idẽ cõ.73.et.74 cõ.super primo canticorum de opinione Arist. vide ẽt infra ĩ hoc primo cõ.89.& 90 & 91. & 93.

Cauendum autem est, vt non lateat vtrum vna ratio ipsius est, sicut animalis, an secundum vnumquodq; altera, vt equi, canis, hominis, dei. Animal autem vniuersale, aut nihil est aut posterius. similiter autem & si quod commune aliud prædicetur.

Aĩal vl̃e aut nihil est, aut posterius.

Et oportet nos præseruare ne ignoremus vtrum definitio eius sit eadem, vt definitio viui: aut sit alia in quolibet, verbi gratia definitio equi,& canis,& hominis,& dei. Viuum autem vniuersale, aut nihil est, aut est postremum. similiter etiam & si est hic aliud, de quo prædicatur vniuersale.

8 Cum narrauit ꝙ necesse est dñm huius artis ponere suam consyderationẽ in aĩa vniuersali,incœpit demonstrare ꝙ,cũ quęsiuerit definitionem aĩę vniuersalis,oportet nõ ignorare vtrũ illa definitio sit de numero definitionũ generũ,aut de numero definitionum specierũ,sicut ignorauerũt Antiqui. Et dixit.Et oportet nos pręseruare,cum quesiuerimus eandẽ definitionem vniuersalẽ ei,ne igno-

C remus utrum vniuersalitas illius definitionis in oĩbus aĩalibus sit sicut vniuersalitas aĩalis in oĩbus suis spẽbus:aut sicut vniuersalitas definitionis hoĩs,& definitionis equi in omnibus suis indiuiduis qm̃,cũ hoc fuerit consyderatũ nõ contingeт nobis,cũ locuti fuerimus de anima hoĩs,vt existimemus nos loq de omni anima:sicut cõtingit Platoni. Deinde,d. Viuũ aũt vniuersale.&c. Demõstrat per hoc ꝙ ipse non opinatur ꝙ definitiones generũ,& specierũ sint definitiones rerum vniuersalium existẽtium extra aĩam:sed sunt definitiones rerũ particularium extra intellectũ:sed intellectus est,qui facit in eis vniuersalitatẽ. Et quasi dicit nõ attribuit esse definitionũ speciebus & generibus,ita ꝙ illę res vniuersales sint existentes extra intellectum. viuum.n.vl̃e,aut nihil est oĩno,aut esse eius est posterius ab esse rerũ sensibiliũ:si est aliquid vl̃e ens p se. Et dixit hoc, qa apparet hic ꝙ definitiones sunt de istis rebus sensibilibus existentibus extra intellectũ:& tũc aut nõ sunt res vl̃es existẽtes per se, vt Plato dicebat: aut, si sunt,esse earũ nõ est necessariũ in intelligẽdo substãtias rerũ sensibiliũ,et qua si dicit ꝙ non curat in hoc loco quocunq; sit,cũ apparet ꝙ iste definitiones nõ sunt nisi in rebus particularibus existentibus extra animam :sed quod apparet hic,est ꝙ aut nõ sunt oĩno,aut si sunt,postremũ sunt,i.sunt posteriores a rebus sensibilibus,qm̃,si pręcederẽt eas,ita ꝙ essent cãę earũ,nõ possemus intelligere substãtias rerũ sensibiliũ nisi postq̃ habuissemus fidẽ sui esse:sicut est dispositio

Documẽtũ. Arist.nõ opinat ꝙ definitiones generũ, & specierũ sunt definitiões rerũ vl̃ium existẽtiũ extra animã;sed intellectus est qui facit vl̃itatẽ in eis. Vide 12.Met. cõ. 4.27. &.2. huius cõ. 60 &.3. huius. cõ.18. & primo Met. 6. &.26 &.27 c.et,3.Met. cõ 20. &.12

de alijs causis rerum existentibus in eis,s.forma.& materia. D

Amplius aũt,si non multæ animę,sed partes,vtrum oportet quęrere prius totam aĩam, an partes. Difficile aũt & harum determinare quales aptæ natæ sint alteræ abinuicem esse.

Et etiam,si anime non fuerint multæ,sed secundũ partes vtrum, est quærendum primo de anima secundum totum, aut de partibus suis.Et quod est valde difficile ad distinguendum,est quę earum differunt abinuicem secundum nãturam.

9 Dicit & etiam cum declaratum fuerit ꝙ aĩę non sunt plures scdm subiectũ, sed scdm partes,tñ eędem subiecto, oportet perscrutari vtrũ debeamus ponere principium cõsyderationis primo de tota aĩa,deinde postea de suis partibus:aut primo debemus cõsyderare de partibus animę,antequã de aĩa scdm totũ,in eo quod est anima. D. d. Et qđ est valde difficile,&c.i. &, cum posuerimus eam esse plures scdm partes,difficile est nobis distinguere has partes, & dare drĩas, quibus differũt abinuicem.in quibusdã.n.sunt manifestę, & in quibusdã latentes: v. g. inter intellectum & imaginationẽ, & inter imaginationẽ & sensũ.

· Drĩa inter quasdã pties aĩę ẽ manifesta, & inter quasdam latens.

Et vtrũ partes oportet quærere prius, an opera ipsarum:vt intelligere an intellectum,& sentire an sensitiuum.similiter aũt & in aliis. Si aũt opera prius, verum vtique dubitabit aliquis si opposita prius his quærendum:sicut sensibile sensitiuo,& intelligibile intellectiuo. E

Et vtrum perscrutandum est prius de partibus aut de suis actionibus:verbi gratia vtrum prius de intelligere aut de intellectu, aut de sentire aut de sensu.& sic de similibus.Et,si prius perscrutandũ est de actionibus, potest homo dubitare vtrum est perscrutandũ de sensato ante sensum,& de intellecto ante intellectum.

10 Cum incœpit numerare dubitationes, quę cõtingunt in ordinatione perscrutationis de anima,& dixit prius,vtrũ sit cousyderandũ de aĩa vniuersali, aut particulari,incœpit modo quęrere,cum consyderauimus de partibus,vtrũ sit incipiendũ de eis,& post de suis actionibus,aut econuerso. Et dixit. Et vtrũ perscrutãdum est prius,&c.& eius sermo est intelligibilis per se. D.d. Et si prius perscrutandũ est de actionibus,põt homo dubitare,&c.i.&,si declaratum fuerit ꝙ oportet nos prius quęrere de actionibus, dubitabit homo in hoc vtrũ debeat incipere a sensato ante sensum,& ab intellecto ante intellectũ:aut econtrario. Et dubitabit in talibus : quia oportet nos ire de eis, quę sunt magis nota apud nos,ad ea,quę sunt latẽtiora apud nos, & in hoc differunt scientię.* scientiarũ enim in quibusdã ea ,quę sunt magis nota apud nos sunt ꝑcedẽtia,vt in Mathematicis : & in qbusdã ecõtrario,vt in quibusdã,quę cõtinẽtur ĩ scĩa Naturali. F

*In Mathematic seadẽ sunt nota nobis & naturę : econtra in Naturalibus.Idẽ primo Ph. c.2. &.7. Meta. cõ. 10. &.3. Cę.61. vide etiẽ.2. Met. cõ.16.

Videtur aũt nõ solum ipsum quid est cognoscere vtile esse ad cognoscendas causas accidentiũ substantiis,sicut in Mathematicis quid rectum,& quid obliquum,aut quid linea,& planum ad cognoscendum quot rectis trianguli auguli sunt æquales:sed & contrario accidentia cõferunt secundum magnam partem ad cognoscendũ ipsum quid est.Cum.n.habemus reddere secundũ imaginationẽ de accidẽtibus, aut oĩbus, aut pluribus, tunc & de substantia habebimus dicere aliquid quam optime. omnis enim demonstrationis principium est ipsum quid est.Quare secundum quascunq; definitiones nõ contingit accidentia cognoscere,sed neq; cõiectare de ipsis facile, manifestum ꝙ dialectice dictæ sunt & vane omnes.

Accidentia magnã partẽ cõferunt ad cognoscẽdũ ipm qd est.

A Et videtur ꝙ hoc non solummodo est vtile, scilicet scire quid sit aliquid, in sciendo causas accidentiū substantiarum, verbi gratia in Mathematicis, quoniā scire quid est rectū, & curuū, & quid est linea, & quid est superficies, est vtile in cognoscendo angulos trianguli quot angulis rectis sunt æquales: sed etiam econuerso, scilicet ꝙ accidentia adiuuāt maxime in sciendo quid est aliquid. Quoniam, cum declarauerimus aliquid secundum viam imaginationis in omnibus accidentibus, aut in pluribus eorū, tunc dicemus etiam de substantia meliorem sermonem. nam quid est aliquid est principium omnis demonstrationis. Et quod fuerit ex definitionibus, per quod non præparatur cognitio accidentium, neque intelligitur aliquid ex eis facile, manifestum ꝙ non sunt nisi verba sine certitudine.

Cum dubitauit a quo debet incipere dominus istius artis, vtrum a posterioribus ad præcedentia, aut econuerso, incœpit notificare ꝙ vtraq; via est cōis scientis, & in vsu earum: qm̄, quāuis sit magis famosum ire de præcedētibus ad posteriora, tamen aliquando ibitur de posterioribus ad ꝓcedentia. Et dixit. Et videtur, &c.i. & videtur ꝙ sola cognitio substantię rei non sit principium cogni 11
B tionis accidētium eius: vt contingit in Mathematicis. scire enim quid est linea, & quid est rectum, & quid est curuum, & quid est superficies in Geometria est principium cognitionis angulorum triāguli, s. quot angulis rectis sunt ęquales: sed etiam econuerso, s. ꝙ scire plura posteriora est principium ad sciendum antecedentia. & sermo eius in hoc est intelligibilis per se. Et, cum demonstrauit ꝙ scire posteriora aliquando est principium ad sciendum antecedētia, incœpit notificare ꝙ hoc non accidit oībus accidentibus cōtingētibus rei, s. vt sint principium cognitionis rerum antecedentium, s. substantię, & dixit. Quoniam, cum declarauerimus aliquid secundum viam, &c. idest & non est possibile vt tale contingat, s. ire a cognitione accidētium ad cognitionē substantię, nisi, qñ accidentia rei fuerit cognita a nobis secundum viam imaginationis, i. accidentia, quę manifesta sunt existere in re, & quę sunt in loco eius, s. accidentia essentialia propinqea, aut oīa, aut plura, & quasi dicat, & nō pręparatur nobis cognitio substantię per cognitionem accidentium, nisi cum sciuerimus accidētia propinqua essentialia, aut oīa, aut plura. tunc enim continget vt inducamus meliorem definitionē substantię. Deinde. d. nam quid est aliquid est principium oīs demonstrationis. & hoc respōdet ei, a quo incœpit sermonem, s. ꝙ cognitio de 4. Met. 14.
C finitionis est vtilis in cognitione accidentiū. D. incœpit declarare ꝙ hoc contingit omni definitioni: & ꝙ omnis definitio, per quam non cognoscuntur accidentia non dicitur definitio, nisi ęquiuoce: aut quia in ea collocatur aliquid falsum: aut quia componitur ex causis remotis, aut accidentalibus, & dixit. Et quod fuerit ex definitionibus, &c. i. & sermo eius in hoc est manifestus per se.

Oīs definitio, per quā non cognoscuntur accidentia, nō dicitur definitio, nisi ęquiuoce. vide. 4. Ph. cō. 31. et 4. Cę. cō. 2. & 2. de Aīa 12. & 26. & 2. Cœli. 40.

Dubitationem autem habent & passiones animæ, vtrum sint omnes cōmunes & habentis, aut sit aliqua & ipsius animæ propria. hoc enim accipere quidem necessarium est, non autem facile. Videtur autem plurimarū nullū sine corpe pati, neq; agere: vt irasci, confidere, desyderarè, oīno sentire. Maxime aūt* assimilatur ꝓprio ipsum intelligere. Si aūt est & hoc imagninatio quædā, aut nō sine imaginatione, non continget vtiq; hoc sine corpore esse.

* a. l. videt proprium.

Et est dubium de passionibus animæ, vtrū omnes sint communes, & sint cum hoc ei, in quo sunt, aut quædam etiam approprientur animæ. hoc. n. necessarium est scire, sed nō est facile. Et nos videmus

ꝙ plures earũm impoſsibile eſt vt ſint neque actio, neq; paſsio extra D
corpus: verbi gratia iracundia, & deſyderiũ, & audacia,& vniuerſaliter ſentire. Quod autem videtur proprium ei eſt intelligere. Sed, ſi hoc etiã eſt imaginatio, aut non poteſt eſſe ſine imaginatione, impoſsibile eſt vt ſit neq; etiam hoc extra corpus.

12 Cum numerauit ea, quę quęrenda ſunt in hac ſcientia, incœpit ẽt dicere quoddam per utile, & ꝙ animę eſt multũ deſyderatum: & eſt vtrũ omnes actiones, & paſsiones animę nõ inueniãtur niſi per cõicationem corporis, & ſunt cũ hoc actiones, & paſsiones in rebus exiſtentibus in corpore: aut inueniť in eis aliquid habẽs cõicationẽ cũ corpore, neq; indiget in actione, aut paſsione ꝓpria aliquo exiſtẽte in corpore. manifeſtũ eſt.n. ꝙ plures earum habent cõicationem cũ corpore: ſed eſt dubium, ſicut dicit, de intelligere. Et dixit vtrum oẽs ſint cões, &c. idest vtrũ omnes actiones, & paſsiones eius habeant cõicationem cũ corpore: & ſint cum hoc actiones, aut paſsiones in rebus exiſtentibus in corpore. Et hoc intẽdebat, cum dixit. & ſint cũ hoc ei, in quo ſunt, i. cõicantes cum corpore, & exiſtentes in eo, quod eſt in corpore. Et poſsibile eſt vt aliquod non cõicans corpori ſit exiſtens in rebus exiſtẽtibus in corpore: & poſsibile eſt actio alicuius E
nõ cõicantis corpori ſit nõ exiſtẽs in aliquo eorũ, quę ſunt in corpore. Et iſta perſcrutatio de aĩa eſt valde perutilis neceſſaria in ſciendo qualitatẽ abſtractionis animę. & hoc debemus ponere in directo oculorũ noſtrorum. Et ideo dixit, hoc enim neceſſarium eſt ſcire. Hoc aũt, quod dixit. ꝙ plures paſsionũ aĩę vidẽtur habere cõicationem cum corpore, & ꝙ illæ partes aĩę, quę habent illas paſsiones conſtituuntur per corpus, vt iracundia, & deſyderiũ, manifeſtum eſt per ſe; & maxime in paſsionibus attributis animę concupiſcibili, ſcdm ꝙ poſt dabi-

Infra.14. mus rõnem: & poſtea in paſsionibus ſenſus: quãuis magis lateat in eis. in primo .n. inſtrumẽto ſenſus nõ apparet paſsio manifeſta apud ſentire, ſicut apparet in iracũdia, & verecũdia, & ĩ aliis paſsionibus. intelligere aũt valde latet, & mul-

Tertio de aĩa t.c.39 tã habet dubitationẽ. exiſtimatũ eſt.n. ꝙ paſsio eius ꝓpria nullã habet cõicationẽ cum corpore: ſed, ſicut dixit, ſi intelligere fuerit imaginari, aut habuerit cõicationẽ cũ imaginari, tũc impoſsibile eſt vt ſit extra corpus, i. vt ſit extra aliquod exiſtẽs in corpe. Et dixit hoc, q̃a de vnaquaq; iſtarũ virtutũ ſunt, ſicut diximus, duę q̃ones. Quarũ vna eſt, vtrũ ſit poſsibile vt actio earũ habeat cõmonicationẽ cũ corpore, aut nõ. Poſtea, ſi nõ habeant cõicationẽ cum corpore, vtrum actio earum ſit per res, & in rebus cõicantibus corpori, aut eſt de eis aliquid non cõicans omnino. Et ideo dixit Quod aũt videtur ꝓpriũ ei eſt intellige- F
re, &c. i. quod aũt uidetur eſſe paſsio, aut actio animę ſine indigentia inſtrĩ corporalis, eſt intelligere. ſed, ſi hoc fuerit imaginatio, aut cum imaginatione, impoſsibile eſt vt iſta actio ſit extra aliquod habẽs cõicationẽ cũ corpore: quãuis

Documentum. intellectus nullam habeat cõicationẽ cũ eo. Et hęc eſt ſententia eius in intellectu materiali, ſ. ꝙ eſt abſtractus a corpore, & ꝙ impoſsibile eſt vt intelligat aliquid ſine imaginatione. Et non intendit per hoc, hoc, quod apparet ex hoc

Occurrit tacitę obiectioni. ſermone ſuperficietenus, ſ. ꝙ intelligere non fit niſi cum imaginatione: tũc.n. intellectus materialis erit generabilis, & corruptibilis, ſicut intellexit Alex. ab eo, & ſermo eius eſt intellectus per ſe: ſed debes obſeruare hoc, quod diximus.

Si igitur eſt aliqua animæ operatio, aut paſsionum propria, continget vtiq; ipſam ſeparari. Si vero nulla eſt propria ipſius, non vtique erit ſeparabilis. ſed, ſicut recto, inquantum rectum, multa accidunt, vt tangere æneam ſphæram ſecundum punctum: non tamẽ tãget hoc, ſeparatum ipſum rectum. inſeparabile enim: ſiquidem ſemper cum corpore quodam eſt.

Dicamus igitur ꝙ, ſi aliqua actionum, aut paſsionum animæ ſit

propria

A propria sibi; possibile est vt sit abstracta. Et, si nihil est ei proprium, impossibile est vt sit abstracta. sed ita est de hoc, sicut est de recto. quoniam, secundum ꝙ est rectum, accidunt ei plura, verbi gratia vt contangat sphæram cupri in vno puncto. sed tamen rectitudo impossibile est vt sit abstracta per se, cum semper sit cum aliquo corpore.

Cum demonstrauit ꝙ quærendum est prius, vtrum aliqua actionum, aut passionum aīę sit extra corpus: &, si fuerit, vtrū est cum eo, quod est extra corpus, & extra omne existens in corpore: incœpit demonstrare hic ꝙ, si fuerit aliqua passio aīę propria, i. sine corpore, possibile est vt sit abstracta, ita ꝙ illa passio, aut actio non sit in rebus existentibus in corpore, &, si nō habuerit aliquā actionem propriam, impossibile est vt sit abstracta: cum actio eius sit in rebus existētibus in corpore. Et dixit. Dicamus igitur, &c. idest ꝙ, si aliqua actionū, & passionū animę nō indiget instrō corporali, possibile est vt illa actio, aut passio sit abstracta. q̄m, si non est in rebus existentibus in corpore, necesse est vt sit abstracta. & si est in rebus existentibus in corpore, necesse est vt sit non abstracta. V. g. ꝙ, si intelligere fuerit sine instrō corporali, & non fuerit existens in rebus existentibus in corpore, verbi gratia vt est intelligere intentiones imaginabiles, neces- 13

B se est vt sit actio sempiterna, & abstracta, & si impossibile est vt sit sine imaginatione, tunc actio eius erit non abstracta a corpore: quamuis intellectus sit abstractus ab eo. Et est manifestū, sicut dicit Themistius, ꝙ propositiones hypotheticę continuatiuę, in quibus est consequens possibile esse cum antecedente, necesse est semper vt destruamus antecedens, & concludamus oppositum consequentis, econtrario dispositioni propositionū, quarū consequēs sequitur antecedēs necessario. & ideo nullum impossibile contingit. Arist. inquantū destruxit antecedens. v. g. ꝙ, si hoc visibile est animal, possibile est vt sit homo; sed non est animal: ergo impossibile est ut sit homo. Deinde d. sed ita est de hoc, sicut est de recto. i. si anima non habuerit actionem propriā, tunc passiones, quę attribuuntur ei, erunt sicut plures res, quę attribuuntur rebus existentibus in materia, inquantū contingit eis ꝙ sint in materia, non inquantum sunt abstractę a materia. verbi gratia contactus verus, quem habet linea cum sphęra. hoc enim inuenitur extra animā, inquantum linea est in corpore, & figura sphęrica in corpore. verbi gratia inquantum linea est in ligno, & sphęricum in cupro, impossibile est enim vt contangat linea sphęram, inquantum vtraque earum est abstracta a materia, nisi cōtactus sit mathematicus, non naturalis.

Documētū ex Themistio.

De hoc vid. 5. Ph. c. 22. & 30. et primo Cęll. 32 & 3. Meta. cō. 8. & primo de Generatione. 44

Videntur autem et animę passiones omnes esse cum corpore, ira,
C mansuetudo, timor, misericordia, confidētia, adhuc gaudium, et amare, et odire. simul enim cum his patitur aliquid ipsum corpus. Indicat autem aliquando quidem a validis, et manifestis passionibus accidentibus nihil exacerbari, aut timere: aliquando autem eta paruis et debilibus moueri, cum accēditur corpus, et se habet sic, vt cum irascitur. Adhuc autem magis hoc manifestum. nullo enim terribili contingente in passionibus fiunt iis, quę timentis. Si autem sic habet, manifestum ꝙ passiones rationes in materia sunt.

Nōnulli metuunt, etiam nullo terribili contingente.

Et videtur etiam ꝙ omnes passiones animę sint in corpore, vt iracundia, et gratia, et timor, et pietas, et audacia, et gaudium, et tristitia et odium, et amor. corpus enim patitur cum istis. Et signum eius est, quoniam forte fiunt passiones fortes, et apparentes, et non accidit ex eis huiusmodi, neq; iracundia, neque timor: et forte passiones paruæ et debiles mouebunt ipsum, quando corpus fuerit paratum. Et magis

manifestum est quòd videmus quòd quidam homines sunt valde timorosi, quamuis nihil timoris accidat eis. vnde manifestũ est quòd passiones animæ sunt intentiones in materia. D

14 Cum narrauit ꝙ plures passiones: & actiones animę videntur habere cõicationẽ cũ corpore, incępit hic notificare genus, in quo apparet hoc manifeste, & d. Et videtur ẽt ꝙ oẽs, &c. & intendit per passiones aię dispositiones attributas virtuti concupiscibili. D.d. corpus enim patitur cum istis .i. apparet in eo alteratio, & transmutatio. omnis enim passio, facta cum alteratione, & transmutatione, est in corpore necessario, aut virtutis in corpore. &, cum hęc propositio fuit vera: & etiam ꝙ oĩa accidentia animę concupiscibilis fiunt cum transmutatione, cõcludetur necessario ꝙ hęc aĩa aut est corpus, aut virtus in corpore. Sed, quia propositio maior est manifesta, minor verò latet aliquantulum, cum sit possibile, vt accidant passiones, ex quibus corpus non patitur apud sensum, incępit declarare hoc alio modo, & dixit. Et signum eius est, qm̃ forte, &c. i. & signum, ꝙ ista vtitur corpore, quasi instrumẽto, & ꝙ corpus patitur ab eis. & .si nõ patitur apud sensum est, qm̃ actio eius differt sc̃dm diuersitatẽ dispositionũ corporis, accidant enim homini multa, quę innata sunt mouere motu forti: & nõ mouẽt ipsum nisi debiliter. Verbi gratia quod accidit hoĩ aliquod timorosum, aut aliquid prouocans iram & non mouetur ab eis nisi modicum aut econuerso quãdo corpus fuerit paratum, sicut dixit: & fuerit ita paratum sicut est iratus. iratus enim mouebitur facile valde ex re modica prouocante iram. Et magis manifestũ est, sicut dicit, quia nos videmus multos homines timere sine aliquo timoroso. & omnia ista significant ꝙ ista actio non fit absque corpore. D.d. manifestum est ꝙ passiones, &c. i. manifestum est igitur ꝙ formę, prouenientes in ista anima apud passionem, & motum, sunt formę in materia. E

Oĩs passio facta cũ alteratione, & trãsmutatione ẽ in corpore necessario. Idem. 2. de Aĩa. 57. & 3. de Aĩa 28.

Quare definitiones tales. Vt irasci, motus quidã existit talis corporis, aut partis, aut potentię, ab hoc, gratia huius. Et propter hæc iam Naturalis est consyderare de anima, aut omni, aut huiusmodi.

Quapropter definitiones debent esse ita. quoniã ira est motus alicuius partis istius corporis, aut alicuius virtutis eius, a tali, & propter tale. Et ideo cõsyderatio de aĩa, aut de omni, aut de hac, est Naturalis.

15 Dicit. &, cum declaratũ fuerit ꝙ istę passiones sunt formę materiales, necesse est vt in definitionib' earũ appareat materia, & motus, qua sequũtur istę formę: & est motus materialis, ita ꝙ corpus accipiendũ est in definitione istius motus. v.g. qm̃ ira est motus alicuius partis corporis. Et, cum in definitionibus istarũ virtutum appareat materia, manifestum est ꝙ consyderatio de aĩa est naturalis. aut de omni anima, si oĩs anima est talis: aut de animabus, quę declarantur esse materiales. et hoc intendebat cũ dixit. Et ideo cõsyderatio de aĩa est Naturalis. B

Caput Secundum, differenter definire Naturalem, ac Dialecticum.

Naturalis definit p materiam, dialecticus aũt per formã. Vide cõtra Zimar.

Ifferenter autem definiet Naturalis, & Dialecticus vnũquodq; ipsorũ. Vt ira quid est. hic enim, appetitum *recontristationis, aut aliquid huiusmodi: ille autem, feruorem sanguinis, aut calidi circa cor. Horum autem hic quidem assignat materiam, ille vero formam, & rationem. ratio enim hæc ipsius rei. Necesse autem esse hanc in materia huiusmodi, si erit. Sicut domus hæc quidem ratio talis fuerit, quòd opertimentum prohibens corruptionem a ventis, & imbribus, & æstibus. hæc autem dicit lapides, & lateres, et ligna. alia vero in his for-

* Vindictę.

A mam,propter iſta.Quæ igitur Naturalis harum? vtrum quæ circa materiam,rationem autem ignorans,an quæ circa rationem ſolum ? an magis quæ ex Vtriſq;.Illarum autem quæ vtraq;?

Et differt illud, quo Naturalis definit vnumquodq; iſtorũ, ab eo, quod definit Sermocinalis. Verbi gratia quid eſt ira. Sermocinalis enim dicit,ira eſt appetitus in vindictã: et ſic de ſimilibus. Naturalis autem dicit quòd eſt ebullitio ſanguinis,aut caloris in corde. Naturalis igitur dat materiam, Sermocinalis aũt dat formam, et intentionem. Intentio enim alicuius eſt hoc. et neceſſe eſt vt hoc ſit in materia. Verbi gratia domus:aliquis enim dat intentionẽ,dicẽdo quòd eſt cooperimentum prohibens ab imbribus,et pluuiis,et frigore,et calore:alius autem dicit quòd eſt ex lapidibus,et lateribus,et lignis:alius vero dat formam exiſtentẽ in hoc propter iſta.Secundũ igitur qđ dictum iſtorũ eſt Naturalis? qui intendebat materiam, et ignorabat intentionẽ,aut qui intendebat ſolum intentionẽ? aut melius eſt dicere
B vt ſit ille,qui congregabat vtrunque. vtrunque igitur illorum cui attribuetur ?

Cum demõſtrauit ꝙ in definitionibus iſtarũ virtutũ debet accipere materiã, & formã,incępit dubitare ſcđm conſuetudinẽ, quę eſt apud Naturales, & eos, qui abſolute conſyderant, ſcilicet Diſputatores. Naturales.n.differunt a Diſputatoribus in modo definiendi. Diſputatores enim dant definitiones ſcđm formã tñ,dicendo ꝙ ira eſt appetitus in vindictam: Naturales vero ſcđm materiã dicendo ꝙ eſt ebullitio caloris, & ſanguinis in corde. D.d.Intentio enim alicuius eſt hoc.i.vt mihi videtur,intentio enim alicuius, ſcđm ꝙ eſt ens,eſt hoc. Deinde d.& neceſſe eſt vt hoc ſit in materia,&c.ideſt neceſſe eſt vt illa intentio, ſcđm ꝙ eſt hoc,exiſtat in materia,quę habeat talem diſpoſitionem,ſ.quę ſit hoc ẽt,& ſit per aliquã intentionem exiſtentẽ in ea : quapropter fuit digna, vt illa res exiſteret in ea,non in alia. Et innuit per hunc ſermonem.qm̃,ſicut neceſſe eſt vt intentio exiſtat in materia,ſcđm ꝙ eſt hoc,ita neceſſe eſt vt ſit modus acceptionis eius in definitione. & ſi non, erit intentio alio modo ab eo, quã eſt. † qui enim accipit materiam in definitione,& dimittit formam,diminute accipit:qui autem accipit formam,& dimittit materiam,exiſtimatur ꝙ dimittit aliquid non neceſſarium. ſed non eſt ita: quoniam forma debet accipi in definitionibus ſecundum
C diſpoſitiones,in quibus exiſtit. & reſiduus ſermo eſt manifeſtus. 16

Naturalis definit p materiã. vide. 2.Ph.18.19 &.92.&.8. Ph.52.&.7 Met.34.35. 39.55.&.37 Idem in hoc primo.51.52 &.33.

Documẽtũ. † Qui accipit materiã ĩ definitiõe, & dimittit formã, diminute accipit: qui aũt accipit formam, & dimittit materiã,vr̃ dimittere aliqđ non neceſſariũ. ſed non eſt ita. Vide 7. Met.34. vide ſupra q̃ notaui ĩ hoc cõ.

An non eſt aliquis,qui circa paſsiones materiæ non ſeparabiles,neque inquantum ſeparabiles.Sed Naturalis circa omnes, quæcunq; talis corporis,et huiuſmodi materię operationes,et paſsiones ſunt.Circa quaſcunq; autem quæ non ſunt huiuſmodi, alius. et circa aliquas quidem eſt artifex,ſi fuerit:vt Faber,aut Medicus. Ipſarum aũt non ſeparabilium quidem, inquantum autem non talis corporis paſsiones,ſed ex remotione,Mathematicus:ſecundum autem quòd ſeparatæ,primus Philoſophus.

Dicamus igitur quòd ille,qui intendit cõſyderare de paſsionibus materiæ,non abſtractis ab ea,ſecundũ quòd ſunt non abſtractæ,eſt Naturalis. Nullus.n.eſt niſi Naturalis, conſyderans in oĩbus actionibus iſtius corporis,et iſtius materiæ,et paſsionibus. Quod autem non eſt ita,conſyderandum eſt ab alio.quorũ quædã debet intendere artifex

vt Carpentarius,& Medicus. Ea autem, quę sunt non abstracta in rei veritate, sed sunt passiones corporis, & secundum abstractionem intendit Mathematicus: ea autem, quæ sunt abstracta in rei veritate, intendit primus Philosophus. D

17 Cum dubitauit de definitionibus, incepit demonstrare hic, quę artes vtuntur in definitionibus forma & materia, & quę solummodo forma. Et d. ꝙ ille, qui intendit consyderare de passionibus materię non abstractis ab ea, secundū ꝙ sunt &c. i. ille, qui intendit consyderare de formis consequentibus passiones materię non abstractas a materia, scdm ꝙ sunt non abstractę. est Naturalis, qui consyderat in omnibus passionibus corporis, & in natura istius materię, & in passionibus eius: D. d. Quod aūt non est ita, &c. idest quod aūt accidit ex istis formis, & passionibus non est per naturam, sed per voluntatē, consyderandum est artifici bus Mechanicis, vt Carpentario & Medico. D. d. Ea aūt, quę sunt non abstracta, &c. idest accidentia aūt non abstracta a corpore, & consequentia ipsum, nō in eo quod est trāsmutabile, sed in eo quod est corpus tm̄, & magnitudo: & sunt ea, quę intellectus intelligit scdm abstractionem a materia: licet in rei veritate nō separētur, consyderāda sunt a Mathematicis. De formis aūt, quę sunt abstractę in rei veritate, i. scdm esse & intellectum, consyderat primus Philosophus.

Vide. 2. Ph. 16. 18. 20. d. materia sen sibili, & 7. Me. 34. 35.

Idē 2. Phy. 26. et 71. 6. Me. 2.

E

Sed redeundum est, vnde sermo. Dicebamus autem ꝙ passiones animæ, non separabiles a naturali materia animalium, inquantum tales existunt, ira, & timor: & non sicut linea, & planum.

Sed reuertendum est ad nostrū sermonē, in quo loquebamur quòd passiones animæ nō sunt separatæ a materia naturali: & ea, quæ sunt talia in rei veritate, sunt ira, & timor: non sicut linea, & superficies.

18 Idest, &, quia hoc est magis proprium Logico, reuertamur ad illud, de quo loquebamur, s. ꝙ passiones animę, s. cō cupiscibilis, nō sunt abstractę a corpore, neque in definitione, neq; in esse. v. gratia ira, & timor, quę non sunt abstractę, neque in definitione, neq; in esse, sicut linea, & superficies.

Vide pro hoc c. 16. 2. Phy.

Summa Secunda. De Antiquorum opinionibus circa Animæ essentiam.

Ntendentes autem de anima, necesse est simul dubitātes de iis, quibus abundare oportet, pertranseuntes priorū opiniones comprehendere, quicunque aliquid de ipsa enunciauerunt, vt bene quidem dicta accipiamus: si vero aliquid non bene, hoc euitemus. Principium autem quæstionis, præponere quæ maxime videntur ipsi inesse secundum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus maxime differre videtur, motu, & sensu. Accepimus autem & a progenitoribus fere duo hæc de anima. F

Animatum ab inanima to in duob' maxime dif ferre vr̄, s. sensu, et motu.

Et necesse est nobis in quærendo de anima prædicere opiniones Antiquorum: & iuuabimur per eas, & retinebimus illud, quod dictum est vere, & secundum ꝙ oportet: & vitabimus illud, quod dictum est & secundum ꝙ non oportet. Et debemus prædicere etiam ea, quæ reputantur proprie esse naturalia: & hoc ponemus principium, dicendo ꝙ habens animam videtur differre ab inanimato his duobus proprie, scilicet motu, & sensu. Et hęc duo accepimus ab Antiquis de anima.

A Cum declaratum est in Posterioribus ꝙ consyderatio ducens ad certitudinē perfectā in rebus quęsitis in vnoquoq; generum non fit, nisi consyderādo in principiis propriis illi generi, incępit demonstrare ꝙ necesse est consyderare de aīa hoc modo principiorum, & dixit. Et debemus prędicere, in quęrendo de aīa, propositiones, & principia, quę videntur esse propria aīę, scdm ꝙ est aīa; & illas propositiones ponamus principium consyderationis. Et notificauit ꝙ ea, quę habent de aīa talem dispositionem, sunt duo, sensus. s. & motus. animatum enim nō differt ab inanimato, nisi sensu, & motu locali. & dixit ꝙ habens aīam, &c. Et intendit hic per videtur certitudinē: qm̄ ipse vtitur *talibus verbis loco certitudinis in locis, in quibus certitudo est famosa. & residuus sermo est manifestus. 19

Aīatum differt ab inanimato sensu, 2 d a. 16 et motu locali 2. de a. 14.

* Quādoq; vtitur Philosophus videri pro certo esse.

Dicunt enim quidam, & maxime, & primo animam esse id, quod mouet, existimantes autem quod non mouetur, ipsum non contingere mouere alterum eorum, quæ mouentur, aliquid animam sic arbitrati sunt esse. Vnde Democritus quidem ignem quendam, & calorem dicit esse ipsam, infinitis enim existentibus figuris, & atomis, quæ speciei rotundæ, ignem & animam dicit vt in aere, quæ vocantur ramenta, quæ videntur in radiis, qui per fenestras, quarum omnis seminarium elementa dicit Democritus totius naturæ similiter. aūt

B & Leucippus. Horum autem sphęrica animam, propterea ꝙ maxime possunt per totum penetrare huiusmodi figuræ, & mouere reliqua, cum moueantur & ipsa arbitrantes animam esse id, quod præstat animalibus motum.

Democriti opinio.

Leucippi opinio.

Quidam enim eorum dicunt ꝙ illud, quod est proprie, & per prius animæ, est mouere: &, quia existimabant ꝙ omne non motum non potest mouere aliud, existimauerunt animam esse aliquod motum. Vnde Democritus dixit ipsam esse ignē, aut calidum. dixit enim ipsam esse ex corporibus, & figuris indiuisibilibus infinitis: & ea, quæ sunt sphærica ex eis, sunt, ignis, & anima verbi gratia. & similia his sunt corpora existentia in aere, quæ dicuntur atomi: quæ sunt in radiis Solis ingredientibus per foramina. & dicit ꝙ per congregationem fundamentorum in eis sunt elementa omnium naturalium. Et similiter Leucippus. Et quod est sphæricum ex istis est anima quia tales figuræ

C sunt possibiles transire in rem secundum totum, & mouent omnia, quæ mouentur etiam: quoniam existimant ꝙ anima dat animalibus motum.

Cum notificauit ꝙ Antiqui non consyderāt de anima, nisi per motum, aut sensum, aut per vtrunq;, incępit primo numerare snīas hominū consyderantium de aīa per motum, & dicit. Quidā enim eorum, &c. i. &, cum quidam opinabantur ꝙ illud, qđ appropriatur aīę primo, est quia mouet aliud, & opinabātur ꝙ illud, quod mouet aliud, debet moueri, existimauerunt ꝙ anima est aliquod motum semper. D. d. Demo. dixit ipsam esse ignem, aut calidum. i. ignem, aut igneū. D. dicit. dixit enim ipsam esse ex corporibus, & figuris, &c. i. opinabatur enim, quia mouet aliud, & mouetur, ipsam esse ex corporibus indiuisibilibus habentibus figuras infinitas: & ꝙ ex istis est solummodo & sphęricis. &, quia sphęrica sunt ignis, aut igneum, credebat ꝙ sphęrica eorū, aut sunt ignis, aut aīa. D. dicit exempla horum corporum apud Demo. & d. & similia his sunt corpora existentia in aere. i. & ista corpora apud eum sunt similia atomis, quę apparent moueri in radiis solis. Et, cum notificauit ꝙ Demo. opinabatur animam esse ex corporibus indiuisibilibus, quę apud ipsum assimilantur atomis, notificauit quę partes 20

ſunt, de quibus opinatur Democritus aīam fieri ex eis, & qđo opinantur ea eſ- D
ſe elementa aliorum compoſitorum, & d. & dicit ꝙ per congregationem funda mentorum &c.i.& hæc corpora ſunt, de quibus Democritus dicit ꝙ per congre gationem fundamentorum in eis adaptatur, vt ex eis componantur diuerſa en- tia, quãuis ſint eiuſdem naturę. Et intendit per fundamenta diuerſitatem eorũ in figura, & in ſitu, & in ordine. diuerſitas enim partiũ in his tribus eſt cum di uerſitate compoſitorum ex eis: ſicut ſcripturę diuerſantur propter diuerſitatem literarũ in his tribus. Et, cum narrauit ꝙ ipſi opinabantur animam eſſe ignẽ, aut aliquod igneum, quia opinabantur animam eſſe ſphericã, & ignem eſſe ſphe ricum, d. rõnem, propter quam opinabantur aīam eſſe ſphęricam, & dicit. Et qđ eſt ſphęricum ex iſtis eſt aīa, &c.i.& Demo. & Leucip. nõ opinabãtur ꝙ ſphę rica ex corporibus indiuiſibilibus ſunt anima, niſi quia opinabantur ꝙ talia cor pora ſunt ea, quę poſsibilia ſunt pertrãſire per alia, & mouere ipſa: quãuis ipſa moueantur ſemper. & hęc eſt diſpoſitio, quam exiſtimabant eſſe propriam ani- mę ſcilicet quoniam mouet corpus, & mouetur ſemper.

Vnde & viuendi terminum eſſe reſpirationẽ. Conſtringente enim eo, quod continet corpora, & extrudente figuras præbentes animalibus motum, ex eo ꝙ non eſt ipſas, quieſcere vnquam, auxilium fieri deforis ingredientibus aliis huiuſmodi in reſpirãdo. prohibere enim E
has, & quæ inſunt animalibus ſegregari, ſimul prohibentes conſtringens, & comprimens. & viuere autem, quandiu poſſunt hoc facere.

Et propter hanc cauſam fuit anhelitus definitio vitæ. Aer enim cõtinens, cum congregat corpora, & conſtringit ex iſtis figuris. quę dãt animalibus motum, quia iſta non quieſcunt in aliqua hora, ſuſtineri ab extrinſeco imponendo per anhelitum alias figuras ſibi ſimiles, dicunt ꝙ iſtæ etiam prohibent illud, quod iam peruenit intus in anima libus ab exitu: & contra expellunt cum eis illud, quod congregat, & conſtringit eas: & ideo fuit vita, dum animal poteſt facere hoc.

Sermo quidditatiuꝰ debet ſoluere qõnes circa rẽ ſenſibilẽ cõtingentes. Idem 4. Ph. 31. & 8. Ph. 2. & ſupra hoc. c. 11. & 2. de Aīa. 12 & 22. prio Cęli. 22.

21 Quoniam omnis dicens in quidditate alicuius aliquid laborat in faciendo conue nire illud omnibus ſenſibilibus, & in dãdo cauſam illius ſenſibilis ex illo dato ab eo in ſubſtantia illius. iſti autem, quoniã opinabantur aīam eſſe partes ſphę- ricas indiuiſibiles, laborauerunt hoc modo in dando cauſam anhelitus, dicendo. Et propter hanc cauſam, ſ. quia aīa eſt partes ſphęricę, quę ſemper ſunt in mo- tu, fuit anhelitus definitio vitę, aut conſequens vitam. Aer enim continens, cum F
congregabit corpora, conſtringentur multę figurę ſphęricę, quę ſunt intra cor- pora, & quę dant animalibus motum, quia ſemper ſunt in motu. & tunc hęc cor pora mouebuntur ad exitum: & illud erit exitus anhelitus: & tunc ſuſtentabitur animal ad imponẽdum alia corpora ſphęrica ab extrinſeco: & hoc eſt im ponendo anhelitum. Hoc autem fuit propter tria. Quorũ vnum eſt in acquiren do locum illius, quod exiuit. Secundum aũt eſt ad prohibendum plura corpa intrinſeca ab exitu. Tertium eſt vt adiuuet ea ẽt in expellendo illud, quod cõ ſtringit, & quod congregat ea. & dicunt. & ideo fuit vita, dum animal poteſt facere hoc.

Quorundã Phythagoricorũ de aīa opinio.

Videtur autem & a Pythagoreis dictum eandem habere ſententiã. Dixerunt enim quidam ipſorum animam eſſe, quæ ſunt in aere ramẽta: alii autem has mouens. de his autem dictum eſt, propterea ꝙ continue videntur moueri, etiam ſi ſit tranquillitas omnimoda. In idem autem feruntur & quicunq; dicunt animam eſſe, quod ſeipſum mouet. Videntur enim hi omnes exiſtimaſſe motum maxime proprium eſſe animæ, & alia quidẽ omnia moueri propter animam, ipſam aũt

A a seipsa: propterea quòd nihil videbant mouens, quod non & ipsum moueatur.

Et forte etiã est talis sermo Pythagoricorũ. Quidam enim illorũ dicunt ꝙ anima est atomus, existens in aere: quidam aũt illud, quod mouet atomos. & dixerũt hoc: quia semper videtur moueri, licet ventus deficiat omnino. Et similes istis sunt dicentes quòd anima est aliquid mouẽs se. Oẽs.n. isti videtur opinari motum conuenire animę: & ꝙ omnia non mouentur nisi per animam: anima autem mouetur per se: nihil enim videtur mouere nisi ipsum etiam moueatur.

D. Et forte etiam opinio Pythagoræ in anima est similis opinioni Democriti, & Leucippi quidam enim phythagoricorum dicebant animam esse atomos aereós: & quidam illud, quod mouet atomos. & opinabantur hoc, quia credebant ꝙ atomi semper mouebantur, & ꝙ anima semper mouetur. Deinde dicit. Et similes istis sunt dicentes, &c. & intẽdit Pla. Omnes igitur isti conueniunt in hoc, scilicet ꝙ motus est proprius animę: sed differunt in quid est. Et quidam eorum existimabant eã esse corpora indiuisibilia, aut ignem, aut aliquod igneũ: quidam vero atomos. 22

B Similiter autem et Anaxagoras aĩam dicit esse mouentẽ, et si quis alius dixit quòd totũ mouit intellectus. non tamen penitus sicut Democritus. Is enim simpliciter dicit idem esse animam et intellectũ. verum enim esse, quod videtur. Vnde bene fecisse Homerũ, quòd Hector iacet, aliud sapiens. Non itaq; vtitur intellectu, tanquam potentia quadam circa veritatem, sed idem dicit animam et intellectum. Opinio Anaxagorę & I quo differat Democri.

Et similiter ẽt dicebat Anaxa. quòd anima est mouens, et cũ dicebat quòd intellectus mouet omne. sed tamen Anaxa. aliud itẽdit ab eo, qđ intendit Demo. Demo. enim absolute dixit quòd idem est aĩa quod intellectus. dicit enim quòd veritas est res manifesta. Et ideo bene dixit Homerus, et verum dixit, quòd Hector apopletizabatur, et carebat intellectu. Non enim vtebatur intellectu quasi aliqua virtute, sed dicebat quòd intellectus et anima idem sunt.

C Dicit, Et similiter ẽt opinatur Anax. cum d. aĩam esse mouẽtem: & d. ꝙ intellectus mouet omne: sed Anax. non intẽdit in hoc, illud, qđ Democritus. Democri.n. propalauit ꝙ aĩa, & intellectus idem sunt, d.n. ꝙ veritas cõprehensa non est nisi in eo, quod manifestum est sensui tantum. Et ideo bene dixit Homerus versificator, cũ narrauit de homine, qui carebat sensu, ꝙ carebat intellectu. Democritus igitur nõ intendit ꝙ intellectus sit aliqua virtus in animalibus alia a virtute sensus, sed dicit ꝙ intellectus & anima idem sunt. 23

Anaxagoras aũt minus explanat de ipsis. multis enim in locis cãm eius, quod bene, et recte, dicit intellectum. alibi autem intellectum ipsum esse animã. in omnibus enim ipsum inesse animalibus, magnis, et paruis, et honorabilibus, & inhonorabilioribus. Nõ videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter inesse animalibus, sed neque hominibus omnibus.

Anaxagoras autem latentius loquebatur de istis, cum multotiens dicebat quòd intellectus est causa in inuentione. & dixit in alio loco quod intellectus, & aĩa idem sunt. intellectus.n. apud ipsum existit in

omnibus animalibus, magno, paruo, nobili, & ignobili. Sed non videmus hunc intellectum existere similiter in omnibus animalibus, neque etiam in homine. D

24 Dicit Anaxa. autem cum propalauit ꝙ intellectus, & anima idem sunt, latentius propalauit, quam Demo. cum multotiens dicebat ꝙ intellectus est causa rectitudinis, & ẽt verificationis. & hoc apparet ex eius sūia ꝙ intellectus sit aliud a sensu. & in aliis locis videtur opinari ꝙ intellectus, & anima idem sunt. d. n. ꝙ intellectus est existens in omnibus animalibus magno, & paruo, nobili, & ignobili. Et non est, sicut existimauit, quia non videmus intellectum existere eodem modo in omnibus hominibus, nedum existere in omnibus animalibus.

Intellectus non existit eodẽ modo ĩ oĩbus hominib'. oppo. cõ. 5. tertii de Aĩa Vide contr. Zim.

Quicunque igitur ad ipsum moueri, animatum aspexerũt, hi maxime motiuum opinati sunt animam esse. Quicunq; autem ad ipsum cognoscere, & sentire ea, quæ sunt, isti dicunt animam esse principia: illi quidem plura facientes hæc; hi vero vnum hoc. Sicut Empedocles qui dem ex elementis omnibus, esse autem et vnumquodq; horũ animam, sic dicens. Terra quidem terram cognoscimus, aqua autem aquam: Aethere vero æthera diuum, sed igne ignem manifestum: Cõcordiam autem concordia, discordiam vero discordia tristi. E

Empedoclis opinio.

Et ponentes principium animæ motum existimabant ꝙ anima sit dignior omnibus vt moueatur. Ponentes autem regulam in hoc cognoscere, & sentire omnia entia, dicebant animam esse principia. & quidam eorum ponebãt hæc principia plura vno: & quidam eorum ponebant vnam animam. Vt Empedocles. iste enim ponebat eam ex omnibus elementis, sed tamen ponebat vnumquodque elementorũ esse animam. & dixit ꝙ nos non comprehendimus terram nisi per terram. & aquam per aquam, & aerem per aerem, & ignem per suum simile, s. ignem, & litem per litem, amicitiam per amicitiam.

25 Cum cõpleuit sermonẽ considerandũ in anima per motũ, incępit ẽt dicere opiniones eorũ, qui considerant de aĩa per cognitionẽ, & distinctionem, dicẽdo. Et ponentes principiũ aię motum, &c. i. ponentes aũt regulã aię, & cognitionẽ suę naturę ꝓp motum: quapropter iudicauerunt ꝙ aĩa est magis oĩbus digna motu, scdm ꝙ diximus. Ponentes aũt regulã in consyderatione de aĩato per cognitionẽ eius, & distinctionẽ in oĩbus entibus, opinabantur ꝙ aĩa est principiũ totius, aut ex principiis totius. Qui igitur ponebant hęc principia plura vno, ponebant animam plura vna: & qui opinabantur principiũ vnũ esse, ponebant aĩam vnã. v. g. quia Empedo. ponebat aĩam fieri ex elẽtis, & ponebat ipsam sex in numero, scdm numerũ elẽtorũ apud ipsum. dixit. n. ꝙ nos non cõprehendimus terrã, nisi per terrã. &c. Et, cũ d. & quidã eorũ ponebant hęc principia plura vno, intẽdebat & quidã eorũ, quia posuerunt hęc principia plura vno, opinabantur aĩam eẽ plura vna: vt Empedocles: sed fuit cõtentus dicere rẽ loco cõsequẽtis. Et, cũ d. & quidã eorũ ponebant vnã animã. intendebat et quidã eorum, qui ponebant vnum principium, ponebant vnam animam. sed fuit contentus hoc consequente loco rei, econuerso ei, quod fecit primo. & residuus sermo est manifestus. F

Cũ isti' ponitur infra. 27. & solo huius ponitur. 3. d. Anima. 30.

Empedocles posuit plura principia vno. idẽ 1. Ph. 41. & 51.

Eodem autem modo et Plato in Timæo animam facit ex elementis. cognosci enim simile simili. res autem ex principiis esse. Similiter autem et in iis, quæ de Philosophia dicuntur, determinatũ est, ipsum quidem animal ex ipsius vnius idea, et ex prima longitudine, et latitudine, et altitudine: alia autem simili modo.

A Et similiter plato in Timæo ponebat animam aliquod ex elementis. quoniam apud ipsum nihil cognoscitur, nisi per suum simile. & ꝙ omnes res non fuerunt nisi ex suis principiis. Et similiter determinauit prius in Philosophia, scilicet in suis disputationibus. & manifestum est quòd Timæus exit ab eis, & ꝙ anima simpliciter est ex forma vnius, & prima lõgitudine, & prima latitudine, & primo pro fundo: & ꝙ alia currunt hoc modo.

Dixit, Et similiter Plato posuit in Timęo ꝙ anima est aliquid ex substantia elementorum. opinabatur enim illud, quod opinabatur qui ponebat animam ex principiis, & est ꝙ omnes res non cognoscuntur, nisi per sua similia: & non cognoscuntur nisi per cognitionem suorum principiorum, &c. quia principia cognoscuntur per sua similia, cõtinget ꝙ principia cognoscantur per principia. Et, cũ coniungemus huic ꝙ anima cognoscit res p principia earũ, continget ex hoc ꝙ anima sit principia, hęc enim sunt proprietates conuertibiles. D. d. Et similiter determinauit, &c. idest, & similiter determinauit in sua Philosophia, & in scholis eius: quoniam in Timęo dixit hoc alio modo. D. enim illic, ꝙ animal simpliciter absolutum, qđ est genus animalium particularium, & principium eorũ, est compositũ ex dualitate prima, & ex latitudine, quę est composita ex dualitate prima: & ex latitudine, quę est cõposita ex prima trinitate: & ex pfundo, ꝙ cõponitur ex prima quaternitate: quę sunt principia aliorum numerorũ compositorum. Et opinabatur ꝙ longitudo componitur ex dualitate, quia linea fit ex duobus punctis; & latitudo ex trinitate, quia fit cum longitudine ex tribus punctis: & spissitudo ex quaternitate, quia fit cum longitudine & latitudine ex quatuor punctis. Quoniam, cum opinabatur ꝙ numeri sunt principia omnium, fuit necesse apud ipsum, vt principia numerorum sint principia generum esse sensibilis: & alii numeri, qui componuntur ex principiis, sint principia etiam rerũ particularium. ita ꝙ principia animalis simplicis est prima vnitas, & prima dualitas, & prima trinitas, & quaternitas: principia autem aliorum animaliũ sunt alii numeri. Et ideo d. ꝙ alia currunt hoc modo. i. & principia aliorum animalium particularium sunt alii numeri. Et, quia opinabantur hoc in principiis entium: & opinabantur ꝙ anima cõponitur ex principiis propter cognitionẽ t opinati sunt ꝙ anima est iste numerus, qui est principium numerorum. D. d. & manifestum est ꝙ Timęus exit ab eis. idest, vt mihi videtur, ꝙ illud, quod dictum est de principiis in Timęo, est aliud ab eo, quod dictum est in disputationibus. C Et quasi diuersitas hominum in anima non est nisi propter diuersitatẽ eorũ in principiis. Omnes enim conueniunt ꝙ oportet esse ex principiis: & dicunt ꝙ opinio Platonis in Timęo de anima est ꝙ anima est natura media. s. inter formas abstractas indiuisibiles, & inter formas sensibiles, diuisibiles, secũdũ materiam. Themist. autẽ dicebat ꝙ Plato intendebat per istã naturã mediam, intellectum inter omnes partes animę: cum suum esse sit medium inter formas materiales, & abstractas. & vniuersaliter difficile possumus hodie intelligere opiniones Antiquorum: quia non sunt notę apud nos.

Adhuc autem & aliter, intellectum quidem ipsum vnum, scientiã autem ipsa duo. vnice enim ad vnum. plani autem numerum opinionem: sensum vero, eum, qui solidi. Numeri enim formæ ipsæ, & principia entium dicebantur. sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res, aliæ quidem intellectu, aliæ vero scientia, aliæ autẽ opinione, aliæ vero sensu. formæ autem rerum numeri hi.

Et est dictũ hoc etiam alio modo, & est quòd intellectus est vnũ, & scientia duo. est enim singulariter ad vnum, & ꝙ existimatio est numerus superficiei: & quòd sensus est numerus solidi. Numeri. n.

26

Vide p isto infra cõ. 33.

Vide. 1. meta. 37.

Vide. 1. meta. 38. & 39.

Difficile possum' hodie intelligere opiniones Antiquorũ: q2 nõ sunt notę apud nos.

Idem. 2. cęli cõ 71.

Res alię iudicãt itellectu, alię scia, alię opinione, alię vero sensu.

dicebantur esse formæ, & principia in rebus entibus: & numeri sunt vnum illorum elementorum. Sed omnes res consyderantur, quædã per intellectum, & quædam per scientiam, & quędam per existimationem, & quædam per sensum. ista autem sunt numeri, qui sunt formæ. D

27 Et opinati sunt alio modo animam esse principia numerorum. Dicũt enim ꝙ intellectus est vnum numerale. & per intellectum intendit primas propositiones. & dixerunt ipsum esse vnum: quia scire propositiones est vnius scientię. & intendit per scientiam conclusionem. & dixerunt eam esse dualitatẽ: quia est ꝓcessus ab vno, scilicet propositionibus. & ad vnum, s. conclusionẽ, vnde fit dualitas. Et hoc intendebat, cum d. est enim singulariter ad vnum. Et dixerunt ꝙ ęstimatio est numerus superficiei, scilicet trinitatis. est enim ab vno, scilicet propositionibus ad duo. nam conclusio est in eo falsa. & vera. vnde fit illic aliqua dualitas. & dixerunt etiam ꝙ sensus est quaternitatis. opinati sunt enim ꝙ sensus comprehendit corpus, & ꝙ forma corporis est quaternitas. D. d. Numeri .n. dicebantur esse formæ, &c. i. & dixerunt hoc, quia opinabantur ꝙ principia numerorũ sunt formę abstractæ: & principia entiũ sunt vnũ elemẽtorũ eorũ. Et, quia rerum quędam consyderantur, i. cognoscuntur intellectu, & quędam scientia, quędã existimatione, & quędam sensu: & nihil cognoscitur nisi ꝑ suũ simile: necesse est vt istæ virtutes animę comprehẽsiuę sint principia numerorum, qui sunt formę & elementa entium, scilicet vnitatis, & dualitatis, & trinitatis, & quaternitatis: & necesse est vt intellectus ex istis sit vnitas, & scia dualitas, & existimatio trinitas, & sensus quaternitas. E

Quoniam autem et motiuum videbatur anima esse et cognoscitiuum, sic quidam complexi sunt ex vtrisq;, enunciantes animam esse numerum mouentem seipsum. Differunt autem de principiis, quæ, et quot sunt: maxime quidem qui corporea faciunt ab iis, qui incorporea. ab iis autem, qui miscent, et ab vtrisq; principia enunciant. Differunt autem et circa multitudinẽ. hi .n. vnum, illi vero plura dicũt.

Et, quia existimatum est de anima quòd est mouẽs, et cognoscẽs, voluerunt aliqui congregare hæc duo, et iudicauerunt quòd anima est numerus seipsum mouens. Et magna diuersitas est in principiis, quæ sunt, et quot: et maxime inter eos, qui faciunt ea corporalia, et inter eos, qui non corporalia. Et isti etiam differunt ab eis, qui admiscent, et ponunt principia ex vtroq;. Et differunt etiã in numero principiorũ. quidam .n. dicunt vnũ principium esse, quidam plura. F

Tres fuerũt sectę definiẽtium aĩam.

Natura corporalis, & ĩcorporea maxime differũt. vide. 10. Met. tex. c. vltimi.

28 Et, quia existimatum est, i. certificatum ꝙ mouere, & cognoscere sunt principia animæ, intendebant aliqui ad congregandum vtrunque in anima, dicendo animã esse numerũ se mouentẽ, quia non mouetur ab alio. Et, cũ notificauit sectas, quæ differunt in definiendo animam, & sunt tres; Quarum prima definit eam per motũ, aut per consequentia motũ: Secunda ꝑ cognitionem: Tertia vero per vtrumq;: & omnes cõueniunt ꝙ est ex principiis: incępit notificare modos diuersitatis eorũ vniuersaliter, licet conueniant in hoc, qđ est ex principiis, & d. Et magna diuersitas, &c. i. & differunt in substantia animę: quia differunt in principiis, s. in natura eorum, & in numero. & maxima diuersitas est in natura principiorũ, inter ponẽtes principia corporalia, & ponẽtes ea non corporalia, cũ istę duę naturæ maxime differãt: differunt etiam isti ab eis, qui admiscẽt, & ponũt principia ex vtroq;, idest corporalibus & nõ corporalibus. D. d. Et differunt & in numero principiorum, idest differunt etiam in anima; quia differũt in numero principiorum.

A Consequenter autem ad hæc et animam assignant. motiuum.n. secundum naturam primorum existimauerunt non irrationabiliter. Vnde quibusdam visum est ignem esse. etenim hic partibus subtilissimus est, et maxime elementorum incorporeus. adhuc autem mouetur, et mouet alia primo.

Et isti procedunt in definiendo animam processu consequenti ista. hoc.n. quod reputant, quoniam natura principiorũ est mouens, non est extra veritatẽ. Et ideo existimauerunt quidam ipsam esse ignem. ignis.n. est primorum partiũ inter elementa: et quòd magis videtur nõ esse corpus. et ipse mouet, et mouet alia corpora prĩa intẽtione.

Cum notificauit sententias Antiquorum de aĩa, incipit laudare eas in eo, qđ dicunt de veritate, & de verificatione cõsequentiç, & d. Et isti procedunt, &c. i. & isti, qui opinantur animam esse ex principijs, quia mouetur per se, & definiuerunt eam hoc modo, processerunt in hoc via recta, & consequente principia. opinari ꝙ natura principiorum est mouens per se rectum est. D.d. Et ideo existimauerunt quidam, &c. i. &, quia opinati sunt eam esse ex principijs, existimauerunt quidam esse ignem: quia reputabant ignem esse elemẽtum cęterorum elementorum, & simpliciorum partium: & ꝙ magis videtur non esse corpus: quia opinantur principia esse talia, s. simpliciora aliis, & remotiora natura corporea, & omnia ista cum eo, ꝙ visa est ab eis moueri, & mouere alia prima intentione, sicut anima. 29 Opinari ꝙ natura principiorũ ẽ mouens per se rectum est. Idem. 2. Ph. 3.4. vide. 2. de Ge. 53.

B

Democritus autem elegantius dixi, enuntians propter quid vtrunque horum. animam enim, et intellectum esse idem: istud autem ex primis, et indiuisibilibus corporibus. Motiuũ autem, *propter * subtilitatem partium, et figuram. figurarum autem facile mobilissimã sphæricam dicit. huiusmodi autem esse intellectum, et ignem. Democritus * a.l. addit & mobile. * a.l. paruitatem.

Democritus autem dixit in hoc sermonem magis latentem, et iudicauit causam in vtroq;, et dixit quòd aĩa, et intellectus sunt idem, et quòd hoc est ex primis corporibus indiuisibilibus. Et attribuit ipsum motui propter paruitatem partium eius, et propter figuram. et dixit quòd inter figuras magis obediẽs motui est sphærica, et quòd intellectus, et ignis habent talem figuram.

C Quia intentio eius in hoc capitulo est demonstrare ꝙ Antiqui bene dixerũt in hoc, ꝙ conueniunt in hoc, ꝙ anima est ex principiis propter motum, & facere comparationem inter sermones eorum de hoc, & iam locutus fuit de sententia eius, qui dicebat animam esse ignem, incœpit modo loqui de opinantibus eã esse ex partibus indiuisibilibus, dicendo Democritus autem. d. de natura aiç ꝓpter motum sermonem magis latentem sermone dicentis ipsam esse ignem. & est magis latens, quia iudicauit animã in vtraq; virtute: & d. ipsam esse eandẽ, & ꝙ natura vtriusq; est eadem, s. intellectu & animę mouentis, & sensibilis, d. enim ꝙ anima. & intellectus sunt idem, & ꝙ natura illius est, quia est pars partiũ indiuisibiliũ sphæricarum. D.d. Et attribuit ipsum motui &c. i. & attribuit ipsum motui proprio animę. i. posuit ipsum causam motus animę propter paruitatem suarum partium, cum sit indiuisibilis, & propter suam figuram. opinabatur enim ꝙ illa figura est leuioris motus omnium figurarum. & ideo opinabatur ꝙ ista figura existit in anima, & in igne. Et iste sermo latet propter duo, quorum vnum est hoc ꝙ opinabatur, s. ꝙ anima, & intellectus sunt idem: & ꝙ est pars indiuisibilis. sed partem indiuisibilem esse est dubium, ignem autem esse est manifestum. 30 Ignẽ esse est manifestũ. sed vide oppositum. 4. cœli. 32. Vide cõtra. Zim.

Anaxagoras autem videtur quidem aliud dicere animam, et intel Anaxago.

lectum, ſicut diximus prius. vtitur autem vtriſque, ſicut vna natura. D Veruntamen intellectum ponit principium maxime omnium. ſolũ enim dicit ipſum, eorum, quæ ſunt, ſimplicem eſſe, & immiſtum, & purum. Aſsignat autem vtraque eidem principio, & cognoſcere, & mouere, dicens intellectum mouiſſe omne.

Anaxagoras autem videtur dicere animam eſſe aliud ab itellectu, ſicut dixit ſuperius. ſed tamen vtitur eis etiam, quaſi ſint eiuſdem naturæ. Sed ponit intellectum digniorem omnibus rebus, vt ſit principiũ, dicit enim quòd ſolus intellectus inter omnia entia eſt ſimplex, & mundus, & purus. Et attribuit ei vtrunque, ſ. cognitionem, & motum, dicendo ꝙ intellectus mouet omne.

31 Cum fecit comparationem inter opinionem dicentis ipſam eſſe ignem, & opinionem dicentis ipſam eſſe partem ſphęricam partium indiuiſibilium, incępit ēt facere comparationem inter opinionem Anaxa. & Demo. Et d. Anaxa. &c. i. Anaxa. autem videtur, ſecundum ꝙ apparet, dicere animam eſſe aliud ab intellectu. ſed quamuis hoc apparet ex ſuo ſermone, tamen ipſe ponit eos eſſe eiuſdem naturę, i. eiuſdem generis. & cum hoc ponit intellectum magis dignũ, vt ſit B principium omnium rerum, & pręponit ipſum omnibus. d. n. ꝙ ſolus intellectus eſt ſimplex, mundus, purus, i. abſtractus a materia, non admixtus cum ea: & attribuit vtrunque ei in omnibus partibus mundi, ſ. cognitionem, & motum. opinatur enim ꝙ intellectus mouet omnia, & ꝙ non mouetur. Quoniam autem iſte 2. de aīa. t. c. 4. & hic īfra 34. tex. ſermo eſt magis vicinus veritati, & ſententię Ariſt. ſ. ꝙ intellectus eſt ex principiis, & ꝙ eſt cauſa cognitionis, & motus eſt manifeſtum. & īō laudabit ipſum poſt multum, & notificabit id, quod remanſit ei dicere de intellectu.

Thales. Videtur autem & Thales ex iis, quæ commemorant, motiuum aliquid animam opinari. ſi quidem dixit lapidem animam habere, quoniam ferrum mouet. Diogenes. Diogenes autem, ſicut & alii quidem, aerem, hunc opinatus omnium ſubtiliſsimarum partium eſſe, & principiũ. & propter hoc cognoſcere, & mouere animam. ſecundum ꝙ quidē primum eſt, & ex hoc reliqua cognoſcere: ſecundum ꝙ vero ſubtiliſsimum eſt, motiuum eſſe. Heraclitus. Heraclitus autem principium eſſe dicit, ſiquidem vaporem, ex quo alia conſtituit: & maxime etiam incorporeum, & fluens ſemper. quod autem mouetur eo, quod mouetur, cognoſci. in motu autem eſſe quæ ſunt & ille arbitrabatur, & multi. F Alcmęon. Similiter autem his & Alcmæon opinari videtur de anima. Dicit. n. ipſam immortalem eſſe, propterea quòd aſsimilatur immortalibus. hoc aũt ineſſe ipſi, tanquam ſemper motæ. moueri autem & diuina omnia continue ſemper, Lunam, Solem, aſtra, & totum cœlum. Hippo. Magis autem oneroſorum quidam & aquam exiſtimauerunt, vt Hippo. ſuaderi autem videntur ex genitura, quoniam omnium humida eſt. etenim redarguit ſanguinem dicentes animam, quoniam genitura non eſt ſanguis: hanc autem eſſe primam animam. Critias. Alii autem ſanguinem, quemadmodum Critias, ipſum ſentire animæ maxime proprium opinantes. hoc aũt ineſſe propter naturam ſanguinis. Oīa elementa pręter terrā iudicē acceperunt. Omnia enim elementa iudicem acceperunt, præter terram. hanc aũt nullus protulit, niſi aliquis dixit ipſam ex omnibus elementis eſſe, aut oīa.

Mileſius autem videtur, vt narratur de eo, dicere animam eſſe ali-

A quid mouens, cum dicebit quòd lapis habet animam, quia mouet ferrum. Diogenes autem, & alii multi opinabantur animam esse aerem. quia existimabant quòd nihil est subtilius aere: & propter hoc anima cognoscit, & mouet. secundum enim quòd est principiũ aliarum rerum cognoscit: secundum aũt quòd est subtilior omnibus rebus mouet. Et Heraclitus etiam dicit quòd anima est principium, cum dicit ipsum esse vaporem, ex quo cõstituit omnes res: & ponit ipsum valde remotum a corporibus, & semper liquidum. & opinabatur cum multis aliis quòd omnia entia sunt in motu. Et forte etiam aliquis videtur opinari etiam in anima talem opinionem. dicit enim ipsam esse immortalem, quia assimilatur immortalibus: et quòd hoc est ei. quia semper mouetur. & dixit omnes enim Dii (Luna, s. Sol, et stella) semper mouentur motu continuo. Et alii, qui digniores sunt derideri, iudicauerũt ipsam esse aquã, vt Hypo. & videtur declinare ad hanc opinionem propter sperma cum sit humidissimum rerum.
B quoniam per hoc contradicitur dicenti animam esse sanguinẽ, dicendo quòd sperma non est sanguis. & sperma est prima anima. Et alii dixerunt ipsum esse sanguinem, vt Critias, cum existimauerit quòd nihil consequitur animam, sicut sentire, & ꝙ sentire est ex natura sanguinis. Vnumquodq; enim elementorum, preter terram, habet iudicem: terra autem nullum. & quod dictum fuit de ea est quòd est ex omnibus elementis, aut omnia elementa,

Vult numerare omnes opiniones Antiquorum de anima, & dare cuilibet aliquam rationem. & sermo eius est manifestus. Milesius autem opinabatur animam esse principium mouens per se: quia dicebat ꝙ magnes habet animã. quia mouet ferrũ. Diogenes autem opinabatur animam esse aerem. aer enim est subtilius cæteris corporibus, & principium eorum, inquantum igitur est principium, dabitur ei cognitio: &, inquantum subtilius ceteris corporibus, dabitur ei motus, & hec duo appropriantur anime. Heraclitus vero opinabatur animam esse principium, & ꝙ illud principium est vapor liquidus motus. quia opinabatur ꝙ ex vapore est constitutio aliarum, & ꝙ est valde remotus a corpore: & hec duo sunt in principio. D.d. & opinabatur cum multis aliis, &c. i. & opinabatur cum multis aliis, ꝙ omnia mouentur: & credebat propositionem cõem omnibus, s. ꝙ simile cognoscitur per suum simile. &, quia apud ipsum omnia sunt mota, fuit necesse vt cognoscens sit motum. quapropter iudicauit animam esse vaporem. Et similiter qui ponit ipsam similem nature stellarum, & Solis, & Lune videtur opinari ipsam moueri per se. Sed dicens ipsam esse aquam debet derideri. nullus enim dixit aquam esse elementum ceterorum, sed tamen dedit ei rationem aliquã, s. quia sperma, quod est principiũ gñationis, est valde humidum: & existimatum est ꝙ sperma est anima, cum ipsum formet embryonẽ. D.d. qm̃ per hoc contradicitur dicenti ꝙ aĩa est sanguis. i. & ponit quod sperma est prima aĩa, quia ponit ꝙ sperma non est sanguis. forte igitur non iudicauit ꝙ anima est aqua, nisi quia videbat sperma esse animam, & aquam non sanguinem. D.d. Vnumquodque enim elementorũ preter terram, &c. i. & vnumquodque elementorum iudicatum est ab Antiquis esse animam ex eo, preter terram. nullus enim opinatur terram esse elementum aliorum: sed ꝙ tm̃ est cõposita ex quibusdam elementis, aut est omnia elementa, i. ex omnibus elementis, 32

C

Nullus opinat terrã eẽ elentũ aliorũ. oppositũ prio meta. t. com. 14. de Hesiodo, Vide con. Zim.

Definiunt aũt omnes animam, tribus, vt ita dixerim, motu, sensu, incorporeo. horum autem Vnumquodque reducitur ad principia.

Vnde et ipso cognoscere definientes ipsam, aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem preter vnum. dicunt enim simile cognosci simili. quoniam enim anima omnia cognoscit, constituunt eam ex omnibus principiis. D

Et ipsi vniuersaliter definiunt animam tribus, motu, s. & sensu, & non corporeo. & vnumquodque istorum reducitur ad principium. Et propter hoc posuerunt ipsam esse elementum, aut ex elementis illi, qui definierunt eam per cognitionem, & quòd quidem dicũt in hoc, est simile ei, quod dicunt quidam, præter vnum. dicunt. n. quòd simile non cognoscitur, nisi per suum simile. &, quia anima cognoscit omnia, posuerunt eam constitui ex omnibus principiis.

33 Cum demonstrauit ꝙ considerantes in anima per motum debent opinari ipsam esse ex principiis, incœpit demonstrare vniuersaliter ꝙ omnia dicta in definitione animę reducta sunt ad principium. & d. Et ipsi vniuersaliter definiunt, &c. i. & Antiqui vniuersaliter procedunt in definiendo animam, & cognoscẽdo suã substantiam tribus viis, motu, s. & sensu. i. cognitione: cum hęc duo videantur propria animæ. tertium autem, quia est non corpus. plures enim eorũ opinabantur hoc existere in anima, non minus ꝙ prædicta duo. & vnaquęq; istarũ viarum inducit eos ad opinandum animam esse ex principijs. & hoc intẽdebat, cũ d. & vnũquodq; istorum reducitur ad principiũ. D. incœpit demonstrare viam, per quam processit qui iudicauit animam esse ex principiis per cognitionẽ, & d. Et pp hoc posuerunt ipsam esse elementum, &c. i. &, quia omnes opinabãtur eã esse ex principiis, dixerunt illi, qui definierunt eam per cognitionem, ꝙ est elementum, aut ex elementis. & via. qua processerunt isti in hoc, est eadem, & similis, præter vnum illorum, s. Anaxa. D. demonstrauit hãc viã, & dixit. dicũt. n. ꝙ simile nõ cognoscitur nisi p suũ simile. i. & hoc fuit necesse apud eos, qa opinãbantur tres ppositiones. Quarũ vna est ꝙ oĩs res cognoscitur p suũ simile. Scda est, ꝙ oĩa non cognoscũt nisi p sua principia, Tertia ẽ, ꝙ aĩa cognoscit oĩa. ex qbus sequitur ꝙ aĩa est prĩcipia oĩa, aut ex prĩcipiis oĩũ. E

Quicunq; igitur vnam aliquam dicunt causam, & elementũ vnũ, & animam vnum ponunt: vt ignem, aut aerem. qui vero plura dicũt principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras aũt solus impassibilem esse dicit intellectum, & nihil commune vlli aliorum habere. Huiusmodi autẽ cum sit, quomodo cognoscit, & propter quam causam, neque ille dixit, neque ex iis, quę dicta sunt, conspicuum est. F

Solus Anaxagoras dicit i passibilẽ esse intellectũ, nihilq; cum cęteris cõe hr̃e, idẽ. 3. huius tex. 4.

Qui igitur dixit quòd principium, & elemẽtum est vnum, ponit animam ẽt vnum, aut ignẽ, aut aerem. et qui ponit principia plura vno, ponit animam plura vno. Anaxa. autem solus dixit quòd intellectus non recipit passionem: & quòd nihil est in eo, quo habeat cõmunicationem cum alia re. Sed non dixit qũo, & pp quid per hanc dispositionem cognoscit. & hoc est, quod apparet ex suo sermone.

34 Cum notificauit ꝙ opiniones eorum in substantia aĩę sequuntur illud, quod opinabantur in substantia principiorum, incępit demonstrare etiam ꝙ opiniones eorũ in numero animarum, sequitur etiam illud, quod opinatur in numero principiorũ, & d. Qui igitur dixit vnũ principiũ esse, ponit animã vnius rei, i. vnius naturę ex illo principio, aut ignẽ, aut aerẽ. & qui dixerũt principia esse plura vno, opinãtur animã esse plura vno. D. incępit declarare opinionẽ Ana. et ꝙ alia via pcessit, & d. Anaxagoras aũt solus dixit ꝙ intellectus non recipit passionẽ, idest nõ est materialis, & ꝙ in nullo habet communicationẽ cũ alio, i.

A ꝙ nulla res omnium, quas intelligit, est in eo, ita ꝙ sit cōis eis in alia forma. i. ꝙ nō est hoc, neq; in hoc, i, neque est corpus, neque virtus in corpore . & hoc nullus dixit, nisi Anaxagoras. & super hoc laudabit Anaxagoram post . D. d. Sed non d. quomodo. i sed nō d. quomodo contingit ei vt intelligat omnia: vtrum secundum ꝙ est in actu, aut scđm qđ est in potentia, neque dixit etiā qua de causa intelligit res , quæ non sunt intellectus in actu. & hoc est quod post complebit, cum locutus erit de intellectu.

Quicunq; aūt contrarietates faciunt in principiis, & aīam ex contrariis constituunt . Qui aūt alterum contrariorum vt calidum , aut frigidū, aut aliquid humōi aliud, & aīam similiter vnū aliqđ horum esse ponunt. Vnde et nomina cōsequūtur. qui quidē calidū dicentes, propter hoc & , τὸ ζῆν , i . viuere nominatum esse . qui aūt frigidū , propter respirationem, & refrigerationem vocari ψυχὴν , i . animam. Tradita igitur de aīa , & propter quas causas dicunt sic, hæc sunt.

Et illi, qui in principiis ponebant contrarietatem , constituunt etiam
B aīam ex contrariis . Qui igitur posuerunt principiū alterum contrariorum, vt calidum, & frigidū , & aliud simile , opinati sunt in aīa ēē illā esse vnā hoc mō , Et videmus eos ēt consequi nomina . quidam igitur eorū dicunt aīam esse calidum : qm̄ hoc nomen vita in lingua Græca cecidit ex hac intentione . & quidam dicunt quòd est algidū, idest frigidum propter anhelitum : & infrigidatio , quę prouenit ex anhelitu , dicitur in Gręco isagogi, i. anhelitus . Hoc igitur accepimus ab Antiquis de anima : et ista induxerunt eos ad dicēdum hoc .

Narrauit in hoc capitulo consequentia eius , qđ opinantur in substantia animę ad illud, quod opinantur in principiis, adeo ꝙ qui opinatur principia esse cōtraria, dicit animam esse ex contrariis. Dicens igitur ꝙ principia sunt calidum, aut frigidum, aut aliud contrarium, dixit ꝙ anima similiter est vnum illorum cōtrariorum. Et in alia translatione inuenitur additum, & qui opinabantur ꝙ principia sunt alterum par contrariorum dicunt ꝙ anima est in illo pari contrariī. & est illud, quod dixit, & qui posuerunt contrarietatem in principiis, &c. Deinde d. Et videmus eos etiam consequi nomina, &c. i. & inuenimus eos ratiocinari super hoc, scilicet ꝙ alterum contrariorum est principium , & ꝙ anima est
C ex eo ex deriuatione huius nominis vitę , & animę . Dicens igitur ipsam esse calidum, ratiocinatur per hoc ꝙ hoc nomen vita in lingua Gręcorum deriuatur a calido . & similiter hoc nomen motum . Et, cum dixit ipsam esse frigidum ratiocinatur per hoc nomen anhelitus , quod deriuatur a frigido. Deinde dixit, hęc igitur accepimus, &c. idest in substantia animę. & istę sunt rationes, quę induxerunt eos ad hoc dicendum, scilicet rationes acceptę ex distinctione, & motu, & ꝙ anima non est corpus.
35

Summa Tertia . Confutantur Antiquorum opiniones de Animæ essentia : Adducunturq; nonnullæ circa ipsius unitatem difficultates .

Caput Primum . Diluuntur opiniones Animam moueri asserentes .

COnsyderandū aūt primū quidem de motu . fortasis. n. non solū falsum ē substantiā ipsius humōi esse, qualē aiūt dicentes aīam

esse ipsum seipsum mouens, aut potens mouere: sed vnum quoddá impossibilium est inesse ipsi motum. Quòd igitur non necesse sit mouens & ipsum moueri, prius dictum est. D

Et debemus perscrutari prius de motu. videtur enim ꝙ non hoc solum est falsum, scilicet quòd substantia eius sit talis dispositionis, sicut narrant isti, qui dicunt animam esse aliquid mouens se, aut aliquid motiuum sui, sed esse animam motum est impossibile. Et dico etiá ꝙ nõ est necesse vt mouens sit motum: & hoc ẽt prędictum est.

Nota diuisionem huius primi libri.

Venti, & fluuii constituũtur ꝑ motũ. Idem cõ. sequẽti. 8. Ph. t. cõ. 40. & com. 28.

36 Cum compleuit sermones Antiquorum de anima, & rationes eorum, & ꝙ collocatur in eis de vero, incœpit in hac parte contradicere falso dicto ab eis, quę est tertia pars huius tractatus. Prima enim est in prologo. Scda in inueniẽdo opiniones eorũ. Tertia in contradicendo eis. Et incępit in hac parte contradicere eis, qui definiunt eam per motum, & d. Et debemus perscrutari, &c. i. et perscrutandũ est de considerantibus in substãtia eius per motum. Visum est. n. ꝙ non tantum est falsus sermo eorum, qui definiunt eam ꝙ est aliquid mouens, aut motiuum sui: sed etiam ꝙ sit anima mota per se, scilicet vt cõstituatur per motum, vt plura entia, vt vẽti, & fluuii, est falsus. Et hoc intẽdebat, cum. d. sed esse animam motum est impossibile. i. sed sermo dicentis ꝙ essentia animę constituitur per motum est impossibilis. Deinde d. Et dico etiam ꝙ non est necesse, &c. idest quoniam autem non est necessarium vt aliquid moueat se, declaratum est prius, scilicet in naturalibus ꝙ autem est mota per se, modo incępit declarare. E

Moueri aliquid bifariã dici.

Dupliciter autem cum moueatur omne, aut enim secundum alterum, aut secundum seipsum. Secundum alterum autem dicimus, quęcunque mouentur eò quòd in eo sunt, quod mouetur, vt nautæ. non enim similiter mouentur naui. hæc enim secundum seipsam mouetur: illi autem eò quòd sunt in eo, quod mouetur. Manifestum autẽ in partibus est. proprius enim motus pedum ambulatio est. hæc aũt & hominum est; non inest autem nautis tunc.

Et omne motum mouetur duobus modis, aut per aliud, aut per se, Et dicere per aliud est illud, quod mouetur, quia est in aliquo moto, vt equitans in naue. motus enim eius non est sicut motus nauis. quoniam nauis mouetur per se, & equitans mouetur, quia est in moto. Et hoc est manifestum ex membris. motus enim proprius pedibus est ambulatio, & conuenit etiam homini: sed non primo inuenitur in illa dispositione in equitantibus in naui. F

Prio de Generatione, t. cõ. 45.

* Motus essẽtialiter attribuitur homini per pedes. Sed vide oppositũ 6. ph. 59. & 7. Ph. 4. vbi

37 Cum declarauit ꝙ falsitas non tantum inuenitur in hoc, ꝙ mouet se anima, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus, sed ẽt in hoc, qđ dicunt ꝙ substãtia animę constituitur per motum, vt venti, & fluuii, incępit declarare hoc ẽt esse impossibile. Et incępit primo diuidere modos, scdm quos dicitur ꝙ aliquid est motum: & declarauit primo ꝙ motus attribuitur alicui duobus modis: aut essentialiter, quando aliquid fuerit motum per se: aut accidentaliter, quando fuerit motum per motum, alterius, cum fuerit in re mota, Et. d. Et omne motum mouetur duobus modis, aut ꝑ aliud, aut per se. D. d. exemplum de equitantibus in naui. D. d. & hoc manifestũ est ex membris, i. motus nauis non attribuitur equitantibus essentialiter. * & hoc manifestum est ex motu mẽbrorũ, ꝓꝑ quę attribuitur motus essentialiter homini, & animali, s. pedum. motus enim non attribuitur homini essentialiter, nisi propter hęc membra: & istę, motus non inuenitur in equitantibus in naui: motus igitur essentialis non inuenitur in eis. † Et de-

bes

A bes scite ꝙ illud, quod dicitur motum, quia est in moto, est duobus modis. Modo qui est possibilis vt moueatur per se: vt equitantes in naui, qui mouentur p motū nauis. Et modo, qui est impossis: vt albedo, quę mouetur per motū corporis albi, dr̄ ꝙ p cor.

† vide consimile. 4. ph. t.c.32. &.5. ph.co .1. & 6.ph. 87.& 8.ph.27.

Dupliciter itaq; dicto ipso moueri nunc intendimus de anima, si per seipsam mouetur, & participat motu. Quatuor autem motus cū sint, latio, alteratio, augmentum, & decremētum, aut secundum vnū horum mouebitur, aut secundum plures, aut secundum omnes. Si vero mouetur non secundum accidens, natura inerit motus ipsi. si autem hoc, & locus. omnes enim dicti motus im loco sunt.

Vide contr Zim.

Mot' spēs.

Et, quia motum dicitur duobus modis, debemus modo perscrutari de anima vtrum moueatur per se aut per aliud. Et, quia motus sunt quatuor, loci, & alterationis, & augmenti, & diminutionis, necesse est aut vt moueatur aliquo istorum motuum, aut vt moueatur plusquam vno, aut vt moueatur omnibus motibus. Si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter. &, si ita sit, habet

B locum etiam. omnes enim motus, quos diximus, sunt in loco.

Cum diuisit motum in duo essentialiter, & accidentaliter, incępit perscrutari 38
vtrū sit possibile vt anima moueatur per se, & d. Et quia motum dicitur, &c. id. est, & cum declaratum est ꝙ motus dicitur duobus modis, perscrutandum est vtrum anima moueatur per se, aut non moueatur nisi accidentaliter. Deinde proposuit huic tres propositiones, quarum Vna est ꝙ motus sunt tres in genere. sed ipse dixit quatuor large, quasi numerando additionē, & diminutionem pro duobus. Secunda autem est ꝙ, si anima mouetur, aut vno istorum motuum, aut pluribus, aut omnibus mouetur. Tertia vero est ꝙ, si mouetur vno istorum motuum, necesse est vt sit corpus. Quod autem, si anima mouetur, tunc vno istorum motuum mouetur, sic componitur. Si anima mouetur essentialiter, necessario mouetur vno essentialium, motuum, aut pluribus, aut omnibus: & omnis motus aut est loci, aut alterationis, aut augmenti; ergo anima, si mouetur, mouetur, aut localiter, aut cremento, aut alteratione. &, cum coniunxerimus huic ꝙ omne motum aliquo istorum motuum est corpus, vt declaratum est in sexto Phy. concludetur ꝙ, si anima mouetur, est corpus, & in loco; cum omne corpus sit in loco. Hoc igitur possumus intelligere de hoc, quod d. si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter. Si igitur ita sit, habet locum. omnes enim motus prędicti sunt in loco. si igitur mouetur naturaliter: & omnis motus naturaliter est

6.phy.t.c. 32.

C vnus illorum trium: & quilibet illorum est in corpore: & omne corpus est in loco: necesse est vt anima sit in loco. &, cum fuerit in loco, erit mota motu locali necessario. omne enim, quod mouetur altero illorum duorum motuum, mouetur localiter: sed non conuertitur. Sed in verbis est ambiguitas. quoniam d. omnes enim motus prędicti sunt in loco: & non d. omnia enim mota illis motibus prędictis sunt in loco: sed omnes motus prędicti. sed hoc etiam secundum suum modū non vere dicitur de illis motibu tribus, scilicet vt sint in loco, si hoc, quod dixit prędicti, respondet illis tribus. motus enim alterationis non est in loco. Et ideo possumus intelligere ex hoc, quod d. si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter, idest per se, non propter aliud extrinsecum, necesse est vt moueatur motu locali. & sic intendit per motus prędictos omnes modos motus localis. iste enim motus existit in re naturaliter, & est necessario in loco, & secūdum hoc erit sermo eius & motus est ei naturaliter, quasi alia conditio addita ei quod est ei essentialiter. alteratio enim potest dici aliquo modo ꝙ est in alterato essentialiter. Et potest dici ꝙ est in eo accidentaliter aliquo modo. albedo enim non mouetur in nigredinem, nisi quia est in aliquo diuisibili, scilicet in corpore, non quia est diuisibilis in se. & sic erit hic alius modus modorum accidentaliter a modo descripto: vt verificat hanc expositionem hoc, quod post dicet.

Ois motus est in loco.

Obiectio. Nūquid ois motus sit in loco.

Pria solo.

Scda solo.

Si aūt est substantia animę mouere a seipsam, non secundum accidens ipsum moueri ipsi inerit, sicut albo, vel tricubito. mouentur.n. & hæc, sed secundum accidens. cui enim insunt, mouetur illud corpus. Vnde non est locus ipsorum, animæ autem erit. si quidem natura motu participat. D

Et, si substantia animæ est vt moueat se, tunc mouere non erit accidentaliter, vt motus albi, & tricubiti. ista enim mouentur, sed accidentaliter. quod autem mouetur est corpus, in quo hæc duo existunt. Et ideo non habent locum. anima autem habet locum: cum habeat naturaliter communicationem cum motu.

39 Cum declarauit ꝙ, si mouetur essentialiter, oportet vt moueatur vno trium motuum, incœpit declarare ꝙ non potest moueri motu alterationis, neq; augmēti. impossibile est enim vt inueniatur in eis aliquod mouens: quoniam hoc non inuenitur nisi in motu locali tantum; quamuis illud, quod mouetur in qualitate mouetur aliquo modorum rerum, quę dicuntur moueri accidentaliter. Et d. Et si substantia animę, &c. i. &, si substantia animę est aliquod mouens se, vt Antiqui describunt, tunc impossibile est vt moueatur in qualitate, vt album in nigrū. E neq; in quantitate, vt tricubitum in tetracubitum. quoniam, si aliquod istorum dicatur moueri, non dicetur nisi accidentaliter: quoniam illud, quod mouetur in istis, non est nisi corpus. Et hoc est quasi causa, propter quam non inuenitur in his duobus motibus mouens ex se. sed quoniam motus non attribuitur albedini, & nigredini, nisi propter corpus, in quo existunt hę duę qualitates, manifestum est. Sed difficile est imaginari quomodo attribuitur additio, & diminutio in quantitate rei augmentabili, & diminuibili accidentaliter. augmentatū enim essentialiter mouetur in loco. Sed secundum ꝙ est motus in partibus, non in toto. motus igitur attribuitur toti accidentaliter. motus igitur attribuitur alterabili, & augmentabili modo accidentali: sed alterabili propter corpus deferens, augmentabili autem & diminuibili propter partes corporales augmentabiles, & diminuibiles. Et secundum has duas intentiones intelligendus est suus sermo, in quo d. quod autem mouetur est corpus, in quibus sunt hęc duo, idest est corpus, in quibus sunt hęc duo. in qualitate vero est corpus subiectum: in augmentato autem sunt partes corporis, in quibus inuenitur iste motus, & sic possunt dissolui omnes dubitationes contingentes huic sermoni.

Vide. 8. ph. 60. & q̄ ibi.
Dubium.
Solutio.
Vide .1. de Gñatiōe. 37 &. 8, ph. 33.

Quod mouetur nāliter, mouet violenter, & e contra.

Amplius autem: si natura mouetur, & violentia mouebitur, &, si violentia, & natura. Eodem aūt modo se habet & de quiete. in quod F enim mouetur natura, & quiescit in hoc natura. in quod aūt violētia mouetur, quiescit & in hoc violentia. Quales autem violenti motus animæ erunt, & quietes, neq; fingere volentibus facile est reddere. Amplius autem, si quidem sursum mouebitur, ignis erit: si vero deorsum, terra horum autem corporum motus hi. Eadem autem ratio & de mediis.

Et, si mouetur naturaliter, mouetur etiam violente: &, si violente, naturaliter. Et similiter de quiete. ad quod enim mouetur naturaliter, in eo quiescit naturaliter. & similiter in illo, ad qđ mouetur violēte, in eo qescit violēte. Qui igitur sunt motus, & quietes isti, qui violēte accidūt aīæ? Et si mouetur superius naturaliter, est ignis: &, si inferius, est terra. isti enim duo motus non sunt nisi horum duorum corporum. Et sermo de corporibus mediis est iste idem sermo.

40 Idest Et, si mouetur naturaliter, i. per se in loco, necesse est vt moueatur vio-

A lente in loco.& hoc necesse est in eo,quod mouetur in loco motu recto.D.posuit conuersum,& d.&,si mouetur violente,mouetur ẽt naturaliter.et hoc ẽt necesse est,s.ꝙ illud,quod mouetur violente,debet moueri naturaliter: motus*.n.violẽtus non intelligitur nisi respectu naturalis.D.d.Et similiter de quiete. idest & secundum hunc modum debet esse in quiete s. ꝙ omne motum naturaliter habet quietem naturaliter:& omne habens quietem naturaliter habet quietem violẽte:et omne habens quietem violente,habet quietem naturaliter.Si igitur anima mouetur naturaliter,habet quietem naturaliter:&,si habet quietem naturaliter, habet quietem violente.Et cum narrauit ꝙ illud,quod mouetur naturaliter,potest habere violentiam quietem,narrauit in quo loco habet quietem violente, & d.& similiter in illo ad qđ mouetur naturaliter,in eo quiescit violente.i.in loco enim,in quo mouetur naturaliter,quiescit violente.v.g ignis,qui mouetur naturaliter in loco inferiori,in eo quiescit violente: terra autem econuerso. & hoc determinatum est in quinto Physi,Et,cum probauit ꝙ si anima mouetur naturaliter,& per se,necesse,vt moueatur violente,aut quiescat violente, his propositionibus verificatis,d.Qui igitur motus sunt?i. nullus enim potest dicere in hoc aliquid.hoc enim nullo modo imaginatur in anima,nedum sit necesse.Et potentia istius sermonis est potentia duorum syllogismorum hypotheticorum. Quorũ primus est ꝙ,si anima mouetur naturaliter,mouetur violente, sed non mouetur
B violente:ergo non mouetur naturaliter.Secundus autem,est ꝙ,si anima mouetur naturaliter,quiescit naturaliter:& si quiescit naturaliter,quiescit violente: sed non quiescit violente:ergo non quiescit naturaliter:& si non quiescit naturaliter,non mouetur naturaliter.& iste componitur ex duobus syllogismis hypotheticis continuatiuis,in quorum vtroque destruitur consequens,& concluditur oppositum precedentis.D.d.alium syllm̄,qui sequitur ex istis propositionibus per quem declarat ꝙ aĩa non mouetur naturaliter,& d.Et, si mouetur superius naturaliter,est ignis:&,si inferius.est terra. idest si mouetur naturaliter in loco mouetur aut superius,aut inferius: cum omnis motus in loco est altero istorum modorum.& hoc verum est in motu recto.Si igitur mouetur superius,est ignis: si inferius,est terra:si medio modo est alterum duorum corporum mediorũ, aut aqua,aut aer.Et hoc intendebat cum dicit. Et sermo de corporibus, &c. idest quasi diminuit impossibile consequens:quia manifestum est.& est ꝙ,si est ignis, aut aliquod elementorum,est in corpore violente.&, si est aliquod elementorũ, non debet moueri in corpore nisi vno motu naturaliter, aut superius, aut inferius non motibus oppositis:sed nos videmus eam moueri motibus oppositis in loco:ergo non est vnum elementorum quatuor.

In motu recto qđ mouetur naturalitẽ mouetur violenter.Idẽ.2 cœli.84.
* Motus violentus nõ intelligitur, nisi i respectu naturalis. vide.1.cœli.14 & quę ibi.et 2.cœli.83. 5.Physi.54 60.

Præterea,quoniam videtur mouere corpus,rationabile est iis mouere motibus,quibus & ipsa mouetur.Si autem hoc, & conuertentibus
C est dicere verum,ꝙ secundum quem corpus mouetur,eo,& ipsa: corpus autem mouetur secundum lationem: quare & anima mouebitur,sicut corpus,aut tota,aut secundum partes trãslata.Si autem hoc & egressam iterum ingredi continget.ad hoc autem sequetur, vt resurgant mortua animalium.

Et ẽt,si videmus eam mouere corpus, necesse est vt moueat ipsum illis motibus,quibus illa mouetur.Et, si ita sit,cum iste sermo conuertetur,erit verus,s.ꝙ motus,quo corpus mouetur,mouetur ẽt ipsa illo motu,& corpus mouetur motu locali:vnde necesse est vt anima trãsmutetur secundum transmutationem corporis,& trãsferatur in loco aut secundum totum,aut secundũ partes.Et,si hoc fuerit,possibile est vt cũ exiuerit ab aliquo loco reuertatur,& existat in eo.vnde possibile est vt illud,quod moritur ex animalibus,reuertatur, & viuat.

Dicit Et etiam,si videmus eam, &c.i.& est etiam altera ratiocinatio, quo. 41

niam, si ponimus ꝙ ipsa mouet corpus secundum ꝙ mouetur, necesse est vt moueat ipsum modo motus, quo mouetur, scilicet ꝙ, si transferatur, necesse est vt transferat ipsum: &, si alteretur, necesse est vt alteret ipsum. Et, cum posuit hoc, d. & econtrario etiam, scilicet modus motus, quo corpus mouetur ab anima necesse est vt moueatur illo eodem motu. Hoc posito, si posuerimus ꝙ corpus mouetur ab anima motu locali, tunc necesse erit vt anima moueatur in corpore, aut secundum partes. erit igitur in corpore quasi corpus in loco. &, quia innata est mouere corpus in locis diuersis, possibile est etiam vt ipsa moueatur in locis diuersis. Et cum ita sit, possibile est, sicut dixit, cum exierit a corpore, vt reuertatur, & intret ipsum, vnde consequitur, sicut dixit, vt animal mortuũ reuertatur, & viuat. Sed ista contradictio est secundum sermonem dicentis, non secundum rem in se. Nos enim non ponimus ꝙ omne mouens mouetur illo modo motus, neque in motu locali: nisi mouens sit corpus: vt declaratum est in Physicis. Et cum quidã existimauerunt ꝙ hęc contradictio est secundum rem in se, dederunt dubitationes super Aristo. in hac propositione, dicenti ꝙ omne corpus non mouet nisi moueatur, & dicunt, nos videmus hic multa, quę mouent. & non mouentur illo modo motus, vt lapis iectus: quoniam, cum calefit, mouet paleam motu locali, tamen ipse non mouetur. Sed iste non est locus istius quęstionis. & eius dissolutio iam dicta est in. viij. physico, vbi indigebat ponere hanc propositionem. Si quęstio esset propria huic loco contradictio esset secundum rem in se quia multa videmus alterare, tamen non alterantur. Sumus igitur inter duo. Aut debentes ponere ꝙ contradictio est secundum rem in se, & tunc non erit verum nisi in motu locali, ꝙ non sonant verba Aristo. Aut ponere ꝙ contradictio est secundum sermonem dicentis, non secundum rem in se. Et ista quidem contradictio non verificatur, nisi concedendo primam propositionem, a qua incępit loqui, scilicet ꝙ, si anima mouet corpus, secundum ꝙ mouetur, necesse est vt moueat ipsum modo motus, quo mouetur. & hoc concedunt Antiqui: aut sequitur illud, quod concedunt. hoc quidem concesso, consequitur conuersum eius necessario, & est ꝙ omnis motus, quo corpus mouetur, necesse est vt anima moueatur illo motu. & hoc manifestum est. secundum hoc igitur intelligenda est ista contradictio in hoc loco.

Dubium. (margin, beside "Et cum quidã existimauerunt…")

Solutio. 8. Phy. 35. & 82. (margin, beside "motu locali, tamen ipse non mouetur…")

D (right margin, top) — B (right margin, beside "…rem in se")

Motu autem secundum accidens etiam ab altero moueretur. pelletur enim vtique violentia animal. Non oportet autem, cui a seipso moueri inest in substantia, hoc ab alio moueri, nisi secundum accidẽs. sicut neque quod secundum se bonum, aut propter seipsum, hoc quidem propter aliud esse, hoc autem alterius causa.

Quod scd͂m se bonum ẽ ꝑpter aliud non est. (margin)

F (right margin)

Motu autem accidentaliter non mouetur, nisi per aliud, scilicet cũ animal expellitur violente. Sed non est necesse vt illud, in cuius substantia est moueri per se, moueatur per aliud, nisi accidentaliter, quẽadmodum non est rectum, vt illud, quod est bonum per se, sit bonum per aliud: neque illud, quod est delectabile per se, sit delectabile per aliud.

42 Cum destruxit ꝙ anima mouetur per se, incępit declarare ꝙ non est impossibile vt moueatur accidentaliter: immo forte est necessarium. Et d. Motu autem accidentaliter, &c. i. motu autem accidentali potest moueri: cum talis motus non est nisi per motum rei, in qua est, & hoc accidit ei, cum corpus, in quo est, mouetur violente ab aliquo extrinseco. Et, cum dedit pro possibili istũ modũ motus, declarauit ꝙ non debet necesse esse, vt illud, quod mouetur per suam substantiã, moueatur per aliud. Quemadmodum enim illud, quod est bonum per se, non est bonum per aliud, sic illud, quod est motum per se, non est motum per aliud.

A Animam aũt maxime dicet aliquis vtiq; a ſenſibilibus moueri, ſi quidẽ mouetur. At vero & ſi mouet ipſa ſeipſam, & ipſa mouebitur vtiq;. Quare quoniam omnis motus * remotio eſt eius quod mouetur ſecundum quòd mouetur, & anima * remouebitur vtiq; a ſubſtantia, niſi ſecundum accidens ſeipſam moueat. ſed eſt motus ſubſtantiæ ipſius per ſe.

*exitus. *exibit.

Et melior ſermo omnium ſermonum dictorum in hoc, quòd anima mouetur, eſt quòd mouet ſenſibilia. Sed, ſi mouet ſe, mouetur etiã. Vnde neceſſe eſt, quia motus eſt proceſſus moti in modo ſui motus, vt anima etiam procedat a ſua ſubſtantia, ſi non mouet ſe accidentaliter, ſed motus eſt ſuæ ſubſtantiæ per ſe.

Cum declarauit ꝙ contingit dicentibus ꝙ anima non mouet, niſi ſecundum ꝙ 43
mouetur, vt moueatur modis motuum, quibus mouet: anima autem videtur mouere pluribus modis, vt motu locali, & motibus ſenſibilium: & iam dedit eis impoſsibilitatem, ſi mouetur motu locali, qui eſt modus quo mouet: declarauit hic
B ꝙ ſermo magis ſufficiẽs, ꝙ anima mouetur illo modo, quo mouet, eſt vt moueat motu, quem facit in ſenſibilibus. & d. Et melior ſermo, &c. i. & magis ſufficiens ſermo eſt dicere ꝙ anima mouetur in genere motus, quem habet in ſenſibilibus. & intendebat hoc, cum d. ꝙ mouet ſenſibilia. i. ꝙ mouetur modo motus, ſecundũ quem mouet ſenſibilia. Senſus * enim licet moueantur a ſenſibilibus, tamen exiſtimantur mouere, & moueri ab eis inſimul. D. incępit dicere aliud impoſsibile contingens omnibus: & eſt ꝙ ſi actio ſubſtantialis animę, qua ſuſtentatur, quaſi forma ſit † motus: motus autem eſt tranſmutatio rei in ſua ſubſtantia: neceſſe eſt vt anima tranſmutetur in ſua ſubſtantia: & non ſit in ſua vltima perfectione, i. in actu. Eſſe * enim motus eſt eſſe tranſmutabile, & eſt compoſitum ex eſſe in potentia, & ex eſſe in actu. & ideo exiſtimauerunt plures Antiquorum ipſum non eſſe. & d. Sed, ſi mouet ſe, mouetur etiam, &c. i. ſed ſi anima mouet ſe, vt ponunt Antiqui, ipſa etiam mouetur in ſe, & in ſua ſubſtantia. Et, quia omnis motus eſt tranſmutatio moti in modo ſuę ſubſtantię, ſecundum ꝙ eſt motum, neceſſe eſt vt anima etiam tranſmutetur a ſui ſubſtantia. D. d. ſi non mouet ſe accidentaliter. i. mihi videtur, ſi motus non eſt aliquod poſterius ab anima quaſi accidens illi. ſ. vt anima accipiatur in definitione motus, non motus in definitione animę: vt faciunt Antiqui. Et intendebat per hanc expoſitionem, ſi non mouet ſe, ita ꝙ motus ſit accidens, & conſequens ſubſtantiam eius. & forte intelligit intentionem
C prędictam de accidenti, id eſt quod opponitur eſſentię.

* Sẽſus licet moueãtur a ſenſibilib', tñ exiſtimãtur mouere, & moueri ab eis inſimul.

† Motus eſt trãſmutatio rei ĩ ſua ſbã oppoſitũ. 1. phy. 63. & 5. ph. 7. Vide cõtra. Zim.

* Eſſe motus eſt cõpoſitũ ex eſſe ĩ potentia, & ex eſſe in actu. & iõ exiſtimauerũt plures Antiquorũ ipſum nõ eſſe. Idem. 3. phy. 14.

Quidam autem & mouere animam dicunt corpus, in quo eſt, ſicut ipſa mouetur. vt Democritus ſimiliter dicens Philippo Comediarum magiſtro. Refert enim Dædalum mobilem feciſſe ligneam Venerem, infundendo argentum fuſile. Similiter aũt & Democritus dicit. motas enim inquit indiuiſibiles ſphæras, propterea quòd aptæ natę ſunt nunquam manere, contrahere, & mouere corpus omne. Nos autem interrogabimus, ſi & quieſcere facit hoc idem quomodo autem faciet hoc, difficile eſt, aut etiam impoſsibile dicere. Omnino autem non ſic videtur anima mouere animal, ſed per electionẽ quandam, & intellectionem.

Democritus

Et dicunt aliqui quòd anima mouet etiam corpus, in quo eſt, modo, quo mouetur. vt Demo. dixit enim ſermonem ſimilem ſermoni

Philippi. Iste enim dicit ꝙ Dedalus posuit imaginem Hermaphroditi motam, ponendo in ea argentum viuum. Et similiter dicit Demo. dicens quod sphæræ indiuisibiles semper mouentur, quia innatæ sunt non quiescere in aliqua hora: & sic attrahent secum totum corpus, & mouent ipsum. Nos igitur quærimus ab eo, vtrum hoc idem faciat quietem etiam. & difficile est, immo impossibile dicere quomodo facit hoc. Et vniuersaliter non videmus animam mouere animal hoc modo, sed voluntarie. D

Cum declarauit ꝙ contingit dicentibus ꝙ mouetur anima ex se, vt transferatur ex se, quemadmodum corpus transfertur, & dedit eis multa impossibilia, incępit hoc etiam dicere ꝙ plures homines sunt, qui hoc dicunt, & d. Et dicunt aliqui ꝙ anima mouet corpus, &c.i, & quidam opinantur ꝙ anima mouet corpus motu locali, illa etiam mota. vt Democ. opinatur enim ꝙ partes indiuisibiles semper mouent corpus motu suo, sicut dixit Philippus ꝙ Dedalus fecit mouere imaginem Hermaphroditi, imponendo in eam argentum uiuum. iste enim opinatur ꝙ ita est de anima cum corpore in motu, sicut de argento viuo cum imagine D.d. Nos igitur quęrimus ab eo, &c. i. &, si causa apud ipsum, propter quam anima mouet corpus, est ista, quęrendum est ab eo, quomodo anima facit quietem, si facit motum, secundum ꝙ semper mouetur. Deinde declarauit ꝙ non solum est difficile, immo impossibile dare causam, quomodo facit quietem, secundum ꝙ mouetur, & dixit. & difficile est dicere, &c. D.d. Et vniuersaliter non videmus animam, &c.i. ꝙ, si motus corporis ab anima esset, sicut motus imaginis argento viuo, tunc motus corporis non esset voluntarius, sed necessarius. et hoc manifestum est.

(44 at line "ratur ex se, quemadmodum..."; E in right margin at line "imagine D.d. Nos igitur...")

φυσιολογῇ. Eodem aũt modo & Timæus* naturaliter ostendit animam mouere corpus. eò enim quòd mouetur ipsa, & corpus mouere, propterea ꝙ connexa est ad ipsum. Constitutã enim ex elementis, & dispartitam secundum * harmonicos numeros, quatenùs connaturalem sensum * harmoniæ habeat. &, vt totum feratur consonantibus lationibus, rectitudinem in circulum flexit. &, cum diuidendo fecit ex vno duos circulos dupliciter cõnexos, iterum vnum diuisit in septem circulos: tanquam essent cœli lationes animæ motus. F

*Sonoros. *Concetus.

Et similiter est de hoc, quod dixit Timæus in sermone naturali, s. ꝙ anima mouet corpus. dixit enim quòd non mouet corpus, nisi ipsa mota, quia admiscetur cum eo. Constitutio enim animæ est ex elementis. & est diuisibilis secundum diuisionem numerorum compositorum, vt habeat sensum conuenientem harmoniæ, & moueatur totũ motibus conuenientibus. dixit & ideo incuruauit rectitudinem, & posuit eam circulũ, & diuisit ex vno duos circulos separatos in duobus locis. deinde diuisit vnum circulum etiam in septem circulos: ita ꝙ posuit motus cœli, sicut motus animę.

Figuræ, Platonis opinionem declarantes, ex eius præcipuis ſectatoribus.

Numeri animam conſtituentes, ac eorum proportiones.

Dupla ſuperbipartiens.

Proportio Dupla. Sexquialtera. Sexquitertia. Sexquioctaua. Tripla.

1 2 3 4 8 9 27

Diapaſon. Diapente. Diateſſaron. Compoſita ex Diapaſon & Diateſſaron. Tonus. Compoſita ex Diapaſon & Diapente.

Figura, duplicem dictorum numerorum oſtendens coordinationem, in quibus idenitas, ac diuerſitas reperitur.



Figura, numerorum oſtendens reflexionem, quaſi circularem, a paribus ad imparia, & econtrario.

Figura, cœlorum ostendens diuisiones, animas, motus, rerum intelligibilium, animęq; nostræ poten tiarum ordines, ac Proportiones.

65 Cum dclarauit ꝙ Democritus opinabatur animam mouere corpus localiter, ipsa translata, & dedit impossibile consequens eius opinionem, incępit etiam declarare quod illud, quod dictum est in Timęo, est simile opinioni Democriti, & d. Et similiter etiam, &c. i. & similiter dictum est in Timęo, scilicet ꝙ anima mouet corpus localiter: immo etiam anima transfertur, quia admiscetur cum eo: &, cum ipsa transfertur, transfertur corpus. Et, cum declarauit similitudinem inter hanc opinionem, & opinionem Democ. incępit etiā dicere illud, quod est proprium huic opinioni, & contradicit ei proprie, & d. Cōstitutio.n. animę, &c. idest, & hoc dictum fuit in Timęo quod cōstitutio animę est ex elemētis istius mundi: sed est intelligens, quia componitur ex elementis musica compositione, & sphęrica: & comprehendit harmoniam, quia componitur compositione harmonica: quoniam & apud ipsum talis est natura corporū cęlestiū. corpora enim cęlestia sunt composita apud ipsum tali cōpositione: & figura eorum talis est. Et cum d. ꝙ constitutio animę est ex elementis, intendit ex elementis, quibus D

A componitur mundus apud ipsum, Et d.& est diuisibilis.i.& est composita compositione harmonica: quia per talem proportionem compositionis potest sentire harmoniam. Et hoc intendebat, cum d. vt habeat sensum. D.d. et moueatur totũ motibus cõuenientibus.i.quia habet numerũ harmonicum. D.d.et ideo incuruauit rectitudinem.i.intendit ꝙ Timeus, qui opinabatur ꝙ anima non agit, nisi inquantum est sphaerica, & comprehendit harmoniam, & mouetur motibus harmonicis.i.conuenientibus, inquantum componitur ex elementis compositione harmonica, dixit narrando de creatore ꝙ composuit animam ex elementis, composuit ipsam prius magnitudine recta compositione harmonica. deinde incuruauit lineam, & fecit ipsam circulum, vt intelligat. & fecit illum circulum habere latitudinẽ. deinde diuisit illum circulum in duo: quorum vnum diuisit in septem.s.orbes stellarum erraticarum, & orbem stellarum, ita ꝙ posuit motus coeli eosdem cũ motibus aĩę.i.ꝙ actiones cęli sunt eędem cũ actionibus animę.

Nota, qualr aĩa ẽ harmonia, vt corpora cęlestia, secundũ Platonem.

Primum igitur non bene est dicere animam magnitudinem esse. Eam enim, quae vniuersi, talem esse vult. qualis est vocatus intellectus. non enim qualis sensitiua est, neque qualis desyderatiua: harum enim motus, non circulatio est.

Rationes cõtra Platonẽ.

B Dicamus igitur prius ꝙ non est rectum dicere ꝙ anima est magnitudo. Manifestum est.n. quòd qui intendebat quòd aĩa totius, ver.g. id, quod dicitur intelligentia, est sic, non intendebat sensibilem animã, neq; desyderatiuã: quoniam motus istarum non est circularis.

Dicit ꝙ non est rectum opinari ꝙ anima sit corpus, cum intellectum fuerit per animam intellectus: vt declaratum est ꝙ hoc intendebatur in Timęo per hoc nomen anima. & ideo fecerunt corpus sphęricum, actio enim intellectus similis est circulationi. Et non intelligebatur illic per animam, aut sensibilis, aut desyderatiua. motus enim istarum, & actio earum non assimilatur circulationi: sicut actio intellectus apud eos assimilatur circulo: quia reuertitur supra se, & intelligit se. & ideo assimilat ipsum Arist. sphęre. 46

Prima ratio cõtra Plat. Aĩa sensitiua, & desyderatiua nõ assimilantur sphęrę, sicut intellectus.

Intellectus autem vnus, & continuus est, sicut & intellectio. intellectio autem ipsae notiones. hae aũt eo quòd consequenter vnũ, sicut numerus, sed non sicut magnitudo. Quapropter neq; intellectus sic continuus est, sed aut impers, aut non sicut magnitudo aliqua continuus. Qualiter enim intelliget, magnitudo cum sit, qualibet parte C sua? parte aũt, aut scd̃m magnitudinem, aut scd̃m punctũ, si oportet & hoc partem dicere. Si igitur secundum punctum: haec autem infinita: manifestum est quòd nunquam pertransibit. Si vero scd̃m magnitudinem, sępe, aut infinities intelliget idem. videtur aũt & semel D contingere. Si autem sufficiat qualibet partium tangere, quid oportet circulo moueri, aut etiam omnino magnitudinem habere?

Intellectus autem est vnus, & continuus, & similiter intellectum. & intelligere est res intellectae. & istae sunt vnae scd̃m consequentiam, sicut mensura sine magnitudine. Et ideo intellectus etiam nõ est cõtinuus hoc modo, sed aut est indiuisibilis, aut continuus, non sicut magnitudo. Nullo enim modo possumus dicere quomodo intellectus intelligit per aliquam partem partium eius, quaecunque pars sit idẽ. Et intelligere per aliquam partem eius aut erit per magnitudinem, aut per punctũ. & si punctus est infinitus, manifestum est igitur quòd non pertransit ipsum in aliqua hora. Et, si intelligit per magnitudi

nem, intelligit multotiens,& infinities,sed nos non videmus. intelligere semel possibile esse. Si igitur sufficit tangere per vnam partẽ, quæcunque pars sit, in quo indiget moueri circulariter,& vniuersaliter,quo ex eo fiat magnitudo. D

47 Secunda rō cõtra Platonem. Intellectus autem est vnus,&c.idest,& intellectus dicitur esse vnus, & continuus illo modo, quo dicitur in suo intellecto esse vnus,& continuus. D. d. intelligere est res intellectę, &c.idest, quia intelligere est ipsę res intellectæ, quę non dicuntur esse vnę, nisi sicut dicuntur res consequentes esse vnę, scilicet numerus. & hoc intendebat, cum d. sicut mensura sine magnitudine, idest sine continuatione. & ideo impossibile est vt dicatur ꝙ intellectus sit vnus, & continuus,nisi eo modo,secundum quem dicitur hoc in rebus consequentibus, scilicet in quantitate discreta. Intellectus igitur non est corpus: quia non est continuus in rei veritate. D. d. sed aut est indiuisibilis, aut continuus,non sicut magnitudo. dicit &, cum dispositio in intellectu sequitur dispositionem in intellecto,necesse est dicere intellectum, aut esse indiuisibilẽ,vt vnus punctus,aut cõtinuum: sed non sicut continuatio magnitudinis, sed continuatio compositi, i. quantitatis discretę. D. d. Nullo enim modo possumus dicere,&c,i. & cum diximus in eo ꝙ est magnitudo continua,tunc non intelliget nisi secundum tactũ, vt dictum est in Timęo. nullo enim modo possumus dicere quomodo intelligit intellectus per aliquam partem eius, quęcunq; pars sit idem rerum intellectarũ. D.d.Et intelligere per aliquam partem eius,i.& intelligere per tactũ, cum fuerit magnitudo,necesse est aut vt tangat per partes eius partes intellecti, aut per totum: totum autem vtrunq; d.si intellexerit per contactum partium cum partibus rei,necesse est vt sit aut per aliquam partem eius,quę sit magnitudo, aut per partem aliquam, quę sit punctus. Et, cum declarauit hoc,dedit impossibile cõsequens vtrunque, &. d. si punctus est infinitus, &c. idest si intellexerit per punctum, manifestum est ꝙ non potest intelligere totum corpus semper: puncta enim quę sunt in corpore, sunt infinita. Si igitur necesse est in intelligendo corpus,vt tangat punctus ex eo omnia puncta,quę sunt in corpore: quod est impossibile, quia puncta sunt infinita: manifestum est ꝙ impossibile est vt intelligat corpus omnino secundum hunc modum. Et, cum declarauit impossibile consequens, si intelligit secundum ꝙ tangit corpus per puncta, incœpit etiam dicere impossibile consequens, si tangat ipsum per partem aliquam,quę sit corpus,non punctus, & d. Et si intelligit per magnitudinem,&c. idest &,si intellectus intelligit rem, tangendo per aliquam partem eius, quę sit corpus,omnes partes corporis intellecti, circungyrando se, quousque tangat per illam partem corporis omnes partes corporis intellecti, necesse est ex hoc vt intellectus intelligat idem infinities,quando tangit corpus. quoniam pars non differt a parte in suo tactu: & impossibile est vt intelligat totum corpus. sed nos videmus ꝙ intellectus intelligit totum corpus simul,& vnico intelligere, & non indiget intelligere iterato. Si igitur aliquis dixerit ꝙ sufficit intelligere corpus, intelligere vnam partem eius, quando tangit ipsum per suam partem: dicemus ei quomodo igitur indiget corpus vt moueatur circulariter, quousque tangat per suam partem, aut per suas partes omnes partes eius? & vniuersaliter quo indigetur ꝙ intellectus sit corpus, si non intelligit per tactum?

Tertia ratio cõtra Platonem, quę sumitur declinationem a prima.

E

F

Si autem necessarium intelligere toto circulo tangentem, quis est partibus tactus? Amplius, quomodo intelliget partibile imperti, aut impers partibili? Necessarium autem est intellectum esse circulũ hunc. intellectus enim motus intellectio,circuli autem circumlatio. Si ergo intellectio circumlatio, & intellectus vtique erit circulus, cuius huiusmodi circumlatio intellectio. Semper autem aliquid intelliget, siquidem perpetua circulatio.*Actiuarum enim intellectionum termini sunt.omnes enim alterius causa sunt.Speculatiue autẽ,

* a.l. Factiuarum enim & actiuarũ intellectiuũ.

A rationibus terminantur similiter. Ratio autem omnis definitio est, aut demonstratio. Demonstrationes vero & a principio sunt & habent quodammodo finem syllogismum, aut conclusionem. Si autem non terminantur, sed non reflectuntur iterum in principium, accipientes autem semper medium, & extremitatem recte procedunt. circumlatio autẽ iterum in principium reflectitur. definitiones enim omnes finitæ sunt: Amplius autem, si eadem circumlatio sæpe fiat, oportebit sæpe intelligere idem. Adhuc autem & intellectio assimilatur cuidam quieti, & statui, magis quam motui. eodem autem modo & syllogismus.

Intellectio magis assimilatur quieti q̃ motui. Idẽ 7. phy. tex. 20.

Et, si necesse est intelligere vt tangat per totum circulum, quid igitur est tangere per partes? Et etiam quomodo intelliget per indiuisibile diuisibile, aut per diuisibile indiuisibile? Et necesse est vt intellectus sit iste circularis ipsæ. intelligere enim est motus intellectus, B & circulatio est motus circuli. Et, si intelligere est circulatio, erit etiam ista circulatio intelligere. Quid igitur intelligit semper? hoc enim necessarium est, si circulatio sit semper eterna. Intelligere enim mechanicum est finitum: quoniã quodlibet illius est propter alterũ. Et intelligere speculatiuum, & est definire per sermones, similiter. Et omnis sermo aut est definitio, aut demonstratio. Et demonstrationes accipiuntur ex principio sicut vltimo: & est syllogismus, & cõclusio. Et, quamuis in eis non accidat conclusio, tamen non reuertuntur ad sua principia, sed semper crescunt in medio, aut extremo, & procedunt recte. circulatio autem reuertitur ad suum principium. Et etiam omnes definitiones sunt finitæ. Et etiam, totus motus idem est multotiens. Et etiam inteligere dignius est vt attribuatur, quieti, quã motui. & similiter syllogismus.

Dicit Et, si est necesse intelligere, &c. idest &, si necesse est intelligere vt intellectus tangat per totum circulum rem intellectam, & tunc intelliget. & ista est C secunda pars trium diuisionum. quo igitur indigetur vt tangat per partes? ocio sum enim est tangere per partes. Deinde dicit Et etiam quomodo intelliget per indiuisibile, &c. idest quomodocunque posuerimus ꝙ tangat, siue per partem indiuisibilem, siue per diuisibilem, siue illud diuisibile fuerit totum, aut pars, aut vtrunq; , scilicet ꝙ tangat partem per partem, & totum per totum, impossibile est nobis dicere quõ intelligit per tactum. Quoniam, si dixerimus ꝙ habet partes indiuisibiles, quomodo tangit per partes indiuisibiles partes diuisibiles rerum. &, si dixerimus ꝙ habet diuisibiles, quomodo tangit per eas: tangens enim debet esse superpositum. & omnia ista contingunt eis: quia ponunt ꝙ intellectus, in eo ꝙ est intellectus, habet partes, & ꝙ non intelligit, nisi tangendo. Deinde dicit. Et necesse est vt iste intellectus sit circularis ipse. idest & necesse est vt intellectus sit proprium aliquod corpori circulari. manifestum est igitur ꝙ contingit ex hoc ꝙ intellectus est corpus circulare. Et syllogismus sic componitur. Actio intellectus est circulatio: & circulatio est corpus circulare: ergo actio intellectus est corpus circulare. & illud, cui attribuitur actio intellectus est intellectus: ergo intellectus est corpus circulare. †Et, cum declarauit ꝙ contingit necessario vt intellectus sit corpus circulare: & eius actio sit circulatio: notificauit quod est necesse, si intelligere eius sit circulatio, & circulatio etiam fuit in eo semper, secundum ꝙ est corpus cęleste, vt eius intelli

48

Vide supra cõ. 36.

Quarta ratio cõt. Pla-

Tangens debet esse supposirũ. Idem 5. Ph. 26.

†Quod mot' circularis fit in cœlo patet. 1. cœli. a t. c. 9. vsque ad. 18. ꝙ vero eternus. 8 ph. 73. 75.

Quinta rõ cõtra Pla.

gere sit semper, & in infinitũ. Et, d, Et, si intelligere est circulatio, &c. idest &, D si intelligere est circulatio, tunc etiam circulatio existens in intellectu erit intelligere, & circulatio erit semper. vnde manifestum est ꝙ intelligere erit semper, & in infinitum. Deinde, incẽpit dare impossibile, quod sequitur ex hoc, & d. Quid igitur intelligit semper? &c. &, cum sc̃dm hanc opinionem necesse est vt semper intelligat, quid possunt dicere ꝙ semper intelligit. hoc enim necesse est pp hoc, quod ponunt, ꝙ circulatio est semper. & nihil possunt dicere in hoc: qm̃ intelligere per operationẽ est finitum. omne enim intellectũ apud operationem non intelligitur nisi per aliud: & omnia propter vltimum finem, qui intenditur in illa operatione mechanica. Et, cum declarauit ꝙ intelligere est finitum in intellecto mechanico, incẽpit declarare ꝙ ita est in speculatiuo & d. Et intelligere speculatiuum, & est finire per sermones similiter. idest similiter est in rebus speculatiuis. D.d. Et omnis sermo, aut est definitio, aut demõstratio. idest & omnis actio intellectus, aut est definitio, aut demonstratio. *Et, cum declarauit hoc, incẽpit declarare ꝙ vtraq; istarum actionum est finita, & d. Et demonstrationes accipiuntur ex principio. idest & demonstrationes habent principiũ, ex quo accipiuntur, & sunt ꝓpositiones: & hñt finẽ, & est syllogismus, qui fit ex ꝓpositionibus, & conclusione. D.d. & q̃uis in eis non accidat conclusio, & c. i. & qui concludit aliquã conclusionem, non faciet reuertere illam conclusionem, sicut facit in syllogismo circulari: sed addit ei aliam ꝓpositionem, per quã impossibile est vt demõstratio reuertatur circulariter, s. vt principiũ fiat finis, & finis principium: sed additur illic terminus medius alius, & extremum maius aliud, & alia conclusio: & erit motus intellectus tũc sc̃dm rectitudinem, non sc̃dm circulationem. Circulatio aũt, quam opinantur esse actionem intellectus, nõ intelligitur ab hoc intellectu, idest qui procedit secũdum rectitudinẽ, sed reuertitur. Et, cũ declarauit hoc in demonstratione, incẽpit declarare hoc in definitione, & d. Et ẽt oẽs definitiones sunt finitę. i. & definitiones rerum, cum perficiuntur p intellectum, sunt finitę: sicut res, quę exigunt vt credantur. & intelligere nõ reuertitur in eis circulariter; sicut fides non reuertitur in demonstrationibus circulariter. D.d. Et ẽt totus motus idẽ est multotiẽs. i. & si motus intellectus, & circulatio eius fuerit in eodẽ intellecto, tunc cõprehẽdet ipsum infinities. Et in alia translatione est manifestius sic. Et, cum motus intellectus fuerit circularis, non specialis, tunc comprehendens comprehendet idẽ multotiẽs. & ideo possibile est vt sermo sit sic. Et, si motus intellectus fuerit circulatio, tunc intelliget omnia multotiens. D.d. Et intelligere dignius est vt attribuatur quieti, quam motui. & intendit ex hoc, quod apparet: quoniam actio nostra per ipsum apud quietem est magis perfecta, q̃ apud motum. & ideo melius est attribuere actionem intellectus quieti, q̃ motui, sicut fecerunt isti.

Oẽ intellm̃ apud opõnẽ nõ intelligitẽ nisi p aliud: et oĩa pp vltimum finẽ, qui intendit in opatione mechanica.

Idẽ. 2. Met. t.c.3.

* Oĩs actio intellectus, aut est defõ, aut demonstratio: consimile. 3. de Anima. 21, 22, &, 36. B

Sexta rõ cõtra Pla.

Vide cõtra. Zim.

At vero neq; beatum, quod non facile, sed violentum. Si autem est motus ipsius non substantia, præternaturam vtiquę mouebitur. Laboriosum autem est & commistum esse corpori, non potens absolui & præterea fugiendum: siquidem melius est intellectui non cum corpore esse, quemadmodum & consuetum est dici, & multis placet. F

Consuetum ẽ dici aĩam non misceri corpori.

Et etiam quod non est facile, non est delectabile, sed quasi violentum. Si igitur motus non est substantia animę, tunc non mouetur, nisi ab aliquo extrinseco a sua natura. Et est etiam valde difficile vt intellectus sit admixtus cum corpore admixtione, qua non posit recedere ab eo: si melius est intellectui vt nõ sit coniunctus cum corpore, sicut est consuetudo dicendi, & secundum quòd plures opinantur.

49 Et etiam manifestum est ꝙ intelligere apud motum magis est difficile quam apud qetẽ. motus igitur est ab aĩa, quasi violentus: ergo nõ est in substãtia eius, neq; aĩa constituitur per ipm̃, sed est extra naturam eius. Et, cũ notificauit hoc, incẽpit dare impossibile contingens eis in hoc, ꝙ dicunt intellectũ esse corpus,

Septima rõ cõtra Pla.

Octaua rõ

A & d. Et est et valde difficile, &c. i. & valde est im ꝓbabile, & difficile ad intelligendū, scdm ꝙ hoies consueuerunt dicere, ꝙ si intellectus sit corpus, aut admixtū cū corpore, tali admixtione, ꝙ non pōt euadere ab eo oino: cū oēs, aut plures opinentur ꝙ melius est vt intellectus non sit cōiunctus cū corpore, nedū sit corpus. natura enim intellectus videtur esse valde opposita naturę corporis.

cōtra Pla.

Natura itellect' vr̄ esse valde opposita naturę corporis.

Immanifesta autem est & cur circulariter fertur cęlum causa. Neque enim animæ substantia causa est cur circulariter fertur. sed secundum accidens sic mouetur. Neque corpus causa, sed anima magis illi. At vero neq; quòd melius dicitur, & tamen oportebat propter hoc Deum facere circulariter ferri animam, quia melius sit ipsi moueri quam manere, moueri autem sic quā aliter.

Et ex eis, quæ latent, etiam est causa, propter quam cęlum mouetur circulariter. Substantia enim animæ non est causa motus eius circulariter, sed mouetur isto motu accidentaliter. Neque corpus etiam est causa in hoc: immo anima est dignior in hoc. Et etiam. neque dixit quare hoc fuit melius: licet apparet quòd Deus non posuit animā B moueri circulariter, nisi quia moueri est ei melius, quam quiescere. & quod mouetur hoc modo est melius quā quòd moueatur alio modo.

D. Et latet scdm hāc opinionem dare causam, propter quā cœlum mouetur. secundū enim positionem eorum substantia animæ non dat istum motum, cum substantia aię apud eos non sit nisi corpus elementorū: & iste motus, s. circularis est ei accidentaliter, s. quia creator incuruauit ipsum a rectitudine in circulationē. D. d. Neq; corpus etiam, &c. i. &, cum anima non est causa istius motus essentialiter, quę est dignior vt sit causa: & corpus, in eo quod est corpus, remotius est vt sit causa. D. d. Et etiam neque dixit, &c. i. & etiam Plato non dedit in hoc sermonem, quare animam moueri circulariter est melius, quam nō moueri, aut quam non moueri circulariter; neque potest dare. Necesse enim vt Deus nō posuerit animam moueri, nisi quia moueri, est melius ei, ꝙ quiescere. & posuit eam moueri circulariter: quia talis motus est melior recto. & intendit ꝙ omnia ista demonstrent hanc opinionem esse improbabilem. 50

Nona ratio cōtra Pla.

Quoniam autē huiusmodi intencio est aliis rationibus magis propria, hanc quidem dimittamus nunc. Illud autem inconueniens accidit & huic rationi, & pluribus, quæ de anima. Copulant enim & ponunt in corpus animam nihil vltra determinantes propter quā causam, & quomodo habente corpore.

C

Si igitur ista consyderatio est magis ꝓpria alio sermoni, dimittenda est statim a nobis. Et dicamus ꝙ est alia improbabilitas cōtingens huic sermoni, & pluribus sermonibus de anima. Et est, quia ipsi coniungunt animam corpori, & ponunt eam in eo: & non dant cū hoc, qua de causa sit cōiuncta cum eo, & quæ est dispositio illius corporis.

Et quia hęc perscrutatio est magis propria alię scientię, s. quare est melius cęlum moueri, ꝗ̄ quiescere: & quare circulariter magis quā recte. ista. n. quęstio proprie est primę Philosophię, quapropter oportet nos dimittere hoc cito, & dicere quę est improbabilitas contingens huic sermoni, &c. idest. Et ista improbabilitas, quę contingit huic sermoni, & pluribus sermonibus de anima, est ꝙ omnes dicentes ꝙ est ens, siue corpus, siue non corpus, coniungunt eam corpori, & non dant causam, propter quam ligata est cum corpore, neque dicunt ꝙ est dispositio corporis, quod est adaptatum, vt ligetur cum ea. 51

Quęstio, q̄re melius sit cęlū moueri, q̄ qescere ē ꝓpria primę philosophię & quare circulariter ma

Et tamen videtur hoc vtique nessarium esse. propter communionē

gis q̃ recte. Sed vide. oppositũ. 1. cœ. t.c. 12. qa vr̃ ꝙ sit natura lis, cum ibi terminetur. Vide contra Zim,

enim hoc quidem agit illud autem patitur: & hoc quidem mouet, illud autẽ mouetur. horum autem nihil inest adinuicem quibuscunq; D

Et licet hoc, vt reputo, necessarium sit. quoniam propter communicationem hoc agit, & hoc patitur, & hoc mouet, & hoc mouetur: & nihil ex hoc fit in quibuscũque adinuicem.* Dicere enim hoc in eis est simile, ac si hoc diceret, ꝙ ars Carpẽtaria existat Musica. Ars enim ita vtitur instrumentis, sicut anima corpore.

* Hęc repies in textu sequenti.

Decima rõ cõtra Platonẽ cõis sibi & Antiquis

52 Idest & hoc, ꝙ ignorauerunt de anima, necessarium est vt causa eius sit data: qm̃ in omnibus rebus est cõmunicatio inter agens, & patiens, & mouens & motum: & non patitur quidlibet a quolibet. Hoc igitur, quod dicunt, ꝙ anima est in corpore sine aliqua cõmunicatione data inter corpus, & animam, quę aĩa est digna mouere, & corpus aĩalis moueri inter oĩa corpora, simile est sermoni dicẽtis ꝙ aĩa existit in quocunque corpore, sic, ꝙ est simile sermoni dicentis ꝙ ars Carpentaria existit subiectum Musicę. Si igitur ars Carpentaria habet propria subiecta, & propria instrumenta, quibus vtatur, necesse est vt ita sit de aĩa cum corpore. corpus enim est instrumentũ animę. & ideo corpora animalium conuenientia sunt animabus eorum.

Phytagoricę fabulæ.

Hi autem solum conantur dicere quale quid sit anima, de susceptiuo autem corpore nihil amplius determinant: tanquam possibile, sit, secundum Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi. Similiter itaq; dicunt, atq; si quis dicat Tectonicam in fistulas ingredi. oportet. n. artẽ quidem vti instrumentis, animam aũt corpore †(videtur. n. vnũquodq; propriã habere speciẽ, & formã.) B

†Hęc verba i nonnullis codicib' non reperiũtur.

Et isti non quęrunt loqui nisi tantum quid est anima, & nihil determinant de corpore recipiente: sicut Apologus, quo vtitur Pythagoras, scilicet vt quælibet aĩa intret quodlibet corpus. videmus. n. ꝙ quidlibet habet formam, & creaturam propriam.

53 D. Et isti, qui locuti sunt de anima, non sunt perscrutati, neque volunt perscrutari, nisi quid sit tantum, & nihil dicunt de natura corporis ei proprij. &, quia hoc dimiserunt, videtur esse possibile apud eos vt quęlibet anima existat in quolibet corpore, & transferatur de corpore in corpus: sicut dixit pythagoras in Apologo, quem posuit ad corrigendum animas ciuium. & ista opinio est falsa. videmus enim ꝙ quilibet habet formã propriam, & corpus proprium, idest animam propriam, & corpus animalis proprium. Et hoc, quod dicit, est manifestũ in speciebus valde. membra enim leonis non differunt a membris cerui, nisi propter diuersitatem animę cerui ab anima leonis. &, si esset possibile vt anima leonis existeret in corpore cerui, tunc natura ociose ageret. & hoc etiam manifestum est indiuiduis eiusdem speciei, & ideo diuersi sunt mores. & ex hoc destruximus opinionem Pythagoricam. F

Mẽbra cerui non differũt a mẽbris leonis, nisi quia anima differt ab anima. consimile. 2. de Ani. cõ. 60.

Caput secundum. Confutatur opinio, Animam harmoniam esse asserens.

Harmonia.

Lia a autem quędam opinio tradita est de anima credibilis quidem multis, & nulla inferior earum, quę dicta sunt, rationibus tamen quasi pœnis afflictata & in iis, qu in communi fiunt, sermonibus. Harmoniam. n. quandã ipsam dicunt. etenim harmoniã tẽperamentũ, & compositionem esse contrariorum, & corpus cõponi ex cõtrariis.

Et est alia opinio, de qua multi contenti sunt, & non est minor opi

A nionibus prædictis. Dicunt enim quòd est aliqua compositio harmonica. harmonia enim est admixtio, & compositio contrariorum, & corpus est compositum ex contrariis.

Com compleuit contradictionem eius, quod dictum est in Timęo, reuersus est ad contradicendum sermoni dicentis animam esse formam ex cōgregatione, & harmonia propria elementorum. &, quia ista opinio est valde sufficiens, dixit & est hic alia opinio de anima. Deinde d. Dicunt enim ꝙ est aliqua compositio harmonica, &c. idest dicunt enim ꝙ anima est aliquod harmonicum, & aliqua compositio ex compositionibus elementorū in re composita admixta ex eis, & dixerunt hoc, quia opinabantur ꝙ harmonia est compositio, & admixtio contrariorum, & ꝙ corpus est compositum ex cōtrarijs, ergo in corpore est harmonia: ergo est anima. 54

Atqui harmonia ratio quædam commistorum est, aut compositio: animam autem neutrum possibile est esse horum. Amplius autem mouere non est harmoniæ: animæ autem attribunnt hoc omnes.

Licet harmonia sit proportio inter res admixtas, aut compositio: B animæ autem non est alterū istorum duorum. Et etiam harmonia non est innata mouere: & in hoc proprie conueniunt omnes animam habere.

Cum dixit hanc opinionem, incœpit contradicere ei. & dixit ꝙ harmonia, quam dicunt esse animam, aut est proportio inter res admixtas ex elementis: & hoc erit, si compositio corporis ex elementis est secundum modum complexionis: aut anima est ipsa compositio, si compositio ex elementis est vicinatio, nō admixtio. ver. g. compositio domus ex lapidibus, & lateribus. D. d. anima autem non est alterum istorum duorum. & intendit, vt diximus, & dicemus post. D. d. Et etiam harmonia non est innata mouere, &c. idest & apparet cito ꝙ harmonia non est anima: quia omnes conueniunt in hoc, ꝙ, anima mouet, & non possunt dare modum, secundum quem harmoniam moueat. 55 Pría rō contra dicentes aīam harmoniam esse.

Congruit autem magis de sanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis virtutibus, quā de anima. manifestum autem, si quis tentauerit reddere passiones, & opera animæ harmonia quadam: difficile enim harmonice coaptare.

C Et dignius est, & melius dicere ꝙ harmonia currit cursu sanitatis, & vniuersaliter currit cursu alicuius, s. bonitatum moralium corporalium, non cursu animę. & hoc manifestum est valde, cum homo laborauerit in perficiendo passiones animæ, & actiones eius per aliquā harmoniam. conuenientia enim in hoc est valde difficilis.

Et melius est existimare ꝙ harmonia est de corporibus currens cursu sanitatis, idest cursu formarum, quę sunt in animato, in eo quod est animatum, non cursu animę, neque formarum, quę sunt in anima: & siue harmonia sit compositio, aut proportio agens mixtionem, & complexionem. D. d. & hoc manifestum est valde, &c. i. & differentia inter formas corporales attributas elemētis, & formas attributas animę, manifesta est ex hoc, ꝙ possumus attribuere in formis corporalibus diuersitatem contingentem in actionibus, & passionibus corporum compositioni factę in eis ex elementis: ita ꝙ possumus dicere ꝙ actio carnis in manu est alia ab actione ossi propter mollitiem, & humiditatem carnis, & duritiem, & siccitatem osis, & non possumus dicere per quam cōplexionem, & per quam compositionem differunt actiones sensus ab actionibus intellectus, & actiones virtutis sensibilis ab actionibus virtutis motiuę. Et hoc, quod di- 56 Secunda rō

cōtra opionē dicētium aīam harmoniam esse.

xit, est vna dubitationum contingentium dicenti esse animam proportionem elementorum, aut aliquod consequens proportionem. D

Amplius autem si dicamus harmoniam in duo respicientes, maxime quidem proprie magnitudinum in habentibus motum, & positionem compositionem ipsarum, cum sic cōgruunt, vt nihil eiusdem generis suscipiant: hinc aūt & eorum, quæ commiscentur, rationē, neutro vtique modo rationabile. † (Compositio autem partium corporis multum inuestigabilis existit) multę enim sunt compositiones partium, & multipliciter. Cuius igitur, & quomodo congruit accipere intellectum compositionem esse, aut & sensitiuum, aut appetitiuū?

†a.l. Neque compositio partium corporis valde examinabilis est.

Et etiam nos non comprehendimus harmoniam, nisi intendendo alterum duorum: secundū aūt verum apud magnitudines, cum habēt motum, & situm. tunc igitur intenta est compositio earū, cum fuerint suppositę tali super ppositione, in qua nō potest intrare inter eas aliquid sui generis: quod autem extrahitur ex hoc, est proportio, quę est rerum istarum: non est igitur rectum dicere neque de altera istarum duarum intentionum. Compositio aūt partium corporis facile pōt determinari. compositiones.n. partium corporis multæ sunt. Intellectus igitur cuiuslibet partis debet compositio existimari, & quomodo sensus compositio cuiuslibet partis, & desyderium cōpositio cuius partis? E

Tertia ratio cōtra eandē opinionē.

17 Dicit, Et etiam nos non comprehendimus harmoniam, & sentimus ipsam nisi per duo. & est vnum, qd' dicitur harmonia in rei veritate, quando fuerint magnitudines habentes motum, & situm, & fuerint compositę adinuicem, & fuerint superpositę, ita ꝙ inter illas nulla magnitudo sui generis possit intrare, quod autem assimilatur huic, & trahitur ab eo, est proportio, quę fit in rebus admixtis, antequam admisceantur. Et, cum notificauit ꝙ harmonia dicitur his duobus modis, incępit declare ꝙ non est rationabile dicere ꝙ anima est altera istarum duarum intentionum, & dixit non est igitur rectum dicere, &c. idest non est rationabile dicere vt differentię partium animę sint datę ex altera istarum duarum intentionum, verbi gratia dicere ꝙ intellectus est talis harmonia, & sensus talis, & desyderium tale: sicut est rationabile in partibus corporis. D. incępit declarare hoc, scilicet ꝙ hoc rationabiliter dicitur in partibus corporis, sed non in partibus animę, & dixit. Compositio autem partium corporis, &c. idest & hoc fuit sic, quia perficere formam cuiuslibet membrorum corporis, & date essentiam eius per compositionem est facile, quia manifestum est sensui ꝙ compositiones eorum diuersę sunt, & multifarię. scire autem quę compositio approprietur intellectui, & quę sensui, & quę desyderio, hoc impossibile est vt detur ratione. Et hęc est quasi alia dubitatio, contingens dicentibus animam esse harmoniam, aut proportionem. prima enim dubitatio est, quia illi nō possunt perficere actiones, & passiones animę per compositionem. ista autem, quia non possunt perficere diuersitatem substantię eius propter diuersitatem cōpositionis, & indifferenter in hoc, quod contingit eis, siue formę entium compositorum fuerint ex vera harmonia, aut ex harmonia abstracta a vera. F

Similiter aūt incōueniens & rationem mistionis esse animam. non enim eandem habet rationem mistio elementorum, secundum quam caro, & secundum quam os. Accidet igitur & multas animas habere, & secundum totum corpus: siquidem omnia ex elementis commistis sunt, commistionis autem ratio harmonia est, & anima.

Et est

A Et eſt etiã alia dubitatio, vt aĩa aſsimiletur mixtioni. mixtio .n. ele mentorũ, quæ fit caro, & os non eſt eiuſdem proportionis. Ex quo cõ tingit vt in corpore ſint multæ aĩæ, & in toto corpore: cum omnia membra fuerint ex mixtione elementorum, & proportio mixtionis fuerit harmonia, & anima.

Iſta eſt Tertia dubitatio, contigens, dicentibus aĩam eſſe armoniã, & mixtionem elementorũ. cõtinget.n. eis ponere ꝙ quodlibet membrũ habet animã particularẽ, et vniuerſum corpus animam vniuerſalem. Quę igitur eſt differentia inter proportionem, quę facit animam, & quę facit membrũ. Quoniam, ſi anima, ſecundum ꝙ anima, eſt proportio mixtionis, & compoſitionis, aut illud, quod fit ex proportione mixtionis, & compoſitionis: & formę membrorum ſunt aut harmonia, aut proportio, aut aliquid factum ex proportione: manifeſtũ eſt ꝙ contingit ex hoc vt in quolibet membro ſit anima, & in toto corpore ſit anima. Aut dicent quę eſt differentia inter harmoniam, & proportionem, quę facit animam, & quę facit membrum; cum omnia membra fiant ex mixtione. & anima ex mixtione. Et iſta dubitatio ſimilis eſt primę, in qua interrogauit quę mixtio appropriatur vnicuiq; uirtutum animę. 58

B Poſtulabit aũt hoc vtiq; aliquis et ab Empedocle. vnãquãq;.n. ipſarum in ratione quadam dicit eſſe. Vtrum igitur ratio ipſa anima eſt, an magis aliquid aliud exiſtens gignitur in membris. Amplius autẽ vtrum concordia cuiuslibet miſtionis cauſa, an eius, quæ ſecundum rationem. Et hæc, vtrum ratio eſt, an aliquid aliud præter rationem.

Et debet hõ quærere ab Empedocle. Empedo.n. dicit quòd quodlibet mẽbrorũ eſt in aliqua proportione. Vtrũ igitur proportio ſit animæ, aut anima eſt aliud, ſed fit in mẽbris. Et quærendũ eſt ẽt vtrum amicitia eſt cã mixtionis cuiuslibet, aut nõ eſt niſi cauſa permixtionis in aliqua proportione. Et amicitia etiam vtrum eſt iſta proportio, aut aliud.

Dicit, & quęrendum eſt ab Empedocle hanc dubitationem. dicit enim ꝙ forma cuiuslibet membri non eſt niſi per aliquam proportionem factam apud cõpoſitionẽ elementorum in eo. &, cum opinio eius ſit talis, quęrẽdum eſt ab eo vtrũ proportio, quę eſt ſubſtantia membri, ſit anima, aut aliud, ſed fit in membris ab 59
C extrinſeco. Et intendit. ſi igitur dixerit ꝙ ſit proportio mẽbrorũ, contingit ei ꝙ quodlibet membrũ habet animam. &, ſi dixerit aliud, continget ei dare differentiam. D.d. Et quęrendum eſt etiam vtrum amicitia, quam opinatur eſſe cauſam mixtionis, ſit cuiuſ. unq; mixtionis. & intendit. & ſi dixerit ꝙ eſt cauſa cuiuslibet mixtionis, contingit vt ex omni mixtione ſit membrũ, & anima. &, ſi dixerit ꝙ eſt cauſa alicuius mixtionis, oportet ipſum dare cauſam cuius ſit mixtionis, & maxime ſi mixtio faciens membra ſit alia à mixtione faciẽte animã. D.d. Et amicitia etiam vtrum eſt iſta proportio, aut aliud, & intendit, vt mihi videtur, &, ſi dixerit ꝙ ſit proportio, tunc proportio non exiſtit ante mixtionẽ, ſed agẽs debet eſſe ante patientem. &, ſi dixerit aliud, quid igitur erit? Et quaſi intendit notificare ꝙ illę tres dubitationes, contingentes dicentibus animam eſſe complexionem, aut compoſitionem contingent Empedoc. & contingent ei proprie iſtę dubitationes, quas dixit, propter hoc, quod ponit amicitiam, & litem.

Hæc igitur habent huiuſmodi dubitationes. Si vero aliud eſt a miſtione aĩa, cur nam vna cum ipſo carnis eſſe, & aliarum partium animalis tollitur? Ad hæc autem, ſiquidem non vnaquæq; partiũ habet animam, ſi non eſt anima ratio commiſtionis, quid eſt quod corrumpitur, anima deferente?

Istę igitur sunt dubitationes. Et si anima sit aliud a mixtione, qua de causa tollitur, si tollitur propter mixtionem, quæ inueniebatur in carne, & in aliis membris in animalibus? Et etiā, si quodlibet membrum corporis non habet aīam, & anima non est proportio mixtionis, quid est igitur hoc, quod corrumpitur, quādo separatur ab aīa? D

60 Istę igitur sunt dubitationes, contingentes dicentibus animam esse complexionem: licet dicens hoc possit in hoc dare aliquam rationem, quoniam, si anima est aliud a mixtione, & a complexione, quare corrumpitur cum corruptione complexionis? si enim est aliud a forma carnis, & a forma membrorum, & tamē inuenitur in membris, quare corrūpitur cū corruptione membrorum? Et ēt, si anima non est complexio, & mixtio, quare corrumpuntur membra, quādo separantur ab anima? nisi in membris sit aliud corruptibile, quando anima separatur. quid est ergo illud?

Quòd igitur neque harmoniam possibile est esse animam, neque circulariter moueri, manifestum ex dictis. secundum accidens aūt moueri, vt diximus, est, & mouere seipsam, vt moueri quidem id, in quo est; hoc autem moueri ab anima. aliter autem non est possibile moueri secundum locum ipsam. E

Quoniam autem anima impossibile est vt sit harmonia, aut vt moueatur circulariter, manifestum est ex prædictis. quoniam vero mouetur accidentaliter, sicut diximus, & mouet se, hoc non est, nisi quia anima mouetur per illud, in quo est. & hoc etiam mouetur ab anima. secundum aūt alium modū impossibile est vt moueatur in loco.

61 Cum destruxit ꝙ anima est aliquod mouens se essentialiter, aut harmonia, aut complexio, incępit facere rememorationem, & declarare ꝙ non contingit ei mouere se, nisi accidentaliter, & dixit Quoniam autem anima, &c. & intendit per hoc, qđ dixit, aut vt moueat, aut moueatur in circuitu, i. aut moueat se essentialiter, vt existimatum est de corporibus cęlestibus, quę mouentur circulariter. Et, cum declarauit ꝙ impossibile est vt moueatur ex se essentialiter, incępit declarare ꝙ hoc possibile est accidentaliter, & d. quoniam vero mouetur accidentaliter, & c. i. quoniam vero mouetur accidentaliter, & mouet se accidentaliter, necessarium est ꝙ anima videtur moueri p illud, in quo existit, s. corpus, quando corpus illud mouetur ab ea, sed alio modo impossibile est vt anima moueatur in loco. E

Anima mouetur, & mouet, sed per accidens. Idem supra cō. 42.

Caput Tertium Examinantur dubitationes nonnullæ Animam moueri persuadentes.

RAtionabilius autem dubitabit vtique aliquis de ipsa, tāquam quæ moueatur, ad huiusmodi respiciens. Dicimus enim animam tristari, gaudere, cōfidere, timere, amplius autem irasci, & sentire, & cogitare. hæc autem omnia motus esse videntur. vnde opinabitur aliquis ipsam moueri.

Sed est quæstio cogens ad dicendum, ꝙ anima mouetur essentialiter: & est ꝙ nos dicimus ꝙ anima contristatur, & gaudet, & audescit, & timet, & irascitur, & sentit, & distinguit, & omnia ista videntur esse motus. vnde homo existimat ꝙ anima mouetur.

A Cum declarauit ꝙ impoſsibile eſt vt anima moueatur, niſi accidẽtaliter, dedit dubitationem ſuper hoc, & dixit. Sed eſt quęſtio cogẽs ad dicendū ꝙ anima mouetur eſſentialiter: & eſt ꝙ nos dicimus ꝙ anima contriſtatur, & gaudet, &c. & omnia iſta reputantur eſſe motus. & propter has duas ꝓpoſitiones exiſtimatur ꝙ aīa mouetur. v. g. aīa contriſtatur: & cū triſtitia eſt motus: ergo aīa mouetur. 62

Hoc autem non eſt neceſſe. nam, & ſi quā maxime triſtari, aut gaudere, aut cogitare motus ſunt, & vnumquodq; moueri aliquid, moueri tamẽ ab anima eſt: vt iraſci, aut timere, eò quòd cor hoc modo mouetur. cogitare aūt, aut humōi, aut forſitan aliquid aliud. Horum autem accidunt alia quidem ſcđm lationem quibuſdam motis: alia vero ſcđm alterationem. qualia autem, & quomodo, alia ratio eſt.

Et hoc non eſt neceſſarium. quoniam, ſi contriſtari, & timere, & diſtinguere ſunt motus: quodlibet eorum moueat aliquid: tunc hoc mouere nō eſt niſi mouere ab anima. ver. g. iraſci enim eſt motus ad cor, ſcilicet quòd cor inflatur. & diſtinguere eſt motus, ſcilicet quòd tale membrum currit tali curſu: & rectum eſt vt aliquid currat tali B curſu. Et quædam iſtorum accidunt ſcđm translationem rerum, & quædam ſecundum alterationem. quæ autem ſunt iſta, & quomodo fiunt, proprium eſt alii ſermoni.

Dicit, & licet concedimus iſta eſſe motus, tamen non eſt neceſſariū vt ſint motus animę. quoniam, ſi timere, & diſtinguere ſint motus: & quilibet motus iſtorum appropriatur alicui membro corporis: tunc iſti motus non debent attribui, niſi in illis mẽbris: & illa motio non eſt in mẽbro, niſi ab anima. v. g. quoniam iraſci videtur eſſe proprium cordi, ſcilicet ꝙ cor mouetur hoc motu, i. tumeſcit: & ſimiliter timere videtur eſſe proprium cordi, cum conſtringatur. Et, cum manifeſtum eſt ꝙ iſti duo motus debent attribui cordi, incępit quęrere cui membro attribuatur intelligere, ſi ſit motus, & dixit, & diſtinguere eſt motus, ſcilicet ꝙ tale membrum currit tali curſu. ita cecidit in ſcriptura. & intendit ꝙ, ſi diſtinguere ſit motus, opinandum eſt ꝙ aliud membrum eſt ei proprium, ſicut cor irę. & dixit hoc, quia iam declaratum eſt ꝙ omne motum eſt corpus. D. d. & rectum eſt vt aliquid currat tali curſu. ita cecidit in ſcriptura. & intendit ꝙ rectum eſt ꝙ aliquod membrum currat tali curſu. aut in omnibus paſsionibus animę, ſi omnes ſunt motus: aut in quibuſdam, ſi eſt in eis aliquid, in quo non eſt C motus, & eorum, & in quibus ſunt motus, quędam mouentur ſecundum locum, & quędam ſecundum alterationem, D. d. quę autem ſunt iſta & quomodo. &c. i. quę autem membra ſunt ea, quę mouentur vnoquoque iſtorum motuum in vnaquaque partium animę, & quomodo mouentur, proprium eſt alii loco. Et dixit hoc, quia in hoc loco tantum eſt neceſſarium ꝙ iſti motus ſint eſſentialiter in rebus corporeis, & diuiſibilibus, vt declaratum eſt in ſermonibus vniuerſalibus. 63 6. phī. 32.

Dicere autem iraſci animam, ſimile eſt ac ſi quis dicat eam texere, vel ædificare. * melius enim fortaſsis eſt non dicere animam misereri, aut addiſcere, aut cogitare, ſed hominem anima. hoc autem, nō tanquam motu in illa exiſtente, ſed aliquando quidem vſque ad illā, aliquando quidem ab illa vt ſenſus quidem ab his, reminiſcentia vero ab illa ad motus, qui ſunt in ſenſuum inſtrumentis, aut quietes.

Melius ē dicere hoiem aia misereri, & addiſcer̄, & intelligere, quam animā miſereri.

Dicere autem quòd ánima iraſcitur eſt ſimile ei, qđ texit, aut ædificat. melius. n. videtur non dicere quòd aīa habet pietatẽ, aut docet, aut diſtinguit, ſed dicere quòd hō facit hoc propter animam. & hoc non eſt, quia motus venit ad ipſam, & fit in ea: ſed quandoq; perue-

nit ad ipsam, et quandoque est ex ea. verbi gratia, quòd sentire est ab istis rebus: rememoratio autem est ab anima. D

64 Quia facit hominem errare hoc, quod est in consuetudine dicendi, ꝙ anima irascitur, & timet, vnde existimatur quod isti motus sint existentes in anima absque corpore, & quod anima mouetur essentialiter istis, incępit declarare ꝙ hoc non dicitur nisi secundum similitudinem, & ꝙ isti motus ita sunt, sicut motus, qui sunt in membris apparentibus, sicut ędificare, & texere: & quod in nullo differt, nisi quia membra ista sunt interiora, & hęc exteriora. Et dixit Dicere autem ꝙ anima irascitur, &c. idest quemadmodum motus textoris, & ędificatoris non attribuitur animę, nisi accidentaliter, ita est motus irę, & timoris. Deinde dicit. melius enim videtur non dicere, &c. idest, & ideo melius est vt locutio sit in omnibus istis actionibus, ꝙ homo facit hoc per animam, non quod anima distinguat, aut ędificet, aut addiscat, aut habeat pietatem: sed homo addiscit per animam, aut distinguit per eam. Deinde dicit, & hoc non est, quia motus est in anima. &c. i. & isti motus non existunt in anima: sed principium motionis in quibusdã eorum est extrinsecus, & finis eorũ est in anima. Et, cum declarauit ꝙ principium quorundam istorum motuum est extrinsecus, & finis eorum in anima, dedit exemplum. sed in translatione a qua dicimus, diminuta est. & intendit ꝙ motus, cuius principium est extrinsecus, & finis in anima, est motus, sensus: & motus, cuius principiũ est in anima, & finis extra, est motus rememorationis. & iste motus rememorationis forte peruenit ad sensum, & forte non, virtus enim rememoratiua, quando mouerit imaginatiuam, tũc forte imaginatiua mouebit sensibilem, & forte non. Et hoc manifestum est in alia translatione sic. & dicere quod anima irascitur est quasi dicere quod texit, aut ędificat. sed melius est non dicere ꝙ anima gaudet, aut addiscit, sed homo per animam. & non quia motus peruenit ad ipsam, & fit in ea: sed quandoq; puenit ad ipsam, vt sensus, qui reddit illud, qđ reddit ad ipsum a sensibilibus: & quãdoq; fit motus principiũ ab ea, vt in rememoratione. & tunc aut remanebit in ea, & nõ pertransibit ad aliud: aut veniet ad sensus, & transmutabit eos. Et intendit per hoc, quod dixit, non est quia motus venit ad ipsam, & fit in ea. idest non quia anima est subiectum istius motus, dicitur habere ipsum. Et intendit per hoc, quod dixit, & tunc aut remanebit in ea, &c. idest ꝙ iste motus, cuius principium est ab anima, s. rememoratio, forte remanebit in corpore, quod est instrumentum istius virtutis: & forte pertransibit ad aliud, quousque perueniat ad sensus, idest ad instrumenta sensuum. E

Motus, cui' principiũ ẽ extrinsecus, et finis i aiæ ẽ motus sensus oppositũ supra. c. 3. huius primi. vide cõ, Zim.

Intellectus autem videtur *innasci, substantia quædam existens, et non corrumpi. Maxime enim corrumperetur vtiq; ab ea, que est in senio, debilitate. nunc autem, quemadmodum in sensoriis, accidit. si enim acciperet senex oculum talem, et videret vtique sicut et iuuenis. quapropter senium non est, quia sustinuit aliquid anima, sed id, in quo, sicut in ebrietatibus, et morbis. F

*al's adueni re.

Si senex talem acciperet oculum, videret sicut & iuuenis.

Intellectus aũt videtur esse substantia aliqua, quæ fit in re, et non corrumpitur. Quoniam, si corrumperetur, magis dignum esset vt corrumperetur in fatigatione, quæ est apud senectutem. sed videmus quòd illud, quod accidit in sensibus ex hoc, accidit in corpore. senex enim, si reciperet oculũ iuuenis, videret vt iuuenis. senectus igitur non est dispositio, in qua anima patitur aliquid, sed dispositio, in qua anima est sicut est apud ebrium, et ęgrotum.

65 Cum concessit ꝙ aĩa mouetur accidentaliter, i. pp̃ subiectũ, per quod cõstituitur, & propter hoc est generabilis, & corruptibilis, incępit declarare ꝙ intellectus materialis inter partes aĩę videtur esse non mobilis, neq; accidentaliter ẽr. est enim non gñabilis, & nõ corruptibilis, nisi scdm illud, in quo agunt ex corpo

A re, aut secundum illud, a quo patitur: quia habet instrumentum corporale, quod corrumpitur per suam corruptionem: sicut est dispositio in aliis virtutibus aię. Et dixit. Intellectus autem videtur esse substantia, &c. & intendit hic per intellectum, intellectum materialem, qui comprehendit intentiones omnium entium. Deinde dicit. Quoniam, si corrumperetur, &c. idest quoniam, si corrumperetur, haberet instrumētum corporale: esset enim virtus corporis. Et, si haberet instrumentum corporale, accideret ei apud senectutem illud, quod accidit senibus: & tunc debiliter intelligeret intentiones rerum intelligibilium. sed non est sic: & tunc necesse est vt non habeat instrumentum corporale. &, cum iste intellectus non corrumpitur in se, tunc illud, quod corrumpitur in se, est passio, aut actio eius per corruptionem eius, a quo patitur: cum illud, a quo patitur, sit intra corpus, vt declarabitur post. D.d. sed videmus ꝙ illud, quod accidit in sensibus ex hoc. idest sed, quia videmus hoc, quod accidit in sensibus ex fatigatione apud senectutem, potest attribui virtuti sensitiuę tali modo, s. non quia virtus trāsmutata est, & inueterata, sed quia illis, per quę intelligit, accidit fatigatio. v.g. artifex, cuius actio fatigatur propter fatigationem instrumenti, non propter seipsum. &, cū iste sermo sit sufficiens in sensibus, quanto magis in intellectu. D.d. senectus igitur non est dispositio, &c. idest & sicut senectus, & inueteratio contingens, homini secundum hanc rationem, non est dispositio, in qua anima patitur ad viā corruptionis: sed dispositio, quę accidit ei apud senectutē, est similis dispositioni,
B quę videtur accidere ei apud ebrietatem, & ęgritudinem. existimatur enim ꝙ anima apud hęc duo non patitur ad corruptionem, et maxime apud ebrietatem. Et iste sermo postremus est sufficiens, non demonstratiuus. * sed consuetudo Aristotelis est inducere sermones sufficientēs, aut post demonstratiuos, aut in locis, in quibus non potest inducere sermones demonstratiuos.

Intellectus materialis comprehendit intentiones omniū entium. Idē 3. de anima tex. co. 4. 5. & 36.

3. de Anima tex. c. 20. et hic in textu sequen.

* Cōsuetudo. Ari. est īducere sermones sufficientes, aut post demonstratiuos, aut in locis, ī quibus nō potest inducere sermones demonstratiuos. vi de idē. 1. Celi. c. 2. et ꝗ ibi.

Ipsum igitur intelligere, & ipsum speculari marcescit, alio quodā interius corrupto: ipsum autem impassibile est. Cogitare autem, et amare, aut odisse non sunt illius passiones, sed huius habentis illud, scdm quòd illud habet. Quare et hoc corrupto, neq; meminit, neq; amat. non enim illius erant, sed communis, quod quidem destructū est. * Intellectus autem fortassis diuinius quid, et impassibile est. Quòd igitur non sit possibile moueri animam manifestum ex his. si aūt penitus nō mouetur, manifestum quòd neque a seipsa.

Et intelligere, et consyderare diuersantur, quando aliquid aliud corrumpitur intus: ipsum autem in se nihil patitur. Distinctio autē,
C et amor, et odium non sunt esse illius, sed istius scdm quòd habet. Ideo ēt, cum hoc corrumpetur, non rememorabimur, neque diligemus alios. non igitur est illius, sed eius, quod est cōmune, quod amittebatur. Intellectus autem dignius est vt sit aliqđ diuinum, et impassibile. Quòd igitur impossibile est vt aīa moueatur manifestum est. et, si oīno non mouetur, manifestū est quòd nō mouetur, neq; ex se.

* Intellect' diuinum aliquid. & impassibile ē.

Cum posuit ꝙ intellectus, qui intelligit intelligibilia, neq; est gñabilis, neq; 66
corruptibilis, sed intelligere, quod est actio istius intellectus, videtur generabile, & corruptibile, incępit dare modum, ex quo contingit hoc: & est, ꝙ illud, quod intelligit, est intra corpus, & est generabile, & corruptibile, & dixit. Et intelligere, & consyderare diuersantur, &c. idest & accidit ꝙ intelligere quandoq; sit in potentia, quandoq; in actu: non, quia intellectum est generabile, & corruptibile: sed quia intra corpus corrumpitur aliquid aliud, vel eius, in quo est intelligere. D.d. ipsum aūt in se nihil patitur. s. intellectus imaginans, & post declarabit ꝙ hęc est res imaginans, vel imaginata: aut intelligens, vel intellecta: & est illud, quod vocat in Tertio tractatu intellectū passibilē. Et, cum dedit modum dis-

solutionis quęstionis, in qua quęritur quomodo intellectus intelligens non est generabilis, aut corruptibilis, & intelligere, quod est sua actio, sit generabilis & corruptibilis, incępit etiam declarare de virtutibus, licet, cum sint attributę intellectui, videantur generari & corrumpi, ꝙ illę virtutes non sunt intellectus ęterni. Et facit hoc, ne accidat quęstio in hoc, qđ dixit in intellectu materiali in Tertio tractatu, scilicet quomodo intellectus sit ingenerabilis, & incorruptibilis: & nos posuimus ꝙ post mortem neque diligimus, neque odimus, neque distinguimus. Deinde dicit. Distinctio autē, & amor, & odiū, &c. i. distinctio aūt, quę attribuitur virtuti cogitatiuę, & amor, & odium, quę attribuuntur rationi, s. quę accipiunt actionē rationis. videtur. n. in hac parte aīę ꝙ sit aliqd' rōnabile, quod est obediens intellectui in hominibus bonis. ista igitur non sunt actiones istius intellectus. sed sunt actiones virtutū habentium hanc rationē, scđm ꝙ habēt illā actionem. Et addidit hanc conditionem, s. scđm ꝙ habent: quia impossibile est vt istę virtutes sint, nisi cum intelligere: sed, si attributę fuerint ei, non erit attributio secundum ꝙ sunt. Deinde dicit. Ideo etiam, cum hoc corrūpetur non rememorabimur, neq; diligemus. i. &, quia hę actiones sunt in nobis a virtutibus generabilibus & corruptibilibus, aliis a virtute, q̄ est intellectus materialis, s. qui comprehendit intentiones vniuersales, non pōt aliquis dubitare, & dicere ꝙ, si intellectus sit ingenerabilis, & incorruptibilis, quare non rememoramur post mortē, neq; diligimus, neq; odimus. hę enim actiones sunt virtutū aliarū ab illa virtute. D. d. Intellectus aūt dignius est vt sit aliqd' diuinū, & nō passibile, i. nō transmutabile pp mixtionē cū materia. D. d. Quod igitur impossibile est, &c. idest manifestum est igitur ex hoc sermone, ꝙ impossibile est vt anima moueatur. in quibusdam autem partibus. s. in intellectu, neque essentialiter, neq; accidentaliter: in quibusdam vero accidentaliter, non essentialiter: & cum declaratum fuerit ꝙ non mouetur omnino ex se: quia necessarium est in omni moto ex se, quod est proprium animalibus, vt moueatur ex se essentialiter, & non conuertitur. D E

3. de Anima tex. cō. 20.

Aīa in qbusdā partibus non mouet neq; essentialiter, neq; accidentalr, vt in itellectu: in qbusdam vero mouet accidentaliter tantum.

Multo aūt iis, quæ dicta sunt, irrationabilius, dicere animā esse numerū seipsum mouētem. Insunt enim his impossibilia. prima quidē, quæ ex ipso moueri accidunt: propria aūt ex eo, ꝙ dicunt ipsam esse numerum. Quomodo enim oportet intelligere vnitatem moueri, & a quo, & quomodo, impartibilem & indifferentem existentem? Nam, si est motiua & mobilis, differre oportet.

Rationes cōtra ponētes aīam esse numerum.

Et magis remotus a ratione est sermo, qui dicit animam esse numerum mouentem se. contingunt enim hoc dicenti multa impossibilia. & primo ea, quæ contingunt dicenti animam moueri: & postea quæ contingunt ex dicere eam esse numerum. Nescimus enim quomodo intelligimus vnitatem motam, & a quo mouetur, & quomodo mouetur: igitur oportet vt diuersetur. F

67 Cum compleuit contradictionem ad vtentes motu tm̄ in definitione animę, incępit contradicere eis, qui cum motu vtuntur numero, & dixit. Et magis remotus. &c i. & iste sermo in anima est minoris sufficientię omnium sermonū, s. sermo dicentis aīam esse numerū se mouentē. contingūt. n. ei multa impossibilia. & primo illa, quę contingunt dicenti aīam esse aliqd' mouens se: & postea ea, quę contingunt. quia ponunt eam esse numerum mouentem se. D. d. Nescimus, &c. i. nescimus enim quomodo intelligitur vnitas semper mota, omne enim motū habet situm: & vnitas non habet situm. Et similiter impossibile est etiam intelligere q̄ō mouetur, quousq; diuidatur in aliqd' motum, & in aliqd' mouens, scđm ꝙ diuiditur illud, qd' mouet se. vnitas enim in se non diuiditur, Et silr ēt impossibile est intelligere q̄ō mouetur. qm̄ illud, qd' non diuiditur, non mouetur, vt declaratū est, D. d. igitur oportet diuersetur, idest si est aliquis modus, scđm

Prima rō. cōtra ponentes aīam eē numerum,

Sexto phy. t. cō. 86. 87. &. 88.

A quæ mouetur, & alios, ſcdm quę mouet, oportet vt iſti modi diuerſentur: & ſic erit diuiſibilis ſcdm intentionem. vnitas autem non diuiditur aliquo modo.

Amplius aũt, quoniam dicunt lineam motam planum facere, punctum aũt lineam: & vnitatum motus lineæ erunt. punctum enim vnitas eſt poſitionem habens. numerus aũt animę iam alicubi eſt, & poſitionem habet Amplius aũt, a numero ſi auferat aliquis numerum, aut vnitatem, relinquitur alius numerus. plantæ autem, & animaliũ multa diuiſa viuunt: & videntur eandem habere animam ſpecie. Multa animalia diuiſa viuunt, & videntur habere eandẽ animã ſpecie.

Et etiam, cum dicunt quòd, cum linea mouetur, faciet ſuperficiẽ, & punctus lineam. punctus enim eſt vnitas habẽs ſitum, ſicut numerat animam in ſitu, & habet ſitum. Et etiã, ſi de numero diminuitur numerus, aut vnitas, remanebit alter numerus. & plantæ, & plura animalia remanebunt viua, cum abſcinduntur: & tamen reputatur quòd anima eorum eſt illa eadem anima in ſpecie. Idem infra tex. 93.

68

B Cum dedit modos, ex quibus accidit vt iſte ſermo contradicat ſibi, dedit ẽt alia impoſsibilia, & dixit. Et ẽt, cum dicunt. &c. i. & cum conſuetudo eſt Mathematicorũ dicere ꝙ, cum linea mouetur, fit ſuperficies: &, cum punctus, fit linea: vnitates aũt, ſi mouentur, neceſſarium eſt vt habeant ſitum: & omnis vnitas habens ſitum eſt punctus: neceſſe eſt vt vnitates, quas ponunt eſſe numerum animę ſint puncta. &, ſi ſint puncta, & mota, neceſſe eſt vt faciant lineas, non actiones aĩe. D. d. dedit aliud impoſsibile, & dixit. Et ẽt, ſi de numero diminuitur, &c. ideſt & ẽt modi numerorum diuerſantur ſcdm magis & minus. ſi. n. ex quaternitate auferatur vnitas, fiet ternarius: &, ſi addatur, fiet quinarius. & nos videmus omne animatum ex plantis, & plura ex animalibus, licet diminuatur ab eis vna pars, tamen remanet illud, quod remanet ęquale in ſpecię primo. vnde actio aĩę videtur in capitulo qualis, non quanti, & ſi actio animę eſſet in quantitate, contingeret vt anima, quę remanet in plantis, eſſet diuerſa in ſpecie a priori. Secunda rõ. Tertia rõ. Actio aĩę vẽ eſſe in quali, nõ in quãto.

Videbitur autem vtique nihil differre, dicere vnitates, an corpuſcula parua. Etenim ex Democriti ſphęrulis ſi fiant puncta, modo autem maneat quantitas, erit aliquid in ipſo, hoc quidem, quod mouet, illud autem, quod mouetur, ſicut in magnitudine. non enim, C propterea quòd magnitudine differt hoc, aut paruitate, accidit qđ dictum eſt, ſed quia quantum. Vnde neceſſe eſt aliquid eſſe motiuũ vnitatum. Si autem in animali id, quod mouet, anima eſt, et in numero. quare, non quod mouet, & quod mouetur eſt anima, ſed qđ mouet ſolum.

Et poteſt homo dicere quòd nulla eſt differentia inter vnitates, et corpora parua. Fiunt enim ex ſphęris Democriti paruis puncta, et remanet ſola quantitas, quaſi eſſet in eo aliquod motiuum, et aliquod mouens. non enim, quia diuerſantur ſecundum magnitudinem, et paruitatem, continget hoc, quod diximus, ſed quia quantum. Et ideo neceſſe eſt vt ſit aliquid, quod moueat vnitates. Si igitur anima eſt mouens, etiã eſt numerus. vnde neceſſe eſt vt anima non ſit mouens, et motum, ſed mouens ſolum.

Ideſt, Et poteſt homo dicere ꝙ nulla eſt differentia inter ponentem vnitates ſe mouentes, & ponentem has vnitates corpora parua. ponendo enim eas mouẽtes ſe, ponit eas corpora. &, ſi non, quomodo intelliguntur vnitates ſe mouentes. D. d. Fiunt. n. ex ſphęris Democriti paruis puncta, & intendit, vt mihi vide 69 Quarta rõ.

tur, & similiter qui ponit ꝙ possibile est vt punctus moueatur, concedit ꝙ contingit et ꝙ punctus sit corpus. & iõ bene possumus dicere ꝙ sphęrę Democriti, quę mouentur ex se, adeo sunt paruę, ꝙ dicuntur puncta. punctus enim secundũ hanc positionem nõ est nisi corpus. Et, cum narrauit hoc, dedit causam, propter quam possibile est in talibus punctis imaginari ꝙ in eis sit aliquod quasi mouẽs, & aliquod quasi motum, & dixit. & remanet sola quantitas, &c. idest vt mihi videtur, quoniam, cum fuerint motę, remanebit in eis sola quantitas, si auferat ab eis alias quantitates. & cum natura quantitatis remanet in eis, possibile est intelligere in eis aliquod motum, & aliquod mouens: sicut in corporibus. hoc enim non accidit corpori, nisi secundum ꝙ est corpus, non secundum ꝙ est magnum, aut paruum, s. ꝙ sit motum ex se, & ꝙ mouens in eo sit aliud a moto. Et hoc intendebat, cum dixit sicut est in continuo, &c. idest ꝙ res non dicitur esse mota ex se. & vt mouens sit aliud in ea a moto, quod est corpus magnum, aut paruũ: sed quia est corpus continuum tantum. & ideo omnis ponens vnitatem motã ex se aut punctum, necesse est ei ponere corpora parua. & sic in nullo differt ponẽs, animam esse vnitates, aut puncta se mouentia, a Democrito ponente eã esse sphęras paruas, D. d. Et ideo necesse est, &c. idest & cum vnitates sint mouentes se: & mouens in re est aliud a moto: necesse est vt illud, quod mouet vnitates, sit aliud ab vnitatibus. si igitur est mouens in omni moto, anima etiam est mouens in vnitatibus, non vnitates motę, quę sunt numerus: vnde necesse est vt anima sit mouens tantum, non mouens, & motum insimul. Deinde dicit Si igitur anima est mouens, &c. idest si igitur anima est mouens materiã, est etiam mouens numerũ, vnde necesse est vt aĩa non sit mouẽs, & motũ ex numero, sed mouẽs solũ. D B

Cũ natura quantitatis remanet in aliquo, possibile est in eo imaginari mouens motum.

Quid de elemẽtis in vacuo secũdũ Commẽtatorem c. 71. 4. Ph. et ex eo oppositũ sequitur dicti superioris.

Vide cont. Zim.

At vero qũo possibile est hãc, vnitatẽ esse? oportet. n. inesse ipsius quandã drĩam ad alias. pũcti aũt vnici q̃ vtiq; drĩa erit nisi positio? Si igitur sunt aliæ, q̃ in corpore, vnitates, aut pũcta, in eodẽ erunt vnitates obtinebit. n. locum puncti. attamen quid prohibebit in eodẽ esse, si duę sunt, & infinitas? quorum enim locus est indiuisibilis, & ipsa.

Et quomodo est possibile vt sit vnitas? necesse est n. vt habeat differentiam, qua differat ab vnitatibus aliis. & quę diuersitas potest cadere in puncto, & vnitate, nisi sit in situ? Si igitur vnitates, & puncta in eodem loco fuerint, quia occupant locum puncti: licet nihil prohibeat vt in eodem loco sint duo puncta, & puncta infinita: res autem, quarum locus est indiuisibilis, sunt etiam sic. F

70 Et quomodo possibile apud eos vt anima sit aliquod compositum ex vnitatibus? necesse est enim dare differentiam, qua vnitates, quę sunt in anima, differũt ab vnitatibus numerabilibus. &, si non, tunc numerus esset animatus. Et, cum narrauit ꝙ necesse est eis dare differentiam inter duo genera vnitatum, dixit. & quę diuersitas potest cadere, &c. idest & nihil est, in quo differant hę duę vnitates, inquantum vtraq; est indiuisibilis: nisi aliquis dicat ꝙ vnitas, quę est in anima, habeat situm numeri, aut nõ habeat situm. & sic vnitates, quę sunt in anima, erunt puncta. dictum est enim ꝙ punctus est vnitas habens situm. Et, cum declarauit ꝙ necesse est eis dicere ꝙ vnitates, quę sunt in anima, sunt puncta, incępit declarare ꝙ contingit eis dicere ꝙ sunt eadem cum punctis existentibus in corporibus, & dixit, Si igitur vnitates, & puncta fuerint in eodem loco, necesse est vt vnitates, quę sunt in anima, & puncta, quę sunt in corpore, sint idem. sed dimisit consequens: quia manifeste consequitur a pręcedenti. Deinde incœpit declarare antecedens, & dixit. quia occupant locũ puncti idest necesse est vt sint in eodem loco: quia necesse est vt locus vnitatum, quę sunt in anima, sit locus vnius puncti punctorum, quę sunt in corpore. &, cum locus vnitatum, quę sunt in anima, est locus vnius puncti punctorum corporis necesse est vt sint in eodem loco. Deinde incępit declarare ꝙ necesse est vt locus eorum sit locus vnius puncti, & dixit. licet nihil prohibeat, idest nihil ꝓhibet vt duo pũcta, immo infinita

Supra tex. & co. 68.

A sint in eodem loco. immo hoc necessarium est. omnia enim, quorum locus est in diuisibilis, cum supponuntur ad inuicem, nullum fit diuisibile.

Oia quorũ locus est idiuisibilis, cũ supponãtur, nullũ fit diuisibile.

Si autem, quæ in corpore, puncta numerus animę sunt, aut si qui eorum, quæ in corpore, punctorum numerus anima, quare non oĩa habent animam corpora? puncta enim in omnibus videntur esse, & infinita. Amplius autem, quõ possibile est separari puncta, & absolui a corporibus? siquidem non diuiduntur lineæ in puncta.

Et, si numerus animę sit puncta, quæ sunt in corpore, aut anima est in numero, qui est ex punctis, quæ sunt in corpore, quare omnia corpora non habent animam? opinantur.n. ꝙ in omnibus corporibus sunt puncta, & infinita. Et etiam quomodo est possibile vt puncta separentur a corporibus? cum lineæ non diuidantur in puncta.

Dicit & cum necesse est ex sermone prędicto ꝙ vnitates, quę sunt anima, sint puncta, quę sunt in corpore: aut anima est aliquod existens in numero, qui fit ex punctis, quæ sunt in corpore, cum necesse est in duobus punctis ꝙ superponatur, B quousque fiant idem: quare omnia corpora non sunt animata, cum in omni corpore sint puncta infinita? immo necesse est vt quęlibet pars eius sit animata: qđ est impossibile. Deinde d. eis aliud impossibile: & est ꝙ anima non sit abstracta a corpore, ita ꝙ impossibile est vt animal moriatur, nisi per corruptionem sui corporis, & dixit, Et etiam quomodo est possibile vt puncta separentur a corporibus? &c. idest & contingit eis secundum hanc opinionem vt anima non separetur a corpore, neque vt moriatur. quoniam, si anima sit puncta: & pũcta impossibile est vt separentur a corporibus: cum declaratum est ꝙ lineę non componuntur ex punctis, neq; superficies ex lineis, neque corpus ex superficiebus: sed puncta non separantur a linea, quia sunt eius vltima, neq; linea a superficie, neq; superficies a corpore: tunc animam impossibile est separari a corpore. sed tamen possibile esset in punctis abstractio, si lineę essent compositę ex eis, quod est impossibile: vt declaratum est in Physicis.

71 Sexta ratio contra Antiquos.

Septima rõ contra Antiquos.

Caput Quintum. Animam ex subtilissimo corpore non componi.

C Accidit autem, sicut diximus, partim quidem idem dicere corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus: partim autẽ sicut Democritus dicit ab anima moueri, proprium inconueniens. Si enim est anima in omni eo, qđ sentit corpore, necesse est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus, in vno puncto puncta multa, aut omne corpus animam habere: nisi quidam numerus differens innascatur, & alius ab iis, quæ in corpore punctis.

Et contingit, sicut diximus aliquo modo vt sermo eorum sit similis sermoni ponentis eam esse corpus subtilium partium: secundum autem alium modum, vt dicit Democritus in motu, propria eis est impossibilitas. Quoniam, si anima est in toto corpore sensibili, necesse est vt duo corpora sint in eodem loco. si autem est aliquod corpus, necesse est dicentibus numerum, vt in eodem puncto sint multa puncta,

vt omne corpus habeat animam : nisi contingat in re animalis, quæ differt a punctis existentibus in corporibus. D

72 Et contingit aliquo modo dicentibus hunc sermonem impossibilitas contingens dicentibus aiam esse corpus subtilium partiũ: & aliquo modo est propria eis ẽt impossibilitas Democrito accidens, in hoc, quod posuit, ꝙ cũ motus est, ꝙ sphęrę, quę sunt aĩa, mouentur ex se. nõ.n.est dr̃ia inter ponentẽ ꝙ cũ motus aię est corpus quod est vnitates motę ex se, aut ꝙ sphęrę motę ex se. D. incępit notificare in qua possibilitate conueniunt isti cum dicentibus animã esse corpus subtile, & dixit. Quoniã, si aĩa est in toto corpore sensibili &c. idest & impossibilitas cõis est, quia necesse est dicentibus aiam esse corpus vt duo corpora sint in eodem loco. qm̃ fuit necessariũ vt aia sit in toto corpore, quia corpus sensibile in omnibus partibus suis. vnde necesse est vt in omni parte eius sit aliqua pars aię: & vniuersa aĩa sit in vniuerso corpore. & sic supponant corpora, & penetrentur ad inuicem, s. corpus, quod est aĩa, & corpus, in quo est. & sic necessario erũt duo corpora in eodẽ loco. Et est necesse dicẽtibus aiam esse numerũ vt in loco eiusdẽ puncti ex corpore sint multa puncta, distincta per intellectũ. Et hoc est simile sermoni dicẽtis possibile esse multa corpora in eodem loco. qm̃ cum hoc; qđ ponunt ea in eodem loco, si non posuerint ea esse distincta, vt declaratũ est, cõtinget eis vt puncta, quę sunt aĩa, sint puncta ipsius corporis. & sic oẽ corpus erit animatũ. si nõ cõcesserint ꝙ in corpore sint alia puncta, diuersa à punctis, quę sunt in aĩa. si hoc concesserint, cõtinget eis vt multa pũcta sint in loco vnius pũcti. & hoc est simile sermoni dicẽtis ꝙ multa sunt corpora in eodẽ loco. & hoc est impossibile, contingens dicenti aĩam esse corpus subtilium partium. E

Acciditq; animal moueri a numero, sicut & Democritũ diximus ipsum mouere. Quid enim differt dicere sphæras paruas, an vnitates magnas, aut omnino vnitates motas? vtroq; enim modo necesse est mouere animal, eo quia mouentur ipsæ.

Et contingit eis vt aĩal nõ moueatur nisi a numero, sicut diximus de opinione Democriti. Nulla enim dr̃ia est inter dicentes partes paruas, & dicentes q̃ vnitates secundum ꝙ sunt motę. necesse est.n. scđm vtrũq; modum vt animal non moueatur nisi illis motis.

73 Vult hic declarare impossibilitatẽ propriã eis, & Democrito, & dixit. Et cõtingit eis, &c. idest & contingit eis in hoc, quod dicunt, ꝙ animal non mouetur nisi ab vnitatibus motis ex se, illud, quod cõtingit Democrito, cum dixit ꝙ aĩal nõ mouetur, nisi ex sphęris motis ex se. D. d. modum, scđm quem est similitudo inter vtramq; opinionem, & dixit. Nulla enim differentia, &c. idest nulla est differentia inter dicentem ꝙ illud, quod mouet corpus, est paruum, aut vnitates paruę, cum fuerit positum ꝙ vtrunq; non mouet corpus, nisi scđm ꝙ mouetur: contingit enim ꝙ hęc duo, scilicet vnitates, & partes non mouent, nisi secundũ ꝙ mouentur ex se. & intendit, ꝙ, cum ita sit, impossibilia contingentia Democrito, contingunt etiam huic opinioni. F

Complectentibus igitur in vnum, numerum, & motum, & hæc accidunt, & multa alia huiusmodi. non enim solum definitionẽ animæ impossibile est huiusmodi esse, sed & accidens. Manifestũ est aũt, si quis conatus fuerit ex rõne hac passiones, & opera aĩæ reddere, vt rõcinationes, sensus, voluptates, dolores, & quæcunque alia huiusmodi. sicut enim diximus prius, neque diuinare est facile ex ipsis.

Congregantes igitur numerum, & motum in eodem habent ẽt hæc impossibilia, & alia multa similia eis. impossibile est enim vt sit definitio aĩæ talis, neque accidens accidentium ei. Et hoc manife

A stũ est, si aliquis voluerit perficere ex hoc actiones, & passiones aĩæ, vt cogitationem, & sensum, & voluptatem, & tristitiam. hoc enim, si cut diximus superius, neque est facile, neque erit per figmentum.

Dicit, ꝙ definientibus aĩam per numerum, & motum insimul accidunt hęc impossibilia prędicta, & alia plurima. Et hoc manifestum est. nullus enim eorum potest dare causas actionũ, & passionũ in anima propter numerum: neque si finxerint, dicendo ꝙ talis numerus facit sensum, & talis cogitationem, & talis voluptatem. Quoniam, si causę rerum diuersarum sunt diuersę: & causę istarũ sunt vnitates, & numeri: necesse est vt vnitates, & numeri causę istorum diuersentur. Et sermo eius in hoc capitulo est palam. 74

Causę rerũ diuersarum sũt diuersę. Idẽ supra. t. co. 5.

Tribus aũt modis traditis, secũdm quos definiũt aĩam: illi quidẽ maxime motiuũ enunciauerunt, eo ꝙ mouet seipsam: hi aũt corpus subtilissimarũ partiũ, aut maxime incorporeum aliorũ. hæc aũt quas dubitationes, & sub contrarietates habent, percurrimus fere. Reliquũ est aũt consyderare, quomodo dicitur ex elementis ipsam esse. dicunt enim, quatenus sentiat ea, quæ sunt, & vnumquodque cognoscat.

B Et, quia diximus tres modos definitionum animæ. quidam.n.iudicauerunt ipsam esse motam ex se: & quidam iudicauerunt ipsam esse corpus valde subtile, & valde remotũ ab aliis corporibus. & nos iam visi sumus induxisse dubitationes, contingentes his duobus sermonibus. Remanet igitur quęrere eam esse ex elementis: cum dicatur hoc, quia sentimus entia, & cognoscimus vnumquodque illorum.

Dicit, ꝙ Antiqui definiunt aĩam tribus modis. Quorum quidã est, quia mouetur ex se: & quidam, quia est corpus valde subtile, aut maxime remotum a natura corporea. quidam vero definiunt eam, quia est ex principiis, & elemẽtis: quia est, vt dicitur, distinguẽs, & cognoscens. Et, quia iam contradiximus opinioni eorum, qui definiunt eam per motum, & eorum, qui definiunt eam per corpus subtile, contradicendum est modo opinioni eorũ, qui dicunt eam esse ex elementis. Et debes scire ꝙ cõtradictio eius dicentibus eam esse corpus collocatur sub contradictione dicentis eam esse mouens, quia mouetur. Omnibus.n. istis contingit dicere eam esse corpus, & indifferẽter siue posuerint illud, quod mouetur ex se, spheras paruas, vt Democritus: aut vnitates, vt dicẽtes eam esse numerum se mouentem: aut corpus cœleste, vt in Timęo, & similiter collocantur in contradictione addentes eam esse complexionem, aut harmoniam, & vniuersaliter corpus compositum. Remanet igitur contradicere opinioni fingentium eam esse ex elementis propter cognitionem, & sensum. 75

C

Necessarium autem est accidere multa, & impossibilia rationi. Ponũt enim cognoscere simile simili, perinde ac si anima res ponant. Nõ sunt autem hæc sola, multa vero & alia. magis autem fortassis infinita numero, quæ sunt ex his.

Sed huic sermoni contingunt plura impossibilia. Ponunt enim ꝙ simile non cognoscitur nisi per suum simile: & quasi ponunt animã esse ista. Sed ista non sunt tantum hæc, sed plura alia. immo videtur ꝙ ea, quæ ex istis sunt, sunt infinita.

Prima ratio contra Antiquos definiẽtes animam ex pricipiis pp cognitionem.

Idẽ, & iste sermo verificatur ad eos, dicendo ꝙ principia sunt oĩa, quę fiunt ex ipsis principijs: & principia non sunt ea, quę fiunt ex principiis omnibus modis: sed ea, quę sunt ex principijs, magis fiunt quam principia: immo recte videtur vt ea, quę fiunt ex principijs, sint infinita. Et, cum ea, quę fiunt ex principijs oĩbus modis, alia vero aliquo modo fiũt ex principijs, non iuuant in dicẽdo 76



ꝙ anima est ex principiis: quoniam secundum ꝙ est aliud, non est illic consimilitudo, & cum illic non fuerit consimilitudo, non erit cognitio: cum cognoscens non cognoscat, nisi per illam consimilitudinem, quam habet cum re cognita. Et, cum declarauit ꝙ facta ex principiis non sunt eadem principia in formis, & essentiis, incępit declarare impossibilia, contingentia huic, quod dixit, ꝙ nihil cognoscitur nisi per suum simile. D

Ex quibus igitur est vnumquodque horum, sit ea cognoscere animam, & sentire: sed compositum, quó cognoscet, aut sentiet, vt quid Deus, aut homo, aut caro, aut os, similiter autem & quodlibet aliud compositorum? Non .n. quolibet modo se habentia elementa, horũ vnumquodq;, sed ratione quadam, & compositione, sicut & Empedocles dicit ipsum os. Terra autem concinna in amplis infundibulis Duas ex octo partibus sortita est fluidi luminis, Quatuor autẽ Vulcani: ossa autem alba facta sunt. Nulla igitur vtilitas elemẽta in anima esse, nisi & rationes inerunt, & compositio. cognoscet enim vnũ quodq;, simile: os autem, aut hominem nihil, nisi & hæc inerunt. hoc autem ꝙ impossibile sit, nihil oportet dicere. Quis enim dubitabit, si insit in anima lapis, aut homo: similiter autem & bonum, & nõ bonum. eodem autem modo & de aliis? B

Ponatur igitur ꝙ aĩa cognoscat, & sentiat ea, ex quibus fit quodlibet: & tunc nõ cognoscit vniuersum, neq; sentit. v.g. quid est Deus, & quid est homo, & quid est caro, & quid est os, & similiter alia composita. Esse enim vniuscuiusq; istorũ non est vt elementa sint in quacunq; dispositione, sed in aliqua compositione, & proportione: sicut narrauit Empedocles in generatione ossis. Dicit enim ꝙ terra magna, quæ est in vasis ossis, quę habet de pallore octauã partem, & de igne quatuor partes: & sic facta sunt ossa alba. Nihil enim prodest ꝙ elementa sint in anima, nisi in eis sit proportio, & compositio. tũc enim cognoscet quodlibet per similitudinem: & non cognoscet os, neque hominem, nisi hæc duo fuerint in ea. Et iste sermo non indiget contradictione. nullus enim existimat ꝙ in anima sit lapis, aut homo. & similiter viuum, & non viuum. F

77 Secunda rõ.

Dicit, Ponatur igitur ꝙ anima, &c. i. ponatur secundum opinionem eorũ ꝙ anima cognoscit, & sentit elementa, ex quibus componitur quodlibet, quod est ex elementis. contingit igitur eis vt non cognoscat vniuersum rei compositę, & ꝙ non cognoscat eius formam. forma enim eius est supra elementa in composito. continget igitur vt non cognoscat Deum, neque hominem, neque carnem, neque os, essentia enim non est elementum, neque ex elementis. & hoc necesse est in omnibus compositis. D.d. Esse enim vniuscuiusque, &c. idest & essentię, & formę rerum necesse est vt sint supra additę elementis: quia quodlibet ens compositum ex elementis componitur in aliqua proportione terminata a compositione propria, per quam illud ens est quod est. & hoc concedit Empedocles. dat enim in generatione ossis proportionem. & dicit ꝙ ossa sunt alba, quia existit ĩ eis ex terra, quę appropriatur nigredini, & pallori octaua pars, & de igne, qui appropriatur albedini, quatuor partes. D.d. Nihil enim prodest ꝙ elementa sint in anima, &c. idest nihil enim prodest in hoc, ꝙ anima cognoscit formas, & essentias rerũ, vt sit ex elementis: nisi, cum hoc ꝙ est ex elemẽtis, sint in ea proportiones, & compositiones, quę appropriantur essentiis rerum. tunc. n. possibile est vt cognoscat quodlibet, D.d. & non cognoscet os, neque hominem,

Essentię, & formę rerũ superadditę sunt elementis. idem. 7. Me. cõ. 60. & .1. Met. c. 12. & primo de Generatione, 84.

A nisi hęc duo fuerint in ea.ideſt neceſſe eſt, cum non cognoſcat rem,niſi per ſimilitudinem, vt non cognoſcat os,neque hominem, niſi in ea ſit compoſitio oſsis, & hominis.D.d.Et iſte ſermo non indiget, &c.ideſt & iſte ſermo eſt valde impoſsibilis.nullus enim dubitat vtrum in anima ſit lapis, aut non. & vniuerſaliter nullus exiſtimat ꝙ in anima ſit viuum, & non viuum, ita ꝙ cognoſcit viuum per viuam partem,quę eſt in ea,& non viuum per non viuum.

Amplius autem, cum multipliciter dicatur id,quod eſt (ſignificat enim aliud quidem hoc aliquid,aliud autem quantitatem,aut qualitatem,aut etiam quoddam aliud diuiſorum prædicamentorum) vtrum ex omnibus erit anima, an non ? Sed non videtur communia omniũ eſſe elementa. Num igitur quæcũq; ſubſtantiarum ſunt,ex his ſolis? Quomodo igitur cognoſcit & aliorũ vnumquodq; ? An dicẽt vniuſcuiuſq; generis eſſe elementa,& principia propria, ex quibus animã conſtare. Erit ergo & quantitas,& qualitas,et ſubſtantia.Sed impoſſibile eſt ex quantitatis elementis eſſe ſubſtantiam,et non quantitatẽ,

B Dicentibus itaque ex omnibus, hæc,et huiuſmodi alia accidunt.

Et etiam, ſi ens dicitur pluribus modis (demonſtrat enim hoc et quantum, et quale, et aliud prædicamentorum) vtrum anima ſit ex omnibus eis? Sed non exiſtimatur ꝙ omnia habent elementa,et principia. Et vtrum non ſint niſi ex elementis ſubſtantiæ tantum ? Sed, ſi fuerit ita, quõ cognoſcit vnumquodq; illorũ? Aut dicant ꝙ quodlibet generum habet elementa, et principia propria,ex quibus conſtituitur. Anima igitur erit quale, et quantum, et ſubſtantia. Sed impoſsibile eſt vt ex elementis quanti ſit ſubſtantia, et non quantum, Qui igitur dicunt ꝙ eſt ex oĩbus, contingunt eis hęc,et alia ſimilia.

Cum declarauit impoſsibile contingens,eis propter cognitionem formarum rerum, cum formę non ſint elementum,neque ex elementis,incępit declarare ꝙ contingunt eis alia impoſsibilia, licet concedant ꝙ cognoſcit compoſita propter ſua principia, i. quia eſt ex principiis eorum.Et.d. Et etiam ſi ens,&c.i.& etiam quomodo poſſunt dicere ꝙ anima cognoſcit res propter ſua principia? Ens enim quandoque demonſtrat hoc,quandoque alia nouem prędicamenta:& ſic quęrendum eſt vtrum anima cognoſcat quodlibet iſtorum generum, quia eſt ex principiis omnium eorum,ſi omnia habent principia:aut ex principijs quorundam,ſi non omnia habent principia. D.d.Sed non exiſtimatur,i.ſed, ſi poſuerint eam eſſe ex principijs quorundam, quęrendum eſt ab eis vtrum anima ſit ex principiis ſubſtantię tantum.cum hoc prędicamentum inter omnia exiſtimetur habere tantum principia, dicetur eis quomodo cognoſcit anima vnumquodque illorum prędicamentorum? D.d.Aut dicãt ꝙ quodlibet generum,&c. ideſt aut cogentur ad primam diuiſionem:& eſt ꝙ quodlibet decem prędicamẽtorum habet ꝓpria principia:& ꝙ aĩa non cognoſcit ea, niſi quia ſunt ex ſuis principiis. Contingit eis ex hac poſitione aliud impoſsibile ; & eſt ꝙ anię quędã pars eſt ſubſtantia, & quędã pars qualę,& quędã quantũ; cum impoſsibile eſt vt ſubſtantia ſit elementum aliorũ ꝓdicamentorũ. principia.n. non ſubſtantię,ſunt nõ ſubſtãtię.D.d.Qui igitur dicunt ꝙ eſt ex oĩbus,&c.i.dicẽtibus igiť aĩam eſſe ex oĩbus principijs rerũ cõtingũt hęc ĩpoſsibilia ꝓdicta, et alia ſĩlia. 78 Tertia rõ.

Imposſibile eſt vt ſubſtãtia ſit elemẽtum aliorũ prędicamentorum. Vide oppoſitũ.12. Met.cõ.22. Vide contra Zimar.

Inconueniens aũt eſt dicere quidem impaſsibile eſſe ſimile a ſimili: ſentire autem ſimile ſimile, et cognoſcere ſimile ſimili, ſentire aũt pati aliquid,et moueri ponunt: ſimiliter aũt et cognoſcere,et intelligere, Cum aũt multas dubitationes, et difficultates habeat dicere,ſicut Empedocles, ꝙ corporei elementi ſingula cognoſcuntur, et

ad simile, testatur quod nunc dictum est. quæcunque enim insunt in D
animalium corporibus simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pili nihil senti
re videtur. quare neque similia. & tamen conueniebat.

Et improbabile est etiam dicere quod simile non patitur a suo simi
li, & quòd simile sentit suum simile, & quòd simile cognoscit suum si
mile: opinãdo quòd sentire est pati, & moueri, & similiter distingue
re, & intelligere. Et testatur quòd sermo, quem dixit Empedocles,
quod vnaquæq; rerum non cognoscit corporalia elementa, nisi scd̃m
similitudinem, est multarum dubitationum. & hoc, quod dicemus in
hoc loco, & est ꝙ corpora aĩaliũ, quibus existit simplex terra, vt ossa,
vt vr̃, nihil sentiũt. nõ sentiũt igit̃ neq; similia: licet hoc sit necessariũ.

79 Quarta rõ. Idem primo de generatione. 50.

Cum dedit impossibilia contingentia huic opinioni, incępit contradicere pro
positioni. super qua fundatur hęc opinio, s. propositioni dicenti ꝙ simile non cõ
prehenditur, nisi per suum simile, &c. d. Et improbabile est etiam dicere, &c. i. &
improbabile est hoc, quod Antiqui opinantur, ꝙ simile non patitur a suo simili,
& ꝙ passiuum non est nisi contrarium a suo contrario, & opinantur cum hoc E
ꝙ cognoscere. & sentire fiũt per simile: & tamẽ cognoscere, & distinguere sunt
pati, & moueri. Et intendit per hoc ꝙ illud, quod consequitur hanc opinionẽ,
est contrarium primę. Hoc. n. quod ponunt ꝙ sentire, et intelligere fiunt p̃ sile,
& ꝙ sunt pati, coget eos ad dicendum ꝙ simile patitur a suo simili: quod non cõ
cedunt, quia iam posuerunt simile pati a suo simili: & in se etiam impossibile
est. D. d. Et testatur ꝙ sermo, quem, d. Empedocles, & c. i. & testatur ꝙ sermo,
quem Empedocles d. s. ꝙ vnusquisque non cognoscit generalia corporalia ele-
menta, nisi secundum similitudinem. i. ꝙ nos non cognoscimus terram, nisi per il
lud, quod est in nobis de terra, et aquam per aquam, et aerem per aerem, et ignẽ
per ignem, est falsus. Et hęc est multitudo dubitationum contingentium illi in
hoc loco. Illud enim, quod in corporibus animalium magis vicinatur terrę sim
plici, nihil sentit. & tamen ossa non sentiũt terram: licet in eis dominetur terra.
simile ergo non sentit simile. Et hoc intendit cum d. non sentiunt igitur neq; si-
milia. D. d. licet hoc sit necessarium. i. ꝙ simile debet sentire suum simile, tunc
enim necessarium esset vt ossa sentirent terram. sed videntur carere omni sensu.

Amplius autem vnicuique principiorum ignorantia amplior quã
intelligentia inerit, cognoscet enim vnum vnumquodque, multa F
aũt ignorabit. omnia enim alia. Accidit aũt et Empedocli insipientis-
simum esse Deum. solus. n. elementorum vnum non cognoscet ipsam
discordiam: mortalia autem omnia. ex omnibus enim vnumquodq;.

Et etiam vnumquodque principiorum magis ignorat quã sciat,
Vnumquodque enim totum vnum tantum agnoscit, et plura igno-
rat. Et contingit Empedocli attribuere Deum maximæ ignorantiæ.
ipse enim solus nescit de elementis hoc vnicum, scilicet litem. animal
vero mortale scit ea omnia. omne enim fit ex omnibus illis.

80 Quinta rõ. Sexta rõ.

Et etiam contingũt eis impossibilia vniuersalia, s. vt quodlibet etiam princi-
piorum magis ignoret, q̃ sciat. vnumquodq; enim principiorum eorum non scit
apud eos, nisi ex quibus componitur: & sunt ea, quibus assimilatur. D. d. Et con
tingit Empedocli attribuere, &c. i. contingit Empedocli aliud impossibile pro-
prium, s. ꝙ Deus apud ipsum sit in fine ignorantię: ita ꝙ animal mortale est sciẽ
tius ipso, contingit enim secundum suum sermonem, vt non sciat de elementis,
quę sunt apud ipsum sex, nisi quinque tantum, s. quatuor elementa, et amicitiã,
& ꝙ nesciat litem. animal autem mortale scit sex, quia apud ipsum componitur
ex omnibus. Et opinatur ꝙ Deus componitur ex quinq; tantum, i. non ex li-

A te.contingit igitur ei vt nesciat litem: quapropter aial mortale erit scientius eo. Et Dij, quos Empedocles opinatur esse compositos ex quatuor elementis, sunt orbes. opinatur enim orbes esse Deos, & compositos ex quatuor elementis, & amicitia. Et ideo reputabat Deum esse immortalem. lis.n.est causa corruptionis. licet iam narrauerit φ ipse iam opinatur mundũ, φ iam corrumpebatur, & iam generabatur. sed forte non opinabatur hoc, nisi in eis, quę sunt sub sphęra, quãuis ipse videtur hoc opinari in omnibus partibus mundi.

Oino aũt, pp quã cãm non oĩa, quæ sunt, habẽt aĩam: cũ oẽ aut elementũ sit, aut ex elemento vno, aut pluribus, aut omnibus? necesse .n. est vnum aliquod cognoscere, aut quædam, aut omnia.

Et vniuersaliter, quare non oĩa habẽt animam: cum oĩa aut sint elementum, aut ex elemento vno, aut ex pluribus, aut ex omnibus? oportet.n. scire aut vnum, aut quædam, aut omnia.

Et vniuersaliter necesse est eis dare causam, quare nõ oĩa habent aĩam comprehendentẽ. contingit .n. ei, vt oĩa sint cõprehẽsiua. qm̃, si principia, & elẽnta sunt cognoscentia: & omne ens aut est ex elẽnto, aut elẽntum: necesse est vt oĩa sciant. Oportet.n. vt oẽ sciat, aut vnũ eorũ, si fuerit elementũ, aut ex vno elemento. quoniam tunc non sciet, nisi illud, quod cõponitur ex illo elẽnto: aut vt B sciat plura, si cõponitur ex pluribus: aut, si componitur ex omnibus, oĩa. & hoc intendebat, cum d. oportet enim scire aut vnum, aut quędam, aut omnia. 8t Septima t8.

Dubitabit autẽ vtiq; aliquis & quid est vnũ faciens ipsa. materiæ enim similia sunt elementa. Principalissimũ enim est illud, quod cõtinet, quodcunq; est. anima aũt aliquid esse melius, & præstantius impossibile est. impossibilius aũt adhuc intellectu. rationabilissimũ enim esse hunc antiquissimum, & dominum secundum naturam. elementa autem dicunt esse prima entium. Aliqd eẽme lius & pręstantius anima ẽ impossibile, impossibilius autẽ adhuc intellectu.

Et debet homo dubitare illud, quod dedit illis esse. elemẽta enim assimilanẽ materiæ. Illud enim, qđ agit, dicitur valde nobile. impossibile est igitur vt aliquid sit nobilius, & principalius quam anima. & magis impossibile est vt aliquid præcedat intellectum, necesse est enim vt iste sit precedens naturaliter ipsum, quod per eum acquirit nobilitatem suam. elementa autem sunt principia entium.

Et debet homo quęrere per quid sunt elementa, s. forma. elementa.n. videtur assimilari materię, sed manifestum est φ aliud nobilius eis ligat, & cõgregat ea C in composito: & est illud, quod est in eis quasi forma, & finis, D. incœpit declarare φ hoc necesse est esse aĩam, & maxime intellectũ, et d. Illud enim, quod agit dicitur valde nobile, &c. idest & illud, qđ videtur esse nobilius elemẽtis, necesse est vt sit aĩa. omne.n. quod dicitur esse nobilius aliquo, minus est dignũ nobilitate φ̃ aĩa. anima igitur pręcedit omnia elẽnta causalitate, et nobilitate: elẽnta aũt tempore. D.d. & magis est impossibile vt aliquid pręcedat intellectum. i. si aĩa esset ex elementis, tunc pręcederent eam elementa nobilitate, & causalitate: qđ est impossibile. & magis impossibile est opinari φ aliquod elementorum pręcedat intellectum scdm nobilitatem, & sđm cãm finalem. D. dedit rationem super hoc, & d. necesse est enim vt iste sit, &c. i. necesse est enim vt intellectus pręcedat in esse omnia attributa sibi: & quę ab eo acquirunt nobilitatem, vt elemẽta. D.d. elemẽta aũt sunt principia entium. i. & valde differunt. aĩa .n. & intellectus sunt principia entium scdm finem, & formam: elẽnta aũt scdm materiã. 82 Illud, quod agit, ẽ valde nobile. Idẽ 3. de Anima tex. cõ. 19. Anima pce dit elementa nobilitate, & causalitate: elementa autem tpe. Aĩa, et intellectus sunt principia entiũ secundũ finem, et formã: elementa aũt secũdũ materiã.

Omnes autem, & qui ex eo, quod cognoscit, & sentit ea, quæ sunt, ex elemẽtis dicunt ipsam, & qui maxime motiuũ, non de omni dicunt anima. Neq; enim sentientia omnia motiua. Videntur enim esse

quædam animaliũ mansiua secundum locum; & tamen videtur hoc solo motu mouere anima animal. Similiter aũt & quicunque intellectũ,& sensitiuũ ex elementis faciunt. videntur enim plantæ viuere, non participantes latione,neque sensu; & animalium multa intelligentiam non habere. D

Et oẽs facientes animam ex elementis per cognitionẽ, & sensum, & per motum non loquuntur de omni anima. Non enim videmus omnia sensibilia moueri,cum quędam animalia videantur pmanentia in eodem loco: licet videatur ꝙ illo solo motu mouet anima animalia, Et similiter etiam est dispositio ponentium intellectũ, & virtutem sensus ex elementis. plantæ enim videntur viuere; sed nullã habent portionẽ de motu locali. & plura aialia etiam nõ intelligũt.

53
Nona ratio Dicit,& omnes ponentes substantiam animę ex elementis, quia cognoscit,& quia mouetur ex se, non loquuntur de substantia animę, nisi particulariter,non vniuersaliter:sicut debet facere ille,qui vult naturaliter loqui de ea. D. incœpit declarare hoc, & d. Non enim videmus omnia sensibilia moueri .i. & definitio eorum, qui definierunt eam per motum, est diminuta.multa enim sensibilia,& animata non mouentur in loco, vt spongia maris:quamuis iste motus apud eos ,p prius est animę,&,si ita esset,omne animatum mouerctur in loco. Error igitur accidit eis,qui existimant ꝙ iste motus est proprius animę sensibili. Et,cum narrauit diminutionem contingentem definientibus animam per motum, incœpit declarare diminutionem accidentem ponentibus eam ex elementis per cognitionem,& d.Et similiter etiam est dispositio ponentium intellectũ, &c.i.& similiter est de ponentibus intellectum, & substantiam animę ex elementis,quia cognoscit.plantę enim videntur habere vitam,& non sensum, neque motum in loco. & videmus ꝙ multa animalia sensibilia non intelligunt.Et, si ita esset, necesse esset,vt omne viuum esset sensibile; & omne sensibile esset intelligens, sicut opinabantur plures Antiqui.sed non est ita.omnes enim definientes substantiam animę per cognitionem,aut motum, non incedunt via ducenti ad cognitionem substantię animę. E

Vide de spõgia maris.2. de aia cõ,16

Si autem aliquis & hæc concesserit, posueritq; intellectum partem aliquam animæ, similiter autem & sensitiuum,neque vtique sic dicet de omni anima, neque de tota,neq; de vna. Hoc autem sustinuit &, quę est in Orphicis vocat s carminibus, ratio.dicit enim animam ex toto ingredi respirantibus, latam a ventis. Non possibile itaque plãtis hoc accidere,neque animalium quibusdam: siquidem non omnia respirant. F

Orphica carmina.

Et, si homo concesserit ista, & posuerit ꝙ intellectus est aliqua pars animę,& similiter etiam virtus sensus,tamẽ neq; cum hoc locuti sunt vniuersaliter de omni anima, neque de vna anima vniuersaliter. Et similiter accidit in sermone, qui dicitur inueniri in versibus attributis Archoim.dicit enim ꝙ anima intrat intus a toto apud anhelitũ; quia venti deferunt eam. Hoc igitur non accidit plantis,neq; in quibusdam animalibus: cum non omne animal sit habens anhelitum.

84
Decima rõ. Dicit, Et,si homo concesserit eis ꝙ omne animal est intelligens, & posuerit ꝙ virtus intellectus,& sensus sit idem, tamen cum hoc etiam non erunt locuti de omni anima.Qui enim locutus est de ea per cognitionem,non loquitur de anima non cognoscenti:qui autem per motum,non loquitur de anima non mota. & cum hoc sermo amborum nõ est in eadem anima.natura enim animę motę alia

est a

A est a natura cognoscentis. Isti igitur non loquuntur de anima vniuersaliter, & etiam cũ hoc quidam eorum loquuntur de vno modo animę, & quidam de alio modo. D.d. Et similiter accidit, &c.idest & hoc idem accidit Archoim, fcdm φ loquitur de anima particulari, & existimat loqui de anima vniuersali, fingẽs φ natura animę est illud, quod intrat corpus a toto continenti apud anhelitum. Iste enim non loquitur de omni anima, quia planię habent animam, tamen non habent anhelitum, & similiter plura animalia. anhelans enim est animal ambulans sanguinem habens, vt dictum est in Animalibus.

Anhelãs est animal ambulãs, sãguinẽ habens.

Hoc autem latuit sic opinantes. Si vero ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus. Sufficiẽs enim est altera pars cõtrarietatis seipsam diiudicare, et oppositam. recto enim et ipsum, et obliquũ cognoscimus. iudex enim vtrorumq; regula. obliquum autem neque suiipsius, neque recti.

Recto & ipsum, & obliquũ cognoscim'. iudex .n. vtrorũq; regula.

Et ignorauerunt existimantes hoc, scilicet ponẽtes animam ex elementis, s. quòd non de necessitate debent ponere eam ex omnibus eis. Sufficit enim vnum contrariorum in iudicando super ipsum, et super suum oppositum. per rectum enim scimus rectum, et curuũ. B regula enim iudicat vtrunque per suam rectitudinem. per curuum autem non scimus, neque ipsum in se, neque rectum.

Et, cum ignorauerunt quoniam non indigebant ponere animam ex omnibus contrarietatibus existentibus in elementis. Sufficiebat enim eis ponere eam ex altero duorum contrariorum, s.ex alio; quod est quasi habitus quidam, & forma. tale. n. contrarium sufficit in iudicando super se, & super suum, oppositum. scimus enim lineam rectam per regulam rectam, in eo φ est recta, similiter curuam. sed per curuam non scimus neque ipsam, neque rectam. Et causa in hoc est, quia non debemus iudicare per contrarium, quod est primum, super contrarium, quod est secundum. 85

Et in toto autem quidam ipsam mistam esse dicunt. vnde fortassis et Thales opinatus est omnia esse plena Diis. Hoc autem habet quasdam dubitationes. Propter quam enim causam in aere, aut in igne anima cum sit, non facit animal, in mistis autem: præsertim, cum melior in illis esse videatur? Quæret autem vtique aliquis, et quam ob cãm quæ in aere aia, ea, quę in aialibus, melior est, et imortalior.

Thales Milesius opinatus ẽ oĩa eẽ plena Diis.

C Et dixerunt quidam quòd aia est in toto. et forte ex hoc loco existimauit Milesius quòd oĩa sunt plena Deo. Sed in hoc loco est dubitatio. Quærẽdũ est.n.cum aia existat in aere, et igne, quare non facit aialia, et facit hoc in mixto: licet sit existimatum quòd aia, quæ est in istis, sit nobilior. Etiam debet homo respondere, quare anima, quę est in aere, est melior aia, quæ est in aialibus, et magis immortalis.

Intendit vt mihi videtur φ quidam dixerunt φ anima existit in toto, i.in elementis, & in compositis. & ex hoc existimauit Milesius φ omnia sunt plena Deo. D.d. Quęrendum est enim, &c.i. & prima dubitationum contingentium huic opinioni, est, quare anima, inquantum est in aere, & ẽt in igne, non facit animalia in eis.i.quare hęc corpora simplicia non sunt sensibilia, & comprehẽsibilia. quoniam, cum anima eandem proportionem habeat ad elementũ, & ad compositum, necesse est vt si alterum eorum fuerit animatum, vt alterum ẽt sit aiatum. D.d. licet sit existimatũ φ aia, quæ est, &c.i. licet existimatũ sit φ aia, q̃ est in elemẽtis, magis digna est vt faciat elementa esse aiata. existimabitur igitur esse nobilior aia, quę est in mixto ex elemẽtis, D. dedit quęstionẽ secũdam, 86

Ratio cõtra Thaletem.

& d. Etiam debet homo reſpondere, quare anima, quę eſt in aere &c. i. & contingit homini opinanti hanc opinionem reſpondere, quęrenti qua de cauſa, anima, quę eſt in elementis, eſt nobilior anima, quę eſt in animalibus. anima enim quę eſt in elementis, eſt nõ mortalis apud eos: & quę eſt in animalibus, eſt mortalis. D

Accidit autem vtroque modo inconueniens, & irrationabile. etenim dicere animal ignem, aut aerem, irrationabilium eſt. & non dicere animalia, cum anima inſit, inconueniens eſt.

Et contingit vtrique ſermoni improbabile, & irrationabile. dicere enim quòd ignis, & aer ſunt animalia, & ſimile ſermoni ſtulto. & etiã non dicere ea eſſe animalia, & dicere ea habere aĩas eſt improbabile.

87 Cum declarauerit ꝙ contingit dicentibus ꝙ in elementis eſt anima, vt elementa ſint animata, dicit. Et contingit vtriq; ſermoni, &c. ideſt hoc, quod ponunt, ꝙ elementa ſunt animata: aut hoc, quod ponunt, ꝙ elementa habent animam, et nõ ſunt animata. dicere enim ꝙ ignis, & aer ſunt animata, ſimile eſt ſermoni ſtultorum, & dicere etiam ꝙ habent animam, & non ſunt animata, eſt valde improbabile: quia nulla differentia erit inter animam eſſe in animato, aut non eſſe.

Opinari aũt videntur animã eſſe & in his, quoniã totum cum partibus eiuſdem ſpeciei eſt. Quare neceſſarium ipſis dicere & aĩam eiuſdem ſpeciei cum partibus eſſe, ſi, quia intercipitur aliquid continentis in aĩalibus, animata aĩalia fiunt. Si aũt aer quidem diſcerptus eiuſdem ſpeciei ſit: anima aũt diſsimilium partiũ: hoc quidem aliquid ipſius inerit, vt patet, aliud autem nõ inerit. Neceſſe eſt igitur ipſam aut ſimilium partium eſſe, aut non ineſſe in qualibet parte totius. Manifeſtum igitur ex dictis eſt quòd neq; cognoſcere ineſt animæ, propterea quòd ſit ex elementis; neq; moueri ipſam bene, atq; vere dr. E

Et videntur exiſtimare ꝙ aĩa exiſtat in iſtis, quia forma vniuerſi eorum eſt ſicut forma partium. Oportet igitur eos dicere quòd forma animæ etiam eſt ſicut forma partium eius: cum aĩal non ſit habens animam, niſi cum in eo concluditur aliquid de aere continenti. Si igitur aer, cum ſeparatur, eſt ſimilis formę: & anima, cum ſeparatur, non eſt conſimilium partium: manifeſtum eſt quòd aliquid eius erit ens, & aliquid non ens. Neceſse eſt igitur aut vt ſit conſimilium partium, aut non exiſtet in qualibet parte totius. Quoniam autem neque cognoſcere exiſtit in anima, quia eſt ex elementis: neque moueri dicitur recte, manifeſtum eſt. F

Ratio Thaletis.

Iudiciũ vlis ĩ ſua natura & particularis idem ẽ vide. 4. Ph. c. 37. et. 48. & . 2. huius co. 9. & . 1. Cę. 17.

88 Cum numerauit impoſsibilia contingentia huic opinioni, dedit cãm, ex qua exiſtimarunt elẽta eſſe animata, & deſtruxit eam, & dicit. Et videntur exiſtimare, &c. i. & videntur opinari ꝙ aĩa eſt in elẽntis: quia vnũ iudiciũ habet totũ, & pars in recipiendo animã. D. d. Oportet igitur eos dicere, &c. i. ſed, cum poſuerint ꝙ idem iudicium habet totum, & pars elementorũ in recipiendo animã, oportet eos ponere ꝙ natura animę vniuerſalis, & forma eius eſt ſicut forma partium, ſcilicet ꝙ iudicium vniuerſalis in ſua natura, & particularis idem eſt. Et declarauit hoc, cum dedit cauſam, propter quam opinati ſunt ꝙ pars elemẽtorum eſt animata, & ꝙ propter hoc debet eſſe totũ animatum, & d. cum animal non ſit habens aĩam, &c. i. & opinati ſunt ꝙ pars elementorũ eſt animata, quia viderunt ꝙ animal non ſit animatum, niſi quãdo in corpus intrauerit apud anhelitum aliquid aeris continentis: & ideo opinantur ꝙ iſta pars aeris, quę eſt in corpore aĩalium, eſt animata. Et, quia natura partis eſt talis, neceſſe eſt vt natura totius ſit talis. Et ordo verborum debet eſſe talis. & videntur exiſtimare ꝙ

A anima existat in istis, idest in elementis, scilicet ꝙ forma totius, & partis est idē: sed pars est animata: opinantur enim ꝙ animal non sit animatum nisi per aerem, qui cōcluditur in eo: ideo oportet eos dicere ꝙ forma animę vniuersalis est sicut forma particularis. i. ꝙ natura animę vniuersalis, quę est in elementis, & particularis, quę est in animalibus, est eadem. Et, cum narrauit hoc, incępit declarare modum, secundum quem contingit eis, & d. Si igitur aer, cum separatur, & c. i. si igitur aer, cum diuiditur, est consimilis formę, i. ꝙ natura partis, & totius est eadem: & anima, quę est in elementis, cum diuiditur per diuisionem elementorum, non est consimilium partium: quoniam illud, quod existit ex ea in parte, s. in animalibus, est mortale, & quod existit ex ea in toto, est non mortale: manifestum est ꝙ pars, quę existit ex ea in toto, alia est ab ea, quę existit in parte, ergo necesse est, aut vt in anima, quę est in toto, sit similis animę, quę est in parte, si posuerimus ꝙ totum, & pars habent idem iudicium in recipiendo animam: aut, vt ponamus ꝙ iudicium totius, & partis in recipiendo animam non est idem: & illud, quod sequitur ponere eorum, scilicet ꝙ anima, quę est in toto, est nobilior ea quę est in parte. Et hoc posito, destruitur argumentum eorum per hoc, ꝙ anima existit in toto, quia existit in parte. quoniam, cum natura animę fuerit diuersa, diuersabitur etiam natura recipientis. vnde necesse est, sicut d. vt non quęlibet pars eius recipiat animam mortalem, sed partes proprię. iudicium igitur totius, Impugnatio rōnis Thaletis.

B & partis non est idem. Et debes scire ꝙ hoc contingit necessario dicentibus elementa esse non animata: & quod est ex eis in animalibus est animatum, scilicet contingit eis dare causam, propter quam fuit ita, sicut contingit hoc dicentibus elementa animata, sed per animam nobiliorem animā existenti in animalibus. Sed causa data a dicentibus elementa esse non animata non potest esse data a dicentibus ea esse animata, scilicet mixtio, & complexio. & ideo visum est nobis ꝙ ponentibus primas perfectiones animę esse factas a mixtione, & complexione, non a causa extrinseca, contingit ꝙ elementa sint animata per animā ęqualem animę existenti in animalibus. & Alexan. videtur hoc opinari in primis perfectionibus animæ, & contra Arist. & contra ipsam veritatem. & in nullo differunt in hoc primę perfectiones, & vltimę. & ideo videmus ꝙ ista opinio similis est opinioni dicentium casum esse, & negantium causam agentem. D. d. secundum rememorationem summam eorum, quæ prędixit, & d. Quoniam autē neque cognoscere, & c. idest manifestum est igitur ex hoc, quod diximus, ꝙ non est necesse vt sit ex elementis propter hoc, quod cognoscit, & sentit: neq; etiam hoc, quod dicitur, ꝙ mouet se, est verum. Documētū. Require cō simile cōtra Alex 3. de Aia co. 5.

Caput Septimum. Nonnullæ proponuntur difficultates de ipsius Animæ vnitate, at partibilitate.

C Voniam autem cognoscere animę est, & sentire, & opinari: ad huc autem concupiscere, & deliberare, et omnino appetitus: fit autem & secundum locum motus ab anima animalibus: adhuc autem et augmentum, et status, et decrementum, vtrum toti animæ vnumquodque horum inest, et tota, et intelligimus, et sentimus, et aliorum vnumquodq; facimus, et patimur: an partibus aliis alia? Et ipsum etiā viuere, vtrum in aliquo horum est vno, aut in pluribus, aut in omnibus, an et aliqua alia causa est.

Et, quia anima habet cognoscere, et sentire, et existimare: et etiam appetere, et velle, et vniuersaliter modos desyderii; et etiam anima habet per animam motum in loco; et etiam augmentum, et complementum, et diminutionem, vtrum vnumquodq; illorum est totius animæ, et per ipsam totam intelligit, et sentit, et mouet, et facit

alios motus,& actiones,& passiones: aut non agit,& patitur, nisi per virtutes diuersas,& membra diuersa,& actiones, & passiones diuersas. Et vtrum vita est in vna istarum, aut in pluribus vna, aut in omnibus, aut habeat aliam causam. D

89 Cum contradixit sermonibus Antiquorũ de aĩa, incępit hic declarare ꝙ primo consyderandum est de anima, & de numero actionũ eius diuersarum in genere: deinde vtrũ omnes proueniant ab vna virtute, s. ab anima aut agit vnãquãque actionẽ eius diuersarũ in genere per virtutes diuersas; aut sc̃dm definitionẽ et subiectũ, aut sc̃dm definitionem tantum. Et d. Et, quia aĩa, &c. i. &, quia aĩa habet quinq; actiones, aut passiones diuersas in genere. Quarũ vna est scire, & existimare; Secunda sentire: Tertia desyderare, & velle: Quarta moueri in loco: Quinta augeri, & minui, & nutriri: vtrum quęlibet istarum actionũ diuersarum in genere sit totius animę, ita ꝙ per eandem naturã intelligit; & sentit, & mouetur in loco, & desyderat, & nutritur, & vniuersaliter agit, et patitur vnoquoq; illorũ motuũ: aut non agit, aut patitur vnoquoq; eorum, nisi per virtutes diuersas, & mẽbra diuersa, & membra communia eis* conuenientia. Hęc igitur est opinio Ari. non. n. opinatur ꝙ facit diuersas actiones per virtutes diuersas, et vnica membra tm̃: neq; per vnicas virtutes, & membra diuersa tantum: nec etiam per virtutes diuersas, & mẽbra diuersa tm̃: sed opinatur ꝙ faciat per virtutes diuersas, & mẽbra vnica, s. principalia, & membra diuersa: & hoc intendebat, cũ d. per virtutes diuersas, & membra diuersa, i. cũ hoc, quod agit cũ membris conuenientibus. qm̃, si sic non intelligeretur, erit idem cum sermone Platonis. D. d. Et vtrum vita est in vna istarum, &c. i. & perscrutandum est cum hoc vtrum illud, quod dicitur vita, est in vna aliqua istarum virtutum quinq;, aut in pluribus vna, aut in omnibus. B

*a. l. consimilia.

Opio Ari. de plalitate aĩarũ. vide ẽt ĩfra. c. 92

Vide supra c. 7. de opinione Platonis, & ĩ co. sequenti.

Dicunt itaque quidem partibilem ipsam, & alia quidem intelligere, alia autem concupiscere. Quid igitur continet animam, si partibilis est natura? Non enim vtique corpus. videtur enim contra magis anima corpus continere. egrediente enim expirat, & putrescit.

Et quidam dicunt quòd anima est diuisibilis, & quòd ipsa intelligit per hoc, & desyderat per aliud. Quid igitur continuat animam, si naturaliter est diuisibilis? Hoc enim non est corpus. existimandum est enim contrarium, scilicet quòd anima continet corpus, & hoc demonstratur, quia, cum exierit ab eo, putrefiet.

90 Innuit Platonẽ, qui opinatur ꝙ anima essentialiter diuiditur in corpore sc̃dm diuisiones membrorũ, quibus agit suas actiones diuersas, & ꝙ nõ cõicantur in aliquo mẽbro, ita ꝙ pars intelligens est in cerebro tm̃, & desyderans in corde tantum, & nutriens in hepate. Et dixit & quidam dicunt, &c. i. & quidam dicũt ꝙ anima diuiditur essentialiter per diuisionem membrorum corporis, ita ꝙ intelligit per membrum, & virtutem alia a membro, & a virtute, quibus desyderat. Deinde d. Quid igitur continuat animam, &c. idest sed, si posuerimus quod anima diuiditur essentialiter per diuisionem membrorum, in quibus existit: & manifestum est per se ꝙ anima, quę est in singulis indiuiduis nobis est vnica: quid igitur copulat partes animę, ita quod potest dici esse vna? Non enim potest aliquis dicere quod hoc sit corpus, quod copulet partes animę: quoniam magis rectum est dicere quod corpus est vnum, quia anima est vna, non econuerso. & hoc intendebat, cum dixit. existimandum est enim esse contrarium. &c. idest opinio enim, quam habemus naturaliter in hoc, contraria est huic opinioni, scilicet quod anima magis digna est vt sit causa copulationis corporis, & suę vnitatis in numero, quam vt sit corpus causa copulationis animę, omne enim, quod est, vnum, & continuum non est per suam materiam, sed per suam formam. Sed, quia ista argumentatio est quasi latens in hoc loco, dedit significationem manife F

Oẽ, quod ẽ vnum, et cõtinuum, nõ

A ſtam,& dixit. & hoc demonſtratur, quia, cum exierit a corpore putrefiet, ideſt diuidetur.

Si igitur aliquid aliud vnam ipſam facit, illud maxime vtiq; erit anima. Oportebit autem iterum & illud querere, vtrum *vnum, an multarum partium ſit. Si enim vnum eſt, propter quid non mox & animam vnum eſſe? Si vero partibile, iterum ratio quæret quid eſt continens. & ſic vtique procedet in infinitum.

eſt p ſuã materiam, ſed p ſuã formã. Conſile. 4. Ph. 38. &, 2. h' c. 7 &. 8. &. 60. &. 3. Ph. c. 60. & alibi frequẽter.

Si igitur eſt aliud qd, qđ facit eam eſſe vnã, illud proculdubio eſt anima. Sed quærendum eſt de illo, vtrum ſit vnum, aut plurium partium. Si igitur fuerit vnum, & diuiſibile, tunc quærendum eſt quid eſt illud, quod copulat ipſum. & principia illius erunt infinita.

* Aĩa vnũne, an multarũ partium.

Si igitur corpus non facit eam eſſe vnam, & continuam, & dixerit aliquis ꝙ eſt aliud, quod facit eam eſſe vnam, dicemus ꝙ illud eſt anima, & reuertetur perſcrutatio, ſcilicet vtrum illud in ſe eſt vnum, aut plura. ſi vnum, hoc eſt, qđ volumus. ſi plura, reuertetur quęſtio quid copulat illud, per quod copulatur aĩa; & ſic in infinitum: & non erit illic principium primę continuationis. Et hoc intendebat, cum dixit & principia illius erunt infinita, ideſt principia continuatio B nis, & vnitatis exiſtentis in homine erunt infinita. quapropter nulla vnitas erit. 91

Dubitabit autem aliquis & de ipſius partibus, quam potentiam habeat vnaquæq; in corpore. Si enim tota anima totum corpus continet, conuenit & partium vnamquanque continere aliquid corporis. Hoc autem aſsimilatur impoſsibili. quam enim partem, aut quo modo intellectus continebit, difficile eſt etiam fingere.

Et debet homo dubitare de partibus eius, & quærere quæ virtus dat cuilibet parti corporis eſſe. Quoniam, ſi tota anima copulat totũ corpus, oportet vt vnaquæque partium copulet vnamquanq; partẽ corporis. Et iſte ſermo eſt ſimilis impoſsibili. difficile eſt enim et etiam in fingendo dicere quam partem copulat intellectus, et quõ.

Cum declarauit ꝙ contingit dicentibus animam eſſe diuiſibilem omnibus modis, vt ſit vna, ſecundum ꝙ eſt anima, & diuiſibilis, ſecundum quod habet actiones diuerſas, dedit dubitationem ſuper hoc, & d. Et debet homo dubitare de par- C tibus eius, cum fuerit opinatus eam habere partes ſecundum hunc modum, ſcilicet vt ſit diuiſibilis vno modo, & vnica alio modo, & querere quę virtus dat cuilibet iſtarum partium corporis continuationem. Neceſſe eſt enim ſi tota anima copulat totum corpus, ſecundum ꝙ eſt in eo ſecũdum totum, vt vnaquęq; partium eius ſit in vnaquaque parte corporis, ita ꝙ copulet ipſum, ſecundum ꝙ eſt in eo. D. d. Et iſte ſermo eſt ſimilis impoſsibili, &c. ideſt, & ponere ꝙ quęlibet pars eius copulet vnamquanque partem corporis, & exiſtit in ea, fere videtur impoſsibile: intellectum enim videtur impoſsibile attribui alicui membro corporis. Et debes ſcire ꝙ iſta dubitatio non ſequitur hoc, niſi quia non determinatur vtrum ſit vnica ſecundum ſubiectum, & plura ſecundum virtutes: ita ꝙ diuiſio animę in ſuas partes ſit ſicut pomi in odorem, colorem, & ſaporem. aut eſt vna propter vnam naturam communem, & plura, quia iſta natura habet diuerſas virtutes: ita ꝙ diuiſio animę in ſuas partes ſit, ſicut diuiſio generis in ſpecies. Quoniam ſecundum hunc modum contingit dubitatio prędicta: ſed, cum poſuerimus eam vnicam ſecundum ſubiectum tantum, non contingit hoc. ſubiectum enim partium eius erit vnum tantum: & quędam earum erunt ſubiectum quarundam. 92

Documẽtũ, quo docet quõ anima vna ſit, & plures.

Videntur autem et plantæ viuere diuiſæ, et animalium inſectorũ quædam, tanquam eandem habentia animam ſpecie, et ſi non nu-

Idem ſupra tex. 68.

mero. vtraque enim partium sensum habet,& mouetur secundum lo D
cum ad aliquod tempus.

Et nos videmus plantas viuere etiam, cum diuiduntur: & similiter quædam animalia annulosa, quasi anima sit in eis vna secundum formam, & si non est vna secundum numerum. videmus enim quod vtraque pars sentit, & mouetur in loco aliquandiu.

Vide tt.2. de Aia. 19. &.20.

93 Cum dedit impossibile contingens sermoni, ꝙ tota anima est in toto corpore & aprtes in partibus, & iam dederat impossibile, contingens etiam sermoni ꝙ anima diuiditur per diuisionem membrorum, absque eo ꝙ sit in ea virtus vniuersalis copulans corpus, incępit hic contradicere his duabus opinionibus, et d. Et nos videmus plantas, &c. idest & signum super hoc, ꝙ partes animę nõ existunt in partibus corporis, est, quia nos videmus plantas, & plura animalia, vt annulosa, cũ diuiduntur, agit motũ vtraque pars, & sensum in animalibus, & augmentum, & nutrimentũ in plantis, sicut totum. &, si pars sensus esset in alia parte corporis ab ea, in qua existit motus, tunc cũ aĩal annulosum diuideretur, non moueretur, & sentiret: sed pars eius, quę mouetur, esset alia ab ea, quę sentit. Et similiter, si pars nutritiua esset in plantis in parte alia ab augmentatiua, tunc impõle esset, vt, cũ plures plantę diuiduntur, viuerent: &, cum plantarẽtur, vt viuerent. D. d. quasi anima sit in eis vna secundum formam, & si non est vna scđm numerũ. qm̃, si esset vna secundum numerum, contingeret vt corrumperetur apud diuisionẽ corporis: sicut accidit hoc in pluribus aĩalibus, & in quibusdam plantis. &, si partes animę essent in partibus corporis, contingeret vt, cum corpus diuideretur in illas partes, vt quęlibet earum ageret suum proprium, ita ꝙ pars motiua esset alia a sensibili, & nutritiua ab augmentabili. Et, cum ita sit, sicut d. necesse est vt anima sit in toto animali vna in subiecto, & plures secundum virtutes: ita ꝙ quędam partium sit subiectum quarundam, scilicet, ꝙ nutritiua sit subiectum sensibilis tangibilis, & tangibilis sit subiectum aliorum sensuum. & similiter quędam quorundam: vt post declarabitur. Et, cum anima sit talis in omni animali, aut est vna in numero, scilicet in animalibus organicis, quorum pars non viuit post diuisionem: aut oportet vt sit in eis quasi vna in specie, scilicet in eis, quorum pars viuit post diuisionem: & sunt illa, quorum membra sunt consimilia. E

Aĩa est vna scđm subiectum & plures secundũ virtutes. Idẽ supra. co.7. & quę ibi.

Si autem non permanent, nullum inconueniens est. instrumenta enim non habent, quibus saluent naturam, sed nihilo minus in vtraque partium omnes inexistũt partes animæ Et eiusdem speciei sunt adinuicem, & toti. adinuicem quidem, tanquam quæ non separabiles sunt: toti autem animæ, tanquam indiuisibili existente. F

Et non est inopinabile vt remaneant. non enim habent instrumẽta, quibus conseruant suam naturam. sed tamen hoc non dat vt in vnaquaque partium sint omnes res animæ. Et sunt consimiles in speciem adinuicem. totius autem animę est, quia est diuisibilis.

94 Et non est impossibile vt partes istorum animalium, & plantarũ remaneant in agendo actiones totius. Causa enim in hoc est, quia iste modus animalis nõ habet diuersa instrumenta, quę appropriantur actionibus diuersis animę cum membro communi officiali, in quo existunt in potentia omnes actiones animę, sicut est cor cum aliis membris, vt declaratum est in libro de Animalibus: sed quodlibet membrum membrorum istius animalis adaptatur omnibus actionibus animę. & similiter quęlibet pars partium vnius membri. Et causa in hoc sic debet intelligi. quoniam definitio partis membri officialis non est definitio totius, necesse est, cum anima impossibile est vt existat in aliquo animali proprio illi animę nisi habeat principium, vt pars eius adaptetur ad hoc, quod habet totum.

A ad recipiendum animam. verbi gratia ꝙ, si cor habet naturam recipiendi animam, quia habet talem figuram, manifestum est ꝙ pars eius non recipit illam animam, quia non habet illam figuram, Vnde necesse est vt contrarium iudiciū habeant animalia, quorū membra sunt consimilia, scilicet vt illud, quod recipit totum, recipiat pars: cum habeat eandem definitionem. Deinde d. sed tamen hoc non dat, &c. i. sed, quia iste modus animalis non habet corpus officiale, neque habet membra officialia, non est remotum vt anima, quę est in qualibet parte eius, sit consimilis adinuicem in specie, & similis etiam animę, quę est in toto, immo, quia membra eius non sunt officialia, necesse est vt sit sic. Deinde d. totius autem animę est, quia est diuisibilis. idest esse autem animam, quę est in rebus, consimilem in specie, est, quia est diuisa in actu, & vnaquęq; earum agit actionem alterius. consimilitudo autem inter animam, quę est in partibus, et animam, quę est in toto in specie, est scilicet tota anima per potentiam, & diuisibilitatem, non secundum actum: quoniam, cum diuidetur, tunc non remanebit totum. sed ipse dimisit hoc, quia propalauit alteram duarum diuisionum. quoniam hęc particula, aut, demonstrat diuisionem. & quasi dicat consimilitudo autem, quę est in specie inter partes, est, quia est diuisa in actu: totius vero, quia est diuisibilis.

Aīa annulo sotū, et plantarū vna in actu, plures in potentia. Idem. 2. de Aīa. 19. 20. & 7. Meta. 56.

B Videtur autem, & quod in plantis, principium anima quædam esse. hac enim sola communicant & animalia, & plantę. Et hæc quidem separatur a sensitiuo principio: sensum aūt nihil sine hoc habet.

Et videtur etiam quòd principium existens in plantis sit aliqua anima. in hoc. n. solo communicant plantæ, & animalia. Et hoc differt a principio sensibili: & nihil habet sensum sine isto.

Cum dedit rationem in sermone prędicto super hoc, ꝙ anima non diuiditur essentialiter per diuisionem subiecti, ex hoc, quod apparet in plantis: & iste sermo non est acceptus a ratione, nisi ei, qui concedit ꝙ plantę habent animam: incępit declarare hoc quomodo, & d. Et videtur etiam ꝙ principium, &c. idest & videtur etiam ꝙ principium, quo plantę nutriuntur, & augentur, sit anima. in hoc enim principio existimantur habere communicationem cum animalibus secundum vitam. & ideo non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio *, idest vita, non principio sensus & motus. Et, cum narrauit ꝙ animalia communicant in hoc principio cum plantis secundum vitam, incępit narrare ꝙ plantę non communicant eis in hoc, & ꝙ communicatio sensus, & motus cum C nutrimento est necessaria, & d. Et hoc differt a principio sensibili, &c. idest & principium, quod est nutrimenti, & augmenti, & generationis separatur a principio sensibili in plantis: sed principium sensibile non separabitur ab illo: cum omne animal nutritur, & augetur. Sed debes scire ꝙ necessitas essendi nutribile, aut augmentabile, non est sicut necessitas essendi calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut graue, aut leue: & ꝙ suum esse augmentabile, & nutribile est ei, secundum ꝙ est viuum: & esse graue, aut leue est ei secundum ꝙ est corpus naturale. Quoniam, si non fuerit sic determinatum, non est necesse propter communicationem cum principio sensibili, vt principium secundum sit anima.

95 Nō dr̄ mortuū, nisi animal, qd caret vita, non pricipio sensus, et motus Idē in. 2. huius c. 16. & c. 3 & 37. * a. l. plantę. Documētū. Esse nutribile & augmētabile est secundum ꝙ est uiuū, eē vero graue, aut leue est, secūdum ꝙ est corpus naturale.

ARISTOTELIS D

DE ANIMA LIBER

SECVNDVS.

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima inuestigat, ac tradit Animę definitionem.
In Secunda Animę potentias, earum ordinem, ac quo pacto definiri debeant declarat.
In Tertia de potentia Animę vegetatiua sermonem facit.
In Quarta de potentia Animę sensitiua. E
In Quinta probat non dari sextum sensum: curque non vnum, sed plures habeamus.
In Sexta quęrit an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamus: Sensumque, quem Communem appellamus, explanat.
In Septima ponit differentiam inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire, inuestigatque ipsius Imaginationis essentiam.

Summæ primæ Caput Primum. Traditur animæ definitio declarans tantummodo ꝙ est.

Vm autem quæ a prioribus tradita sunt de anima, dicta sint, iterum tanquam a principio redeamus, tentãtes determinare quid est anima, & quæ vtique erit cõmunissima ratio ipsius.

Hoc igitur est, quod accepimus ab Antiquis de anima. modo autem incipiamus aliter in determinando animam quid est secundum definitionem, quæ magis comprehendit ipsam. F

1

Vm contradixit opinionibus Antiquorum, incępit modo quęrere de substantia eius, &c. Hoc igitur est, quod accepimus, &c. i. hoc igitur est, quod diximus in contradicendo opinionibus, quas accepimus de anima. D. narrauit ꝙ oportet incipere in cognoscendo substantiã eius, & considerare in hoc quousq; sciatur definitio, quę est magis vniuersalis, idest magis comprehendens omnes partes animę, & d. modo autem incipiamus, &c. i. modo autem incipiamus loqui de anima alio modo: quia non inuenimus ab Antiquis aliquid vtile de ea. & primo debemus inuenire definitionem, quę est magis vniuersalis omnibus partibus eius. * cognitio enim vniuersalis semper debet pręcedere cognitionem propriam. & sermo eius intellectus per se.

* Cognitio vniuersalis semper debet pręcedere cognitionem propriam. Idẽ infra, c. 34. & 1. Phy. t. c. 57. & 2. de Gener. t. co. 51. & 3.

Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorum, quæ sunt, substantiam. Huius autem, aliud quidem sicut materiam, quod secundum se quidem non est hoc aliquid. Aliud autem formam, et speciem, secũdum quam iam dicitur hoc aliquid. & Tertium, quod ex his. Est

A autem materia quidem potentia, forma autem actus. Et hoc dupliciter: hoc quidem, sicut scientia, illud autem, sicut speculari.

Ph.c.2. et 1 suo ꝓœmio primi Phy. Idē hic. 13. et. 1.Ph. 4. Vide cōtra Zim.

Dicamus igitur ꝙ substantia est vnum generum entium. Et substantiarum quædam est substantia secundum materiam, & ista nō est per se hoc. Et quædam est forma, per quam dicitur in re, quòd est hoc. Est autem tertia: & est illud, quod est ex ambobus. Et materia est illa, quæ est in potentia, forma autem est perfectio. Et forma est duobus modis: vnus est sicut scire, & alius est sicut speculari.

Cum voluit scire definitionem vniuersalem omnibus partibus animę, et fuit quasi manifestū ꝙ collocatur in genere substantię, incœpit diuidere quot modis dicitur substantia, & in quo modo est anima, & dixit ꝙ substantia est vnū generum entiū, i. entium, quę sunt scd'm antecedentiam in esse, quorū anima est vnū, ꝙ anima non est accidens. Ponere.n.aīam accidens est impossibile, scd'm ꝙ dat nobis prima cognitio naturalis. opinamur.n.ꝙ substantia est nobilior accidēte: & ꝙ anima est nobilior omnibus accidentibus existentibus hic. Et, cum narrauit ꝙ substātia vniuersaliter debet poni genus talium istorum entium, incępit di- 2
B uidere eius genera, & dixit Et substantiarum quędam est substantia, &c.i.& oīa, de quibus dicitur substantia, sunt tribus modis. Quorum vnus est vt sit materia prima, quę per se non est formata, neque aliquid per se in actu. vt dictū est in primo Physicorum. Secundus autem est forma, per quam indiuiduum fit hoc, Tertius est illud, quod fit ex istis ambobus. Quod autem forma est, & cum hoc est substātia, ē manifestū. est.n. quia comprehēditur sensu: est aūt substātia, quia est pars substantię. & similiter pars huius substantię cum aufertur, aufertur substantia. Et similiter prima materia est substantia: quia est vna partium, quę cum auferuntur, aufertur substantia, s. indiuiduum. D. incępit describere substantiam, quę est scd'm materiā, & quę est scd'm formam, & d. Et materia est illa, quę est in potentia, &c.i. & materia est substantia, quę est in potentia: forma autem est substantia, per quā * perficitur hęc substantia, quę est in potentia forma. Et ista forma inuenitur duobus modis. Quorum vnus est, scd'm ꝙ est in actu, tamen non prouenit ab ea actio, quę innata est prouenire ab ea: sicut a sciente, qui non vtitur sua scientia. Secundus est, secundum quod prouenit ab ea illa actio: sicut est de sciente, quando scit. Et prima forma dicitur prima perfectio: secunda autem dicitur postrema.

Ponere anīmā accidēs est impoſſe, secundū ꝙ dat nobis pria cognitio naturalis.

Primò Physi.69.

Indiuiduum fit hoc ꝑ formā. Idē īfra 7. 8. 9. & 60. sed vide oppositū. 12 Meta. 14. et 1. Cęli. 92. vbi dicit ꝙ ꝑ materiam vide cōtra. Zim.

* Idem. 8. Meta. 8.

Substantię autem maxime esse videntur corpora: & horum, natu-
C ralia. hæc enim aliorum principia. Naturalium autem, alia quidem habent vitam, alia autem non habent. Vitam autem dicimus, quæ per ipsum fit, alitionem, augmentationem, & diminutionem. Quare omne corpus naturale participans vita, substantia erit. substantia autem sic, vt composita.

Vide cōtra. Zim.

Vide cōtra Zim.

Et corpora sunt ea, quæ proprie dicuntur substantiæ: & maxime corpora naturalia. ista enim sunt principia aliorum corporum. Et corporum naturalium, quædam habent vitam, & quædam non. Et dicere vitam, est nutriri, & augeri, & diminui essentialiter. Vnde necesse est vt omne corpus naturale habens communicationem in vita, sit substantia, secundum quòd est compositum.

Cū demonstrauit nobis numerū substantiarum, incępit declarare nobis quę 3
earum sit magis digna vt habeat hoc nomen, & dixit Et corpora sunt ea, quę proprie dicuntur, &c.i.& corpora composita habent hoc nomen substantia magis ꝓprie. scd'm ꝙ est magis famosum: et maxime corpora naturalia. ista.n. sunt principia corporum artificialium. D.d. Vnde necesse est vt omne corpus naturale habens cōicationem in vita, idest corpus naturale necesse est vt sit substan-

Hic vr̄ aīal hr̄e prīcipiū augēdi eēn tialr. Sed vide oppositū 1. de Aīa te. cō. 39.

Mortuū nō dr̄, nisi aīal, qđ caret pricipio nutrimenti, et sensus isīl. Sed vide oppositū. 1. de Aīa c. vltio, vbi d. ꝙ mortuū est, quod caret solo principio, quod ē vita. Vide cōtr. Zim.

† Vide prīo Cœ. c. 22. et 1. de Gene. 4 38. Vide cōtra, Zim.

tia: immò magis dignum est habere hoc nomen substantia. Deinde exposuit hoc nomen vita, & dixit. Et dicere vitam est nutriri, &c. i. & intelligo per vitam principium, quod est cōmune omni animato, s. nutriri & augeri, & minui essentialiter. & est illud, quod appropriatur plantis. quoniam hoc nomen vita dicebatur in lingua Græca de omni eo, quod nutritur; & augetur: animal. n. dicitur de omni eo, quod nutritur & sentit. In Arabico autem videtur significare idem: sed tamen non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio nutrimenti, & sensus insimul, non principio sensus, & motus tantum. Et d. essentialiter: quia inuenitur extra viuum aliquod, quod assimilatur augmento & diminutioni, † vt lapis, & non est viuum. Et cum declarauit ꝙ necesse est vt omne corpus habens vitam sit substantia, declarauit cuiusmodi substantia est, & d. sit substantia, secundum ꝙ est compositum, i. & necesse est vt corpus viuum sit substantia composita: & est hoc indiuiduum. D

Quoniam autem est corpus huiusmodi, vitam enim habens, non vtique erit corpus aīa. non. n. est eorum, quæ in subiecto, corpus: magis autem, sicut subiectum, & materia est. Necesse est ergo animā substantiā esse sicut formā corporis naturalis, potentia vitā habētis.

Et, quia corpus viuum est corpus, & est tale, impossibile est vt anima sit corpus. corpus enim non est eorum, quæ sunt in subiecto: immo est sicut subiectum, & materia. Vnde necesse est vt anima sit substantia, secundum quòd est forma corporis naturalis, habentis vitam in potentia. E

Aequiuoce dr̄ forma, et accidens eē in subiecto.

* Subiectū accidētis est ens in actu: subiectū formę substantialis ē ens ī potētia. Idē 1. Ph. 63. & 5. Phy. 7. & 8. 1. capit. de substātia orbis. sed vide instītiam de quātitatibus interminatis 1. ca. de substātia orbis. Vide cōtra Zim.

† Primū subiectū nō denudat a forā oino. Idē. t.

Cum declarauit ꝙ corpus viuum est substantia, scđm ꝙ est compositum ex substantia, quę est scđm materiam, & ex substantia, quæ est scđm formā, incępit quęrere de anima vtrum sit substantia composita, scilicet corpus, aut secundum formam. dicere. n. animam esse materiam impossibile est. & hoc manifestū est p se. Et d. Et, quia corpus viuum, &c. i. & anima non est substantia scđm cōpositionem. compositum. n. corpus habens vitam non est corpus viuum, scđm ꝙ est corpus simpliciter, sed scđm ꝙ est tale corpus. est igitur viuū per aliqđ existens in subiecto, non per aliquod existens non in subiecto. corpus aūt est substātia, scđm ꝙ est subiectum. Et. cum dedit propositiones, ex quibus cōsequitur vt anima nō sit substātia, scđm ꝙ est corpus, sed scđm ꝙ est forma, d. Vnde necesse est vt anima sit substantia, scđm ꝙ est forma corporis naturalis, habentis vitam in potē. tia, &c. Quoniā aūt nō est substantia scđm corpus, declarabitur in scđa figura p illas duas propositiones prædictas, s. ꝙ anima est in subiecto, & corpus est non in subiecto. Quoniam vero est substantia secundū formā, manifestum ex hoc, ꝙ est substantia in subiecto. hoc enim proprium est formę, s. vt sit substantia in subiecto. Et differt ab accidente. quoniam accidens non est pars substantię compositę: forma autem est pars huius substantię compositę. Et etiam ęquiuoce dicitur forma esse in subiecto. & accidens esse in subiecto. * Subiectum enim accidentis est corpus compositum ex materia & forma, & est aliud existens in actu, & non indiget in suo esse accidenti. Subiectum aūt formę non habet esse in actu, scđm ꝙ est subiectum, nisi per formam, & indiget forma vt sit in actu: & † maxime primum subiectum, quod nō denudatur a forma oīno. & propter similitudinem inter ista errauerunt plures loquentium, & dixerunt formam esse accidens. Et ex hoc declarabitur perfecte ꝙ aīa nō est substantia scđm materiam. materia. n. est substantia, scđm ꝙ est subiectum. anima aūt scđm ꝙ est in subiecto. Et. d. habentis vitam in potentia. id est necesse est vt anima sit substantia, secundū ꝙ est forma corporis naturalis, habentis vitam, secundum ꝙ dicitur habere illam formam in potentia, vt agat actiones vitę per illam formam. F

Substantia autem actus. huiusmodi igitur corporis actus. * Hic aūt dicitur dupliciter. alius quidem, sicut scientia: alius aūt, sicut speculatio. manifestum ergo, quòd sicut scientia. Ex eo enim, quia

A inest anima,& somnus, & vigilia est. proportionale aūt vigilia quidem speculationi, somnus autem habitui non exeunti in actum. Ph.76.&.a Ph.12.&.3. Cœ.29.sed quare primū. vide.3. Cę.57.et.1. Phys.82.

Et ista substantia est perfectio. est igitur perfectio talis corporis. &, quia perfectio dicitur duobus modis: quorum vnus est sicut scire, & alius sicut aspicere: manifestum est quòd ista perfectio est sicut scire. Quoniam apud ipsum est esse animę. & vigilia est similis studio, somnus autem est similis dispositionis rei, cum potest agere, & non agit. * Actus duplex prim', & secūdus.

Cum declarauit q anima est substantia scdm formā, & formę sunt perfectiones habentiū formas,& sunt duobus modis,incępit demonstrare q perfectio est in definitione animę,quasi genus,& d.Et ista substantia est perfectio, &c.i.&. quia substantia quę est scdm formā, est perfectio corporis habentis formā: & iam declaratū est q anima est forma; necesse est vt anima sit perfectio talis corporis,i.perfectio corporis naturalis habentis vitā in potentia,scdm q perficitur per ipsam.Et,cū declarauit q anima est perfectio,declarauit scdm quot modos dicitur perfectio,& d.&,quia perfectio est duobus modis. &c.i. &, quia perfectio est duobus modis:quorum vnus est sicut scientia existēs in sciente,qñ non
B vtitur sua scientia:& alius est sicut scictia existens in sciente, quando vtitur ea. D.incępit demonstrare scdm quem modū istorū duorū dicitur q anima est perfectio,& d. manifestum est q ista perfectio est sicut scientia i.&,quia iā declaratū est q anima est perfectio corporis naturalis, et pfectio dicitur duobus modis,manifestū est q perfectio,qua est animatum, & differt a corpore non aiato est existens in eo,sicut scientia in sciēte. Deinde dedit rationem super hoc,& dixit Quoniā apud ipsum est esse animę,i.qm̄ apud esse istius perfectionis in aiato inuenitur anima,non apud esse alterius perfectionis.Et,cū demonstrauit q perfectio accepta in definitione animę,quę est substātia animę,est illa,quę est quasi scientia existens in sciēte,quando non vtitur ea,dedit exemplum super hoc, & d.& vigilia est similis,&c.i.&,cum animal fuerit dormiens, tunc anima erit in eo scdm primam perfectionem.& hoc est simile esse scientię in sciente in tpe,in quo non studet:& non est simile esse ignorantię in non sciente.Manifestū est.n. q aīal apud somnum habet animam sensibilem,sed non vtitur sensu;sicut sciēs habet scientiā,sed nō vtitur ea.Dispositio autem animę apud vigiliam in aīalibus est similis scientię in sciente,quando vtitur ea.Et hoc est in anima sensibili. Anima aūt nutritiua nunquā inuenitur in animalibus, nisi scdm postremā perfectionem.Nisi aliquis ponat q sit quidam modus aīalium,qui non nutritur in aliquo tpe,s.in tempore,in quo manet in lapidibus,vt ranę magnę, quę nihil thesaurizant,& manent tota hyeme in lapidibus:& similiter plures serpentes. Et
C scdm hoc erit hoc cōe animę sensibili,& nutritiuę eadem intentione. &,si non. tunc perfectio accepta in eis erit scdm ęquiuocationē.Et quocunq; modo sit,qm̄ intellecta fuerit diuersitas inter vtrunque,tunc nō nocebit hoc accipere indefinite in hac definitione,cum sit impossibile aliter. Et d.somnus autem est similis dispositioni rei,&c.i.& dispositio animę apud somnum in animalibus est similis dispositioni rei in tempore,in quo potest agere,sed nō agit. et hęc est descr ptio primę perfectionis:& ex ea intelligitur descriptio postremę perfectionis:& est dispositio rei,per quam eus agit,aut patitur in tempore,in quo agit, aut patitur.

Documētū. Aia nutritiua nunquā inuenit in aīalibus, nisi secundum postremā perfectionem. Idē.8.Phy. 20.& hic infra.14. et.3. de Aia.44. 55.

Vide p hoc infra.cō.30. & cō.5. tertij huius.

Prior autem generatione in eodem scientia est. Vnde anima est actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis. tale autē, quod vtique sit instrumentale. Instrumenta autem et plantarū partes sunt, sed penitus simplicia, vt folium eius, quòd circa fructum cooperimentum, id autem, quod circa fructum fructus. radices vero ori similes sunt: vtraque enim trahunt alimentum. Vide cōtra. Zim.

Et ſcientia in eodem antecedit in eſſe. Et ideo anima eſt perfectio prima corporis naturalis,habentis vitam in potentia. & eſt ſecundū φ eſt organicum. Et partes plantarum ſunt etiam organa, ſed valde ſimplicia. verbi gratia φ folia ſunt coopertoria, & veſtes fructibus. radices autem ſimiles ſunt ori: qm̄ iſti duo modi contrahunt cibū. D

6 Cum declarauit φ genus animę eſt perfectio, quę eſt quaſi ſcientia exiſtens in ſciente,quando non vtitur ipſa,incępit narrare φ iſta perfectio pręcedit in eſſe ſecundam perfectionem,& φ propter hoc debet adiungi in definitione φ anima eſt prima perfectio corporis naturalis habentis vitam in potentia. Et d.Et ſcīa in eodem,&c.i.& perfectio,quę eſt quaſi ſcientia pręcedit in eſſe in indiuiduo ſecundam perfectionem,quę eſt quaſi ſtudium. Et, cum narrauit hoc,incępit narrare φ propter hoc debemus hanc intentionem dicere in definitione, vt per primam diſtinguatur a perfectione poſtrema, & d.Et ideo anima eſt perfectio prima, &c.i. & ideo dicendū eſt in definitione aīę,&c. D.d.& eſt ſcdm φ eſt organicū.ita cecidit in ſcriptura locus *albus. & eſt corpus ſcdm φ eſt organicū.i.corpus habens vitā in potentia eſt primū organicū corpus. Et,cū narrauit φ oē corpus viuū eſt organicū, & hoc fuit manifeſtum in animalibus, ſed latuit in plantis,incępit demonſtrare φ organa exiſtunt etiam in plantis, &.d. Et partes plantarum ſunt etiam organa,&c.i.& ſermo eius in hoc eſt manifeſtus. Et hoc, qd' dixit de plantis,manifeſtum eſt. folia.n.in ſunt in plantis,ſicut corium in animalibus,& radices ſunt,ſicut os: quoniam vtrunque comprehendit cibum. & hoc intendebat, cum dixit quoniam iſti duo modi contrahunt cibum,ſcilicet radices,& os,& alia ventricula,quę tranſeunt ad ipſa. E

*a.l.alius.

Documētū.

Idē īfra. 3º.

Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere,erit vtique primus actus corporis naturalis,inſtrumentalis. Vnde non oportet quęrere,ſi vnum eſt anima & corpus: ſicut neque ceram & figurā, neque omnino vniuſcuiuſque materiam,& id,cuius materia. vnum enim,& eſſe cum multipliciter dicatur, quod proprie eſt,actus eſt.

Si igitur aliquod vniuerſale dicendum eſt in omni anima,dicemus φ eſt prima perfectio corporis naturalis, organici. Et ideo non eſt perſcrutandum vtrum anima, & corpus ſint idem: ſicut non eſt perſcrutandum hoc in cera,& figura,neque in ferro,& figura, neq; vniuerſaliter in materia cuiuslibet,& in illo, quod habet illam materiā. vnum enim,& ens cum dicuntur pluribus modis,perfectio eſt illud, de quo dicitur hoc prima intentione. F

7 Dixit, Si igitur aliquod vniuerſale,&c.i.ſi igitur poſsibile eſt definire animā definitione vniuerſali, nulla definitio eſt magis vniuerſalis quā iſta, nec magis conueniens ſubſtantię animę: & eſt φ anima eſt prima perfectio corporis naturalis organici. Et induxit hunc ſermonem in forma dubitationis, cum d. Si igitur dicendum eſt,&c.excuſando a dubitatione accidente in partibus iſtius definitionis: perfectio enim in anima rationali,& in aliis virtutibus animę fere dicitur pura ęquiuocatione: vt declarabitur poſt. Et ideo poteſt aliquis dubitare,& dicere,φ aīa non habet definitionem vniuerſalem. & ideo d. Si igitur.&c.quaſi dicit, ſi igitur fuerit conceſſum nobis φ poſsibile eſt inuenire ſermonē vniuerſalem comprehendentem omnes partes animę, erit ille ſermo iſte. D.Et ideo non eſt perſcrutandum, &c.i.&, cum declaratum eſt φ aīa eſt prima perfectio corporis naturalis,& φ animatum non habet hoc eſſe,niſi ex eo φ habet animā. non eſt dubitandum quō aīa, & corpus, cum ſint duo, fiant idem: ſicut non eſt dubitandū hoc in cera, & in ferro cum figura exiſtente in eis, & vniuerſaliter in materia cuiuslibet & in re,quę exiſtit in illa materia. Hęc.n.nomina, ſ. † vnū, & ens licet dicantur pluribus modis,tn̄ prima perfectio in oībus iſtis,ſ.

Documētū.

Perfectio in aīa rōnali, & ī aliis virtutibus aīę, dr̄ fere pura ęquiuocatione. Idem infra cō.30. et 3. de Aīa c. 5.cōtra Ale.

Non eſt dubitādū quō. ex anima, & corpore

A forma magis digna est vt habeat hoc nomen.s.vnū,& ens, ꝙ illud,qđ est congregatum ex materia,& forma.congregatū.n.non dicitur vnū,nisi p vnitatem existētē in forma.materia.n.nō est hoc,nisi per formam.Et,si materia & forma essent in composito existentes in actu,tunc compositum non diceretur vnū,nisi sicut dicitur in rebus,quæ sunt vnum secundum cōtactum, & ligamētum.*Modo aūt,quia materia non differt a forma in composito,nisi potentia:& composi tum non est ens in actu, nisi per formam: tunc compositum non dicitur vnū,nisi quia sua forma est vna.Et quasi innuit per hoc quęstionem contingentē dicentibus ꝙ anima est corpus. & est,quomodo illud,qđ aggregatur ex anima,& corpore,fiat vnum.

Vniuersaliter igitur dictum est quid sit anima. substantia.n. est, quæ secundum rationem. hoc autem est, quod quid erat esse huiusmodi corporis. Sicut,si aliquod instrumentorum naturale esset corpus,vt securis. esset enim securi esse substantia ipsius, et anima hoc, separata autem hac,non vtiq; amplius securis esset,nisi æquiuoce.nūc autem est securis. non enim huiuscemodi corporis ipsum quid erat esse, et ratio animæ, sed naturalis huiuscemodi habentis in seipso B principium motus, et status.

Iam igitur diximus quid est anima vniuersaliter, et est substantia secūdum hanc intentionem,scilicet secundum illud, quod hoc corpus est. Quod est, quemadmodum si aliquod instrumentum esset corpus naturale, vt securis, tunc acumen securis esset substantia, et est anima secundum hanc intentionē. et similiter istud,cum abstractum est,non erit securis post nisi æquiuoce. materia autem erit post securis, animam enim non est quidem talis corporis,et intētio eius, sed corporis talis naturalis habentis principium motus.

Cum prędixit ꝙ anima est substantia,deinde declarauit ꝙ est forma, & perfectio,incępit hic inducere modum, per quem potest accidere certitudo, ꝙ formę naturales sint substantię. & hoc est necessarium in hoc loco.Et d.Iam igitur diximus,&c.i.declaratum est igitur ex hoc,quod dixit,quid est anima vniuersaliter.& secundum ꝙ dixit in hac definitione,anima est substātia scdm intētionem,per quam dicimus in re,per quam hoc corpus naturale est substantia,nō alio modo.D.d.exemplum de corporibus artificialibus, & fecit differentiam inter hoc inter corpora naturalia,& artificialia. Essentię.n.rerum artificialium sunt C *actus. & ideo existimauerunt quidam ꝙ ita est de essentiis corporum naturalium. Et d.quemadmodum,si aliquod instrumentum,&c.i.& formę,& essentiæ corporum naturalium sunt substantiæ. quoniam, quemadmodum si aliquod instrumentum esset corpus naturale, vt securis i.si imaginati fuerimus ipsum esse ens naturale, tunc acumen securis esset substantia eius. Deinde dedit rationem super hoc,&.d.& similiter istud cum abstractum est,&c.i.& necesse est in securi,si esset ens naturale, vt eius acumen esset substantia. Securis enim non dicitur,nisi illud,qđ congregatum est ex materia,s.ferro,& forma, quę est acumen, &c, si acumen auferatur, & esset securis corpus naturale,tunc securis non esset: quia materia,& forma nō esset,nisi diceretur securis ęquiuoce.& illud,p cuius ablatione aufertur hęc substantia,est substantia: est enim pars eius.pars aūt substantię est substantia.D.d,materia aūt erit post securis.i. materia aūt, qa securis est corpus artificiale, licet acumen sit ablatum ab eo, tamen post dicetur securis p suam figuram,figura enim,quę propria est ei,eadē est in ea cum acuitate, & sine. Et hoc,qđ d.manifestabitur ex hoc,qđ dico. Manifestū est.n.p se ꝙ hoc nomen securis,siue fuerit naturale, siue artificiale,dicitur de illo congregato ex illo,quod est quasi forma in eo, & ex eo, quod est quasi materia. Et etiā manifestū est p se ꝙ securis dicitur de aliquo indiuiduorum substātię. Et sic ne

fiat vnum. Sed vide oppositum pri. mo de Aīa t.cō.92.cōtra Platonē vbi hoc fuit dubitatum. Vide cōtra. Zim.

†ens,et unū p pri' dicuntur de fora, ꝙ de congregato.Oppositū vr̄ dicere supra.cō. 3. sed. 2.ph. cō. 4. &.7. Me.cō.7.& 8. Meta.cō. 7.idem hr̄ sicut hic. Vide cōtra. Zim.

*Materia ñ dr̄t a forma in cōposito, nisi potētia. Vide. idem. 10. Met,23.

Scdo Ph. 7. * a. l. accidens.

Illud,ad ablationē cuius aufertur substātia,est substantia. Idem supra cō.2.qđ quo in intelligē dum,vide,8. Me.cō.5.

Digresio. Primum suppositum. Secundum.

cesse est vt hoc nomen, quod dicitur de eo, secundum ꝙ est indiuiduum substantię, sit dictū de eo scdm materiā, & formam insimul. vnde necesse est vt vtrūq; sit substantia. partes.n. substantię sunt substantia. Et sic necesse est, cū fuerit forma ablata, vt hoc nomen auferatur ab ea, s. nomen, quod demōstrat ipsum, scdm ꝙ est indiuiduum. Aut dicamus ꝙ hoc nomen non dicitur de eo nisi scd'm materiam tm̄ .v.g. scdm ꝙ est corpus ferreū, & tunc forma erit in eo scdm accidēs. & tunc necesse erit, si forma fuerit ablata, vt hoc nomen, qđ dicitur de ea, scdm ꝙ dicitur indiuiduum substantię, remaneat. Sed, quia formę rerum naturaliū, cū fuerint ablatę, auferentur materię, & nulla ens remanet nisi ęquiuoce, necesse est, cū posuerimus securim esse corpus naturale, & ablata fuerit acuitas, quę est in ea quasi forma, vt auferatur materia, & non remaneat ens. Cū igitur forma fuerit ablata scdm hanc intentionem, statim aufereur hoc nomen securis, quod demonstrat ipsum secundum ꝙ est indiuiduum substantię. qm̄ p ablationē formę aufertur materia: &, cum materia & forma auferuntur, nihil remanet de eis, quę demonstrantur per hoc nomē, scdm ꝙ demonstrat aliquod indiuiduorū substantię, nisi sit aliqđ indiuiduū: & tunc non dicitur securis nisi ęquiuoce. Formę igitur naturales substantię sunt, quia, cum ablatę fuerint, aufertur nomen, qđ demōstrat ens, scdm ꝙ est indiuiduū substantię. Et similiter definitio, quę est scdm illud nomen, quia auferuntur genus, & differentia, quorū vnū demonstrat materiam, & aliud formam. v.g. ꝙ, cum sensus aufertur a carne, nō remanet, caro nisi ęquiuoce: sicut caro mortui. Forma autem artificialis non est substantia. quia, cū aufertur, non aufertur materia: sed remanet nomine, & definitione. qm̄, cū figura securis aufertur, remanet ferrum idem, sicut ante, nomine, & definitione. Et necesse est, & recte vt remaneat nomen eius, s. securis, qđ demonstrat hoc instrumentū, scdm quod est indiuiduum substātię: licet acuitas auferatur. Et hoc fuit, quia nomen dicitur in rebus naturalibus primo de forma, & secūdo de congregato. in rebus autem artificialibus econtrario, s, quia primo de materia, & scdo de congregato. In rebus igitur artificialibus demonstrat indiuiduum substantię secundū suam primā significationē, quia significat materiam: & in rebus indiuiduis substantię naturalibus demonstrat ipsum scdm suā primā significationem: qm̄ significat formam. Hoc.n. indiuiduum non est hoc, nisi p suam formā, non per suam materiam. † Materia.n. nullum habet esse in actu in rebus naturalibus, scdm ꝙ est materia. & esse non est in actu, nisi formę. & hoc valde manifestatur in formis rerum simplicium. quoniā, cum forma fuerit ablata, nihil remanet. Et in rebus artificialibus nihil est hoc, nisi per suā materiā, non per suam formam, & sic declarabitur tibi differentia inter naturalia, & artificialia. Et intelliges hoc, quod dixit Ari. & aufereiur dubitatio, quę inducit credere ꝙ formę sint acidentia. D.d. anima enim non est, &c. i. & est de anima econuerso acuitati. nomen.n. auferrur ab animato per ablationem animę, & remanet in securi, licet acumen auferatur, anima enim non est talis corporis, in quo est acuitas, s. corporis artificialis organici, sed naturalis. & hoc intendebat, cum dixit talis. & hoc, quod d. principium motus, & quietis est dispositio corporis naturalis.

D

E

F

Consyderare autem & in partibus oportet, quod dictum est. Si.n. esset oculus animal, anima vtique ipsi visus esset. hic.n. est substantia oculi, quę scdm rationem. oculus autem materia visus est; quo deficiente non est amplius oculus, nisi æquiuoce, sicut lapideus, aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in parte, in toto viuente corpore. proportionaliter nanq; habet, sicut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitiuum, secundum quod huiusmodi.

Et consyderandum quod dictum est in membris etiam. Oculus.n. si esset animal, tunc visus esset anima eius. iste enim est substantia oculi, quę est scdm suam intentionem. & corpus oculi est materia visus: qui, cum deficit, non dicetur oculus, nisi ęquiuoce, sicut dici-

Cum formę rerū naturaliū auferūt, auferūt materię ipsorū. Sed vide oppositū.1. Phy. 82. vbi dr ꝙ materia ē ingñabilis, & īcorruptibilis, Vide cōtra. Zim.

Genus demōstrat materiā, & dña formam. vide.7. Meta. 43.&.1, Meta.17.&.2. Cę.49.

Nomē in rebus naturalibus primo de forā, secūdo de cōgregato, Vide cām.8, Me. cō. 7. In reb' aūt artificialib' prio dr nomē de materia, & secundario de congregato. Sed vide oppositū. 5. Me.ç.14. & 7.Me.ç.18. vbi dicit ꝙ nomē accñtale prio significat formam, & secundo subiectum. Vide cōtra. Zim.

* a.l. ppriā

† Materia nullū habet eē ī actu ī rebus naturalibus, scdm ꝙ est materia. Vide.2.Ph. 12.Physi.

A tur de oculo lapideo . Et accipiendum est illud , quod dicitur de par te in toto corpore . comparatio enim partis ad partem est sicut totius sensus ad totum sensibile.

Cũ declarauit ꝙ ita est anima in corpore , sicut forma in materia ; forma.n. in corporibus naturalibus magis habet nomen substantię quam materia:& ꝙ indiuiduum non sit indiuiduum,nisi per formã : quia non est indiuiduũ , nisi scdm ꝙ est ens in actu,& est ens in actu per suam formam,non per suam materiã. Et, quia declarauit hoc ratione, vult modo declarare hoc exemplo, & d.Et consyderãdum est quod dictum est in mẽbris,i.& hoc,quod dictũ est in anima, qm̃ est substantia,quia,cum aufertur,aufertur nomen ab animato , verificatur in membris habentibus proprie virtutes particulares animę sensibilis . D.d.exemplum de hoc in oculo,& d. Oculus.n.si esset animal , &c.i.quoniam proportio visus ad oculum est sicut ꝓportio animę ad corpus.si igitur fuerimus imaginati ꝙ oculus esset animal , necesse esset vt visus esset anima eius . visus.n.tunc esset substantia animę,scdm illud quod est,& oculus esset materia illius animę. D.d.qui cũ deficit,&c.i.&,quia manifestum est de visu,ꝙ,cum deficit,non remanet ocũlus post,nisi ęquiuoce:sicut oculus factus de lapide,aut formatus in pariete : qa
B non habet de intentione oculi,nisi tantum figuram:& ꝙ visus est substantia oculi:manifestum est ꝙ anima debet habere talem dispositionem cum corpore,s.ꝙ, cum aufertur,aufertur nomen ab animato,& non remanet animatum, nisi equiuoce.v.g.quia,cum animalitas fuerit ablata ab aliquo indiuiduo,nõ remanet animal nisi ęquiuoce:quapropter anima est substantia. Et, quia Aristo.posuit primo ꝙ ita est de parte, sicut de toto , & ꝙ possibile est vt habeamus certitudinẽ de toto,consyderando hoc in partibus,incępit declarare modũ, vt iudicium totius,& partis sit idem in hoc loco, & d.comparatio,n.partis ad partem, &c.i.& necesse est vt ita sit de toto sicut de parte in hac intentione , quoniam comparatio alicuius membri apud suam formam particularẽ sensibilem in essendo substantiam illius membri est comparatio totius sensus ad totum corpus sensibile. Et hoc , quod d. manifestum est. comparatio enim visus, qui est pars sensus ad oculum,est sicut comparatio totius sensus ad totum corpus.&, quia comparatio est eadem:& visus est substantia:igitur anima erit substantia .

76.3. Cęli. 29,7. Met, 8, et.1. cap. de substãtia orbis. & 1. 9 Phy. C.69.

Indiuiduum non ē indiuiduum, nisi p formã . Idē supra. cõ.7. 1.de Aĩa.9.

Vide cõsilĕ 1.Cę.19.4. Ph.37.1. de Aĩa. 88,2. Cę.59.

Non est autem quod abiecit animam potentia existens vt viuat , sed quod habet . semen autem,& fructus potentia huiusmodi corpus est. Sicut igitur incisio, & visio , sic & vigilia actus . vt autem visus &
C potentia instrumenti,sic anima : corpus autem,quod potentia est.sed sicut oculus est pupilla, & visus, & ibi anima,& corpus animal.

Vide cont. Zim.

Et illud,quod habet potentiam vt viuat,non est illud,a quo ablata est anima, sed illud , quod habet animam . semen autem , & fructus sunt in potentia corpus tale . Et,sicut abscindere,& aspicere sunt perfectiones , ita vigiliæ . & , sicut visus est potentia instrumenti, sic est anima : corpus autem est illud, quod est in potentia . & , sicut oculus est membrum,& visus,ita animal est anima,& corpus .

Quia accepit in definitione animę potentiam, quę dicitur quasi ęquiuoce,in- 10
cępit declarare quã intentionẽ intendit,& complet declarationẽ illius , & primę,& secundę intentionis hoc modo declarationis,a quo modo incępit,s.exemplariter,Et d.Et illud,qđ habet potẽtiam vt viuat,&c.i,&,cum dicimus in corpore ,s.ꝙ est ꝙ habet potentiam vt viuat , non intendimus per hoc , sicut diximus in eo,qđ non habet habitum,& formã,quibus põt agere,& pati:quẽadmodum dicimus ꝙ semẽ , & fructus hñt potentiã vt viuãt, & ꝙ sanguis menstruosus habet potẽtiã vt sentiat,aut moueat:sed diximus hoc i habẽti aĩam in actu,

qua agit, aut patitur, sed in illo tempore neque agit, neque patitur, sicut animal dormiens. Et, cum demonstrauit hoc de potentia, quę est prima perfectio, dedit differentiam inter istam, & potentiam, quę non est anima in suo esse, & incępit etiam declarare exemplariter differentiam inter primam perfectionem in rebus habentibus formas, & secundam, & d. Et, sicut abscindere, &c. i. & sicut abscindere in securi, & aspicere in oculo sunt postremę perfectiones istarũ rerum, ita vigilia est postrema perfectio animalis sensibilis. Et d. hoc: quia manifestum est ꝙ proportio abscisionis ad instrumentum, quod abscludit, & aspectus ad oculũ, quo aspicit, est sicut proportio actionis sensuum ad aial in vigilia. vigilia.n. est vsus sensuũ. &, sicut ista dispositio est postrema pfectio oculi, sic vigilia est postrema perfectio aialis. D.d. & sicut visus est potentia instrumenti, sic est anima, idest & sicut visus, quando anima non vtitur ipso, dicitur esse potentia, qua oculus videt, ita dicimus quod anima est potentia, qua animal viuit, quando anima non agit per illas actiones animę. D.d. corpus autem est illud, quod est in potentia, idest corpus autem animalis est illud, quod recipit illam potentiam, aut quod dicitur illam virtutem habere. & dicitur potẽtia: quia quandoq; agit, & quãdoq; non; & dicitur potentia in tempore, in quo non agit. D.d. & sicut oculus est mẽbrum, & visus, ita animal est anima, & corpus, i. & sicut hoc nomen oculus dicitur de illo membro, quod est corpus compositum, & de virtute visibili, quę est in eo: ita animal dicitur de anima, & corpore. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus. E

Quòd igitur non sit anima separabilis a corpore, aut partes quædam ipsius, si partibilis nata est, non immanifestum est. quarundam enim actus partium est ipsarum. At verò quasdam nihil prohibet, propterea quòd nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestũ, si sit corporis actus anima, sicut nauta nauis. Figura igitur sic determinatum, & descriptum sit de anima.

Immanifestum ẽ si sit anima corporis actus, sicut nauta nauis.

Quoniam autem anima non est abstracta a corpore, aut pars eius, si innata est diuidi, non latet. est enim quarundam partium perfectio. Sed tamen nihil prohibet vt hoc sit in quibusdam partibus: quia nõ sunt perfectiones alicuius rei ex corpore. Et cum hoc non declaratur vtrum anima corpori sit, sicut gubernator naui. Secundum igitur hũc modum determinandum est hoc de anima secundum exemplum, & descriptionem.

11 Cum accepit in definitione animę vniuersali ꝙ est perfectio corporis naturalis, incępit declarare quantum apparet ex hac definitione de abstractione, aut non abstractione, & d. Quoniam autem anima, &c. i. quoniam manifestum est ex hoc, quod dictum est in definitione animę, ꝙ impossibile est, ꝙ anima sit abstracta a corpore, aut secundum omnes partes, aut per aliquam partem eius, si innata est diuidi, non latet. Apparet enim ꝙ quędam virtutes sunt perfectiones partium corporis, secundum ꝙ formę naturales perficiuntur per materiam: & tale impossibile est vt sit abstractum ab eo, per quod perficitur. D.d. Sed tamen nihil prohibet, &c. idest sed hoc manifestum non est in omnibus partibus eius; cum sit possibile vt aliquis dicat ꝙ quędam pars eius non est perfectio alicuius mẽbri corporis; aut dicat ꝙ, licet sit perfectio, tamen quędam perfectiones possunt abstrahi, vt perfectio nauis per gubernatorem. Propter igitur hęc duo non videtur manifestum ex hac definitione ꝙ omnes partes animę non possunt abstrahi. Et Alexan. dicit ꝙ ex hac definitione apparet ꝙ omnes partes animæ sunt non abstractę. & nos loquemur de hoc, quando loquemur de virtute rationabili. D.d. Secundum igitur hunc modum, &c. idest tanta igitur cognitio est data a talibus definitionibus, quę inductę sunt exemplariter, & secundum sermones vniuersales, sicut nos fecimus hic, i. ꝙ non notificant rem perfecta notificatione; F

3. d. Anima 60. f.

tione;

A tione: quouſq; appareant ex ea omnia conuenientia illi rei, & ideo, cum perſcrutati fuerimus de vnaquaque partium animę ſecundum definitionem propriã cuilibet, apparebit tunc intentio, & alię intentiones quęrendarum de anima.

Vide ꝑ illo 4. Ph. c. 31. 4. Cę. 2. & 1. de Aia. c. 71. & hic c. ſequenti, & tex. & c. 13.

Caput Secundum. Traditur Animæ definitio propria, ſcilicet per ipſius rei cauſam.

QVoniam autem ex obſcuris quidem, manifeſtioribus aũt fit certum, et ſecũdum rationem notius, tentandum eſt iterum ſic aggredi de ipſa. Non enim ſolum ipſum ꝙ ſit oportet definitiuam rationem oſtendere, ſicut plures definitionum dicunt, ſed et cauſam ineſſe, et apparere. Nunc autem vt concluſiones rationes definitionum ſunt. vt quid eſt *tetragoniſmus? æquale altera parte longiori rectangulum æquilaterale eſſe. talis autem definitio ratio concluſionis. Dicens autem ꝙ tetragoniſmus eſt mediæ inuentio, rei cauſam dicit.

*a. l. quadratio.

B Et, quia res manifeſta, quæ eſt magis propinqua in ſermone ad intelligendum, eſt ex rebus latentibus, ſed magis apparenter, querendum eſt etiam vt tali curſu curramus in anima. Oportet enim vt ſermo definiens non tantum demonſtret quid eſt res, ſed etiam cauſa erit inuenta, et manifeſta in ea. Modo autem intentiones definitionum ſunt quaſi concluſiones, v.g. quadratura: et eſt inuenire ſuperficiem rectorum angulorum æqualium laterum æqualem longo. et iſta definitio eſt intentio concluſionis. Dicens autem quòd quadratura eſt inuenire medium in re, narrauit cauſam.

Tetragoniſmi demonſtratio.

C



Quia cognitio acquiſita ex hac definitione non ſufficit in cognitione ſubſtãtię cuiuslibet partis aię: quoniã hęc definitio eſt vniuerſalis omnibus partibus animę, & dicta de eis multipliciter: & tales definitiones non ſufficiunt in cognitione rei perfecte, cũ fuerint vniuerſales vniuocę, nedum cum ſint vniuerſales multiplices: quęrendum eſt.n poſt ad ſciendum vnamquanq; partium, quę colloc̃etur ſub illa definitione cognitione propria, cum definitio non *dicatur de eis vniuoce: incępit igitur hic demõſtrare viam ad cognitionem definitionum, quę ap-

12 Definitiões vſes vniuocę non ſuffiCiũt ĩ cognitiõe rei pfecte, nedũ cũ

Sint vles multiplices. * Idē primo de Aia.8.et hic supra.7. & infra.30. & 3. đ Aia co.5. † In naturalib' imus de posteriorib' ad priora. Idē.1.Ph.2. & 57. & 7. Me.t.c. 10. & 3. Cœ. c. 61, Idē hic infra.t.c.33.

propriantur cuilibet partium in rebus ignoratis, & causam, propter quam non D sufficiūt definitiones in talibus rebus, &'d. Et, quia res manifesta, quę est magis propinqua, &c. idest &, quia naturalis in cognitione causarum propinquarum rebus est ire de latentibus apud naturam apparentibus apud nos, & est ire † de posterioribus in esse ad priora, vt dictum est in posteribus: oportet nos ire in cognitione definitionum propriarum vnicuiq; partium animę per istam viam, & nulla via est in cognitione talium definitionum, scilicet quę componuntur ex propinquis causis propriis rei, cum fuerint ignoratę, nisi a posterioribus apud nos. D.d. oportet enim vt sermo definiens non tantum demonstret, &c. i. & causa, propter quam non sufficiunt in cognitione rei tales definitiones vniuersales, est, quia oportet vt sermo definiens perfecte non demonstret genus rei tantum, sicut faciunt plures definitiones: sed sermo definiens debet demonstrare causam rei propriam propinquam existentem in ea in actu, s. formam, non genus. Et, cū notificauit hoc, narrauit cuiusmodi definitio est definitio, quam quęrit in vnaquaq; partium animę, & cuiusmodi est definitio prędicta, & d. Modo autem intentiones definitionum sunt quasi conclusiones. i. ista definitio, quam modo quęrimus, est similis definitionibus, quę sunt quasi principium demōstrationis: definitio autem vniuersalis prędicta est similis definitionibus, quę sunt quasi demonstrationis conclusio. Et cum declarauit hoc, dedit exemplum de definitionibus, quę sunt quasi conclusio, si fuerint ignoratę esse in definito: aut fuerit causa E quęsita in eis, & ex definitionibus, quę non sunt quasi conclusio demonstrationis, sed sunt, si fuerint manifestę per se, principia demonstrationis. & si fuerint ignoratę, tunc impossibile est vt declarentur esse in definito, nisi per argumentū. Et, quia d. v.g. quadratura, &c. i. exemplum definitionum vniuersalium, quæ sunt quasi conclusio demonstrationis, est respōdere quęrenti quid est quadratū, quod est superficies rectorum angulorum, & ęqualium laterum æquale longo. D.d. exemplum definitionis, quę est quasi principium demonstrationis, & d. Dicens autem ꝙ quadratura, &c. i. qui autem definit quadratum, quod est superficies rectorum angulorum ęqualium laterum, factum super lineam mediam in propositione inter latera oblongi, quod ęquatur ei, definit quadratum definitione, quę est quasi principium demonstrationis, cum definiat ipsum per causam propinquam. Et cum d. Modo autem intentiones definitionum sunt quasi conclusiones, non intendebat ꝙ ista definitio inducta in anima est conclusio demonstrationis, sed intendebat ꝙ est ex genere istarum definitionum, secundum ꝙ tales definitiones sunt vniuersales. & ideo d. sunt quasi conclusiones. istæ enim definitiones, aut sunt conclusiones, aut sunt similes definitionibus, quę sunt conclusiones. Neq; intendebat ēt ꝙ definitio, quęrenda hic in vnaquaq; partiū aīę est ex definitionibus, quæ sunt quasi principium demonstrationis: ita ꝙ sint manifestę per se, quia sunt ignoratę apud nos: & via ad cognoscendum eas est ex F posterioribus, sicut dicit: sed intendebat ꝙ est ex genere illarum definitionum, tales enim definitiones aut sunt principium demonstrationis, aut sunt similes definitionibus, quę sunt quasi principium demonstrationis. Et ideo sermo eius ita debet legi. sed etiam causa erit inuenta, et manifesta in ea, idest sermo definiens animam perfecte debet esse vt causa propinqua sit manifesta in ea. & ista definitio est ex definitionibus, quę assimilantur definitionibus, quę sunt principia demonstrationis, inquantum est propria definitio. Definitio autem, quam dedimus modo in anima, est ex definitionibus, quę assimilantur definitionibus, quę sunt conclusiones demonstrationis, secundum ꝙ est generalis omnibus partibus animę, & non est inducta in ea causa propinqua.

Si fuerīt aliquę definitiones, quę sunt ignoratæ in esse in definito, tales non declarātur nisi per argumentū. vide 3. Ph. co. 12.

Dicamus igitur, principiū accipientes consyderationis, determinari animatum ab inanimato, ipso viuere. Multipliciter aūt ipso viuere dicto, et si vnum aliquod horum insit solum, viuere ipsum dicimus. vt intellectus, et sensus, et motus, et status scd̄m locum. adhuc autem motus secundū alimentum, et augmentum, et decrementum.

Vide cōtra. Zim.

A Incipiamus igitur quęrere, et dicere ꝙ animatum distinguitur a non animato viuendo. Et, quia viuere dicitur multis modis, si inuentus fuerit in re aliquis eorum vnus tantum, dicemus ꝙ viuit. verbi gratia intelligere, et sentire, et moueri, et quiescere in loco, et nutriri, et diminui, et augeri.

13 Cum notificauit definitionem animę vniuersaliter, & notificauerit quantum dant tales definitiones in cognitione rei, & ꝙ diminute faciunt cognoscere, non perfecte, cum sint vniuersales, & quasi conclusio demonstrationis: &, quia definitio quęrenda in vnaquaq; partium animę est similis definitionibus propriis, quę sunt quasi principia demonstrationis: & ꝙ, tales definitiones cum fuerint non manifestę esse in definito, sicut contingit in partibus animę, oportet tunc ire ad cognitionem earum ex rebus posterioribus, quæ sunt magis notę apud nos, scilicet compositis, dixit. Incipiamus igitur quęrere, &c. i. dicamus igitur ꝙ, quia notum est apud nos ꝙ animatum non differt a non inanimato, nisi per vitam: viuum autem dicitur multipliciter, idest per multas actiones, quæ sunt in eo: manifestum est ꝙ omne, de quo dicitur vna illarum intentionum, aut vna illarum actionum, aut plures vna est animatum. & hoc intendebat, cum dixit, si inuentus B fuerit in re aliquis eorum, &c. Deinde numerauit actiones attributas vitę, & dixit v. g. intelligere, & sentire, & moueri, & quiescere in loco, & nutriri, & diminui, & augeri. i. & istę actiones attributę vitę sunt quatuor genera. quarum vnum est intelligere, secundum sentire, tertium moueri; & quiescere in loco, quartum nutriri, & augeri, & diminui.

Vide idē supra c. xj. & quę ibi.

Vide ꝑ illo 1. Ph. c. 3. & illius cōm re qre. 10. Me. co 9.

Intelligere uiuere ē. Idē 12. Met 36. & 39. Et secundo Cęli. 61.

Vnde et vegetabilia omnia videntur viuere. videntur enim in seipsis habere potentiam, et principiū huiusmodi, per quod augmentum, et decrementum suscipiunt secundum contraria loca. non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non: sed similiter in vtraque, et omnem in partem aluntur, et viuunt semper, quousque possunt accipere alimentum.

Et ideo omnia vegetabilia reputantur viuere. existit enim in eis potentia, et virtus, et principium, per quod recipiunt augmentum, et diminutionem in duobus locis contrariis. non enim augentur, et diminuuntur superius, et inferius. similiter et omne, quod nutritur, necessario viuit, et non viuit, nisi dum potest nutrimentum C accipere.

14 Quia vita magis latet in motu nutrimenti, & augmenti, & diminutionis, q̄ꝫ in aliis actionibus, quas numerauit, incępit declarare ꝙ ista actio attribuitur animę: quia impossibile est attribui virtutibus elementorum, ex quibus componuntur corpora, quę agunt actiones nutrimenti, & augmenti. Et dixit Et ideo omnia vegetabilia, &c. idest &, quia motus nutrimenti, & augmenti, & diminutionis numeratus est apud nos in actionibus in animati, opinamur ꝙ omnia vegetabilia sint viua, in quibus videmus existere principium, quo agit motum diminutionis, & augmenti in duobus locis contrariis, scilicet superius, & inferius. corpus enim simplex, aut compositum ad vnam partem mouetur. quoniam, si simplex fuerit, mouebitur aut superius, aut inferius: si cōpositum, † mouebitur secūdum elementum dominans. &, quia corpus augmentabile videtur moueri ad vtranque partem ab eodem principio, scilicet ramos, & radices, necesse est vt hoc principium sit neutrum, neque graue, neq; leue: & tale dicitur anima. *Et, quia augmentum est perfectio actionis nutrimēti, fuit necessarium vt principium, quod agit nutrimentum, esset ex genere eius, quod agit augmentum. principium igitur nutrimenti est anima necessario, & † ideo omne animal dicitur viuere, dum nutritur.

† Mixtū mouetur scdm elementum dominans.

Idem 1. Cę. t. c. 7. 8. & 12. & 19. et 2. de Ge. c. 49. 1. de aīa 40.

* Augmentum est perfectio actionis nutrimēti. Idem. 1. d Gen. & 38. 42. primo.

Cœli. 21. 5. Ph. 18.

Separari autem hoc quidem ab aliis possibile est: alia autem ab hoc impossibile, in mortalibus. Manifestum est autem in * vegetabilibus. nulla enim inest ipsis potentia alia animę. D

†Oẽ aĩal dr̃ viuere, cum nutritur. Idẽ supra co. 5 & quę ibi.

*a. l. ipsis plantis.

Et hoc possibile est vt separetur ab aliis rebus: alia autem impossibile est vt separentur ab hoc, in rebus mortalibus. Et hoc apparet in vegetabilibus. non est enim in eis nec vna virtus alia ab ista ex virtutibus animæ.

15 Cum numerauit genera virtutum animę, incępit demonstrare ordines istarũ virtutum adinuicem, & d. Et hoc poſe est vt separetur ab aliis rebus. i. et hoc principiũ, existens in animato, possibile est vt separetur ab aliis principiis aĩę, quę numerauimus a sensu, s. & motu, & intellectu. D. d. alia autem impossibile est vt separentur ab hoc in rebus mortalibus. i. & impossibile est vt hoc principium separetur, scilicet nutritiuum ab aliis principiis animę, i. sensu, & motu, & intellectu ex rebus, quę innatę sunt moueri. † Et dixit hoc, quia corpora cęlestia manifeste videntur intelligere, & moueri, sed non nutriri, neque sentiri. & ideo dixit in rebus mortalibus: cum declaratum est hęc non esse mortalia. D. d. Et hoc apparet in vegetabilibus, &c. i. & apparet ꝙ hoc principium, quod est nutrimentum, & augmentum separatur ab aliis virtutibus animę in hoc, quod videtur sensui in vegetabilibus. in istis enim nulla virtus videtur ex virtutibus animę, nisi ista. & innuit contradictionem contra fingentes ꝙ plantę habent somnum, & vigiliam. E

†Corpa cęlestia vñr intelligere, & moueri, sed non nutriri, neq; sentire vide in. 2. Cœli. 61. & 37. & 3. de Aia. 61. & 1. Cę. 21. & 2° Met. 36.

Quõ ãt cęlũ appetat, & itelligat, vide ẽt in fine primi ca. de suba orbis.

Viuere igitur propter hoc principium inest omnibus viuentibus. Animal autem propter sensum primo. etenim quæ non mouentur, neque mutant locum, habent autem sensum, animalia dicimus, & non viuere solum.

Aĩal est per sensum prio

Viuere igitur dicitur de omni viuo per hoc principium. Animal autem per sensum. omnia enim, quæ non mouentur, neque mutant locum, sed tantum habent sensum, vocantur animalia, & non sumus contenti in dicendo ea viua tantum.

16 Vult facere differentiam inter hanc virtutem, & virtutem sensus per nomina posita apud eos, & dixit. Viuere igitur, &c. i. dicere igitur aliquid viuere non dicitur ĩ hac lingua, scilicet Gręca, nisi de omni, quod viuit per hoc principium, quod est nutrimentum, & augmentum, non per aliud. D. d. Animal autem. &c. F idest hoc nomen animal non dicitur, nisi de eo, quod habet principium sensus, inquantum habet hoc principium tantum: licet non habeat principium motus in loco. & signum eius est spongia maris, & multa ex *habentibus testam, quę habent sensum, tamen non mouentur: & dicuntur animalia, non tantum viua.

Viuere non dr̃ in lingua Gręca, nisi de oi eo, qđ viuit ꝑ pricipiũ hoc, qđ ẽ nutrimentũ, et augmẽtũ. Sed vide oppositũ supra t. co. 13. Vide cõtra. Zim.

Sensus autem, primo inest omnibus tactus. Et, sicut vegetatiuum potest separari a tactu, & omni sensu, sic & tactus ab aliis sensibus. Vegetatiuum autem dicimus huiusmodi partem animę, qua & plãtæ participant. Aĩalia aũt omnia videntur tangendi sensum habere.

Et primus sensus, existens in eis omnibus, est tactus. Et quemadmodum nutrimentum potest separari a tactu, & ab omni sensu, ita tactus potest separari ab aliis sensibus. Et intelligo per nutrimentum partem animæ, in qua habent cõmunicationem plantæ etiam. Et omnia animalia videntur habere sensum tactus.

17 Et prima virtus sensus, quę est prior naturaliter in esse aliis virtutibus sensus, est sensus tactus. quoniam sicut virtus nutritiua potest separari in plantis a tactu, & ab omni virtute sensus, ita tactus potest separari ab aliis sensibus.

A idest cum fuerit inuentus, non est necesse vt inueniantur alii sensus: &, cum aliis sensus fuerint inuenti necesse est vt inueniatur tactus. est igitur prior naturaliter aliis sensibus, sicut nutrimentum est prius naturaliter sensu tactus. Deinde dixit Et omnia animalia videntur habere sensum tactus. idest & iste sensus est necessarius omnibus animalibus inter omnes modos sensus. omne enim animal habet sensum tactus, non autem sensum visus, aut alium, sed animal perfectum. & sermo eius est manifestus.

Tactus est prior natura liter aliis sẽsib'. vide ꝗ prioritate. 2 de Ge. c. 7. & .2. huius co. 77.

Oẽ aial hẽt sẽsum tact'. vide infra ẽt 117. & .3. de Aia. t. c. 67. & 68.

Propter quam autem causam vtrunq; horum accidit posterius dicemus. nunc autem intantum dictum sit solum quòd anima est horum, quæ dicta sunt, principium: & his definita est, vegetatiuo, sensitiuo, cogitatiuo, motu.

Causa autem, propter quam vtrunque istorum duorũ contingit, dicenda est post, in hoc tamen loco tantum est declaratum, s quòd anima est principium istorum, quæ dicimus, scilicet nutritiui, sensitiui, & distinguentis, & mouentis.

Idest causa autem, propter quam virtus nutritiua videtur separari ab aliis 18
B virtutibus, & antecedere eas naturaliter/& similiter tactus cum aliis virtutibus sensus, dicenda est post, scilicet causa finalis. & hoc fecit in fine istius libri. Deinde dixit in hoc autem loco, &c. idest in hoc autem loco tantum est declaratum, ꝙ anima diuiditur in hęc quatuor genera, & ꝙ substantia eius est in istis principiis, alia autem quęrenda perscrutatus est post.

Tex. c. vltimi & penultimi tertii huius.

Vtrum autem vnumquodque horum est anima, an pars animę: &, si pars, vtrum sic, vt sit separabilis ratione solum, an & loco: de quibusdam quidem horum non est difficile videre, quædam autem dubitationem habent.

Vtrum igitur vnaquæque istarum sit anima, aut pars animæ: &, si est pars animæ, vtrum est pars, secundum quòd est abstracta in sola intentione, aut in loco etiam, quoniam autem quædam sunt sic, non est difficile ad sciendum, in quibusdam autem est dubitatio.

Cum declarauit ꝙ virtutes animę sunt plures vna, & posuit hoc positione 19
quasi manifesta per se, dixit. Vtrum igitur vnaquęq; istarũ, &c. idest vtrum igitur vnumquodque istorum principiorum existentium in animali sit anima, aut
C non. &, si est anima, vtrum est anima per se, aut pars animę: &, si pars animę, vtrum est pars, & alia in essentia, & in loco in corpore inanimato perscrutandũ est. Et intendit per hoc, quod dixit, vtrum est anima, aut pars animæ vtrum est possibile vt vnum istorum sit in animali absque anima: aut impossibile est vt sit in animali absque anima. cuius est pars. Et, cum narrauit hoc, incępit demõstrare diuersitatem dispositionum eorum in vnoquoq; modo animalium, & d. quoniam autem quę iam sunt sic, non est difficile, &c. idest quoniam autem istę virtutes in quibusdam animalibus sunt eędem in subiecto, & alia definitione, non est difficile, in quibusdam autem habet dubitationem difficilem. & similiter vtrum vnumquodque istorum principiorum sit in anima, aut non, in quibusdam est manifestum, & in quibusdam latet.

Sicut enim in plantis quędam diuisæ videntur viuere, & separatæ abinuicem, tanquam existente in his anima, actu quidem vna in vnaquaque planta, potentia autem pluribus, sic videmus & circa alias differentias animæ accidere in his, quę inciduntur in insectis. Et. n. sensum, vtraq; partiũ habet, & motum secundũ locum, si autem sensum, & imaginationẽ, & appetitũ. vbi. n. sensus est, & dolor, & volup

Vide cõtra Zim.

tas consequitur. vbi autem hæc sunt, ex necessitate et desyderiũ est. D

Quoniam, sicut plantarum quiddam si abscinduntur, viuit, et separatur abinuicem, quasi anima, quæ est in eo, est eadem in figura in omnibus vegetabilibus, in potentia autem plura: ita accidit in aliquo modo animæ in animalibus annulosis, qñ abscinduntur. Qm̃ vtraq; pars habet sensum, et motum in loco. et omne habens sensum habet desyderium, et imaginationem. vbi.n. inuenitur sensus, illic inuenitur voluptas. et, cũ ista inueniũtur, inuenitur necessario appetitus.

20 Cum narrauit ꝙ non est difficile in pluribus animalibus declarare ꝙ istę virtutes sunt eędem in subiecto, & plures in intentione, incępit demonstrare hoc, & d. quoniam, sicut plantarũ quiddã si abscindatur, &c. i. & quẽadmodũ videmus ꝙ quędã plantarũ, licet diuidantur, viuunt partes, postq̃ separantur abinuicem, vita propria plantis: ita ꝙ anima, quę est in illo vegetabili, quasi sit in forma vna in actu in illo vegetabili, & plures in potentia, i. ꝙ potest diuidi in aĩas, quę sunt eęlẽ in forma cum anima existente in eo: ita est in aliquo modo animalium, s. annulosa, s. ꝙ postq̃ abscinduntur, faciũt partes de actionibus vitę, illud quod faciebat illud animal. † Et, cũ narrauit ꝙ, postq̃ diuiditur iste modus habent partes omnes actiones, quas totũ habebat, incępit declarare quomodo hoc E apparet in omnibus. Potest enim aliquis dicere ꝙ pars non habet ex actionibus totius in hoc animali, quod * dixistis, nisi sensum, & motum tantũ, non alias partes animę, quę est imaginatio, & concupiscẽtia. Et d. Quoniã vtraq; pars habet &c. i. & diximus ꝙ omnes virtutes aĩę in hoc animali videntur eędem esse in subiecto: quia sentimus ꝙ vtraq; pars, postq̃ diuiditur, habet sensum, & motum in loco: † & omne habens sensum, & motũ necesse est vt habeat desyderiũ, & imaginationẽ. qm̃, vbi existit sensus, illic necesse est vt existat voluptas, et tristitia apud comprehẽsionẽ rei sensibilis: &, cum illic voluptas, & tristitia fuerint, illic erit necessario motus ad illud voluptuosum. & motus a cõtristãte, * & illud, ad quod est motus, non est in actu delectabile, aut cõtristans: vnde necesse est vt sit imaginatum, & desyderatum. † In omni igitur parte istius animalis existit aĩa sensibilis, & desyderatiua, & imaginatiua, & mouẽs in loco. quoniã, quãdo motus in loco fuerit propter voluptatem, & tristitiam, necessario erunt duę virtutes illic. Sed tamen debes scire ꝙ in quibusdam animalibus virtus imaginatiua semper est coniuncta cum sensu: non quando sensatum est absens, & animal est diminutum. in eis autẽ, quę sunt perfecta, inuenitur in absentia sensatorum.

De intellectu autem, et speculatiua potentia nihil adhuc manifestum est: sed videtur genus aliud animæ esse, et hoc solum posse separari, sicut perpetuum a corruptibili. F

Intellectus autem, et virtus speculatiua, nihil adhuc declaratum est de eis. sed tamen videtur esse aliud genus animæ. et iste solus potest abstrahi, sicut sempiternum abstrahitur a corruptibili.

21 Cum dixit ꝙ quęrẽdum est in vnoquoq; istorum principiorum vtrum sit anima, aut non, incępit declarare virtutem, quę non videtur esse anima, sed manifestius est de ea vt sit non anima. Et d. Intellectus autem, & virtus speculatiua, &c. i. intellectus autem in actu, & virtus, quę perficitur per intellectum in actu, adhuc non est declaratum vtrum sit anima, aut non, sicut est declaratum de aliis principiis: cum ista virtus non videatur vti in sua actione instrumento corporali, sicut alię virtutes animę vtuntur. Et ideo non fuit manifestum ex prędicto sermone vtrum sit perfectio, aut non. * omne enim, in quo manifestatur, aut manifestabitur quod perficitur, secundum ꝙ formę perficiuntur per materias, necessario est anima. Et, cum declarauit ꝙ hoc latet in intellectu, incępit demõstrare quę pars duarum contradictoriarum in hac intentione quęrenda est magis manifesta in opinione hominum, & scdm ꝙ apparet, donec hoc declaretur ratione

† Idẽ. 7 Me. co. 56. & 1. de Aĩa. 94.
* a. l. dixit de istis.
† Oẽ hñs sẽsum, & motum, oportet vt hẽat imaginationẽ, & desyderiũ. vide pro hoc. 3. d Aĩa 50.
* Illud, ad quod ẽ motꝰ nõ ẽ actu delectabile, aut contristans. vide ꝑ hoc. 3. de Aĩa. t. c. 54.
† In oĩ pte aĩalis sẽsibil' reperit aĩa sẽsibilis, desyderatiua, & imagiatiua. vide opposi tũ ĩfra. 156. vbi habetur ꝙ aliqua carẽt imaginatiua. Vide cõtra, Zim.
* Omne, in quo manifestatur, aut manifestabitur quod pficit', scdm ꝙ formę pficiuntur per

A demonstratiua post,& d.sed tamen videtur esse aliud genus aię,&c.i.sed tamen melius est dicere, et magis videtur esse verũ post pscrutationẽ, vt istud sit aliud genus animę.&,si dicatur anima,erit scdm ęquiuocationẽ.&,si dispositio intellectus sit talis, necesse est vt ille solus inter omnes virtutes animę sit possibilis vt abstrahatur a corpore,& non corrumpatur per suam corruptionẽ,quẽadmodum sempiternum abstrahitur.& hoc erit,cum quandoque copulatur cum illo, & quandoque non copulatur cum illo.

Reliquę autem partes animæ manifestum ex his ꝙ separabiles non sunt,sicut quidam dicunt. ratione autem ꝙ aliæ manifestum est. Sensitiuo enim esse, et opinatiuo aliud: si quidem et sentire ab ipso opinari. similiter autem et aliorum,quę dicta sunt, vnumquodque.

Aliæ vero partes animæ manifestum est ꝙ sunt non abstractæ, sicut dicunt quidam, sed tamen manifestum est quòd sunt diuersæ secundum intentionem. Esse enim alicuius in sensu aliud est a suo esse in cogitatione. sentire enim aliud est a cogitare. et similiter de vnaquaque aliarum prædictarum.

B Cum declarauit ꝙ latet de intellectu vtrum sit abstractus, aut non, quãuis manifestius est vt sit abstractus scdm ꝙ est non aïa, incępit declarare ꝙ contrariũ est in aliis partibus animę,& ꝙ videntur esse nõ abstractę,& d. Alię vero partes animę,&c.i.manifestum est ex sermonibus prędictis in definitione animę ꝙ alię partes animę non sunt abstractę, declaratum est enim in vnaquaq; earũ ꝙ est perfectio corporis naturalis organici.perfectio enim est finis, & complementum perfecti:finis autem non separatur a finito: vnde necesse est vt illę partes animę sint non abstractę. Et,cum declarauit ꝙ dubium est de quibusdam harũ virtutum,vtrum sint abstractę, aut non, & ꝙ in quibusdam manifestum est ꝙ sunt non abstractę,incępit demonstrare ꝙ est illud,quod manifeste videtur existere in omnibus,& est illud, ꝙ hęc quatuor genera sunt diuersa scdm intentionem,& d.sed tamen manifestum est ꝙ sunt diuersę secũdum intentionem, &c.i. sed tñmanifestum est per se ꝙ omnes istę virtutes sunt diuersę scdm intentionẽ, & sensum: & ꝙ esse virtutis,quę constituitur per sensum, aliud est ab esse virtutis, quę constituitur per cogitationem: cum actio cuiuslibet istarum sit altera ab actione sui comparis.sentire enim,quod est actio virtutis sensus, aliud est ab intelligere quod est actio virtutis intellectus.D.d.& cuiuslibet aliarum prędictarum .i. & similiter apparet in diuersitate aliarum virtutum prędictarum in intentione,& definitione,quia differunt etiam in actionibus.

C Ad hucautem quibusdam*animalium omnia insunt hæc, quibusdam vero quędam horum, aliis autem vnum solum. hocautem facit differentiam animalium. propter quam autem causam sic fit posterius perscrutandum. Similiter autem et circa sensus accidit. alia enim habent omnes: alia vero quosdam,quædam vero vnum maxime necessarium, tactum.

Quoniam autem quædam animalia habent omnia ista, et quædã vnum tantum, et ꝙ hoc facit diuersitatem inter animalia, et quare perscrutandum est post. Et simile huic contingit in sensibus. quædam enim habent omnes sensus,et quędam quosdam,et quædã vnũ. et est vnum,quod est valde necessarium,scilicet tactus.

Quoniã autem quędam animalia habent istas quatuor virtutes,& quędam habent quasdam istarum virtutum,& quędam habent vnam tantum,& qui modi sint isti modi animalium,& ꝙ hoc inducit diuersitatem inter animalia,& qua de causa inducũtur hęc in animalibus, dicendum est post. Hoc enim quod accidit

materias, necessario est anima. Magis vide tur esse verum vt intellectus sit aliud genus aię.&,si dicatur aïa, erit scdm ęquiuocationem. Idem 3 huius. co.5.

22

Finis non separatur a finito.

Sentire & actio oppositũ infra.52. Vide.cõtra Zim.

* a.l.animãtium.

23 Tertio de Aïa 4 tex. co. 59. vsq; in fine ii.

animalibus in quatuor virtutibus animę, quas numerauimus, simile accidit animalibus in virtutibus sensus tantum, quędam enim animalia habent quinque virtutes sensus, & quędam quasdam tantum, vt talpa: & quędam vnum, s. tactū, vt * spongia maris. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus per se. D

*Spōgia maris hēt vnū sensum, s. tactū. vide supra c. 16. & 2. d Aīa, 83.

Quoniam autem id, quo viuimus, & sentimus, dupliciter dicitur, sicut id, quo scimus. dicimus autem hoc quidem scientiam, illud autem animam: vtroque .n. horum dicimus scire. similiter autem & id, quo sani sumus, aliud quidem sanitas est, aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto. horum autem scientia quidem, & sanitas forma est, et species quędam, & ratio, & vt actus susceptiuorum, illa quidem scientifici, hæc vero sani. videtur enim in patiente, & disposito actiuorum inesse actus. anima autem id est, quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primo: anima vtique ratio quędam erit, & forma, sed non vt materia, & subiectum.

Act' actiuorū inesse videtur i patiēte, et disposito. Idē infra tex. 26.

Vide cōtra. Zim.

Et, quia illud, per quod viuimus, & sentimus, dicitur duobus modis: & similiter dicimus in re, per quam scitur. quorum vnus est scientia, & alius aīa: quoniam per vtrunque istorum dicimus ꝙ scimus & similiter dicimus in re, per quam sanatur, ꝙ vna est sanitas, & alia est aliquod membrum corporis, aut totum corpus. & scientia est ex istis. & sanitas est aliqua forma, & intentio in actu in illis duobus recipientibus: quorum hoc recipit scientiam, & hoc recipit sanitatem. existimatur enim ꝙ actio agentium non est nisi in recipiente passionem, & dispositionem. anima autem est illud, per quod primo viuimus, & sentimus, & distinguimus: necesse est ergo vt sit aliqua intentio, et forma, non quasi materia, & quasi subiectum. E

34 Modo reuersus est ad declarandum ꝙ anima est substantia sola scdm formā, non secundum materiam, neque secundum compositum ex eis s. corpus. Et d. Et quia illud, per qd viuimus, & sentimus, &c. i. &, quia manifestū est p se ꝙ actio nutrimēti, & sensus, & sciē, & aliarū virtutū animę attribuitur nobis per duo: quorū vnū est per ipsam virtutē, & aliud per habens illā virtutē. v. g. ꝙ sensus attribuitur nobis per sensum, & per visum sentiens: qñq; .n. dicimus ꝙ videmus per visum, & quandoq; per oculū. & similiter, in sciā qñq; dicimus ꝙ scimus per scientiā. & qñq; per animā, quę est virtus habens scientiam. & similiter est de omnibus virtutibus animatis. v. g. ꝙ dicimus quandoq; ꝙ sumus sani sanitate & quandoq; per corpus sanum, aut per membrum sanum. Et, cum posuit hanc propositionē pro manifesta per se, & inductionem, incępit ponere aliam propositionem, & d. & scientia est ex istis, &c. i. & apparet per vnum istorum duorum modorum, quod est quasi scientia de anima, & sanitas de corpore, ꝙ vnum est forma, & aliud est materia. forma. n. est ex istis, & est intentio, quę inuenitur in duobus recipientibus ea, s. in sapiente scientiam, & recipiente sanitatem. vnde necesse est vt omnis actio attributa alicui enti propter aliqua duo existētia in eo vt vnum eorum sit materia, & aliud forma. sed dimisit hanc conclusionem: quia bene apparebit ex his, quę posuit. D. d. existimatur enim ꝙ agentium, &c. i. & diximus ꝙ vnum eorum duorum est forma: & est illud, quod est quasi scientia, & sanitas: quia sanitas, & scientia, & similia sunt actiones agentis, i. dantis sanitatē, & largientis: & actio agentis est illud, quod existit in recipiente, & est forma. vnde necesse est vt sciētia sit existens quasi forma, & anima quasi materia. Et, cū declarauit ꝙ omnis actio attributa alicui enti propter aliqua duo, necesse est vt alterum eorū sit materia, & alternm forma: & fuerit manifestum ꝙ * propter formam attribuitur actio enti primitus: & ꝙ actiones istę animę videntur F

Vt. 1. d. Aīa 65. & 3. de Aīa primo.

* Propter formā attribuitur actio enti primitus Idē. 2. Ph. 37. & 3. Ph. 1. & 9. Met. 20. & 2. de Genera. 53.

A attribui corpori, & animę, sed primo animę, secundo corpori. concluditur ex hoc ꝙ anima est, forma, & corpus materia. Et.d. anima aũt est illud, per quod primo viuimus, &c. sed non propalauit nisi quasdam istarum propositionum, & dimisit quasdam, quia erant manifestę. & syllogismus sic componitur. Actiones animati attribuũtur corpori, & animæ insimul: & *omnis actio, quę attribuitur alicui enti propter aliqua duo, necesse est vt vnum eorum tantum sit materia, & aliud forma: ergo alterum istorum duorum, s. corporis, & animę est forma, & alterum materia. Et, cum coniunxerimus † huic, ꝙ propter formam attribuitur actio primitus enti, & ꝙ ista conuertitur: & cum coniunxerimus suę conuersę ꝙ actio attribuitur animato per animam primitus: concludetur ex hoc ꝙ anima est forma, & corpus materia.

* Ois actio, quę attribuitur alicui enti pp aliqua duo, necesse ẽ vt vnũ eorũ tm̃ sit materia, & aliud forã. Idẽ 5. d Aia. c. 36.

† Dubiũ est pp cõ. 3. primi de Aia, vbi ponit actionem attribui aię propter corp'.

Tripliciter. n. dicta substãtia, sicut diximus, quarum hæc quidem forma, illa vero materia, alia aũt ex vtrisque: harum aũt materia quidem potentia, forma autem actus: quoniam quod ex vtrisque, animatum, non est corpus actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.

Qm̃ autẽ substantia dicitur tribus modis, sicut diximus, materia, s. & forma, & compositum ex eis: & materia istorum est potentia, & B forma est endelechia, & quod fit ex eis, est animatum: tunc corpus non est perfectio animę, sed anima perfectio alicuius corporis.

Vide cõtra Zim.

Ista est alia declaratio a prędicta ꝙ anima est substantia secundum formam, 25.
non secundum materiam. sed, quia ista declaratio dat causam, & esse, prima au-
tem dat tantum esse, induxit eã quasi causam sermonis prędicti, & dixit, &, qa
iam prędiximus ꝙ substantia dicitur tribus modis, materia, & forma, & com-
positum ex eis: & esse materię est in potentia, & esse formæ est endelechia, &
actus, & compositum ex anima corpore est animatum, & per alterum eorum est
in potentia animatum, & per alterum in actu: manifestum est ꝙ aĩa est endele-
chia corporis, non corpus animę. est enim animatũ in actu per aĩam: & qd' est
in actu debet esse endelechia eius, qd' est in potentia, & nõ econuerso. Et hoc in
tendebat, cum dixit & quod fit ex eis est animatum. i. quod fit ex eis est anima-
tum in actu per animam, & in potentia per corpus, necesse est vt corpus non sit
endelechia animę, sed anima corporis.

Quę sit demõratio dans cãm, & esse vide. 2. Cœ. 35. &. 1. Ph. 2.

Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neque sine corpore esse, neque corpus aliquod anima. corpus enim non est, corporis aũt aliquid est. Et propter hoc in corpore inest, & in corpore huiusmodi. & non sicut priores ad corpus aptabant ipsam, nihil vltra definientes, in quo, & quali. quãuis non videatur quodlibet recipere quodlibet. Sic autem fit & secundum rationem. vniuscuiusq; enim actus in eo, quod potentia existit, & in propria materia, aptus natura est fieri. Quòd igitur actus quidam est, & ratio potentiam habentis, vt sit huiusmodi, manifestum ex his.

Vide cõtra. Zim.

C

Et propter hoc bene existimauerunt dicentes quòd aĩa non est extra corpus, neq; est corpus. corpus autem non est, sed est perfectio corporis. Et propter hoc est in corpore, & in tali corpore. non sicut fecerunt Antiqui in ponendo eam in corpore absque determinatione illius corporis, quòd corpus sit, & cuiusmodi. & hoc licet non quodcunque recipiat quancunque.

Et propter hoc, quod apparuit de anima, quod est endelechía corporis natura 26
lis, recte dixerunt opinantes ꝙ anima non est extra corpus, neq; est corpus. en-
delechia enim talis est, s. vt sit in corpore, & ꝙ nõ sit corpus. corpus. n. nõ perfi
citur p corpus, cum corpus non sit innatum, vt sit in subiecto. Et hoc intendebat,

Corp' nõ p ficitur p corp', cũ nõ sit

innatum esse in subiecto.

cum dixit corpus autem non est, sed est perfectio corporis. quoniam autem est corpus, secundum quod est perfectio non est possibile, sed existit in corpore. D.d. Et propter hoc est in corpore, &c.i. & ex hoc modo, quem dedimus in substantia animę, possibile est dare causam, propter quam anima existit in corpore, & corpus recipiens eam est tale, non ex illo modo, quem dederunt Antiqui in substantia animę, cum dixerunt ꝙ est corpus, & ꝙ intrat aliud corpus, & non determinauerunt quę natura est natura illius corporis, & quare habuit proprium, vt esset animatum absq; alijs corporibus, & ex quo modo fuit consimilitudo inter hęc duo corpora, s. ꝙ vnum recipit alterum, cum non quodcunque recipit quodcunq;. Necesse est enim istis hominibus dare causam, propter quam hoc corpus recipit illud corpus, quod est anima. & necesse est eis dicere, quare hoc corpus, quod est anima, existit proprie in hoc corpore, & non in aliis. Et hoc intendebat, cum d. absque determinatione illius corporis, ꝙ corpus sit, s. receptum, & cuiusmodi, s. recipiens. Et d. hoc, quia definitiones demonstratiuę innatę sunt dare cās oium, quę videntur in definito, &, si definitio non erit talis, nō erit definitio. D

* De hoc vide. 1. de Aīa 75.

Definitiões demr̄atiuę innatę sunt dare cās oiū, quę vīr in definito. Idē 4. Ph. 31. & 1. de Aīa. 11 & 4. Cę. 2.

Summa Secunda. De Animæ potentiis, earum ordine, ac quo pacto definiri debeant. B

Otentiarum autem animæ, quæ dictæ sunt, aliis quidē insunt omnes, aliis vero quædam harū, quibusdam vero vna sola. Potentias aūt diximus, vegetatiuū, sensitiuum, appetitiuū, motiuū secundum locū, cogitatiuū. Inest aūt plantis nutritiuū solum: aliis autem & hoc, & sensitiuū. si autem sensitiuum, & appetitiuum. appetitus enim cō cupiscentia est, & ira, & voluntas. Animalia autem oīa habent vnū ex sensibus tactum. cui autem sensus inest, huic & voluptas, & dolor, & iucundum, & molestum. quibus autem hæc, & concupiscentia. ipsius enim iucundi appetitus hæc.

Istæ autem virtutes animæ, quas diximus, inueniuntur in quibusdam animalibus omnes, sicut diximus, & in quibusdam quædam; & in singularibus, idest in paucis inuenitur vna. Et appellamus virtutes, nutritiuam, & sensibilem, & desyderatiuam, & mouentem in loco, & distinguentem. Et istarum in plantis est sola nutritiua: in aliis vero est ista, & sensibilis, & desyderatiua. desyderium enim est appetitus. & ira, & voluptas. Et omnia animalia habent saltem vnū sensum, s. tactum: & omne habens sensum habet voluptatem, & tristitiam. & omne habens istas habet appetitum. appetitus enim est desyderium voluptatis. F

27 Cum voluit incipere loqui de vnaquaq; virtutum animę, incępit primo numerare eas esse, & ꝙ quędam animalia habent proprie quasdam earū. secundum ꝙ artifex ponit subiectum suę artis. Artifex enim necesse est vt ponat subiectum, de quo loquitur, & diuidit genera eis quasi manifesta in esse. * artifex enim nō potest demonstrare subiectum suę artis, neq; species illius subiecti. & quod dixit in hoc capitulo, est manifestū. Et hoc, quod dixit in singularibus, intendit & in paucis, i. & in paucis animalibus existit vna virtus sensuum s. tactus. D.d. Et appellamus virtutes, &c.i. & cum dixerimus virtutes, intelligenda est virtus nutritiua, & sensibilis. Et intendit per nutritiuam omnia principia, quę agunt in nutrimento: & sunt tria, scilicet nutrimentum, & augmentum, & diminutio. Et in-

* Artifex nō pōt demr̄are subiectus suę artis, neque spēm illi' subiecti. Instantia est de subiecto li, elencho.

A tendit per desyderium appetitum ad cibum. & ideo separauit ipsum a mouente in loco, & posuit ipsum genus p se: cum ista virtus inueniat in aïalibus, q̃ nõ mouentur, & intelligit per distinguentem intelligentem. D.d. & istarum in plantis, &c.i. in plantis autẽ inuenitur sola nutritiua. in animalibus. vero sensus, qui est tactus, & desyderiũ, quod est desyderium nutrimenti. & hoc est cõe oĩbus. D.d. desyderium.n. est appetitus & ira, & voluptas, i. & intendimus per desyderium appetitum. desyderium.n. dicitur de appetitu, & de ira, & voluptate, & vniuersaliter de pluribus. Et voluit declarare ꝙ appetitus existit in omni animali habenti sensum, quia hoc non fuit manifestum sensui. & d. & omne habens sensum habet voluptatem. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus.

rum, & de igne. 4. Cę. cõ. 32. Sed. 1. Phy. cõ. vltio, & 2. Ph. 22. & 26. &., 12. Me. cõ. 5. et 6. Met. c. 1. idem sentit. quod sentit hic.

Adhuc autẽ alimenti sensum habent. tactus enim alimenti sensus. Siccis enim, & humidis, & calidis, & frigidis aluntur omnia viuentia. horum autem sensus, tactus. aliorum autem sensibilium secundum accidens. nihil enim ad alimentum confert sonus, neque color, neque odor. sapor autem vnum quoddam est tangibilium. fames autem, & sitis concupiscentia. & Fames quidem calidi, & sicci: Sitis autem frigidi, et humidi: Sapor vero, vt condimentum quoddam.

B

Vide cont. Zim.

Fames appetit' est calidi & sicci: sitis vero frigidi, & humidi: sapor aũt ẽ vt cõdimentũ horum.

Et etiam habet sensum nutrimenti. qm̃ distinctio cibi est sensus. Omne.n. viuum non nutritur nisi per siccum, & humidum, calidum, & frigidum. & tactus sentit ista. sentiens aũt alia sensibilia est scd̃m accidens in cibo: quoniã non iuuatur aliquid in cibo per vocem, nec per colorem, neq; per odorem. sapor aũt est vnum tangibilium. fames autem, & sitis est appetitus. Fames autem calidi, & sicci: Sitis vero frigidi, & humidi: Sapor autem est quasi causa istorum.

Cum posuit ꝙ omne animal habet sensum tactus, & desyderium ad nutrimẽtum, & in declarando hoc non sufficit inductio, incępit declarare hoc ratione, & d. & etiam habet sensum nutrimenti, i. & etiam necesse est vt oẽ animal habeat sensum, per quem comprehendat conueniens, & inconueniens ex nutrimẽtis: vt expellat nocumentum, & attrahat iuuatiuum. Et hoc fuit, quia nutrimentũ eius non existit in potentia in pluribus rebus, sicut est in plantis. & ideo plantę non indigẽt sensu, quo distinguant cibũ. Et iste locus indiget magna consyderatione. 28

C Et, cũ narrauit ꝙ necesse est ꝙ oẽ aïal habeat sensum, quo distinguat cibũ, incępit declarare q̃s sensus est iste sensus, q̃ est necessarius in distinguẽdo cibũ, & d. Omne.n. viuũ nõ nutrit', &c.i. &, q̃a oẽ viuũ nõ nutrit' nisi p̃ siccũ, & humidũ, calidũ, & frigidũ: cũ nutrimentũ est loco eius, qd' dissoluitur ex elementis, ex q̃bus cõponit': necesse est vt sensus nutrimenti sit sensus, qui innatus est comprehẽdere has qualitates: & iste sensus est tactus. Et quasi dicat, oẽ viuũ nõ nutrit', nisi p̃ siccũ, & humidũ, & calidũ. & frigidũ: & sensus tactus est illud, qd' sentit ista: necesse est vt tactus sit sentiens, qd' distinguit cibum. oẽ igit' aïal habet tactũ necessario. D.d. Sentiens aũt alia sensibilia, &c, i. sensus autem comprehendentes alia sensibilia, accidentaliter sentiunt cibũ, i. non sunt necessarij in distinguendo cibum, scd̃m ꝙ est cibus, cum accidentaliter sentiant cibũ: sensibilia enim eorũ nõ sunt in cibo, scd̃m ꝙ est cibus. & hoc intendebat, cũ d. quoniã nõ est in cibo, &c.i. secundum ꝙ est cibus. D.d. sapor autem est vnum tangibilium .i. sapor autem. si existit in cibo, secundũ ꝙ est cibus est vnus modorum rerum tangibilium. & sensus gustus est aliquis tactus. Et propter hoc, quod d. opinandum est ꝙ iste sensus existit etiam in omni animali, sicut sensus tactus, cum sit quasi species eius: & post declarabitur qualiter est in rei veritate. Et, cũ narrauit ꝙ frigidũ, & calidum, & humidum, & siccum existunt in cibo, scd̃m ꝙ est cibus, & sapor existit in eo secundũ ꝙ est cibus, incępit declarare modum, secundum quẽ exi-

Vide. 3. de Aïa. 61. & 12. Met. 36. ad quid dati sint sensus. Vide ĩfra. 8. cõm. 124. et ibi Themistium.

Sensus gust' est aliq̃s tactus. Vide ĩfra cõ. 94.

stit, quodlibet istorum in cibo, & d. fames autem, & sitis, &c. i. & si sapor existit in cibo, in eo, q est cibus, tamen primę qualitates existunt in eo primo, & essentialiter. Et signum eius est q, cum desyderat cibum animal, non desyderat nisi calidum, & frigidum, & humidum, & siccum. Fames enim est appetitus calidi, & sicci: & Sitis frigidi & humidi. & non desyderat dulce, neq; amarũ. Sapor autem est coniunctus cum istis qualitatibus. Et hoc intendebat, cum dixit. Sapor autem est quasi causa istorum. i. causa, q animal sentit conueniẽs ex illis, & non conueniens. Et non intendebat hic per causam, causam in esse: primę enim qualitates sunt causa saporis. Et forte intelligit q sapor est causa, propter quam animal vtitur cibo, propter delectationem coniunctam cum ea. D

Exactius autem manifestandum de his posterius est: nunc autem intantum dictum sit, q animalibus habentibus tactum & appetitus inest. De imaginatione autem immanifestum, posterius autem considerandum. Quibusdam autem ad hæc inest & secundum locum motiuum: aliis autem cogitatiuum, & intellectus, vt hominibus, et si quid aliud huiusmodi est, aut etiam honorabilius.

Vide contra Zimar,

Et hoc declarandum est post: in hoc autem loco contenti sumus hac determinatione, & est q omne viuum, habens tactum, habet desyderium. De imaginatione autem latet, & quærendum est post. Et ponamus cum hoc mouens in loco etiam: et in aliis distinguens, & intellectus, vt in hoibus, & in aliis rebus, si fuerint sic, aut meliores. E

29 Quia vult ponere hic numerum istarũ virtutum, secundum q artifex ponit subiecta suę artis, nõ vult ponere, nisi illud quod manifestum est per se, & dimittit alia, quę non sunt manifesta, quousq; perscrutetur de eis. Et ideo. d. Et hoc declarandum est post. In hoc autem loco contenti sumus hac determinatione, i. quę est manifesta per se, aut fere scilicet q omne animal carens tactu, caret desyderio. hoc enim est manifestum per se. Deinde narrauit q hoc latet de imaginatione. & d. De imaginatione autem latet. idest vtrum imaginatio existit in omni habente sensum tactus, aut non. D. d. Et ponamus cum hoc mouens in loco. i. & ponamus pro manifesto q omne motum in loco est imaginans. Et potest intelligi & ponamus in numero istarum virtutum, quę manifestę videntur, & differunt in definitione, & essentia virtutem mouentem in loco. & intendit virtutem concupiscibilem. D. d. & in aliis distinguens, & intellectus. idest & ponamus etiam pro manifesto q virtus cogitatiua, & intellectus existunt in aliis modis animalium, quę non sunt homines, & q proprie sunt in aliquo genere, vt in hominibus, aut in alio genere, si demonstratio surgat q alia sunt huiusmodi. & hoc erit, si fuerint ęquales hominibus, aut meliores eis. F

Manifestum igitur est q eodem modo vna vtique erit ratio animæ, et figuræ. neque. n. ibi figura est præter triangulum, & eas, quæ consequenter sunt, neque hic anima præter dictas est. fiet autem vtique et in figuris ratio cõmunis, quæ conueniet quidem omnibus, propria autem nullius erit figuræ. similiter autẽ et in dictis animabus. Vnde ridiculum est quærere cõem rationem et in his, et in aliis, quæ nullius erit eorum, quę sunt propria, ratio: neque secundum propriam, et indiuiduam speciem, dimittentes eam, quę huiusmodi.

Dicamus igitur quòd manifestum est q ex via vnius exempli eadem erit definitio animæ, et figuræ. non enim est illic perfectio extra virtutes prædictas: sed possibile est in figuris etiã vt sit definitio vniuersalis conueniens omnibus figuris, et non sit propria alicui ea-

A rum et ſimiliter ex oībus prædictis. Et ideo qui quęſierit in iſtis, et in aliis ſermonē vniuerſalem, qui non eſt, neque eſt proprius alicui ex oibus, neque eſt ſecundum modum hunc conuenientem, qui non diuiditur, et dimiſerit talem ſermonem, rectum eſt vt derideatur.

30 Cum genera accepta ī definitionibus, aut ſunt vniuoca, vt animal in definitione hoīs, aut dicta multipliciter, vt *ens, & potentia, & actus, incępit declarare cuiuſmodi ſit genus acceptum in definitione animę, et d. non eſt ęquiuocū, neq; vniuocū. Et d. Dicamus igitur ꝙ manifeſtum eſt, &c. i. dicamus ꝙ manifeſtum eſt exemplo ꝙ illud, quod dat definitio aīę vlis ex intētione cōi omnibus partibus aię eſt ſimile illi, quod dat definitio figurę vniuerſalis oībus figuris. manifeſtū eſt. n. per ſe ꝙ ſicut nulla perfectio eſt alicuius partis animę extra perfectionem vniuerſalem, quā accepimus in definitione oīum virtutū: & ſi iſtę virtutes ſint diuerſę in intentione propria vnicuiq; earū; ita non eſt hic figura aliqua extra definitionem figurę vniuerſalis: licet figurę differant abinuicem in terminis propriis. quędam enim eſt rotunda, & quędam recta, & quędam compoſita ex vtroq;. Et hoc exemplum eſt valde ſimile definitioni animę. non. n. eſt ex

B definitionibus ęquiuocorum nominum. qm̄, ſi ita eēt, tunc Geometria eſſet ſophiſtica, neq; eſſet ex generibus, quę dicuntur vniuoce. qm̄, ſi ita eſſet, tūc neceſſe eſſet vt alterum duorum foret, aut vt ſit ſic vna virtus in definitione, et in nomine, in qua communicent omnes virtutes, quas numerauimus: quemadmodum modi animātium conueniunt in definitione aīalitatis ſimplicis: aut vt omnes virtutes animę ſint eędem in definitione, & eſſentia. Et, cum narrauit ꝙ definitio animę per exemplum eſt ſimilis definitioni figurę, incępit dare modum conſimilitudinis, & d. ſed poſſibile eſt in figuris etiam, &c, & iſta definitio non eſt vniuoca: ſed quēadmodū poſſibile eſt in oībus figuris, licet differant, vt habeāt definitionē vlem magnā conuenientem oībus eis, licet multum differāt in definitione & eſſentia: ſic poſſe eſt vt iſtę virtutes diuerſę habeant vnam definitionem vlem conuenientem oībus; ſicut definitio figurę conuenit oībus figuris, & nulli appropriatur. D. d. Et ideo qui quęſiuerit, &c. et propter hoc, quod diximus, qui quęſiuerit in anima, & in aliis ſimilibus entibus vnam definitionem vlem, quę non appropriatur alicui ex oībus. & non eſt talis, qualis eſt iſta definitio, quā dedimus in anima, ſed ſicut vniuerſalitas definitionis animalitatis ſimplicis ſpecierum animalis, aut ēt eſt vna, ideſt vnius naturę definitio, non diuiſibilis ſecundum ſpeciem, & qui dimiſerit talem definitionē, qualem dedimus, iuſtum eſt vt derideatur: cum iſti duo modi definitionis non inueniantur in talibus naturis,

C & non inuenitur in eis, niſi iſte modus definitionis, quo vſi ſumus. qui enim laborat in dando in anima primū modū definitionis, eſt in hoc, quod laborat in quęrendo impoſſibile: ſicut qui dimittit hanc definitionem in dimittendo poſſibile. dimittere enim poſſibile eſt ſimile ſecundum locutionem ad quęrere impoſſe.

Genera accepta in definitiōib' aut ſunt vniuoca, aut ſunt multipliciter dicta. Cō ſimile hr̄. 4. Me. c. 4. & 5. Met. c. 4. 1. de, A ia c. 7. et 3. d aīa c. 4. et 3. Ph. com. 4.

*Ens, potentia, & actus ſunt multipliciter dicta. Idem, 1. Ph. 13. & 4 Meta. 2. 5. Met. 14. 7. Meta. 15, 12 Mét. 21. & 22.

Similiter autem ſe habent ei, quod de figuris, et quæ circa animam ſunt. ſemper enim in eo, quod eſt conſequenter, eſt potentia quod prius eſt, et in figuris, et in animatis. vt in quadrato quidem triangulus eſt, in ſenſitiuo autem vegetatiuum. Quare ſcdm vnumquodque quærendum quæ nam ſit vniuſcuiuſque anima: vt quę plantæ, et quę hominis, aut beſtiæ. Propter quam autem cauſam conſequenter ſic ſe habent, conſyderandum eſt. Sine enim vegetatiuo ſenſitiuum nō eſt: a ſenſitiuo autem ſeparatur vegetatiuum in plantis. Iterum autem ſine tactiuo quidem aliorum ſenſuum nullus eſt: tactus autem ſine aliis eſt. multa enim animalium neque viſum, neque auditum habent, neque odoris ſenſum.

Et diſpoſitio in anima ſimilis eſt diſpoſitioni in figuris. inuenitur

enim ſemper in potentia in figuris, & in rebus animatis pręcedens in conſequente. v.g. triangulus in quadrato, & nutritiuum in ſenſibili. Oportet igitur quęrere in quolibet quid eſt ſcdm̃ ſuam definitionem: v.gr. anima plantæ quid eſt, & anima bruti quid eſt. Et oportet quærere qua de cauſa ſunt talis diſpoſitionis ex conſequentibus, cum ſenſibile non ſit ſine nutritiuo: ſed ſenſibile ſeparatur in plantis. Et etiam nullus aliorum ſenſuum ſit extra tactum: ſed tactus ē extra alios ſenſus. multa enim viua non habent viſum, neque auditũ, neque odoratum, neque alium ſenſum. D

QVADRATVM.

B

31 Cum declarauit ꝙ definitio animę eſt ſimilis definitioni figurę, incępit declarare modum conſimilitudinis, & demonſtrare cuius naturę naturarum definitionum ſit, & d. Et diſpoſitio in anima ſimilis eſt, &c. i. & diſpoſitio in rebus, quę continentur in definitione animę, eſt ſicut diſpoſitio in rebus, quę continentur in definitione figurę. quemadmodũ enim inuenitur in figuris prius & poſterius: & prius exiſtit in potentia in poſteriori; ita eſt de virtutibus aīę. verbi gratia in figuris quidem triangulus eſt prior quadrato, & triangulus exiſtit in potentia in quadrato. & ideo, ſi quadratum eſt, triangulus eſt, & non econuerſo. & ſimiliter in virtutibus animę. nutritiuum enim prius eſt ſenſibili, & exiſtit in eo in potentia. &, ſi ſenſibile eſt, nutritiuum eſt, & non econuerſo. Et, cum declarauit naturam iſtius definitionis, & quantum largitur de cognitione, dixit Oportet igitur quęrere in quolibet quid eſt, &c. i. cum declaratum eſt ꝙ iſta definitio animę eſt de genere definitionis figurę: & quemadmodũ non ſufficit in cognitione figurę rectarum linearum, & figurę circularis cognitio figurę ſimpliciter, ita eſt in definitione aīę vl'is. quęrenda eſt igitur poſt cognitionem iſtius definitionis vl'is definitio propria vniuſcuiuſq; virtutis animę, ſ. q̃ eſt aīa plantarum, & q̃ aīa hoīs ꝓpria illi, & quę bruti. D. d. Et oportet quęrere qua de cauſa ſunt talis diſpōnis. i. & oportet perſcrutari etiam quare inuenitur in virtutibus animę prius & conſequens. ſenſibile enim impoſſe eſt vt abſque nutritiuo. nutritiuum autē * poteſt eſſe abſque ſenſibili. & hoc eſt in plantis. Et etiam apparet ꝙ impoſſibile eſt vt aliquis quatuor ſenſuum ſit ſine tactu: tactus aũt poteſt eſſe extra alios ſenſus. plura enim aīalia carent viſu, & auditu, & odoratu, & guſtu. & hoc intendebat cum dixit neq; aliũ ſenſum. † Et iſte locus indiget conſyderatione. exiſtimatur enim ꝙ guſtus eſt vnus modorũ tactus, ſcdm̃ ꝙ dixit * ſuperius. Sed, ſi aliquod † animal nutritur ex rebus carentibus ſapore, tunc guſtus F

* Nutritiuũ pōteē abſq; ſenſibili. Idē ſupra. 15.
† Digreſsio, qua quęritur vtrũ omne aīal habeat guſtum.
* Te. c. 28.
† Si aliqd' aīal nutritur

A illius aĩalis non erit niſi ſcd͂m calidũ, & frigidum, & humidum, & ſiccum. Aut intẽdit, cũ d. neq; alium ſenſum. i. ꝙ alius ſenſus non diſtinguit in vltimo, i. in fine, a ſenſu tactus. ſcd͂m ꝙ inuenitur in aĩalibus perfectis. Et vĩr opinãdũ eſt ꝙ, ſi animal habet ſenſum tactus, & nutritur a ſuis radicibus, ſicut plantę nutriũtur, vt dicit de ſpongia maris, & iſtud aĩal habet ſenſũ tactus ſine guſtu. & forte innuit tales iſtos modos animaliũ, oẽ enim animal habẽs os habet aliquẽ guſtũ.

ex rebus carẽtibus ſapore, guſt' ei' eſt ſcd͂m calidũ, & frigidum.

Et ſenſitiuorum alia quidem habent ſecundum locum motiuum, alia vero non habent: vltima aũt & minima ratiocinationem, & intelligentiam. quibus enim ineſt ratiocinatio corruptibilium, his & reliqua omnia. quibus autem illorum vnumquodq;, non omnibus ratiocinatio: ſed quibuſdam quidem neque imaginatio, alia autem hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo autem intellectu alius ſermo eſt. Quod igitur quæ de horum vnoquoque ratio, hæc propriiſsima & de anima, manifeſtum eſt.

Et ex eis, quæ ſentiũtur, eſt ꝙ quædam habent motum in loco, & quædã non: cõplementum aũt, & finis eſt illud, quod habet cognitionẽ, & diſtinctionẽ. omne. n. ex rebus corruptibilibus habens cognitionem habet omnia alia. quod aũt habet vnum illorum, non eſt neceſſe vt habeat cognitionem: ſed quædam non habent imaginationem, & quædam viuunt per iſta tantum. Sermo autem de intellectu ſpeculatiuo, & cogitatiuo alius eſt. Declaratum eſt igitur ꝙ ſermo in vnaquaq; iſtarum virtutũ eſt ſermo magis conueniens in anima.

Et comprehenditur ſenſu ꝙ quędam animalia mouentur in loco, & eſt modus perfectus, & quędã non. Complementũ aũt aĩaliũ, & finis eorũ, qui intendebat in generatione, quę cum natura potuit pertingere, ſtetit, eſt modus aĩaliũ habens virtutem ſpeculatiuam & cogitatiuam, i. intelligibilem. D. d. omne enim ex rebus corruptibilibus, &c. i. & apparet ꝙ omne, habens virtutẽ cogitatiuã ex rebus generabilibus, & corruptibilibus, neceſſario habet alias virtutes aĩę. Et. d. hoc preſeruando ſe a corporibus cęleſtibus. declaratum eſt enim ꝙ illa non habent de virtutibus animę niſi concupiſcentiam, & intellectum. Deinde dicit qd aũt habet vnum illorũ, &c. i, habens aũt vnã virtutũ, quę ſunt priores naturaliter intellectu, non eſt neceſſe vt habeat cogitationẽ, aut intellectũ: ſed quędam non habent imaginationem. nedum habeant cogitationem: & quędam viuunt ꝑ illa, quę ſunt ſub imaginatione ex virtutibus prioribus ea. & hoc intendebat, cũ dicit. & quędam viuunt per iſta tñ. Deinde dicit ſermo aũt de intellectu ſpeculatiuo, &c. i. ſermo de eo eſt, ita ꝙ ſit extra iſtam naturam. exiſtimatur. n. ꝙ nõ eſt aĩa, neq; pars aĩę. & innuit nobilitatem eius, & diuerſitatem illius ad alias partes. opinandum eſt enim ꝙ eſt ex natura ſuperiori naturę animę. D. d. declaratũ eſt enim, &c. i. Declaratum eſt igitur ex prędictis ꝙ primum, quod intenditur de ſcientia animę, quod eſt magis conueniens ſermoni de anima, eſt loqui de aĩa vniuſcuiuſq; iſtarum virtutum.

12 Corpa cęleſtia de virtutibus aĩę nõ habeut niſi cõcupiſcentiã, & intellectũ. Idem 21. Me. ca. 36. Idem ſupra. ĩ hoc ſecũdo. cõ. 15. idem. 1. Cęli. 90. & 2. Cęli. 38. & 61.

Intell's ſpeculatiu' nõ eſt aĩa, nec pars aĩę: ſed e de natura ſupiori aĩę. Idem ſupra cõ. 21. ſed vide opp. 3. de Aĩa. t. c. 1. Vide cõtra Zim.

Summa Tertia. De potentia Animæ uegetatiua.

Caput Primum. Explicantur Animæ vegetatiuæ opera: redarguiturq́; Empedocles de alimenti cauſa.

NEceſſarium autem eſt eum, qui de his perſcrutationem facturus eſt, accipere vnumquodque eorum quid eſt: poſtea ſic de acti-

nentibus inuestigare. Si autem oportet dicere quid vnumquodq; ipsorum, vt quid in tellectiuum, aut sensitiuũ, aut vegetatiuum, prius adhuc dicendum quid sit intelligere, & quid sentire. priores enim potentiis actus, & operationes secundum rationem sunt. Si autem sic, his autem adhuc priora obiecta oportet consyderasse, de illis primum vtique oportebit determinare propter eandem causam, vt de alimento, & sensibili, & intelligibili. D

Solutio quęstionis ppositę i primo libro tex. 10

Et indiget necessario qui voluerit perscrutari de istis, scire vnamquãq; istarum quæ sit: deinde post perscrutetur de contingentibus illis. Et, si necesse est dicere vnamquãq; istarum quę sit, verbi gratia intellectus quid sit, & sentiens quid sit, & nutritiuum quid sit, oportet etiam prædicere intelligere quid sit. actiones enim & operationes pręcedunt in intellectu virtutes. Et si ita sit, & consyderare de aliis rebus oppositis istis debet præcedere consyderationem de istis, oportet nos vt intendamus ad definiendum istas primo propter istã causam, verbi gratia cibum, & sensatum, & intellectum. E

33 Cum declarauit ꝙ definitio vniuersalis aïę prędicta non sufficit in cognitione suę substantię, incępit dicere quid oportet scire de aïa post illam definitionẽ, & d. Et indiget necessario, &c.i. & oportet necessario illum, qui voluerit acquirere perfectam cognitionem de aïa pscrutari de vnaquaque virtutũ aïę per se, quousq; sciat per demonstrationẽ vnãquãq; illarum quę sit, & quam naturã habet, verbi gratia perscrutari quid est intellectus, & quid est sensus. D. post hoc perscrutari de vnicuiq; contingẽtibus istarũ virtutum vniuersalibus, & prius. v. g. vtrum virtus intelligibilis possit abstrahi, aut non. Et, cum declarauit illud quod oportet perscrutari nos de aïa, incępit demonstrare viam ad hãc cognitionem: & ꝙ est ex eis, quę sunt magis nota apud nos, & sunt posteriora in esse, ad ea, quę sunt magis nota apud naturã, quę sunt priora in esse. Et d. Et, si necesse est dicere vnamquanq; illarum, &c.i. & si oportet, scdm ꝙ declarauimus, scire quę est vnaquęque istarum virtutum, necesse est pręscire actiones proprias vnicuique istarum virtutum, quę sunt verbi gratia quid est intelligere per intelligens, & sentire p sentiens, & nutrire per nutriens. cognitio enim actionum istarũ virtutũ prior est apud nos in nr̃a prima cognitione. quã cognitio istarum virtutum. Et, cum narrauit ꝙ cognitio actionum debet pręcedere cognitionem virtutum, narrauit ẽt ꝙ cognitio patientium illas actiones debet pręcedere cognitionem illarum actionum, propter illam eandem causam, propter quam debet pręcedere cognitio actionum cognitionem virtutum, & d. Et, si ita sit, &c. idest. &, si ita sit. s. ꝙ debemus ire semper de eis, quę apud nos sunt magis nota, ad illa, quę sunt magis nota apud naturam, & consyderare de rebus oppositis istis virtutibus, & sunt passiua earum, debet pręcedere consyderationẽ in actionibus, & in virtutibus, necesse est pręscire primo cibum quid sit, quod est passiuum virtutis nutritiuę, & sensatum quid sit, & intellectum quid sit, antequam sciatur nutrire, & sentire quę sunt. Et vocauit ea opposita: passiuum enim, & actiuum videntur esse quodammodo opposita. F

Idẽ. 1. Ph. 2. & 1. de Aïa 11. Idẽ hic supra, 13.

Passiuũ & actiuũ videntur quodam modo opposita.

Quare primum de alimento, & generatione dicendum est. Vegetatiua enim anima & aliis inest, & prima, & maxime communis potentia est animæ, secundum quam inest ipsum viuere omnibus. Cuius sunt opera, generare, & alimento vti. naturalissimum enim operũ, quæ in viuentibus, quæcunque perfecta, & non mutilata sunt, aut generationem spontaneam habent, est facere aliud, quale ipsum: animal quidem animal, plantam autem plantam, vt ipso semper, & di

Idẽ. 1. de Genera. 50. & 1. de C. ę. 20. & 21 Vulgata ꝓpositio.

A uino participent, secundum ꝙ possunt. omnia enim illud appetunt, et illius causa agunt omnia, quæcunq; agunt scd̃m naturam.

Oia appetunt diuinũ esse, et illius grã agunt, quęcunq; secundum naturam agũt. Idẽ primo Phy, te, 81,

Oportet igitur primo loqui de nutrimento, et generatione. Anima enim nutritiua est prior in omnibus Viuẽtibus, et est vniuersalior virtutibus animæ, quibus viuum viuit. Et actiones istius sunt generare, et vti nutrimento. quoniam actio, quæ magis conuenit naturæ omnis viuentis ex eis, quæ sunt perfecta, et non habent occasionem, neque generantur casu per se, est vt agat aliud simile: animal enim facit animal, et planta plantam, ita vt habeat communicationem cum sempiterno diuino secundum suum posse. omnia enim desyderant, et propter hoc agit omne, quod agit naturaliter.

Cum declarauit quę definitio est magis vniuersalis inter oẽs definitiones aĩę, & quantũ largitur de cognitione, & ꝙ non sufficit in cognitione substãtię animę perfectę, & ꝙ est necessarium pręscire quamlibet virtutum aĩę per suam definitionẽ propriã, & quot modis sunt istę virtutes diuersę, & qũo adunãtur, incępit narrare ꝙ oportet primo incipere de cognitione istarũ virtutum ab ea, quę est valde prior, s. nutritiua, & ꝙ primo debet cõsyderari de passiuis, et de actio B nibus istarũ virtutũ. Et d. Oportet igitur primo loqui de nutrimento, & generatione, &c. i. & cum declaratũ est ꝙ primo oportet consyderare de actionibus, & de passiuis ante virtutes, necesse est vt primo loquamur inter oẽs istas actiones de cibo, & de generatione, quę sunt passiuũ aĩę istius, & actio. & est necesse vt primo loquamur de aĩa nutritiua: quia est prior naturaliter aliis rebus, per quas aliquid dicitur viuũ: & ideo est magis vniuersalis inter alias virtutes aĩę. Et innuit ꝙ pp proprietatẽ, & eius vniuersalitatẽ oportet pręponi in consyderatione. *vniuersale enim notius est apud nos q̃ proprium: vt dictum est alibi. Et, cũ declarauit hoc, incępit numerare actiones attributas illi, cum ante debemus scire esse q̃ quid esse, & d. Et actiones istius sunt, &c. i. & actiones istius virtutis sunt nutrire, & generare, & vti cibo. & dicimus ꝙ generare est actio illius virtutis: qm̃ actio, quę maxime cõuenit naturę eius, qd dicitur viuũ per hãc virtutẽ, est generare simile in specie. Et hoc fit tribus conditionibus. quarũ vna est vt pertingat tp̃s, in quo habet hãc virtutem, cum non sit in effectu omni tp̃e. Secunda est vt cũ hoc non habeat occasionem. ista enim impedit hanc actionẽ, licet pertingat tẽpus, in quo peruenit ab illo illa actio. Tertia est, vt illud viuũ nõ sit ex eis, quę fiunt casu, sed per se. qñ igitur in viuo fuerint cõgregata hęc tria, tũc generabit. Et hoc intendebat, cũ d. qm̃ actio, quę magis conuenit, &c. D. d. cãm finalẽ, propter quam ista virtus existit in animalibus, & plãtis, & d. ita vt habeat C cõicationẽ cum sempiterno. i. & ista virtus existit in viuo, vt generabile, et corruptibile cõicent cũ sempiterno scd̃m suũ posse. † sollicitudo. n. diuina, cum non potuerit facere ipsum permanere scd̃m indiuiduũ, miserta est in dãdo ei virtutẽ, qua potest permanere in specie. & hoc nõ est dubium, s. ꝙ melius est in suo esse, ꝙ habeat istam virtutẽ, q̃ vt non habeat. D. d. omnia enim desyderant &c. idest & hoc fuit ideo, quia omnia desyderant permanentiam sempiternam, & mouent ergo ipsam, secundum ꝙ innata est natura eorum ad recipiendum: & propter hunc finem agunt omnia entia, quę agunt naturaliter. 34

* Vle notiꝰ est apud nos q̃ propriũ. Idem supra co. primo. et 1. Ph. 4. 5. et 57. 3. Ph. 2.

† Solicitudo diuĩa, cũ nõ potuerit facere generabile et corruptibile pmanere secundum indiuiduũ, miserta ẽ in dãdo ei virtutẽ, qua pmanere possit ĩ spẽ. Idẽ primo Cę. co. 58. & 2. de Generatiõe et corruptione co. 59. de sollicitudĩe aũt Dei qualiter sit. uide 12. Met. 37. & 51. & 2. Phy. 75.

Ipsum autem cuius * causa duplex est: hoc quidem cuius, illud vero cui. Quoniam igitur communicare non possunt ipso semper, & diuino continuatione, propterea ꝙ nihil contingit corruptibilium idem, & vnum numero permanere: secundum quod potest participare vnumquodque, sic communicat, hoc quidem magis, illud vero minus, & permanet non ipsum, sed quale ipsum, numero quidem non vnum, specie autem vnum.

* Cujus causa duplex.

Et propter quid dicitur duobus modis .quorũ vnus eſt,in quo eſt: alius eſt,cuius eſt.Quia igitur impoſsibile fuit vt haberet communicationem cum ſempiterno diuino in æternitate, quia impoſsibile eſt vt aliquod corruptibile permaneat idem in numero, ideo habet cõmunicationem quodlibet cum eo ſecundum ſuum poſſe: & hoc magis,& hoc minus: & ſic permanet non illud idem,ſed ſuum ſimile,neque vnum numero,ſed vnum forma. D

35 Cum dedit cauſam finalem,ꝓp quam virtus generatiua exiſtit in viuo vniuerſaliter,& eſt aſsimilatio corruptibilis cum ſempiterno, ſcd̃m ꝙ habet naturam aſsimilandi,& ꝙ oĩa entia faciunt actiones erga iſtum finem, narrauit ſecundũ quot modos dicitur iſte finis,& d.Et propter quid dicitur duobus modis:quorum vnus eſt illud,quod eſt iſte finis:& alius illud, in quo eſt iſte finis. verbi gratia in hoc ſermone,ꝙ omnia entia agunt propter permanentiam ſempiternam: & propterea in quibuſdam inuenitur permanẽtia ſempiterna,aut diſpoſitio permanentię ſempiternę. Et,cum declarauit hoc,incępit declarare modum,in quo generabilia,& corruptibilia poſſunt communicare cum ęternis,& cauſam,propter quam diminuta ſunt a permanentia ſempiterna,et d.Quia igitur impoſsibile eſt, &c.i.& intendit per ſempiternum diuinum corpus cęleſte. cœleſtia enim illa permanent ſecundum indiuiduum.Et hoc,quod d.& hoc magis, & hoc minus. intendit generatiuum,& non generatiuum, vtrunq; enim permanet ſecundum ſpeciem:ſed generatiuum habet ſemper hoc,& non generatiuum in maiori parte temporis,& in pluribus ſubiectis. E

Finis duplex,cuius,& cui.Idẽ.2 Ph 24.& hic infra,37

Eſt autem anima viuentis corporis cauſa,& principium. Hęc autem multipliciter dicuntur: attamen anima ſecundum determinatos modos tres cauſa dicitur. etenim anima cauſa eſt vnde motus, & cuius cauſa, & vt eſſentia animatorũ corporum.Quòd igitur ſit vt ſubſtantia,manifeſtum eſt.cauſa enim ipſius eſſe omnibus ſubſtantia eſt.

Aĩa eſt cauſa corporis aĩati tripli ci gñe cãę.

Anima igitur eſt corporis viui cauſa, & principium tribus modis determinatis.eſt enim illud,ex quo eſt motus,& illud, propter quod fuit corpus. Et anima etiam eſt cauſa,ſecundum quod eſt ſubſtantia, quæ eſt cauſa eſſe omnium.

36 Cum apparuit ex definitione vĩi aĩę ꝙ anima eſt cauſa corporis ſcd̃m formã, & apparuit hic ꝙ virtus generatiua eſt cauſa agens animatum,incępit declarare ꝙ aĩa non eſt ſolum cauſa ſcd̃m formã,ſed cauſa ſcd̃m tres modos,ſecundum quos dicitur cã.& hoc eſt tribus modis.& hoc eſt neceſſarium pręſcire,antequã loquatur de vnaquaq; partium aĩę: licet iam ſit declaratum vniuerſaliter ꝙ oĩs forma naturalis talis eſt.Et d. Anima igitur eſt corporis viui cauſa, & pricipiũ. &,quia hęc duo dicuntur multiplr̃, ſiſr̃ & anima eſt cauſa ſcd̃m tres modos determinatos,ſ.cauſa mouens,finalis,& formalis: quę determinatę ſunt in ſermonibus vniuerſalibus phyſicis.D.d.eſt enim illud,ex quo fit motus,ſ. cauſa agẽs motum.Et poſſumus intelligere ex hoc motum in loco,& generationem,& motum in augmento & diminutione. anima eſt.n.cauſa agens iſtos tres motus in animato.D.d.& illud propter quod fuit corpus,ſ.cauſa finalis, corpus enim non fuit niſi propter aĩam:cum declaratum eſt ꝙ aĩa ita eſt de corpore, ſicut forma de materia:& declaratum eſt in ſermonibus vniuerſalibus * ꝙ materia eſt propter formam tm̃,& ꝙ non eſt aliquod conſequens materiam, aut aliquod,quod ſit de neceſsitate materię: ſicut exiſtimabant Antiqui, non concedentes cãm formalem eſſe,neque finalem.Et anima etiam cauſa.i,& anima etiam eſt cauſa corporis ſecundum ſubſtantiam,& formam,quę † eſt cauſa eſſe omnium. F

Cã,et pricipiũ multiplr̃ dicũtur, Idẽ 1.Ph.c.1. & 5.Me. r.c.t. &.12. Met. 23,t.co,28. &,29.

* In.2.Phy. a.74. vſq; ĩ finem.

†Eſſe ẽ eſſe actus formę. Idẽ ſupra,c, 7,8. Me.7,

Ipſum autem viuere viuentibus eſſe eſt. cauſa autem,& principiũ horum anima. Amplius autem actus eius, quod potentia eſt, ra-

Viuere uiuẽ

tibus est eẽ. Vide cõtra. Zim.

A tio est. Manifestum autem est, quòd & cuius gratia causa anima. vt.n. intellectus gratia alicuius facit, eodem modo & natura. & hoc est ipsius finis. huiusmodi aũt in aĩalibus anima, & scdm naturam. oĩa .n. naturalia corpora animæ instrumenta sunt, sicut aĩalium, sic & plantarum, tanquam gratia animæ existentia. Dupliciter aũt dicitur ipsum cuius gratia, & cuius, & cui. At vero & vnde primum qui secundum locum motus anima est. non omnibus autẽ viuentibus inest potentia hęc. Est aũt & alteratio, et augmẽtum per aĩam. sensus.n. quædam alteratio esse vr̃. nihil aũt sentit, quod non habeat aĩam. Similiter autem & de augmento, & decremento se habet. nihil enim decrementum patitur, neq; augmentatur naturaliter, nisi alitur. alitur autem nihil, quod non communicet vita.

Et esse viui est viuere. & anima est causa, et principium istius. Et etiam endelechia est intentio eius, quod est in potentia ens. Et manifestum est ꝙ anima est causa etiam propter quid. quoniam, quemadmodum intellectus nihil agit, nisi ꝑpter aliquid, ita natura. et hoc est finis eius. et similiter anima in animalibus, et in omnibus. omnia enim naturalia sunt instrumenta animæ, sicut in animalibus, et plantis: ita quòd etiam illa est causa animati. Et propter quid dicitur duobus modis. quorũ vnus est illud, propter quod: et alius cuius est hoc. Et anima est etiam illud, ex quo primo fit motus in loco. sed ista virtus non inuenitur in omnibus viuis. Et alteratio etiam, et augmentũ fiunt per animam sensus enim existimatur esse alterãdo aliquã. et nihil sentit nisi habeat animam. Et similiter est de augmento, et diminutione. nihil enim augetur, et diminuitur naturaliter, nisi nutriatur: & nihil nutritur, nisi habeat partem in vita.

B (margin letter beside "modum intellectus")

Cũ posuit ꝙ aĩa est cã corporis tribus modis, de quibus modis dicitur hoc nomen cã, incępit declarare modos istos esse in ea, & in primo ꝙ est cã corporis scdm formã. Et d. Et esse viui, &c. i. & signum, ꝙ aĩa est forma corporis, est ꝙ hoc ens viuum non habet esse, scdm ꝙ est viuum, nisi per illud, per quod viuit, idest ꝙ est causa istius actionis, s. vitę: & manifestum est ꝙ cã istius actioni est aĩa. ergo hoc, quod est viuũ, scdm ꝙ est viuũ, est per aĩam. & illud, per quod est ens, & est hoc, est sua forma: ergo aĩa est forma aĩati: cũ non est hoc, & ens nisi per aĩam. D. d. secundã rõnem super hoc, & d. Et ẽt endelechia est intẽtio eius, quod est in potentia ens. i. & ẽt anima est, scdm ꝙ iam declaratum est, perfectio; perfectio aũt est forma, & intentio eius, qđ est in potẽtia ens; ergo aĩa est forma. Et, cum declarauit eã esse cãm scdm formã, declarauit ẽt eam esse cãm scdm finẽ, & d. Et manifestũ est ꝙ aĩa est cã, &c. i. manifestũ est per se ꝙ aĩa est causa corporis animati, scdm illud, pp quod fuit corpus animatum. Quemadmodũ.n. *multa artificialia non agunt nisi propter aliquid, sic ẽt est de natura, s. ꝙ non agit nisi propter aliquid. & hoc est finis naturę, s. ꝙ non agit nisi pp aliquid, sicut ars non agit nisi propter aliquid. D. declarauit ꝙ illud, pp quod natura agit, videtur esse anima in aĩalibus, & non solũ in animalibus, sed oĩbus rebus naturalibus, & d. et sic aĩa in animalibus, & in oĩbus. i. et quemadmodũ forma est finis artis in artificialibus, ita aĩa est finis naturę in animabus, & in oĩbus naturalibus. D. declarauit modũ, ex quo apparet ꝙ aĩa est finis oĩum naturalium, & d. omnia enim naturalia sunt instrumenta aĩę, &c. i. et diximus ꝙ aĩa est finis oĩum naturaliũ, quia oĩa naturalia vidẽtur instrumẽta esse indifferẽter in omni 37

C (margin letter beside "aia.ergo hoc")

Forma ẽ id, per quod aliquid est ens. Idẽ supra. 7 8. & 36. & 8. Me. co. 7.

*a. l. intellecta.

Oĩa naturalia sũt instrumenta aĩę. Vide infra. t. c. 38.

bus animatis. & sicut videtur in aīalibus, ita videtur in plantis. D. d. ita ꝙ etiam illa est causa animati, &c. i. & hoc, quod diximus de ea, nō latet, immo est manifestũ per se: adeo ꝙ apparet ex hoc ꝙ aīa etiam est causa aīati. Illud. n. ꝓpter quid inuenitur aliquid, dicitur duobus modis. Quorũ vnus est illud, propter quod inuenitur aliquid: & ista est proportio aīę ad corpus. Et alius est illud, cuius est hoc, pp quod inuenitur aliquid: & ista est proportio aīę ad animatũ, dicimus. n. ꝙ aīa, & corpus vtrunq; nō sunt nisi pp animatum. Et, cum declarauit eam esse cām secundum formam, & secundum finem, declarauit etiam eam esse causam mouentem secundum omnes modos motuum existentes in animato, siue veros, siue existimatos esse motus, & d. Et anima etiam est illud, ex quo primo fit motus in loco. sed ista virtus non est in oībus viuis, i. in omnibus aīalibus. D. d. Et alteratio etiam, & augmentum, &c. i. & alteratio attributa sentibus, sicut quidā reputant, si concesserimus eā esse motum, erit per aīam: & similiter augmentum, & diminutionem. nihil. n. dicitur habere hunc motũ, s. sensum, nisi habeat aīam. D. d. Et similiter est de augmento, & diminutio e. i. quemadmodum apparet ꝙ non sentit nisi habens animam, sic apparet ꝙ non augmentatur, neq; diminuitur nisi illud, quod habet cōicationem cum animalibus in aliqua parte aīę. Nihil enim diminuitur naturaliter, aut augmentatur naturaliter, nisi habeat virtutem nutriendi. & nihil nutritur, nisi habeat communicationem in vita attributa animalibus. & ideo hoc nomen mortuum non dicitur de animali, nisi cum caruerit communicatione, quam habet cum plantis. E

Mortuũ nō dr̄ de aīali, nisi cũ caruerit cōmunicatione, q̄ habet cum plantis. Idē. 2. de Aīa c. vlti. & hic supra 3. & 16. & 14.

Empedocles.

Empedocles autem non bene dixit hoc, addēs augmētum accidere plantis deorsum, quidem cum radicantur, propterea quòd terra sic fertur secūdum naturam, sursum autem propterea ꝙ ignis similiter. Neque enim sursum & deorsum bene accipit. non enim idem sursum & deorsum oibus, & ipsi vniuerso. sed vt caput aīaliũ, sic radices plantarum sunt: si congruit instrumenta dicere diuersa, & eadē operibus.

Instrumēta ex operibus iudicantur.

Empedocles autem nō rectè dixit in hoc, & vere, cum dixit quòd augmentum accidit in plantis. in hoc autem, quod ramificatur per radices inferius, fit per motum ipsius terræ naturaliter ad istā partem: & hoc posuit causam. in hoc vero, quod ramificatur superius, fit quia ignis mouetur similiter ad superius: & hoc posuit causam. Hoc etiā, quo vsus fuit in suo sermone de superiori, & inferiori, non rectè fuit dictum. superius enim, & inferius non sunt idem omnibus rebus, & in omni. sed, quemadmodum caput est animalibus, ita radices plantis: cum per actiones debemus dicere in instrumentis eorum, quę sunt conuenientia, aut diuersa. F

38 Cum declarauit ꝙ motus augmenti non est ex principio, quod est elemētum, incępit declarare ꝙ Empedocles errauit, cum opinabatur ꝙ hoc principium est ex elementis, & ꝙ augmentũ in plātis ad inferius est pp partē grauem, s. terrā, & aquam: & superius propter leuem, s. aerem, & ignem. Et d. Empedocles aūt, &c. i. Empedocles aūt non bene existimabat, cum opinabatur ꝙ hoc principiũ non est aīa: & ꝙ hoc, quod accidit de augmento in plantis, est per naturam elementorũ. illud igitur, quod augetur inferius, est per naturā terræ: & hoc posuit causam eius, i. & posuit causam motus istius ad inferius naturam grauem: & causam in augmento ramorum ad superius naturam leuem, s. igneam. D incępit narrare quid contingit huic sermoni de errore, & d. Hoc etiam, quo vsus fuit in sermone suo de superiori, &c. i. & iste sermo, quem induxit in dando causam istius motus contrarii, qui inuenitur in augmentabili, non est verus. Hoc enim, quod existimabatur ꝙ superius in plantis est superius in mundo, & inferius inferius, non est verum: quoniam neque in parte conueniunt, neque in natura, neque in

A potentia. In parte autem: quia licet hoc concedamus in plantis, tamen in pluribus animalibus non poſſumus illud concedere. ſuperius enim in eis non reſpicit ſuperius mundi. & veritas non concedit hoc. natura enim inferioris in plantis alia eſt a natura inferioris in mundo: ſed contingit congregatio eorum in parte eadem caſu: & ipſa eadem eſt natura ſuperioris in animalibus. Et ſignum eius eſt, ꝙ caput in animalibus eſt ſimile radicibus in plantis: cum actio eorum ſit eadem. & per actiones debemus reſpicere conuenientiam, & diuerſitatem in partibus augmentabilibus. Et d. ſuperius enim, &c. i. & primus error Empedoclis eſt, ꝙ ſuperius, & inferius non ſunt eadem pars in omnibus rebus, & in omni, ſ. mundo, quoniam, licet hoc concedamus in plantis, quid poſſumus dicere in pluribus animalibus? ſuperius enim in animalibus non reſpicit ſuperius mundi, D. d. ſed quemadmodum caput, &c. i. ſed non concedamus ꝙ inferius in plantis ſit inferius in mundo ſecundum naturam, & potentiã: neq; ſuperius in eis ſuperius in mundo, licet ſint in eadem parte. Natura enim capitis in animalibus eſt natura radicis in plantis, cum habeant eaſdem actiones. & ſecundum actiones eſt dicendum ꝙ partes animalium, & plantarum, & inſtrumenta eorum ſunt conuenientia, aut diuerſa in natura. Et, cum natura radicis in plantis eſt natura capitis in animalibus, tunc ſuperius in plantis eſt in rei veritate inferius in mundo. Et, ſi nos conceſſiſſemus ꝙ eſſet inferius, tunc hoc, quod accidit plantis, ſ. ꝙ in-
B ferius in eo eſt inferius mundi, non accidit niſi caſualiter, non quia habent eandem naturam: ita ꝙ ad inferius in plantis mouetur pars grauis, & ad ſuperius leuis. quoniam, ſi ita eſſet, tunc neque ſuperius, neque inferius haberet animal: neque natura ſuperioris, & inferioris in plantis, & animalibus eſſet eadem. Et d. ꝙ potentia capitis in animalibus eſt potentia radicis in plantis. quia hoc eſt principium eius, per quod animal eſt animal, ſ. ſenſus. hoc autem eſt principium eius, per quod plantę ſunt plantę, ſ. cibi qui per radices attrahuntur. & ideo ſi caput ex animali, & radix ex plantis abſcinditur, depereunt.

Per actiões debemus reſpicere cõueniẽtiã, et diuerſitatẽ in partib' augmẽtabilib'. Vide ꝑ iſto 7. Me. 9. & 8. Met. 11. et 9. Me. co. 7 & hic ſupra 22.

Scdm actiones eſt dicẽdũ ꝙ partes animaliũ, et plãtarũ, & inſtrumenta eorum ſunt cõueniẽtia, aut diuerſa in natura.

Adhæc autem, quid eſt quod continet quæ in contraria feruntur, ignem, & terrã? diſtrahentur enim, niſi aliquid erit prohibens. Si vero erit, hoc eſt anima, & cauſa augendi, & alendi.

Et poſtea quid eſt illud, quod retinet ignem, & terram, cum moueatur ad partes cõtrarias ſunt enim veloces ad ſeparationẽ, niſi aliquid prohibeat. Et, ſi illic fuerit aliquod prohibens, illud prohibẽs debet eſſe cauſa, vel anima, & cauſa in augmento, & nutrimento.

†Hic d. Co. caput eẽ prĩcipiũ ſenſationis. opp. d. in libr. de Senſu et ſenſato. Vide cõtra. Zim. 39

Et ſi conceſſerimus ꝙ natura ſuperioris, & inferioris in plantis eſt natura ſu-
C perioris, & inferioris in mũdo, & ꝙ pars ignea mouetur in plantis ad ſuperius, & terreſtris ad inferius: & nos videmus ꝙ eadem pars mouetur ad ſuperius: & ad inferius inſimul: videmus. n. ꝙ quęlibet pars potentię ſenſibilis, & quodlibet membrũ mouetur ad vtranq; partẽ inſimul: ſi igitur poſuerimus ꝙ illa pars ſit vnica, ſ. quę mouetur ad vtrãq; partẽ: tunc principium, per quod mouetur iſtis duobus motibus inſimul, eſt vnicum principium. Iſtud igitur principium habet potentiam vt moueatur ad vtranq; partem inſimul; quod non eſt in elementis: quoniam vna pars eorum non habet niſi vnicum motum, ſiue fuerit ſimplex, ſiue compoſita. Quoniam, ſi fuerit compoſita ex eis, mouebitur ſecundum elementum dominans. Et, ſi partes, quę mouentur in illa eadem parte in ſenſu, aut natura ad ſuperius. ſint alię a partibus, quę mouentur in illa parte ad inferius, tũc illę partes neceſſario ſunt diſtinctę ab inuicem, aut quia ſunt ſimplices, aut quia illud, quod dominatur in eis, quę mouentur ad inferius de corporibus ſimplicibus, eſt aliud ab illo, quod dominatur in eis, quę mouentur ad ſuperius. Et, ſi ita ſit, quid eſt illud, quod retinet ignem, & terram, aut partem igneam, et terreſtrẽ? cum non poſſumus dicere ꝙ hęc duo ſint admixta. quoniam, ſi eſſent admixta, mouerentur ad eandem partem, ſ. dominantis. Et, ſi ita eſſet, cito ſepararentur, niſi aliquid prohiberet. ſed contingit eis neceſſario dicere illic eſſe prohibens, cum videantur non ſeparari, ſed permanere inſimul, dum viuit planta, & hoc eſt ne-

Idẽ. 3. Ph. 6 &, 8, Ph, 23.

Motus mixti ẽ ſcdm elemẽtũ dñans Idem ſupra com. 14, & quę ibi.

cessarium eis.&c,cum concesserint illic esse prohibens, cuius potentiā non est D
potentia elementorum,dicemus eis ꝙ illud prohibens est anima. secundum hoc igitur est sermo eius in hoc intelligendus,licet sit valde breuis.

Videtur autem quibusdam ignis natura simpliciter causa nutritionis,& augmentationis esse.etenim ipse videtur solus corporum, aut elementorum ali,& augmentari.vnde & in plantis, & in animalibus putabit vtiq; quis hunc esse id,quod operatur.

Et quidam existimant ꝙ natura ignis est simpliciter causa nutrimenti,& augmenti.ignis enim inter corpora aut inter elementa nutritur & augetur. & ideo existimatur quòd ipse facit hoc in plantis etiam,& in animalibus.

40 Cum destruxit sermonem fingentium ꝙ augmentum est per principium elementare,s.graue,aut leue,incępit etiam destruere sermonem fingentium ꝙ principium nutrimenti,& augmenti nutribilis est ignis,aut pars ignis, aut aliquod igneum,& d. Et quidam,&c.i.& quidam existimāt ꝙ natura ignis,in eo ꝙ est ignis,non scd̄m ꝙ est aliquis ignis.& hoc intendebat.cum d.simpliciter est causa nutrimenti,& augmenti. Et opinati sunt hoc, quia viderunt ignem alterare omnia in sua substantia,adeo ꝙ augmentatur per illud. &, quia nutribile apud E
eos nutritur alterando omnia in suam substantiam,ideo existimauerūt per duas affirmatiuas in secunda figura ꝙ ignis facit hoc simpliciter.

Olum natura cōstantiū terminus ē, & rō magnitudinis, & augmenti. Vide cōtra, Zim.

Hic autem concausa quidem quodammodo est,non tamen simpliciter causa,sed magis anima.ignis enim augmentum in infinitū abit, quousq; fuerit combustibile.natura autem constantium omnium terminus est,& ratio magnitudinis,& augmēti. hæc autem animę sunt, sed non ignis,& rationis magis,quam materiæ.

Dicamus igitur non quòd ignis non est coniunctus causæ nisi aliquo modo, & non est causa simpliciter, sed anima est dignior vt sit causa.augmentum enim ignis est in infinitum,dum combustibile est. ea autem,quę constituuntur per naturam,omnia habent finem,& terminum in quantitate,& augmento,& ista sunt animæ,non ignis, & sunt digniora intentioni, quam materiæ.

41 Cum narrauit hanc opinionem, incępit primo narrare partem veram, quę est in ea;& partē falsam,& d. Dicamus igitur nos ꝙ ignis non est cā nutrimēti, F
& augmēti in animalibus simpliciter,sed attribuitur causę quasi instrumentum suorum instrumentorum:immo aīa est illa, ad quam attribuitur simpliciter hęc actio:& concessit ꝙ ignis est coniunctus.causę secundum ꝙ aliquid attribuitur alicui,cuius actio non perficitur,nisi per illud. quia nutribile non videtur alterare cibum,nisi per partem igneam existentem in eo. hoc enim elementū inter alia aut est alterans alia:aut magis dominatur in eo alterare quam in aliis elementis.& ideo fuit necesse vt ignis esset dominans in corporibus nutribilibus. Et,cum declarauit ꝙ,si ista actio fuerit attributa ei,non erit attributa,nisi secūdum ꝙ est coniunctus causę,non ꝙ ipse sit causa,declarauit modum, ex quo nō oportet attribuere istam actionē igni simpliciter,et ꝙ dignius est attribuere eam simpliciter animę,& d.augmentum enim ignis est in infinitum,&c.i.& signum, ꝙ primum mouens in nutrimento,& augmento est aīa,non pars ignea, est quia iste motus,s.alterare aliquid in substantiam alterantis, & eius augmentum per illud,quod alterat,si fuerit in solo igne absque alia virtute sibi coniuncta, s.vt primum mouens sit potentia ignis,secundum ꝙ est ignis, non alia virtus coniuncta igni,inuenietur infinitus.& nō cessabit in aliquo termino,dum combustibile inuenerit: motus autem alterandi, & augmentandi, qui inuenitur in hac natura augmentabili,semper inuenitur finitus,& terminatus in quantitate:vnde mani-

Ignis dominat' ī corporib' nutribilib'.Sed oppositū.2. de generatione et corruptione.t.co.49. ubi dr̄ ꝙ terra.Vide.cōtra.Zim.

A ſeſtum eſt in ſecunda figura ꝙ iſte motus non eſt ignis ſimpl. & , cum non eſt ignis, neceſſario eſt alterius principii, & illud vocamus animam nutritiuam. Et intendit per terminum, & menſuram vltima naturalia, quę inueniuntur in quantitatibus corporum augmentabilium. D.d. & ſunt digniora intentioni, quam materię. i. & iſta actio, quę inuenitur in hoc motu, ſ. qui incępit a principio terminato, & peruenit ad finem terminatum, dignius eſt vt attribuatur ei, quod eſt in iſta actione quaſi forma, ſcilicet anima, quam illi, quod eſt quaſi materia, & inſtrumentum, ſ. ignis. Et d. hoc, quia apparet ꝙ actio augmenti eſt compoſita ex actione ignis, & ex aliqua intentiobe in igne. alterare enim, quod eſt in eo, debet attribui igni. & , quia eſt terminatum , debet attribui virtuti coniunctę cum igne: quemadmodum mollificare ferrum per ignem ad faciendnm aliquod inſtrumentum, ſecundum ꝙ eſt mollificare, attribuitur igni: & ſecundum ꝙ illa mollificatio habet terminum motum in vnoquoq; inſtrumento, attribuitur virtuti artis.

Idē. 6. Phy. 91. & 8. Ph. 61.

Vide cām iſtius rōnis. 3. Ph. 59. & 60. & . 3. cœ. 17. & . 7 ant j. ca. de ſubſtātia orbis. vbi dicit ꝙ terminus eſt a forma .

Caput Secundum. De uirtutis uegetatiuæ obiecto, Alimento ſcilicet.

B Voniam autem eadem potentia animæ eſt vegetatiua, & generatiua, de alimento neceſſarium eſt determinare primum. ſeparatur enim ab aliis potētiis opere hoc , Et quia potentia nutriēdi, & generandi ſunt eædem, oportet prius neceſſario determinare quid eſt nutrimētum, et diſtinguere ab aliis virtutibus .

42 Cum narrauit ꝙ vult loqui primo de virtute nutritiua, cum ſit magis vniuerſalis: & principium eorū, quę apparent in eo, vel principium eorum , de quibus conſyderatur ex hac virtute, eſt ꝙ anima, & ſuę actiones ſunt augmentare , & nutrire, & generare : incępit modo determinare quod eſt illud , de quo oportet conſyderare primo in hac virtute, poſtquam cognoſcitur eſſe aīa, & d. Et qa potentia nutriēdi, & generādi, &c. i. & quia ſubiectū potentię nutritiuę, et augmentabilis, & generatiuę idē eſt, ſ. nutrimentum: * & iam diximus primo ꝙ via ad cognitionē ſubſtantiarum iſtarum virtutum non eſt niſi per cognitionē paſsiuorum earum primo: vnde neceſſe eſt primo incipere , & determinare cibum quid ſit, & nutrire quid ſit. Et, cum narrauit hoc, incępit demonſtrare quid eſt cibus .

Subiectū potentię nutritiuę, & augmentabilis , & generatiuę idē eſt. vi de 1. de Generatione . 39. & . 41.

*Supra tex. co. 33.

Videtur autem eſſe alimentum contrarium contrario: non omne C autem omni, ſed quæcunq; contrariorum non ſolum generationem habent ex inuicem. ſed & augmētum. fiunt enim multa ex inuicem, ſed non omnia : vt ſanum ex laborante Videntur autem neq; illa eodem modo adinuicem eſſe alimentum: ſed aqua quidem igni alimentum eſt, ignis autem non alit aquam. In ſimplicibus igitur corporibus hæc eſſe videntur maxime, aliud quidem alimentum, aliud vero, quod alitur .

Dicamus igitur quòd exiſtimatur quòd nutrimentum eſt contrarium contrario & non omne contrariū oī contrario, ſed contraria, q̄ non tantū fiunt ab inuicem, ſed etiam augentur. plura enim fiunt ab inuicem, ſed non omnia augentur: verbi gratia ſanum ab infirmo. Vidimus etiā quòd non eodem modo ſunt nutrimentum adinuicē: ſed aqua eſt nutrimentum ignis, ignis autem non eſt nutrimentum aquę. In corporibus autē ſimplicibus hæc duo proprie exiſtimātur, quòd alterum eſt nutrimentum, & alterum nutribile.

43 Dicit ꝙ existimatum est ꝙ nutrimentum est illud, quod est contrarium nutribili, sicut quidã existimati sunt. sed ista existimatio nõ est in omni cõtrario, sed in eis contrariis, quę non tñ fiunt abinuicem, sed etiam augmentantur. plura.n. contraria, quę generantur abinuicẽ, non augmentantur abinuicem: sanum enim fit ab infirmo, sed non nutritur ex eo. Et hoc intendebat, cum d. & non oẽ contrarium omni contrario, &c. & sermo eius est intellectus per se. & innuit p hoc contraria, quę sunt in substantia. ista enim existimantur augmentari abinuicem, & nutriri abinuicem. Et, cum declarauit ꝙ ista existimatio non inuenitur nisi in contrariis, quę sunt in substantia, & sunt ea, quę possibile est vt nutriri reputentur abinuicem, declarauit etiam ꝙ hoc non ęqualiter inuenitur in vtroq; contrario. contraria enim non videntur nutrire se adinuicem ęqualiter. Et d. Videmus etiam ꝙ non eodem modo sunt nutrimentum, &c. idest & ista existimatio non inuenitur in vtroq; contrariorũ, quę sunt in substantia ęqualiter, s. vt vtrũq; eorũ nutriat suum compar ęqualiter. aqua enim & vniuersaliter corpora humida videntur esse nutrimentum ignis: ignis autem non videtur esse nutrimentum alicui. Et, cum narrauit ꝙ ista existimatio debilis est, si accepta fuerit absolute, narrauit ꝙ ista existimatio tantum inuenitur in elementis, & d. In corporibus autem simplicibus, &c. i. existimare autem ꝙ nutriens est contrarium nutribili, non inuenitur proprie nisi in duobus his corporibus simplicibus: quorum alterũ est ignis, & alterum humidum, vt aqua, & aer.

Dubitationem autem habet. Dicunt.n. hi quidẽ simile simili ali, sicut & augeri. Aliis autem, sicut diximus, econtrario videtur, contrarium contrario, tanquam impassibile sit simile a simili. alimentũ autem mutari, & *digeri: mutatio autem omnibus in contrarium, aut in medium.

* concoqui

Sed in hoc est locus dubitationis. Quidam enim dicunt ꝙ simile nutritur per simile, & similiter etiam augmentatur. Et quidam ecõuerso, scilicet ꝙ contrarium nutritur per suum contrarium: simile.n. non patitur a suo simili & nutrimentum transmutatur, & digeritur: & transmutatio in quolibet est ad dispositionem oppositam, aut ad medium.

44 Sed ista existimatio, licet inueniatur in elementis per sensum, & inductionẽ, tñ in ipsa qõne est locus dubitationis ex propositionibus famosis. ẽ.n. sermo quidam, qui dat ꝙ nutrimentũ est sĩle, et alius, qui dat nutrimentũ esse contrariũ. D. d. rõnem super vtrũq; sermonẽ, & d. Quidã enim dicunt, &c. i. quidam enim Antiquorum opinabantur ꝙ nutrimentũ debet esse sĩle. quia sĩle nutrit suũ simile, et augmentat ipsum, contrariũ.n. transmutat suum contrarium: sed nõ nutrit ipsum, nec augmentat. Et, cum dixit hanc rõnem, dixit ẽt rõnem ꝙ nutrimentum est contrariũ, & d. Et quidam econuerso. i. & dixerunt hoc, s. ꝙ contrariũ nutritur a suo contrario, non a suo simili, quia opinati sunt ꝙ nutrimentum patitur a nutribili, & simile non patitur a suo simili: ergo nutrimentum non est simile. & cum viderunt etiam ꝙ nutrimentum transmutatur in nutribile, & patitur, & omnis transmutatio est a contrario ad contrarium, aut ad illud, quod est medium inter contraria: concluserunt ex hoc ꝙ nutrimentum est contrarium.

1. d Generatione. 39. & 1. co. 21.

Idẽ. 5 Ph. 9. 19. & 52. & 10. Met. 23. & 1. Phy. a 40. ad. 50.

Adhuc aũt alimentũ patitur aliquid ab eo, quod alitur, sed nõ hoc ab alimento. sicut neque Faber a materia, sed ab illo hæc. Faber autẽ mutatur solum in actum ex ocio. Verum autem sit alimentum id, quod vltimo aduenit an id, quod primo, habet differentiam. Si vero vtraq;, sed hoc quidem * indigestum, illud autem † digestum, vtroq; vtiq; modo cõtinget alimẽtũ dicere, inquantum enim *indigestũ, cõtrarium cõtrario alitur: inquantum aũt †digestũ, simile simili. Quare

* inconcoctum
† cõcoctum
* inconcoctum
† cõcoctum

A manifeſtum eſt quòd dicunt quodãmodo vtriq; et recte, et nõ recte.

Et ẽt nutrimentũ patitur quoquo mõ a nutribili, ſed nõ ecõuerſo. ſicut Carpentarius nõ a materia, ſed materia ab illo. Carpentarius autem tranſmutatur tantum ad actionem ex ocio. Inter hoc igitur, ꝙ nutrimentum ſit illud, quod copulatur in poſtremo, et hoc ſcilicet vt ſit illud, quod prius copulatur, eſt differentia. Si igitur nutrimentũm eſt vtrunq;, ſed hoc eſt illud, quod digeritur, illud autem quod digeſtum eſt, poſsibile eſt dicere ꝙ nutrimentum eſt vtrũq;. ſcdm.n. ꝙ eſt non digeſtum, contrarium nutritur a contrario: ſecundum vero ꝙ digeſtum, ſimile a ſimili. Quòd aũt vtraque iſtarum duarum ſectarum vere, et non vere dicit aliquo modo, manifeſtum eſt.

45 D. Et etiam nutrimentum patitur quoquo modo, &c. ideſt poteſt intelligi ꝙ iſte ſermo eſt quaſi ratiocinatio iuuans dicentem ꝙ nutrimentum eſt contrariũ, & remouens obiectiones contradicentes huic ſermoni. Poteſt enim aliquis dicere ꝙ, ſi nutrimentum eſſet contrariũ nutribili, oporteret vt vtrunque tranſmutaretur a ſuo compari, & pateretur ab eo. & quaſi dicit reſpondendo ꝙ nutri-

B mentum eſt quod patitur a nutribili, non nutribile a nutrimento. Non enim eſt neceſſe vt ab omni patiente patiatur agens eo modo, quo patiens patitur ab eo. lignum enim patitur a Carpentario, ſed Carpentarius non patitur a ligno: niſi aliquis vocet illam tranſmutationem, quę eſt ex ocio ad operationem, paſsionẽ. *Et forte prçponebatur iſte ſermo ad illud, qđ vult de diſſolutione iſtius dubitationis, & ad demonſtrandũ illud quod collocatur de vero in vtroq; iſtorũ duorũ ſermonũ oppoſitorũ. Quoniã, cum hoc fuerit ſcitum de nutrimẽto, & nutribili, ſ. ꝙ nutrimẽtum eſt illud, quod tranſmutatur in formam nutribilis, non nutribile in formam nutrimenti, neq; vtrũq; a ſuo compari ęqualiter. Et ꝙ ita eſt de nutrimẽto & nutribili, ſicut de Carpentario ad lignũ, nõ ſicut cõtraria, quorum eadem materia, declarabit̃ ſtatim, cũ nutrimentũ dr̃ duobus modis. Dicitur.n. de illo, qđ adhuc non digeritur, neq; tranſmutatur in naturam nutribilis: & dicitur etiam de illo, quod digeſtum eſt, & tranſmutatur in naturam nutribilis, ꝙ cibum eſſe ſimilem vere dicitur de digeſto, & contrariũ de indigeſto. Et ideo dicit poſt. Inter hoc igitur ꝙ nutrimentũ, &c. i. &, cum nutriens eſt illud, quod alterat nutrimentũ in ſubſtantiã ſuam, manifeſtũ eſt ꝙ magna differentia eſt inter hoc, quod fit nutrimentum, & inter hoc, qđ copulatũ eſt cum nutribili apud cõplementũ digeſtionis, & inter illud, quod innatũ eſt vt copuletur cum nutribili,

C ſed nondum copulatur. D.d. Si igitur nutrimentũ eſt vtrunq;, &c. i. ſi igitur hoc nomen nutrimentum dr̃ de vtroq;: ſed alterum eorũ eſt nutrimentũ in potentia, cum innatũ eſt digeri, ſed tñ adhuc non digeritur: alterum aũt eſt nutrimentum in actu, & illud eſt, quod iã digeritur: vere poſſumus dicere vtrunq; de cibo, ſ. ſimile, & diſsimile ſine aliqua contradictione. Hi.n. duo ſermones non eſſent cõtrarij, niſi hoc nomen nutrimentum diceretur eodem modo. Nutrimẽtum.n. non digeſtum eſt nutrimentum in potentia, qđ vere poteſt dici contrarium: nutriens.n. non agit in ipſum, niſi ſecundum ꝙ eſt contrarium. nutrimẽtum aũt digeſtum põt dici ſimile: non.n. eſt pars nutribilis, niſi ſcđm ꝙ eſt ſimile. D.d. Quod aũt vtraq; iſtarũ duarũ ſectarũ &c. i. manifeſtum eſt igitur ex hoc ſermone, ꝙ in ſermone vtriuſque iſtarũ duarum ſectarum eſt aliqua pars vera, & aliqua falſa.

Quoniam autem nihil alitur non participans vita, animatum vtiq; erit corpus quod alitur, inquantum animatum. quare et alimentum ad animatum eſt, et non ſecundum accidens.

Et, quia nihil nutritur, niſi habeat partem in vita, ideo corpus animatum eſt nutribile ſecundum quòd animatum. nutrimentũ enim attribuitur animato non accidentaliter.

Primus modus introducẽdi textũ.

Non eſt neceſſe vt ab omni patiẽte patiatur agẽs eo modo, quo patiens patitur ab eo. Idem 2. Cęli. 42.

*Scđus modus.

Nutrimẽtũ dicitur duobus modis. Idem primo de generatione. 39.

46 Et, quia nihil videtur nutriri, nisi cõicet in aliqua intentione, de quibus dicitur hoc nomen vita, vt declaratum est, ideo corpus animatũ est nutribile, scd̃m ꝙ est corpus aïatum. nutrimentum.n.non attribuitur aïato, nisi scd̃m ꝙ habet aïam, non scd̃m ꝙ est corpus. Ista igitur actio attribuitur aïę essentialiter, non accidentaliter: & * pars substãtia aïę, cui attribuitur ista actio, non est nisi virtus, quę innata est habere istam actionẽ. cum igitur cognouerimus hanc actionem proprie, tunc cognoscemus substantiam istius virtutis proprie. D

* a .l. partis animę suba.

Est autem esse aliud alimento, & augmentatiuo. secundum enim quod quantum quoddam est, augmentatiuum est, secundum autem ꝙ hoc aliquid, & substantia, alimentum. conseruat enim substantiã, & eousque est, quousque alitur. Et generationis quoq; factiuũ est, non eius, quod alitur, sed talis, quale id, quod alitur. iam enim est ipsa substantia. generat autem nihil ipsum seipsum, sed conseruat.

Nihil seipm generat, sed saluat.

Et esse nutrimentum est aliud ab esse augmentum. est autem nutrimentum scd̃m hoc, & substantia, quia conseruat substantiam nutribilis, quoniam semper nutritur. Et est agens generationem, non quia se generat, sed quia facit generationem nutribilis. illud enim habet esse. & nihil generat se, sed se conseruat. E

47 Vult distinguere tres actiones nutrimenti, scilicet nutrire, & augmentare, & generare, & d. Et esse nutrimentum, &c.i. & aliquid esse nutrimentum, aut nutritiuum aliud est ab esse augmentatiuũ. Nutrimentum.n.dicitur, scd̃m ꝙ conseruat substantiã rei nutribilis, ne corrumpatur. dat enim ei aliquid loco dissoluti. & ideo permanet in esse, dum nutritur: &, cum cessat nutrimentum, corrumpitur. Est vero augmentatiuum, scd̃m ꝙ perficit quantitatẽ naturalẽ eius. qd̃ diminuitur in principio propter necessitatem. sed tacuit hoc, qm̃ dr̃ia inter augmentũ, & nutrimentũ est manifesta. si forte non esset diminutio scriptoris. Et, cum diuisit has duas actiones, incœpit dicere tertiã actionem, quę est generare, & dixit. Et est agens generationẽ, &c.i. & nutrimentũ habet altã actionẽ a conseruatione & augmentatione, s. generare. D. exposuit generationẽ, & d. non generationem nutribilis, sed generationẽ similis nutribili, i. in specie. D.d. illud.n. habet esse. potest intelligi, i. illud enim. quoquo modo est suum esse, & conseruat generabile vt pmaneat vnum in specie, vt prędiximus. D.d. & nihil gñat se, sed conseruat se. i. & dr̃ia inter has duas actiones est ꝙ nutrire est cõseruare se, & gñare est gñare alterum, non se. impossibile.n. est vt aliquid generet se.

Quare huiusmodi animæ principium potentia est talis, vt conseruet habẽs ipsam, secundum quòd est huiusmodi. Alimentum aũt pręparat ad operandum. vnde priuatũ alimento non potest esse. F

Hoc igitur principium est virtus animæ, quæ potest conseruare illud, quod est ei, secundum omnẽ dispositionem. Et nutrimentũ est illud, per quod præparatur ad agere. & ideo, cum nutrimentum deficit, impossibile est vt sit.

48 Et, cum declaratum est ꝙ istę actiones sunt diuersæ scd̃m diuersitatem suorũ finiũ: licet subiectũ sit idẽ, s. nutrimentũ: & est necesse vt istę actiones sint attributę alicui virtuti animę. Et, cum ita sit, necesse est vt hoc principiũ animę, s. virtus nutritiua, sit virtus, quę põt cõseruare ens in sua forma scd̃m dispõnem, i. scd̃m aliquã dispõnem conseruationis. Et d. hoc. quia sunt aliquę virtutes, quę cõseruãt esse scd̃m oẽm dispositionẽ, & oẽs partes eius eodẽ modo, s. * virtutes corporũ cœlestium. D.d. Et nutrimentũ est illud, per quod pręparatur, &c.i. & nutrimentum est instrumentum, per quod facit hanc actionem. & ideo, cum ista virtus caret nutrimento, tunc non habet hanc actionem, quemadmodum Carpentarius, cum caret serra, tunc non potest secare.

* Virtutes corporũ cœlestiũ cõseruant esse secundũ oẽm dispõnem, & oẽs ptes eius eodem mõ. Idem.

A Quoniam autem sunt tria, quod alitur, & quo alitur, & alens: alens quidem est prima anima, quod vero alitur est habens hanc corpus, quo autem alitur alimentum. Quoniam aũt a fine appellare omnia iustum est: finis autem est generare quale ipsum: erit vtiq; prima anima generatiuum quale ipsum.

1. Cœ. 22. et 2. ca. de substãtia orbis. Sed vide op po. in 5. ca. de suba orbis: vbi vi detur dicere pmanẽtiã cę li non esse a virtute. Vide cõtra Zim.

Sunt igitur tria, nutribile, & per quod hoc nutritur, & nutritiuũ. nutritiuum igitur est prima anima: nutribile autem corpus: illud vero, per quod nutritur, est nutrimentum. Et quia oportet vt omnia sint vocata ex suis finibus: & finis est generare simile: ideo prima anima est generans simile.

Cum descripsit hoc principium animę, & descripsit nutrimentum, reuersus est ad distinguendum intentiones istorum nominum, quę denominantur a nutrimento, & d. Sunt igitur tria, &c. i. & manifestum est per se tria esse diuersa secundum diuersitatem rerum relatiuarum. quorum vnum est nutribile: & secundũ illud, per quod nutritur: tertium autem est nutriens. Et iam declaratum est ꝙ illud, quod nutrit, est anima, cui attribuitur hęc actio: vnde manifestum est ꝙ nutriens est anima principia aliarum virtutum, quę attribuuntur nutrimento. Et intendit hic per primam priorem naturaliter: & ꝙ nutribile est corpus: & illud, per quod nutritur, est cibus. D. d. Et quia oportet vt omnia. i. quia oportet vt omnia appellentur ex suis finibus, cum hęc causa finalis sit dignior essentię rei omnibus causis, necesse est vt anima nutritiua describatur per actionem, quę est suus finis, & est generare simile, non per actionem nutriendi, quę est cõseruare, vt prędiximus. Dicendum est igitur ꝙ anima nutritiua est virtus, quę est innata generare a cibo sibi simile indiuiduo, in quo existit in specie: cum omnes suę actiones non sint nisi propter hanc virtutem. & hoc manifestum est in plantis, & animalibus. 49

B

Cã finalis ẽ dignior oĩb⁹ cãis. Idẽ 3. Me. cõ. 2.

Est autẽ id, quo alitur, duplex: sicut & quo gubernatur, & manus, & temo. hoc quidem quod mouet & quod mouetur, illud autem * qd mouet solum. Omne autem alimentum necessarium est cõcoqui posse. operatur autem concoctionem calidum. vnde omne animatum habet calorem. Figura igitur alimentum quid sit, dictum est, exactius autem manifestandum posterius de ipso in propriis sermonibus.

* a. i. quod mouetur.

C Et illud, per quod nutritur, est duplex: quemadmodum illud, per quod gubernatur nauis, & manus, & remus. quorum vnum est motor & motum, & aliud est mouens tantum. Et oportet necessario vt omne nutrimentum possit digeri. & faciens digestionem est calidum. vnde omne animatum habet calorem. Iam igitur diximus secundũ descriptionem quid sit cibus. & post exponemus sermonem in eo.

Cum demonstrauit modos actionis animę nutritiuę, & descripsit eam, & descripsit nutrimentum, incœpit declarare modo instrumentum primum, & per quod ista anima agit in cibum. iam enim fuit dictum vniuersaliter ꝙ definitio aię est perfectio corporis organici. Et d. Et illud, per quod nutritur, &c. i. & illud, per quod cõpletur actio nutrimenti, est duplex, s. primum mouens, quod non mouetur cum mouet: & primum mouens, quod mouet & mouetur, & est illud, quod est de primo motore quasi subiectum, & primus motor de eo quasi forma. Et de hoc, quod dixit, quędam declarauit hic, & quędam in sermonibus vniuersalibus. Quod igitur declaratum est hic, est, ꝙ anima nutritiua est primũ mouens in cibo, quod agit in cibo per calorem, per quem fit digestio. Vtrum autem oportet vt moueat, & non moueatur, secundum quod est primum mouens, & ꝙ calor moueat, ita ꝙ moueatur a primo motore, hoc declaratum est in 50

Documẽtũ.

In.8.Phy.a 37.vsque ad 44. & maxime in.43. sermonibus vniuersalibus. declaratum est enim illic ꝙ omnis primus motor, si fuerit corporalis, componitur ex motore non moto, & ex motore moto, secundum ꝙ componuntur res ex materia & forma.* Sed est dubitatio in hoc, quod dixit. Motus enim virtutis nutritiuę est in capitulo alterationis: & illud, qđ
Digressio. mouetur ex se, quod componitur ex motore non moto, & ex motore moto,
* Obiectio. non inuenitur nisi in motu locali. In motu autem alterationis non inuenitur motum ex se. non enim est necesse ꝙ primum alterans corporeum alteretur, &
Idem primo de Aia.26. &.8.Physi. 30. &.60. tunc alteret, sicut est necesse in primo motore corporeo, scilicet vt non moueat in loco, nisi moueatur. Quomodo igitur dixit hic ꝙ alterum eorum est mouens & motum, & alterum mouens tantum: & dedit exemplum de rebus mouentibus in loco? &, si hic esset locutus de motu locali animalium, tunc exemplum
Prima solu. esset verum. Dicamus igitur quod propinquum alterans cibum debet esse corpus manifestum est, Quoniam vero corpus alterans non sufficit in essendo
Supra tex. cõ.41. primum mouens istud motum, declaratum est prius, quando d. ꝙ calor non sufficit in agendo actionem alteratiuam terminatam, nisi sit illic alia virtus, quę non est corpus, sed est in corpore. corpus igitur, quod est primum alterans, cõponitur ex alterante, quod non alteratur, scilicet anima, & ex alterante alterato, scilicet calore naturali. Declaratum est igitur ꝙ illud, per quod fit nutrimentum, est duplex, scilicet alterans non alteratum (omne enim alteratum est corpus) & istud est anima: & est alterans alteratum, scilicet calor naturalis. Hoc igitur nomen motus large, & vniuersaliter accipitur in hoc loco. & secundũ hanc expositionem non indigemus illo, quod declaratum est in illo sermone, scilicet ꝙ primus motor in loco componitur ex motore non moto, & ex moto-
Scda solu. re moto. Et possumus dicere ꝙ calor naturalis non alterat cibum, nisi primo moueatur in loco. declaratum est enim ꝙ motus localis antecedit cęteros mo-
8. Ph. a.55. vsq; ad. 61. tus: & maxime istum motum, qui est terminatus, scilicet qui alterat rem in alia hora, & alia non: & etiam non alterat tantum, sed attrahit & expellit cibum. & hoc est motus localis. Et secundum hanc expositionem erit demonstratio manifesta. Sed prima expositio videtur magis conueniens: & etiam fuit exẽplum largiter acceptum. manus enim non est primus motor nauis, qui non mouetur, sed ipse gubernator. Et, cum declarauit ꝙ anima nutritiua est forma in corpore, cum propinquum alterans corpus, quod est cibus, necessario debet esse
Exponit secundã partẽ tex. corpus: & ꝙ forma sit alterans non alterata, cum sit non corpus: & ꝙ corpus alterans est alteratum, incœpit declarare quid est hoc corpus, & d. Et oportet necessario vt omne nutrimentum, &c. idest & oportet necessario vt omne nutrimentum, quod iam est nutrimentum in actu, digeratur per corpus alterans, quod est instrumentum animę nutritiuę. &, cum hoc corpus debet esse alterans, & digerens: & tale est corpus calidum: vnde Antiqui dixerunt ꝙ ignis nutritur: oportet necessario vt omne habens animam nutritiuam habet calorem: sed nõ
Quarto Meteororũ.t.4. absolute, immo calorem naturalem. declaratum est enim in Quarto Meteororum quod illud, quod facit digestionem, est calor conueniens illi enti, non extraneus. Deinde dicit. Iam igitur diximus secundum descriptionem. idest vniuersaliter, & largiter, &c. idest & complementum sermonis in vnaquaque parte eorum, ex quibus constituitur nutrimentum, exponendum est post in loco cõuenienti. Et dixit hoc: quia sermo de nutrimento, & augmento non perficitur
Sermo de nutrimento & augmẽto nõ pficitur nisi in pluribus libris. nisi in pluribus libris. In libro enim de Generatione, & corruptione determinatus est motus augmenti & diminutionis. In Meteoris autem determinati sunt modi calorum, & modi actionum, vt decoqui, & assari. Et in hoc libro etiam declaratus est primus motor in istis motibus. Et in libro etiam de Animalibus determinatum est quot sunt instrumenta istius virtutis in vnoquoque animali: & quomodo completur actio per ipsam in vnoquoque eorum: & per quot membra: & quomodo seruiunt illi illa membra: & qualis est proportio eorum in ista actione adinuicem, & huiusmodi. & ideo dixit ꝙ illud, quod declaratum est hic de nutrimento, non est nisi primus motor, & primum instrumentum.

A *Summa Quarta. De potentia Animæ sensitiuæ.*

Caput Primum. Sensum passionem esse, eumq; aliquando potentia, aliquando uero actu esse; pati autem tum a simili, tum uero dissimili.

Determinatis autem his, dicamus communiter de omni sensu: Sensus autem in eo quod est moueri aliquid, & pati accidit, sicut dictum est. videtur enim quædam alteratio esse. Aiunt autē quidam & simile a simili pati, hoc autem quomodo possibile sit, aut impossibile, dictum est in vniuersalibus sermonibus de ipso agere, & pati.

Vide cōtra, Zim.

Et, cum iam determinauimus ista, dicamus iam in omni sensu vniuersaliter. Dicamus igitur quòd sentire accidit secundum motum, & passionem aliquam, sicut diximus. existimatur enim ꝙ sensus sit
B aliqua alteratio. Et quidem dicunt quòd simile patitur a suo simili, & dissimile a dissimili. & iam diximus in sermonibus vniuersalibus de agere, & pati, quomodo possunt fieri, aut non fieri. & in hoc loco etiam locuti sumus de eo.

51 Cum fuit locutus de virtute nutritiua, incœpit loqui de sensibili, & primo de illo, quod commune est omnibus sensibus, & d. Dicamus igitur ꝙ sentire, &c. i. dicamus igitur ꝙ sentire fit per aliquam passionem, & motū in sensibus a sensibilibus, non per actionē sensuum in sensibilia. hoc. n. est primum consyderatum de sensu, scilicet vtrum sit numeratus in virtutibus actiuis, aut passiuis. * Et, cū posuit ipsum in genere virtutum passiuarum, dedit causam istius existimationis, & d. existimatur. n. &c. i. & diximus ꝙ sensus fit secundum passionem: quia existimatur ꝙ sensus alterantur a sensibilibus aliquo modo alterationis. Et dixit aliqua, vt notet proprium. quia † post declarabitur ꝙ ista transmutatio nō dicitur alteratio, nisi multipliciter. D. d. Et quidam dicunt ꝙ simile, &c. i. &, cum posuerimus ꝙ genus sensus est passio, consyderandum est in quibus existimatur passio. quidam enim dicunt simile pati a suo simili: & quidam econtrario, scilicet ꝙ contrarium patitur a suo contrario. Et intendebat hic per sermones vniuersales librum de Generatione & corruptione. * & non sufficit ei, qd
C declaratum fuit in illo libro, quia sermo hic videtur magis proprius. subiectum enim, de quo loquitur hic, magis proprium est subiecto, de quo loquebatur illic. & primo incœpit dare dubitationem in hoc, quod posuit, ꝙ sensus est de virtutibus passiuis, non actiuis.

Primū cōsyderatū d sensu est vtrū sit numeratus in virtutibus actiuis, aut passiuis.

* Sēsus ē de virtutib' passiuis. Idē in cō. sequēti: & infra t.c. 59. & . 60. Idē.3.d Aīa cō.18.auctē Alexandri. Idē.7.Phy. cō.12.sed vide oppositū. cō.37. & in hoc secūdo, vbi dicit animā esse cām effectiuā cuiuslibet motus t. veri q. existimati.

Habet autem dubitationem, propter quid sensuum ipsorum non sit sensus: & quare sine iis, quæ sunt extra, non faciunt sensum, in existente igne, & terra, & aliis elementis, quorum est sensus per se, aut scdm ea, quę accidūt his. Manifestum igitur est ꝙ sensitiuum non est actu, sed potentia tantum. vnde non sentit. sicut combustibile non comburitur ipsum per se sine combustiuo. cōbureret enim seipsum, & nihil indigeret ignis actu existentis.

Sed est irrationabile, quare sensus non sentiunt se: & quare etiam nullus sensus agit absque extrinseco, & ex eis sunt ignis, & terra, & alia elementa, & sunt illa, quæ comprehenduntur a sensu per se, & accidētia cōtingentia eis. Dicamus igitur ꝙ sensus nō est in actu, sed

Vide cōtra. Zim.

† Infra. t. c. 57. & .3. hu-

tantum in potentia. & ideo non sentimus. quemadmodum combustibile non comburitur a se absque comburente. &, si hoc non esset, cóbureret se, & non indigeret quod ignis esset in actu.

52 Cum posuit sensum esse de virtutibus passiuis, incępit dubitare dubitationem *cogentem vt sit de passiuis, non de actiuis. & hoc, si non intendit per existimationem certificationem, multoties enim vtitur existimatione pro certitudine. Et d. Sed est irrationabile, quare sensus non sentiunt se. idest vt mihi videtur, sed est irrationabile; cum posuerimus φ virtutes sensitiuę sunt actiuę, dicere quare sensus non sentiunt ex se absque extrinseco. necesse enim est, si virtutes sensus essent actiuę, vt sentirent ex se: & non vt indigerent in sentire aliquo extrinseco. D. d. & ex eis sunt ignis, & terra, & alia elementa. i. & sensuum quidã attribuitur in sua compositione vnicuique elemento: & ista sunt sensibilia. oportet igitur vt sentirent se. & hoc intendebat, cũ d. & accidentia contingẽtia eis. i. contingentia istis sensibilibus, ex quibus componuntur instrumenta istorum sensuum. * Et, cũ narrauit φ est irrationabile dicere quare sensus nõ sentiũt absq; extrinsecis, si posuerimus sensus esse ex virtutibus actiuis, incœpit narrare modum, secundum quem erit responsio huic quęstioni, & dixit, Dicamus igitur φ sensus non est in actu, sed in potentia, &c. idest dicamus igitur in respondendo φ sensus non est ex virtutibus actiuis, quę agunt ex se, absque eo φ indigeant in actione, quę prouenit ab eis, motore extrinseco: sed, quia sunt ex virtutibus passiuis, quę indigent motore extrinseco. & ideo non sentiunt ex se. quemadmodum combustibile non comburitur ex se absque motore extrinseco, scilicet igne. & quemadmodum combustibile, si esset combustibile ex se, tunc possibile esset vt combureretur sine igne extrinseco existente in actu: sic sensus, si sentirent ex se, secundum φ sunt virtutes actiuę, tunc possibile esset vt sentirent absque extrinseco. Et debes scire φ hęc est † prima differentia, qua virtutes animę differunt abinuicem: & est principium consyderationis de intellectu, de aliis virtutibus. virtus autem nutritiua manifestum est ex prędictis, φ est ex virtutibus actiuis.

Quoniam autem sentire dicimus dupliciter: potentia enim & audiens, & videns audire, & videre dicimus, & si fuerit dormiens, & qđ iam est operans: dupliciter vtique dicetur & sensus, hic quidem vt potentia, ille vero vt actu. Similiter autem & ipsum sentire, & quod potentia existit, & quod actu.

Et, quia dicere φ aliquid sentit est duobus modis: qđ enim in potẽtia audit, & videt, dicimus ipsum audire, & videre, licet sit dormiẽs: & illud, quod peruenit ad agere, dicimus in eo hoc: vnde sensus dicitur potentia, & actu. Et similiter oportet vt sentire etiam dicatur duobus modis, de potentia, & actu.

53 Cum declarauit φ sensus est ex virtutibus passiuis non actiuis: & ista habent duplex esse, s. esse in potentia, antequã virtutes eius perficiantur a motore extrinseco, & esse in actu, qñ fuerint perfectę & inuentę in actu a motore extrinseco: incœpit declarare φ hęc duo cõtingunt virtutibus aię, & d. Et quia dicere φ aliquid sentit, &c. i. &, quia manifestũ est per se φ dicere φ aliquid sentit est* duobus modis. Quorũ vnus est, cum dixerimus in aliquo audiẽti, & videnti in potẽtia, qđ audit, & videt: vt dicimus de dormiente. & hoc intendebat, cũ dixit. qđ. n. in potẽtia audit, & videt, &c. i. qđ. n. est in potentia ꝓpinqua audiens, & videns dicitur secundum consuetudinem audiens, & videns: licet sit dormiens, qui est magis remotus aliis modis potentię. quod enim est in obscuro est videns in potentia. sed ista potentia est propinquior actui, quã † potẽtia, quę est in visu dormientis. D. d. & illud, quod peruenit ad agere, dicimus in eo hoc. i. & illud, quod peruenit de rebus sensibilibus vt videat, & audiat, & vniuersa-

* a. l. contingentem.

Existimatio quãq; sumitẽ pro certitudine. Idẽ. 1. huius cõ. 19

* Ex hoc loco colligitẽ φ sẽsatio sẽsus exterioris nõ fiat sine pñtia sensibiliũ exteriorũ. cõtrã vide ifra .t. c. 59. & 60. & cõ. 156. Sed vide oppositũ in Auer. sup cõ. suo de sõno & vigi. circa dimidiũ, vbi hẽt φ dormiẽs sentit se videre, & audire, & olfacere, & gustare, & tãgere sine aliquo extrinseco sensibili. Vide cõtra. Zim.

† Prima differẽtia, qua virtutes aię differunt ab inuicem, est penes actiuum, & passiuum. Idem 3. de Anima cõ. 1.

* Sensus est duobus modis, in potentia, s. & in

D

E

F

A liter sentiat, dicitur ꝙ audit, & videt, & vniuersaliter sentit. Et, cum declarauit ꝙ hoc nomen sensus dicitur de vtraque intentione, dixit. Et similiter oportet vt sentire etiam dicatur duobus modis, de potentia, & actu, &c. i. & similiter oportet vt sentire, quod est actio sensus, dicatur etiam duobus modis, sicut de habitu, & forma, ex quibus prouenit sentire.

Primum igitur tãquam sit idem pati, & moueri, & agere dicimus. Etenim motus est actus quidam, imperfectus tamen, quemadmodũ in aliis dictũ est. omnia *autem patiuntur, & mouentur ab actiuo, & actu existente. Quapropter, est quidem vt a simili patiantur, est autẽ vt a dissimili, sicut diximus. patitur enim quod dissimile est: passum autem simile est.

Sermo igitur noster primo non est secundum ꝙ pati, & moueri est idem cum agere, & mouere. Motus enim est aliqua actio, sed non perfecta, vt dictum est in aliis locis. & omne, quòd patitur, & mouetur nõ patitur, & mouetur nisi ab aliquo agente in actu. Et ideo pati quandoque est a simili, quandoque a dissimili. & scdm ꝙ diximus, B dissimile est illud, quod patitur: & postquam patitur, fit simile.

Cum declarauit sensum esse ex virtutibus passiuis, & ꝙ est duobus modis, dixit. Sermo igitur noster, &c. i. & magna differentia est inter sermonẽ de sensu, opinando in eo ꝙ est virtus passiua, & sermonem de eo, opinando ꝙ est virtus actiua. sermo enim de aliquo, scdm ꝙ opinamur in eo ꝙ suum esse est pati & moueri, alius est a sermone in eo, secundum ꝙ opinamur ꝙ suum esse est agere & mouere. Et, cũ narrauit hoc, dedit differentiã inter vtrunq;, & d. Motus. n. est aliqua actio, sed nõ perfecta. i. & hęc duo genera essendi sunt diuersa. esse. n. vnius generis est de genere esse motus: & iam declaratum est quod motus est actio non perfecta: est. n. perfectio alicuius existentis in potentia scdm ꝙ est in potentia: esse aũt alterius generis est actio perfecta. Deinde dedit aliam differentiam inter vtrunq; esse, & d. & omne, quod patitur, & mouetur &c. i. & differũt etiã, qm̃ omne numeratũ in genere passionis nõ habet esse nisi ab aliquo, s. agente. &. iõ, si agens nõ fuerit, hoc nõ erit. omne aũt numeratũ in genere actionis habet esse ex se, nõ ex alio. D. d. Et ideo pati quandoq; est a simili, &c. i. & quia esse virtutum passiuarum est admixtũ ex potentia, & actu. passiuum. n. antequã patiatur, est contrarium agenti. &, cum passio cõpletur, est simile agenti. &, dum patitur, est admixtum. non enim cessat, dum mouetur, corrumpi in eo pars contrarii, & fieri pars similis. Et manifestum est ꝙ qui non intellexerit virtutes C passiuas in tali esse, non poterit dissoluere prędictam quęstionem: neq; etiam qui non concesserit ꝙ virtutes sensus sunt de virtutibus passiuis. Potest etiam dicere vtrum sensibile sit simile, aut contrarium. & hoc est fundamentum. & oportet vt conseruetur, sicut diximus in aliis virtutibus animę, & maxime in virtute rationabili, sicut apparebit post.

Diuidendum autem est & de potentia & actu. nunc enim simpliciter dicimus de ipsis. Est. n. sic sciens aliquid, sicut si dicamus hoiem scientem, quoniam homo scientium est, & habentium sciam. Est aũt, sicut iam dicimus scientem habentem grammaticam. Vterq; autem horum non eodem modo potens est, sed ille quidem, quia genus huiusmodi, & materia est: hic aũt, quia volens potens est speculari, nisi aliquid prohibeat eorum, quæ extrinsecus.

Et oportet nos determinare ẽt potentiã, & perfectionẽ: qm̃ in hoc loco locuti sumus de eis simpliciter. Dicamus igit ꝙ intendimus, cũ dicimus quòd aliquid, v. g. homo, est sciẽs, quòd hõ est de habẽtibus

actu. Idẽ infra. t. cõ. 138 139. & 141. &. 142. & 156.

† Potentia visus existẽtis in obscuro ẽ propinquior actui, quam potentia, quę ẽ in visu dormiẽtis.

* Oĩa patiũtur, et mouẽtur ab actiuo, & actu ente. Idem 3. Phy. t. 17. 54 2. de Gene. t. 51. & . 9. Met. te. 20.

Passiuum, antequam patiatur, est contrarium agenti. et cũ passio completur, est simile agenti. & dum patitur, ẽ admixtũ sibi, et cõtrario. cõsile supra. t. co. 45. & 1. de Gñatione. t. c. 48. & 49

ſcientiam. Et quandoque dicimus hoc, ſicut dicimus de eo, qui iam acquiſiuit ſcientiam grãmaticę, ꝙ eſt ſciens. Sed potentia in vtroque iſtorum non eſt eodem modo. ſed potentia primi eſt, quia ſuum genus eſt tale: ſecundi autem eſt, quia cum voluerit, poteſt inſpicere, dũ aliud extrinſecum non impediat ipſum. D

55 Cum declarauit ꝙ ſenſus dicitur duobus modis, potentia, ſ. & actu: & etiam vtrunq; iſtorum dicitur duobus modis, incępit determinare hoc, et d. Et oportet nos determinare etiam, &c, ideſt & oportet nos, cum ſciuerimus ꝙ ſenſus inuenitur duobus modis, potentia, ſ. & actu, determinare intentiones, de quibus dicit̃ potentia, & perfectio, & actus ſimpliciter: cum in hoc loco non ſumus locuti de eis niſi ſimpliciter. Et, cum dedit cauſam, propter quam oportet loqui in hoc loco de potentia, & actu ſimpliciter, ſ. quę exiſtunt in ſenſu ſimpliciter, dixit Dicamus igitur ꝙ intendimus, &c. i. dicamus igitur ꝙ manifeſtum eſt ꝙ, cum diximus ꝙ aliquid eſt tale in potentia, ꝙ hoc intenditur duobus modis, aut ſicut dicimus ꝙ homo eſt ſciens in potentia, ideſt innatus ſcire: aut ſicut dicimus in ſciẽte grammaticam in actu, ꝙ eſt ſciens in potentia, quando non vtitur ſua ſcientia. Et, cum declarauit iſtos duos modos potentię, dedit differentiam inter eos, & d. Sed potentia, quę eſt in vtroq;, non eſt eodem modo, &c. ideſt ſed intentio potentię in vtroq; eorum non eſt eadem: ſed, cum dicimus ꝙ ignorãs eſt ſciens in potentia, intendimus ꝙ genus eius, & materia eſt receptibile ſcientię. Et, cũ dicimus in ſciente grammaticam ꝙ eſt ſciens in potentia, dicimus ꝙ habet potentiam conſyderandi grammaticam cum voluerit. E

Alius aũt iam ſpeculans, actu exiſtens & proprie ſciens hanc literam A. Ambo igitur primi ſecundum potentiam ſcientes ſunt ſed ille qui dẽ p diſciplinam alteratus, & ſæpe ex contrario mutatus habitu: hic aũt ex eo, quod habet ſenſum, aut grammaticam, non agit autem, ad agendum, alio modo.

Qui autem conſyderat eſt in perfectione, & in rei veritate ſciens hoc. Illi igitur duo primi ſunt ſcientes in potentia. ſed alter eorum, cum alterabitur per doctrinam, & mutabitur multotiens ex habitu ad diſpoſitionem contrariam. alter autem, cum mutabitur ex habere ſenſum, aut ſcientiam grammaticę, ſed non intelligit, quouſque agat. modus igitur eius eſt alius.

56 Ideſt ſciens aũt grammaticam, conſyderando in ea, eſt ſciens ſecundum vltimam perfectionẽ: & tale dicimus ſciens in rei veritate. hoc aũt, de quo conſyderat nõ in eo ꝙ ſcit illud, ſi nõ conſyderat actu de eo. D. d. Illi igitur duo primi ſunt ſcientes in potentia, ſ. ignorans, & ſciens, qñ non vtitur ſua ſcientia. D. d. ſed alter eorum &c. ſed alter eorũ mutabitur ex potentia in actum, cum alterabitur per doctrinam, & mutabitur multotiens ex habitu ad diſpoſitionem contrariã, & ex diſpoſitione contraria ad habitum, quouſque habitus ſit firmus, & fixus. Et intendit per habitum formam ſcientię: & per diſpoſitionem contrariam ignorantiam. Deinde dicit. alter autem cum mutabitur ex habere ſenſum, aut ſcientiam grammaticę, ſed non intelligit, quouſque agat. ideſt & alter exit de potentia in actum, & in vltimam perfectionem, quando mutabitur ex habere ſenſum in actu aut ſcientiam grammaticę in actu in tempore, in quo non intelligit ab eo, quouſque agat ab eo, modus igitur iſtius virtutis eſt alius modus. F

Non eſt autem ſimplex neque ipſum pati. ſed aliud quidem corruptio quædam a contrario, aliud autem ſalus magis eius, quod eſt potentia, ab eo, quod eſt actu, & ſimili ſic, vt potentia ſe habet ad actum. Speculans. n. fit, habẽs ſcientiã. qđ quidã aut non eſt alterari,

in ipſum

A in ipſum.n.additio eſt, & in actum:aut alterũ genus alterationis eſt.

Et paſsio etiam non eſt ſimpliciter.ſed quædã eſt aliqua corruptio a contrario.& quedã videtur magis eſſe euaſio eius, quod eſt in potentia,ab eo,qđ eſt in actu:& eſt ſimile Iſta igitur eſt diſpoſitio eius, quod eſt in potentia apud perfectionem . non.n.conſyderat niſi habens ſcientiam. & hoc aut non eſt alteratio , additio enim in ipſo eſt ad perfectionem:aut eſt aliud genus perfectionis.

Et hoc nomen paſsio non ſignificat eandem intentionẽ ſimplicem,ſed quędã 57
eſt paſsio,quę eſt corruptio patientis a contrario,a quo patitur: vt paſsio calidi a frigido, & humidi a ſicco . Deinde dicit & quędam videtur magis,&c.ideſt etiã eſt paſsio,quę eſt euaſio patientis in potentia ab eo,quod eſt in perfectione & actu,ſecundum ꝙ illud,quod eſt in actu,eſt ſimile non contrarium,ſ.extrahẽs ipſum a potentia ad actum,econuerſo diſpoſitioni in prima paſsione. Deinde d. Iſta igitur eſt diſpoſitio,&c.i.et iſte vltimus modus paſsionis eſt diſpoſitio eius, quod eſt in potentia ex anima apud perfectionem mouentem illud , quod eſt in potentia,& extrahentem eam in actum non ſecundum primum modum paſsio-
B nis.Deinde d.non enim conſyderat,&c.i.& iſte modus paſsionis eſt ex modo, qui eſt euaſio patientis ab eo,quod eſt in actu,mouẽs ipſum,non corruptio eius . non enim conſyderat in aliquo,poſtq̃ nõ conſyderabat,niſi qui ſcit illud.& hec non eſt alteratio ſcđm primã intentionem,quę eſt corruptio patientis.D.d.additio.n.in ipſo eſt ad perfectionem,&c i.&, quia iſta transmutatio non eſt ex non eſſe,ſed eſt additio in tranſmutabili,& ire ad perfectionem , abſq; eo ꝙ ſit illic corruptio,aut mutatio ex non eſſe,ponitur ſicut mutatio ex ignorantia ad ſciam. Et quaſi intendit ꝙ hoc eſt magis remotum a vera alteratione duobus modis. alteratio.n.quę eſt euaſio patientis,eſt duplex : alteratio , ſ.de non eſſe ad perfectionem,& alteratio de prima perfectione ad vltimam.& hęc eſt additio, quã innuit.D.d.aut eſt aliud genus alterationis.i.& iſte modus,qui eſt euaſio patientis,aut dicetur alteratio,aut erit aliud genus alterationis .

Quo circa non recte ſe habet dicere ſapientem,cum ſapit,alterari, ſicut nec ædificatorem,cum ædificat. In actum igitur ducens ex potentia exiſtente ſecundum ipſum intelligere & ſapere , non doctrinam,ſed alteram habere denominationem iuſtum eſt.Ex potentia autem exiſtente addiſcens,& accipiens ſcientiam ab actu exiſtente & do-
C cente,aut neque pati dicendum, ſicut dictum eſt, aut duos eſſe modos alterationis,& eam, quæ ad priuatiuas diſpoſitiones mutationẽ : & eam , quæ ad habitus & naturam .

Et ſimiliter non eſt rectum dicere in eo , quod intelligit, quando intelligit,quòd alteratur,ſicut non dicitur ꝙ ędificator,cum ædificat alteratur.Qui autem reuertitur ad perfectionem ab eo,quod in potẽtia exiſtit in capitulo intelligendi , non eſt rectum vt vocetur diſciplina,ſed oportet ponere ei aliud nomen. Qui autem addiſcit, poſtquam fuit in potentia,& accepit ſcientiam ab eo,qui eſt in perfectione doctor,oportet aut vt non dicatur omnino pati , aut vt dicatur ꝙ alteratio eſt duplex,trãſmutatio,ſ.ad diſpoſitionem non eſſe,& tranſmutatio ad habitum & naturam .

Et ſimiliter non eſt rectum dicere in eo, qui venit de ignorantia ad ſciam, cu- 58
ius diſpoſitio dicitur diſciplina ꝙ alteratur:ſicut non dicitur hoc in eo, qui mutatur ex hoc,ꝙ non operatur ab habitu exiſtente in eo in actu , ad hoc vt agat ab eo: vt Carpentarius,qui mutatur a non carpentari ad carpentari.Et hoc exẽ

plū inuenimus in alia translatione. D.d. Qui autem reuertitur ad perfectionem, &c.i. qui aūt acquirit perfectionem de scientia post potentiam secundum reuersionem ad illud, quod iam acquisiuerat primo, deinde amisit ipsum, non debet dici illo nomine, quo dicitur ille, qui est in potentia primo semper, & nunquam lucratus fuit illud, quod dicitur disciplina: sed iste modus debet habere aliud nomen. & iste modus, quem innuit, dicitur rememoratio. Et dixit hoc, quia Plato opinabatur φ disciplina, & rememoratio idem sunt. D.d. Qui autē addiscit, postquam fuit in potentia. i. transmutatio autem ex ignorantia in scientiam a doctore, qui est sciens in perfectione, & in actu, necesse est aut vt non vocetur alteratio, aut vt dicatur φ alteratio est duobus modis. Quorum vnus est transmutatio, quę fit in dispositionibus non esse in patienti ab agente: Et alius est trāsmutatio, quę fit in dispositione habitus, & formę existentis in patiente ab agente. & ista est passio, quę est corruptio patientis, non euasio. & hoc est illud, quod dixit ante, aut est aliud genus alterationis. D

Plato opinabatur φ disciplina, & rememoratio, idē sunt. Idem. 3. de Aīa co. 20. Idē 2. Met. 48. & 49. Idē, 7. Me. com. 58.

Sensitiui autem prima quidem mutatio fit a generāte. cum autem generatum est, habet iam sicut scientiam, & ipsum sentire. Quod autē secundū actum est, similiter dicitur atque speculari. Differt aūt, quia huiusmodi actiua operationis extra sunt, visibile, & audibile. similiter autem & reliqua sensibilium. E

Et prima transmutatio sentientis est a generante, ita φ, cum fuerit generatum, statim sentit. Et sentire est sicut scire. & quod est in actu est simile ad consyderare. Sed tamen differunt φ agentia in hoc sunt extrinseca, vt visum, & auditum & similiter alia sensibilia.

59 Et prima transmutatio sentientis, quę est similis transmutationi hoīs de ignorantia ad sciām per doctorē, est transmutatio, quę fit per agens generans animal non a sensibilibus. Et innuit dīam inter primā perfectionē factā in sensu, & vltimā. Opinatur. n. φ prima pfectio sensus fit ab intelligētia agēte, *ut declaratur in libro de aīalibus. Scda aūt pfectio fit a sensibilibus. D.d. ita φ, cū fuerit factū &c. i. ita φ, cū prima virtus fuerit facta, statim sentiet nisi aliqd impediat, aut sensibilia nō sint presentia. & hoc est simile sciē, quę est in sciente, qui non vtitur scientia. D.d. Et sentire est sicut scire. i. & vltima perfectio sensus, quę est comprehendere sensibilia in actu, & consyderare in eis simile est vti scientia, & con syderatione. D.d. & quod est in actu est simile ad consyderare. i. sentire in actu simile est ad consyderare, & scire. D.d. Sed differunt, &c. i. sed prima perfectio sensus differt a scientia scientis, quę est in actu, quando non consyderat, in hoc, φ mouens primam perfectionē in sensu, & extrahens in secundam sunt extrinseca sensata, vt visibilia, mouens autem scientem de prima perfectione in secundam est aliquid copulatum cum anima copulatione in esse. F

Prima pfectio sensus fit ab intelligētia agēte. Idem. 7. Met. co. 31. & 12. Met. co. 18. * In. 2. de Generatiōe aīaliū ca. 3.

Causa aūt, quoniā singulariū quidem scdm actum sensus, sciā aūt vniuersalium. hæc aūt in ipsa quodāmodo sunt anima. Vnde intelligere in ipso est, cum vult, sentire aūt non est in ipso. necessariū est. n. esse sensibile. Similiter autem & hoc se habet in scientiis sensibilium, & propter eandem causam, quia sensibilia singularium sunt, & exteriorū. Sed de his quidē exactius manifestare nascet & rursus occasio.

Sēsus scdm actū est singulariū, sciā aūt vliū.

Et causa in hoc est, φ sensus in actu comprehendit particularia, scientia aūt vniuersalia, & ista quasi sunt in anima. Et ideo homo potest intelligere cum voluerit, sed non sentire, quia indiget sensato. Et ista dispositio est ēt in scientia sensibilium. ista enim causa est causa eorū, s. quod sensibilia sunt ex rebus particularibus extrinsecis. Sed sermo de istis rebus, & exponere ea erit post, & habebit horam.

A Idest & causa huius diuersitatis inter sensum, & intellectum in acquirendo vltimā perfectionē est in hoc, ꝙ motor est in sensu extrinsecus, & in intellectu intrinsecus est. quia sensus in actu non mouentur nisi motu, qui dicitur comprehensio a rebus particularibus sensibilibus, & isti sunt extra animam. intellectus autem mouetur ad vltimam perfectionem a rebus vniuersalibus, & istę sunt in anima. Et dixit & ista quasi sunt in anima. quia post declarabit ꝙ ea, quę sunt de prima perfectione in intellectu, sunt quasi sensibilia de prima perfectione in sensu, s. in hoc, ꝙ ambo mouent. sunt intentiones imaginabiles: & istę sunt vniuersales potentia, licet non actu. & ideo dixit. & ista quasi sunt in anima. et non dixit sunt, quia* intētio vniuersalis alia est ab intentione imaginata. Deinde d. Et ideo potest homo intelligere, &c. i. & quia mouentia virtutem rationalē sunt intra animam: et habita a nobis semper in actu: ideo homo pōt cōsyderare in eis cum voluerit: & hoc dicitur formare, & non potest sentire, cū voluerit. quia indiget necessario sensibilibus, quę sunt extra aīam. D. d. Et ista dispositio est ēt, &c. i. & ista dispositio est ēt in nobis in scientia sensibilium; & nos discimus ab eis, quia existunt in sensibus. & causa in esse istius dispositionis in nobis in sciā sensibilium est eadem causa in esse istorum in ipsis sensibilibus. Et similiter est intelligendum ꝙ dispositio existens in nobis in sciā vniuersalium est in nobis,

B quia est in virtute rationali, & ꝙ causa ꝙ sumus per illā hoc modo, est causa, qua ipsa est illo modo. Sed, quia sermo in intellectu non est hic manifestus, transmisit nos ad aliud tempus, & dixit. Sed sermo de istis rebus. i. de intellectu. † Et potest aliquis dicere ꝙ sensibilia non mouent sensus illo modo, quo existunt extra animam. mouent enim sensus, secundum ꝙ sunt intentiones, cum in materia non sint intentiones in actu, sed in potentia.* Et non pōt aliquis dicere ꝙ ista diuersitas accidit per diuersitatē subiecti, ita ꝙ fiant intentiones propter materiā spiritualem, quę est sensus, non propter motorem extrinsecū. † melius est enim existimare ꝙ causa in diuersitate materię est diuersitas formarum: non ꝙ diuersitas materiæ sit causa diuersitatis formarum. Et, cum ita sit, necesse est ponere motorem extrinsecum in sensibus alium a sensibilibus; sicut fuit necesse in intellectu. Visum est igitur ꝙ, si concesserimus ꝙ diuersitas formarum est causa diuersitatis materię, ꝙ necesse erit motorem extrinsecum esse. Sed Aristo. tacuit hoc in sensu, quia latet, & apparet in intellectu. Et debes hoc consyderare, quoniam indiget perscrutatione.

60

* Intentio vniuersalis alia ē ab itētione imaginata: ex quo patet contra negātes spēs intelligibiles.

† Sēsus non potest sentire, cum uoluerit, quia indiget sensibilib' existentibus extra aīam.

Idē supra ī c. 59. Idem infra c. 156. Idē. 7. Me. c. 35. sed bene intelligimus, cū volumus; quia mouētia virtutem rationalem sunt intra aīam. Idē. 3. a. co. 5. 18. & 36.

* Digressio.

† Melius ē existimare ꝙ cā in diuersitate materię, est diuersitas formarū, ꝗ econtra, consile pꝛio de

Nunc autem tantum sit definitum, ꝙ, cum non simplex sit id, quod potentia dicitur, sed aliud quidem, vt si dicamus puerum posse militare, aliud autem vt in ętate existentem, sic habet sensitiuum.

C Nunc autem in tantum determinetur, ꝙ illud, quod dicitur esse in potentia, non est simpliciter, sed de quodā dicitur, sicut dicitur quod puer potest gubernare exercitum, & de quodam dicitur, sicut dicitur de experimento, & similiter est de sensu.

61

Idest summa eius, quod declaratum est ex hoc sermone, et in hoc loco hęc est. Et intendit per simpliciter vnam intentionem & dixit ꝙ illud, quod est in potentia, non est vna intentio, sed plures. & d. sed de quodam dicitur, &c. i. sed quidam sensus dicitur esse in potentia, sicut dicitur ꝙ puer potest gubernare exercitum, & ista est potentia prima remota: ex qua cum fit transmutatio ad propinquam potentiam fit per generans, non per sensibilia: & est similis potentię ignorantis ad scientiam. Deinde dixit & de quodam dicitur, sicut dicitur de experimento, & similiter est de sensu. & intendit potentiam, quę est prima perfectio sensus: & est illa, ex qua fit transmutatio ad vltimam perfectionem per ipsa sensibilia. & est similis scienti, quando non vtitur sua scientia. Et intendit per omnia ista declarare ꝙ potentia sensus, quę recipit sensibilia, non est pura pręparatio, sicut pręparatio, quę est in puero ad recipiendum scientiam: & ꝙ est aliquis actus, sicut habens habitum, quando non vtitur suo habitu.

Aīa co. 53 et. 2. ph. co. 87. Sed vidē oppositū. 8. ph. co. 46. vbi ex diuersitate materię arguit diuersitatē formę. Vide cōtra Zim.

Definitio sensitiui. Vide cõtra. Zim.

Quoniam autem innominata est ipsorum differentia, determinatum est autem de his quòd alia,& quomodo alia,necesse est ipso pati, & alterari,tanquam propriis nominibus vti. Sensitiuum autem potentia est tale quale iam actu sensibile,sicut dictum est.Patitur igitur,non simile existens,passum autem assimilatum est, & est,quale illud. D

Sed,quia differentiæ eorum non sunt nominatæ,& iam determinauimus de eis quòd sunt diuersæ,& quomodo necesse est nobis vti passione,& alteratione,sicut res verę. Et, sentiens in potentia est sicut sensatum in perfectione,secundum quòd diximus.Patitur igitur dũ non est simile,& cum patitur,assimilatur.

61 Idest,sed quia differentię potentię, & transmutationis existentium in anima sensibili,& in rebus animatis non habent nomina propria,et iam declarauimus ea esse diuersa,& declarauimus modum,secundum quem diuersantur: visum est nobis ꝙ necesse est, inquantum ista intentio,quã determinauimus de anima,non habet nomen proprium,dare ei nomen passionis & alterationis, quę est subiectum rerum verarum.hoc enim non nocet, cum iam determinauimus intẽtionẽ, secundum quam diuersantur. Et dixit necesse est nobis. quia ista intentio caret nomine apud vulgus: & transumptio nominis vsitati apud vulgus est facilior, quam fingere aliud nomen.Et,cum hoc fuerit declaratum de sentiente, incępit describere eum simpliciter,& dixit Et sentiẽs in potentia est,sicut sensatum in perfectione.idest manifestum est igitur ex hoc,quod diximus, ꝙ sentiens simpliciter est illud,quod est in potentia ad intentionem, quam determinauimus de potentia per intentionem rei sensibilis in perfectione.i.illud, quod innatum est perfici per intentionem rerum sensibilium,non per ipsas res sensibiles.Et,si nõ, tunc esse coloris in visu,& in corpore esset idem.Et,si ita esset, tunc esse eius in visu non esset comprehensio.& ideo dixit,est illud, quod est in potentia, sicut sensatum in perfectione.et non dixit,illud,quod est in potentia sensatum. qm̃, si ita esset,idem esset esse coloris in visu,& in sua materia.D.d.Patitur igitur,dum non est simile,&,cum patitur assimilatur,&c.i.& contingit ei illud,quod cõtingit omnibus alterabilibus,vt declaratum est in sermone vniuersali:& est ꝙ patitur a sensibili,dum non est simile ei:&,cum passio perficitur,tunc erit simile. E

Transũptio nois vsitati apud vulgus est facilior, quam fingere aliud nomen.

Sẽsus patiť a sensibili, dum non est simile ei.ex quo patet sẽsibile cõtrariari sensui. sed oppositũ vide co. 57. Vide cont. Zim.

Caput Secundum. Sensibilia, alia per se esse, alia vero per accidens: per se autem, alia propria, alia communia. F

Dicendum autem est secundum vnumquenq; sensum,& de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter:quorum duo quidem dicimus per se sentiri, vnum autem secundum accidens. Duorum autem,aliud quidem proprium est vniuscuiusque sensus, aliud autem commune omnium. Dico autem proprium quidem, quod non contingit alio sensu sentiri,& circa quod non contingit decipi: vt visus coloris,& auditus soni,& gustus saporis. tactus autem plures habet differentias. Sed vnusquisque iudicat de his, & non decipitur quòd color sit,neque quòd sonus,sed quid sit coloratum aut vbi,aut quid sonans,aut vbi.Talia igitur dicuntur propria vniuscuiusque.

Et antequam incipiamus loqui de vnoquoque sensuum,loquamur

A de sensibilibus. Dicamus igitur quòd sensibile dicitur tribus modis: quorum duo dicuntur sentiri per se, & tertius accidentaliter. Et alter duorum proprius est vnicuiq; sensuū, et alter est cōis oibus. Et est proprius, quem non pōt alter sensus sentire, et illud, quod impossibile est vt ei contingat error: v.g. visus apud colorem, et auditus apud vocem, et gustus apud saporem. tactus autem plures vno modos habet. Sed vnusquisq; eorum iudicat ista, et non errat in colore, quis color sit, neque in voce quæ vox sit: sed in colorato quid est, et vbi est: et in audito quid est, et vbi est. Quod igitur est tale, dicitur proprium.

Cum declarauit quid est sensus simpliciter, vult modo loqui de vnoquoq; sensuum. Et, quia iam prędixit ꝙ via ad hoc est loqui de ipsis sensibilibus, cū sint magis nota quam sensus, dixit Et, antequā incipiamus loqui, &c. i. &, quia * necesse est ire ex eis, q̄ sunt apud nos magis nota ad ea que sunt magis nota apud naturam, oportet nos loqui prius de ipsis sensibilibus. Et, quia sensibilium hęc sunt vniuersalia, & hęc propria, incępit loqui prius de propriis, & dixit Dicamus igitur ꝙ sensibile, &c. id est & sermo eius in capitulo isto apparet per hoc, quod dixit, sensus autem plures habet modos. Intendit ꝙ sensibilia vniuscuiusq; B istorū sensuum plura sunt vno modo: sed vnusquisq; sensuum iudicat suum sensatum proprium: & non errat † in eo in maiori parte. visus enim non errat in colore, vtrum sit albus, aut niger: neque auditus in voce vtrum sit grauis, aut acuta. sed isti sensus errant in comprehendendo differentias indiuiduorum istorum sensibilium, v.g. in comprehendendo istud album quod est nix: aut differentias locorum istorum, v.g. vt comprehēdat ꝙ istud album est superius, aut inferius. Deinde d. Quod igitur est tale dicitur proprium. id est sensibilia autem, quę inueniuntur alicui soli sensui, qui non errat in eis, in maiori parte dicuntur propria. Et, cū dixit, sed in colorato quid est, & vbi est: & in audito quid est, & vbi est, non intendebat ꝙ sensus * comprehēdit essentias rerum sicut quidam existimauerunt: hoc enim est alterius potentię, quę dicitur intellectus: sed intendebat ꝙ sensus cum hoc, ꝙ comprehendunt sua sensibilia propria, comprehendunt intentiones indiuiduales diuersas in generibus, & in speciebus. † comprehendūt igitur intentionem huius hominis indiuidualis, & intentionem huius equi indiuidualis, & vniuersaliter intentionem vniuscuiusque decem prędicamentorum indiuidualium. & hoc videtur esse proprium sensibus hominis. Vnde d. Arist. in lib. de Sensu, & sensato ꝙ sensus aliorum animalium non sunt sicut sensus hominis, aut simile huic sermoni. & ista intentio indiuidualis est illa, quam distinguit C virtus cogitatiua a forma imaginatiua, & expoliat eam ab eis, quę sunt adiūcta cum ea ex istis sensibilibus communibus & propriis, & reponit ea in rememoratiua. & hæc eadem est illa, quam comprehendit imaginatiua. sed imaginatiua comprehendit eam coniunctam istis sensibilibus: licet eius comprehensio sit magis spiritualis: vt alibi determinatum est.

61 * Necesse est ire ex eis, q̄ sunt apud nos magis nota, ad ea, quę sunt magis nota apud naturā. Idē 1. Ph. t. co. 2. & 7. Met. 1. c. 10. Idē i hoc. 2. t. c. 12. et. 33. † Circa sēsibile ꝓpriū non errat sēsus ī maiori pte. Idē īfra 152. 134 161 Idē ī ſ:p lib. de Sensu & sensato. > Sēsus nō cōprehēdūt essentias rerū, sicut quidā existimauerūt: sed hoc est alterius potentię, q̄ dicitur intellectus. Sensus hoīs cōprehēdūt intētiones īdiuiduales oīum decē prędicamentorum. Idē.

Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo. huiusmodi enim nullius sunt propria, sed communia omnibus. etenim et tactu motus aliquis sensibilis, et visu. Per se igitur sensibilia sunt hæc.

Communia autem sunt, motus, et quies, et numerus, et figura, et quantitas Ista enim non sunt propria alicui, sed communia eis omnia. motus enim sentitur tactu, et visu.

Cum declarauit ex duobus modis essentialibus modum proprium incępit declarare communem, & d. ꝙ sunt quinque, motus, & quies, &c. Et hoc, quod dixit, ista enim non sunt propria, &c. non intendit ꝙ vnumquodque istorum quinq; est commune vnicuique sensuum, vt intellexit Themistius, & secun-

64 3. de Anima com. 6. 29. & 33.

Mot', ges, & numerus sunt cõia oĩbus sensib', figura aũt, et quantitas sunt cõmunia tactui.et visui tanũ.

dum ꝙ apparet:sed tria eorum, scilicet motus, & quies, & numerus sunt communia omnibus: figura autem, & quantitas sunt communia tactui, & visui tantum. & sic intendit per hoc, quod dixit, sed communia eis omnia. i. sed omnia sunt cõmunia sensibus, non omnia omnibus sensibus. Quoniam autem hec sensibilia, s. propria, & communia sunt attributa sensibus essentialiter manifestum est. non enim possumus attribuere comprehensionem sensuum eis alio modo ab eo, secũdm ꝙ sunt sensus. Hęc igitur est vna intentio eius, quod est accidentaliter, quod est oppositum ei, quod est essentialiter. ista enim sunt comprehensibilia sensuum, secundum ꝙ sunt sensus, non secundum ꝙ sunt aliqui sensus. D

Secundum accidens autem dicitur sensibile, vt si album sit Diaris filius. secundum accidens enim hoc sentit, quoniam accidit albo hoc, quod sentit. quapropter nihil patitur, secundum ꝙ hmõi est, a sensibili. Sensib lium autem secundum se, proprie sensibilia sunt propria, & ea, ad quæ nata est substantia vniuscuiusque sensus.

Accidentaliter autem dicitur in re ꝙ est sensibilis. album enim quod est Socrates, non sentitur, nisi accidentaliter. accidit enim ꝙ album, quod sentitur sit iste. & ideo non patitur a sensibili, secundum quòd est sic. Ea autem, quæ sunt sensibilia per se, & propria, sunt sensibilia in rei veritate. & sunt ea, quę sentire est nata substantia cuiusque sensuum. E

65 Cum declarauit duos modos sensibilium per se, s. propriorũ & cõium, incępit declarare tertium modũ, qui est sensibilis per accidens, & d. Accidentaliter aũt dicitur in re, quod est sensibilis. i. hoc modo. D. d. exẽplum, & dixit album enim quod est So. non sentitur, nisi accidentaliter. i. iudicare enim ꝙ istud album est So. est sentire accidentaliter. D. dedit cãm, & d. accidit. n. quod album, quod sentitur, sit iste. i. & dicimus ꝙ ista comprehensio est per accidẽs: quia nos nõ sentimus per visum ꝙ illud est So. nisi secũdm ꝙ est coloratũ: et coloratũ illud esse So. est per accidens, secũdm ꝙ est coloratum. Sed potest aliquis dicere ꝙ similiter accidit ei figura, & numerus, & motus, & quies. quomodo igitur fuerunt numerata ista in eis, quę sunt sensibilia essentialiter? qm̃, si fuerunt numerata quia sunt cõmunia, similiter etiam intentiones indiuiduorum sunt cões oĩbus sensibus. Et possumus dicere in hoc duos sermones: quorum vnus est ꝙ ista cõmunicatio magis videtur necessaria in esse propriorũ sensibiliũ, v. g. quantitas. color n. non denudatur ab ea. et similiter calor, & frigus, quę appropriantur tactui. color. n. non est necesse vt sit in So. aut in Platone, neq; necessitate propinqua, neq; remota. Et etiam sensibilia* communia, vt declarabitur, sunt propria sensui communi, quemadmodum ista sunt propria vnicuiq; sensuũ: & cõprehensio intentionis indiuidualis, licet sit actio sensus communis. & ideo pluries indigetur in cõprehensione intentionis indiuidui vti pluribus vno sensu: vt vtuntur Medici in sciendo vitam eius, qui existimatur habere repletionem venarum pluribus vno sensu. tamen videtur ꝙ ista actio est sensus cõis, non secũdm ꝙ est sensus cõis, sed secũdm ꝙ est sensus alicuius aĩalis, v. g. animalis intelligentis. Iste igitur est etiam alius modus modorum secundum accidens, scilicet ꝙ accidit sensibus comprehẽdere differentias indiuiduorum secundum ꝙ sunt indiuidua, non secũdm ꝙ sunt sensus simplices, sed secũdm ꝙ sunt humani: & pręcipue differentię substãtiales. videtur enim ꝙ cõprehensio intentionum indiuidualium substantiarum, de quibus intellectus considerat, est propria sensibus hominis. Et debes scire ꝙ comprehensio intentionis indiuidui est sensuum: & comprehensio intentionis vniuersalis est intellectus: & vniuersalitas † & indiuidualitas comprehenduntur per intellectum scilicet definitio vniuersalis, & indiuidui. D. d. & ideo non patitur, & c. idest & visus non patitur ab intentione sensibili per accidens, quoniam, si pateretur ab aliquo indiuiduo, secundum ꝙ est illud indiuiduum, non debet pati ab alio indi- F

Digressio.

Solutio.

Color ñ denudatur a quantitate. & similiter color, & frigus, quę appropriãtur tactui. Idẽ infra. 135.

* Sensibilia cõia sunt ꝓpria sensui cõi. oppositum infra, t. com. 133. Vide cõtra. Zim.

Cõprehẽsio intẽtionum ĩdiuidualiũ,

A niduo. Deinde d. Ea autem, quę sunt sensibilia per se, &c. idest duorum autem modorum rerum sensibilium per se propria sunt ea, quę prius debent numerari in eis, quę sunt essentialiter: & sunt sensibilia in rei veritate, & essentialiter, cum ista sunt, quę sentiuntur primo & essentialiter: illa autem licet sentiantur essentialiter, tamen non sunt prima. Deinde dicit & sunt ea, quę sentire, &c. i. & sunt ea quę sunt nata sentiri primo, & essentialiter ab vnoquoque sensuum; & similiter natura, & essentia vniuscuiusque sensuum est in sentiendo ea.

de quibus intellectus cōsyderat, est propria sensibus hominis. Idē supra co.63. Idē 3.d Aïa co.6. 20. & 33.

Caput Tertium. De visu, visibilibus, ac medio, perspicuo, ac lumine.

† Vnitas, & indiuidualitas comprehendūtur ꝑ Itellectū, ꝓ hoc vidē c.9 3.de Aïa.

Cuius igitur est visus, hoc est visibile. Visibile autē est, & color, & quod oratione quidem est dicere, innominatū autem existit. manifestum autem erit procedētibus maxime. Visibile enim est color. hic autem est id, quod in eo, quod secundum se visibile est. secundum se autē, non

B ratione, sed quoniam in seipso habet causam vt sit visibile.

Illud igitur, cui attribuitur visus, est visibile. Visibile.n. est color, & ꝙ est possibile dici, sed nō est dictū. & post apparebit ꝙ dicimus magis. Visibile.n. est color. & hoc est visibile per se. & est dicere per se, non secundum intentionem, sed in eo inuenitur causa in hoc, ꝙ est visibile.

Cum compleuit sermonem vniuersalem de sensibilibus, reuersus est ad sermonem proprium de vnoquoq; sensibili, & primo de sensibili visus, & d. Illud aūt, cui attribuitur visus. i. & manifestū est per se ꝙ sensibile, qđ attribuitur visui, proprie est visibile. & visibile est color, & sibi simile ex rebus, quę videntur in obscuro, quę non habent nomen congregans in colore, neque etiam in se habent nomen, quod demonstret de eis illud, quod est quasi genus, sed non possunt exponi nisi sermone composito. v.g. ꝙ dicamus ꝙ sunt ea, quę videntur in obscuro & non videntur in luce: vt conchę. Deinde dicit. & post apparebit, &c. idest & nos declarabimus modum post, secundum quem dicitur ꝙ color, & ista sunt visibilia. s. vtrum hęc dicantur ęquiuoce, aut secundum prius & posterius. D.d. Visibile enim est color, &c. i. visibile enim in rei veritate est color, aut est illud, 66

C quod per se est visibile, Et est dicere per se non secundum primam intentionem intentionum, de quibus dicitur illud, quod est essentialiter. & est modus, in quo prędicatum est in substantia subiecti, sed secundum intentionem secundam, et est illud, in quo subiectum est in definitione prędicati. color enim est causa vt res sit visibilis. & per hoc, quod dixit, sed in eo inuenitur causa. intendit secundum ꝙ color est, causa, aut in eo inuenitur causa, vt aliquid sit visibile.

Color ĩ per se visibilis ĩ secundo mō dicendi ꝑ se non ĩ primo Idē in c. sequenti.

Omnis enim color motiuus est eius, quod est secundum actū, perspicui. & hoc est ipsius natura. Vnde non est visibilis sine lumine, sed omnis cuiusque color in lumine visibilis. Ex quo de lumine primo dicendum quid est. Est igitur aliquid perspicuum.

Et quia oīs color est mouens diaphanum in actu. & hoc est natura eius. Et ideo non est visibilis absq; luce, sed necessarium est vt vnusquisque colorum non sit visibilis nisi in luce Et ideo dicendum est de luce quid est. Et hoc erit in dicendo quid est diaphanum.

Et substantia coloris, & eius essentia, scđm ꝙ est visibilis, est illud, qđ mouet diaphanum in actu, D.d, & hoc est natura eius, &c. i. & ista descriptio demon- 67

Digressio. q̄ quęrit' quo lux necessaria sit colori. Auempace responsio. * coloris. Oē recipiēs aliqd nō recipit, nisi in quantum caret eo, quod recipitur. Idem. 3. de. A la. co. 4. Alexā. opi.

strat naturā & substantiā eius, scdm q̄ est visibilis. Et signū, q̄ color est mouēs D diaphanū in actu nō diaphanū in potentia, est, quia nō est visibilis absq; luce, p quam diaphanū in potentia fiat diaphanum in actu. & hoc autem demonstrat q̄ ipse opinatur q̄ colores existunt in obscuro in actu. Et, si lux fiat necessaria in videndo colorē, non est nisi scdm q̄ facit diaphanum in potentia diaphanum in actu: aut opinatur q̄ lux est necessaria in videre, scdm q̄ colores existunt in obscuro in potentia: & scdm q̄ diaphanum potentia indiget ēt in recipiendo colorem vt sit diaphanum in actu. Et Auēpace dubitauit in hac descriptione *diaphani, & d. q̄ non est necesse vt diaphanum inquantum mouetur a colore sit diaphanum in actu: quoniam diaphaneitas eius in actu est illuminatio eius: et eius illuminatio est aliquis color. Color. n. nihil est, nisi admixtio corporis lucidi cū corpore diaphano: vt declaratū est in lib. de Sensu & sensato. Et omne recipiēs aliquid non recipit ipsum nisi in modo, scdm quem caret illo. Et hoc coegit eū ad exponendum hunc sermonem alio modo ab eo, quod dixerunt expositores, & dixit, & dicere q̄ color mouet diaphanum in actu, i. mouet diaphanum de potentia ad actū, non q̄ mouet diaphanum, secundum q̄ est diaphanum. Lux aūt necessaria est in videre: quia colores in obscuro sunt in potentia: & ipsa facit eos in actu, vt moueant diaphanum, secundum q̄ diaphanum caret luce, aut illo, quod fit a luce, scilicet colore. & ista expositio est valde difficilis, secundum q̄ sonant eius verba. Alexan. enim dat rationem, q̄ diaphanum in actu mouetur a E colore ex hoc, q̄ apparet. Aer enim videtur multotiens coloratus colore, quem videmus mediante aere: vt parietes, & terra colorantur per colorem plantarum apud transitum nubium super eas. Si igitur aer non coloraretur per colorem illarum plantarum, non colorarentur parietes, & terra. Et manifestum est q̄ color, licet fiat a corpore lucido, tamen differt ab eo definitione, & essentia. color enim, vt dicitur, est vltimum diaphani terminati, lux autem est complementum diaphani non terminati. Vnde manifestum est q̄ non de necessitate illud, quod mouetur a colore, debet esse non lucidum: sed de necessitate debet esse nō coloratum. Nihil. n. recipit se, aut est causa alicuius in recipiendo ipsum. & ista est propositio manifesta per se. & Arist. ea multotiens vtitur. & indifferenter: siue mouere, & recipere fuerint spiritualia, sicut aer recipit colorem: aut materialia, sicut corpus admixtū ex lucido, & diaphano obscuro recipit colorem. Et, cum fuerit possibile q̄ diaphanum in actu moueatur a colore, necesse est vt hoc sit ei aut essentialiter, aut accidētaliter, s. aut scdm q̄ est diaphanum in actu, aut scdm q̄ est diaphanum tm: sed contingit ei vt non moueatur a coloribus, nisi essendo diaphanum in actu. hoc. n. est scdm q̄ est diaphanū. & ista est† opinio Auēpace. Sed manifestum est per se q̄ lux necessaria est in essendo colores visibiles. et hoc aut erit, quia dat coloribus formam, & habitum, quo agunt in diaphano: aut quia dat diaphano formā, qua recipit motum a coloribus: aut vtrunq;. Et est ma F nifestū q̄ quando *consyderauerimus quod dixit Arist. in principio istius sermonis, & posuerimus ipsam propositionem quasi manifestam per se, tunc necesse erit vt lux non sit necessaria in essendo colores mouentes diaphanum, nisi secundum q̄ dat diaphano formam aliquam, qua recipit motum a colore. s. illuminationem. † Aristo. enim posuit principium q̄ color est visibilis per se, & q̄ simile est dicere colorem visibilem, & hominem risibilem, scilicet de genere propositionis essentialis, in qua subiectum est causa prędicati, non prędicatum causa subiecti: vt cum dicitur homo est rationalis. & hoc intendebat, cum dixit sed scdm q̄ in eo inuenitur causa in hoc, quod est visibile, scdm q̄ exposuimus. *Et hoc cōcesso manifestū est q̄ impossibile est dicere q̄ lux est illud, quod largitur colori habitum, & formam, qua sit visibilis. quoniā, si ita esset, tunc cōparatio visionis ad colorem esset accidentalis, & secunda non prima, s. mediante isto habitu. visio enim manifestum est q̄ est aliquid posterius visibili: & q̄ eius proportio ad colorem nō est sicut proportio rationalis ad hominem. † Manifestum est igitur quod proportio eius est sicut proportio risibilis ad hominem: & sicut color secundum q̄ est color est visibilis, non mediante alia forma sibi contingēte.* Et, cum ita sit, lux nō est necessaria in essendo colorē mouentē in actu, nisi scdm q̄ dat subie

Lux, & color differūt. vide aliam differētiam infra i c. 72

Nihil recipit se, aut ē causa alicuius in recipiēdo ipm: ista propositio est per se manifesta & Ari. vtit ea multotiēs tam ī receptiōe māli, quam in receptione spirituali. vide pro hoc c. 4 et. 5. 3. d̄ aīa.

† Opinio cōmētatoris

* a. l. cōseruauerimus.

† In propositione primi modi dicendi per se prędicatum est causa subiecti: econ-

A cto sibi proprio receptionem motus á se. et Arist. videtur ꝙ non posuit hoc, quod posuit, nisi intendendo dissolutionem istius quęstionis, Et secundum hoc intelligendus est sermo eius, ꝙ colores mouent visum in obscuro in potentia. lux enim est illud, quod facit eos motiuos in actu. vnde assimilat lucem intelligẽtię agenti, & colores phãtasmatibus. Quod enim inducitur secundum exemplum, & large, non est simile ei, quod inducitur secundũ demonstrationem. de exemplo autem non intenditur nisi manifestatio, non verificatio. † Et non potest aliquis dicere ꝙ color non inuenitur in actu, nisi luce prę sente. Color enim est vltimum diaphani terminati. Lux autem non est vltimum diaphani terminati. & ideo necessaria non est in essendo colorem, sed in essendo visibilem, vt determinauimus. Reuertamur igitur & dicamus ꝙ. cum declarauit ꝙ color, secundum ꝙ est visibilis, mouet diaphanum in actu: & ꝙ est ista natura eius propter hoc ꝙ est visibilis per se: & ꝙ impossibile est vt visio sit sine luce; reuersus est ad narrandum illud, quod consyderatum est de istis rebus prius, & dixit sed necessarium est vt vnusquisque colorum, &c. idest sed, quia vnusquisq; colorum nõ est visibilis nisi in luce, dicendum est prius de luce. lux enim est vnum eorum, quibus completur visio. D. d. & hoc erit in dicendo quid est diaphanum. i. & hoc complebitur nobis in dicendo prius quid est diaphanum.

Perspicuum autem dico, quod est quidem visibile, non autem se
B cundum se visibile, vt simpliciter dicam, sed propter externum colorem. Huiusmodi autem est aer, & aqua, & multa solidorum. non enim scd͠m quòd aqua, neq; scd͠m qd aer, perspicuum est, sed quoniã est natura eadem in his vtrisq;, & in perpetuo illo, qd͠ sursum est corpore.

Et diaphanum est illud, quod est visibile, sed non visibile per se, et simpliciter, sed propter colorem extranei. Et in tali dispositione inueniemus aerẽ, et aquã, et plura corpora cęlestia. nõ. n. scd͠m quòd aer, est aer, neq; secundũ quòd aqua est aqua, sunt diaphana, sed ꝑꝑ naturã eandẽ existẽtẽ in his duobus, & in corpore æterno altissimo.

Cum narrauit ꝙ oportet prius consyderare de natura diaphani, incœpit de 63
scribere ipsam, & dixit. Et Diaphanum est illud, quod est visibile, &c. i. Et Diaphanum est illud, quód non est visibile per se s. per colorem naturalem existentem in eo: sed illud, quod est visibile per accidens. i. per colorem extraneum. Et hoc, quod dixit, manifestum est. & ideo innatum est recipere colores, cum nullum proprium habeat in se. D. d. non enim secundum qd͠ aer est aer, &c. i. & quia diaphaneitas non est in sola aqua, neque in solo aere, sed etiam in corpo
C re cœlesti, fuit necesse vt diaphaneitas nõ sit in aliquo eorum, scd͠m illud, qd͠ est. ver. g. scd͠m ꝙ aqua est aqua, aut cœlum cęlũ, sed scd͠m naturam cõem existentem in omnibus: licet non habeat nomen. & hoc, quod dixit, manifestum est.

Lumen autem est actus huius perspicui, scd͠m quòd est perspicuũ. Potentia autem, in quo hoc inest, & tenebræ. Lumen autem vt color est perspicui, cum est actu perspicuum ab igne, aut huiusmodi quale quod sursum corpus. etenim huic aliquid inest, vnum, & idem. Quid igitur perspicuum, & quod lumen dictum est. quòd neq; ignis est, neque oino corpus, neque defluxus corporis vllius (esset enim vtiq; aliquod corpus, & sic) sed ignis, aut huiusmodi alicuius præsentia in perspicuo. neque enim possibile est duo corpora in eodem simul esse.

Lux aũt est actus diaphani, scd͠m quòd est diaphanũ. In potentia aũt est illud, in quo est hoc, & obscuritas. Et lux est quasi color diaphani, cũ fuerit diaphanũ scd͠m perfectionem ab igne, & similibus, vt corpus superius. in hoc enim existit illud idem. Iã igitur dictũ est

tra ꝑ ꝑpõne scd͠i modi.

* Impose est ꝙ lux largiatur colori habitũ, & formam.

† Color est visibilis non mediãte alia forma sibi cõtingẽte.

* Remouet obiectiones cõtra se.

† De exemplo nõ reqritur nisi manifestatio, nõ verificatio.

Vide primo priorũ secto 3. & 1. Post. tex. 80.

quid eſt diaphanum,& quid eſt lux & ꝙ non eſt ignis, neque corpus oı̄no, neq; aliquid currens a corpore oı̄no, qm̄, ſi ita eſſet, tunc ſcd̄m hunc modū eſſet aliqđ corpus. ſed eſt p̄ſentia ignis, aut ſimile in diaphano. impoſsibile enim eſt vt duo corpora ſint in eodem loco. D

69 Cum declarauit naturam diaphani, quod eſt de luce quaſi materia de forma, incępit definire lucem quid eſt, &.d. Lux autem eſt actus diaphani, &c.i. ſubſtantia autem lucis eſt perfectio diaphani, ſecundum ꝙ eſt diaphanum: aut perfectio iſtius naturę cōmunis corporibus. Et hoc, quod dixit, in potentia autē eſt illud, inquo eſt hoc, & obſcuritas .i. corpus autem diaphanum in potentia eſt illud, in quo inuenitur iſta natura communis cum obſcuritate. D.d. Et lux eſt quaſi color diaphani, &c.i. & lux in diaphano non terminato eſt quaſi color in diaphano terminato: cum diaphanum fuerit diaphanum in actu a corpore lucido naturaliter: vt ignis, & ſimilia de corporibus altiſsimis lucidis. D.d. in hoc. n. etiam &c.i. natura. n. diaphaneitatis exiſtens in corpore cœleſti ſemper aſſociatur illi, quod facit eam diſpoſitionem in actu. & ideo nunꝙ̄ inuenitur cœlum diaphanum in potentia, ſicut ea, quę ſunt inferius, cum quandoq; ſit lucidum pręſens, & quandoque non. iſta aūt natura cœleſtis ſemper eſt illuminata. Et ex hoc declaratur etiam ꝙ colores non acquirunt habitum a luce, lux enim non eſt niſi habitus corporis diaphani,

Natura cęleſtis ſemp eſt illuminata.
Idē I cō,71,

E

Videtur autem lumen contrarium eſſe tenebris. ſunt autem tenebræ priuatio huiuſmodi habitus a perſpicuo: quare palam ꝙ & huius præſentia lumen eſt Et non recte Empedocles, aut ſiquis alius ſic dixit, quod feratur lumen, & extendatur inter terram, & continēs, nos autem lateat. Hoc enim eſt, & præter eam, quę in ratione veritatem, & præter ea, quæ videntur. in paruo enim ſpatio lateret nos: ab oriente autem in occidens latere, magna quidem multum petitio eſt.

Et exiſtimatur ꝙ lux ſit cōtrarium obſcuritati. & obſcuritas eſt priuatio habitus a diaphano: declaratur igitur ex hoc ꝙ lux eſt præſentia iſtius intentionis Et non vere dixit Empe. neq; alius, ſi aliquis dixit, ſicut ipſe dixit, ꝙ lux transfertur, & vadit in tempore inter terrā, & circumferentia. ſed imperceptibilia a nobis. Iſte enim ſermo eſt extra verum, & extra apparentiam. poſsibile eſt enim hoc non percipi in breui ſpatio. ſed non percipi de oriente ad occidentem magna eſt differentia valde, F

70 Cum declarauit ꝙ lux eſt perfectio corporis diaphani, ſcd̄m ꝙ eſt diaphanū, incępit declarare modum, per quem certificabitur ꝙ lux non eſt corpus, ſed eſt diſpoſitio, & habitus in corpore diaphano, & dixit Et exiſtimatur ꝙ lux eſt cōtrarium obſcuritatis, &c. & videtur ꝙ lux ſit oppoſita obſcuritati ſcd̄m priuationem, & habitum. D.d. declaratur igitur ex hoc ꝙ lux eſt pręſentia iſtius intentionis.i. declaratur igitur ex hoc, ſ. ꝙ obſcuritas eſt priuatio lucis in diaphano, ꝙ lux non eſt corpus, ſed eſt pręſentia intentionis in diaphano: cuius priuatio dicitur obſcuritas apud pręſentiam corporis luminoſi. Et hoc, quod dixit manifeſtum eſt, quoniam ſubiectum obſcuritatis, & lucis eſt corpus, & eſt diaphanum: & lux eſt forma, & habitus iſtius corporis. &, ſi eſſet corpus, tunc corpus penetraret corpus. D.d. & non vere dixit Empe. &c.i. & nihil dixit Empe. cū dixit ꝙ lux eſt corpus, & ꝙ primo transfertur, & vadit inter terram, & circūferentiam deinde transfertur ad terram, ſed ſenſus non percipit propter velocitatem motus. Deinde dixit, Iſte enim ſermo eſt extra verum, &c. & iſte ſermo, ſcilicet Empe. eſt extra rationem. poſſibile enim eſt hoc non ſentiri in breui ſpatio, ſed in maximo ſpatio, ſcilicet ex oriente in ocidentem eſt maxime recedere a ratione.

A Est autem coloris quidem susceptiuum, quod sine colore: soni autem, quod sine sono. Sine colore autem diaphanum, & inuisibile, aut quod vix videtur, quale videtur, quod tenebrosum est. huiusmodi autem perspicuum quidem est, sed non cum est actu perspicuum, sed cum potentia. eadem enim natura quandoque quidem tenebrę, quandoq; autem lumen est.

Susceptiuū coloris est sine colore: soni aūt ꝙ est sine sono.

Et recipiens colorem est illud, quod non habet colorem: & recipiens vocem est illud, quod non habet vocem. Quod aūt non habet colorem est diaphanum, non visibile, aut illud, quod videtur, secundum ꝙ existimatur de obscuro. & quod est tale, est diaphanum: sed non quando in perfectione fuerit diaphanum, sed in potentia. eadem enim natura forte erit obscuritas, & forte lux.

Cum narrauit ꝙ color est mouens diaphanum, secundum ꝙ est diaphanum in actu, 71
incępit dare causam in hoc, & d. Et recipiens colorem est illud, quod non habet colorem, &c. i. & color est mouens diaphanum: quia recipiens colorem debet carere colore: & quod caret colore, est diaphanum, non visibile per se, sed, si dicitur visibile, erit sicut dicitur ꝙ obscurum est visibile, i. est innatum videri, cum diaphanum sit obscurum, quando lux non fuerit pręsens. & hoc intendebat cū
B d. aut illud, quod videtur, sicut existimatur de obscuro. i. aut illud, quod est visibile, secundum ꝙ dicitur ꝙ obscurum est visibile. D. d. & quod est tale, est diaphanū, &c. i. & diaphanū, quod non est visibile per se, non est diaphanum, quod perficitur per lucem, sed diaphanum, quod est in potentia lucidum. D. d. eadem enim natura, &c. i. & diaphanum inuenitur secundum has duas dispositiones: quia natura recipiens diaphaneitatem in quibusdam rebus recipit vtrunque. quandoq; enim inuenitur obscura, & quandoque diaphana. Et dixit forte, quia hoc non ęqualiter accidit in ista natura, sed tantum in diaphanis generabilibus, & corruptibilibus. Natura autem cœlestis nunquā recipit obscuritatem: nisi hoc, quod existimatur de Luna in eclipsi, & apud diuersitatem situum eius a Sole: si concesserimus ꝙ natura Lunę sit ex naturis diaphanis, non ex naturis luminosis. & forte Luna est composita ex istis duabus naturis.

Documētū. Natura cœlestis nunq̄ recipit obscuritatem. Idē sup. cō. 69. vide ꝓ hoc. 2. cęli, c. 49.

Non omnia autem visibilia, in lumine sunt, sed solum vniuscuiusque proprius color. Quædam enim in lumine quidem non videntur, in tenebris autem faciunt sensum. vt quæ ignea videntur, & lucētia. innominata autem sunt hæc vno nomine, vt fungus, cornu, capita
C piscium, & squammę, & oculi. sed nullius horum videtur proprius color. Propter quam autem causam hęc videntur alia ratio.

Et non omnia videntur in luce, sed ex quolibet color tantum proprius. Sunt enim quædam, quæ non videntur in luce, sed in obscuritate faciunt sensum. v.g. ea, quæ videntur ignea, & splendescere. & ista non habent vnum nomen, v. g. concha, & cornu, & capita quorūdam piscium, & squammæ, & oculi. sed color proprius non videtur in aliquo eorum. Quare autem ista videntur, indiget alio sermone.

Cum prędixit ꝙ visibiliū quoddā est color, & quoddā non color, & est illud, 72
quod nō habet nomen cōe, & ꝙ proprium est colori, ꝙ non videatur nisi in luce, incępit dicere ꝙ dispositio illorum aliorum visibilium est econtrario colori, scilicet ꝙ videntur in obscuro, & nō in luce. Et dixit. Et non omnia vidētur in luce, &c. i. & non omne visibile videtur in luce, sed tantum hoc est verum, ꝙ color proprius cuiuslibet visibilis videtur in luce, & indifferenter, siue illud visibile videatur in obscuro, siue non. D. d. Sunt. n. quędam, quę non videntur in

Cōtradictio in istis verbis vr̄, quia primo d. ꝙ color cuiuslibet visibilis

vr in luce, & post subdit, & indifferenter, si illud visibile vr in obscuto, siue non, mō, si videtur in luce tm, quo ergo ē posse in obscuro. Vide cōtra Zima.

luce, &c. ideft & diximus ꝙ non eſt neceſſe vt omne viſibile videatur in luce: quia ſunt quędam, quę videntur in obſcuro, & non in luce, vt plura animalia, & conchę, & cornu, & alia. & omnia iſta non habent idem nomen. D. d. ſed color proprius non videtur, &c. ideſt ſed, licet iſta ſentiātur in obſcuro, tamen color proprius vniuſcuiuſq; eorum non ſentitur tunc, ſed apud preſentiam lucis tm: & ideo non poteſt aliquis dicere, ꝙ aliquis color videtur in obſcuro. D. d. Quare autem videntur iſta, &c. ideſt cauſa autem, propter quam iſta videntur in obſcuro, & nō in luce dicenda eſt in alio loco. * Et videtur ꝙ iſta videntur in nocte, & in die, quia in eis eſt parum de natura lucidi. Patet enim venienti luce propter paucitatē eius, ſicut hoc accidit in lucibus paruis cum ſoribus. & ideo illę non apparent in die. Et natura coloris eſt alia a natura lucis, & lucidi. † lux enim eſt viſibilis per ſe, color autem eſt viſibilis mediante luce.

D

* Documentū. Propter quid aliqua videtur solū in nocte.

Nunc autem intantum manifeſtum eſt, quòd id quidem, quod in lumine videtur, color eſt: vnde non videtur ſine lumine. hoc enim erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe ſecundum actum perſpicui. actus autem perſpicui lumen eſt. Signum autem huius manifeſtum. ſi quis enim ponat id, quod habet colorem, ſuper ipſum viſum, non videbit. ſed color quidem mouet perſpicuum, puta aerem: ab hoc autem continuo exiſtente mouetur ſenſorium.

† Lux ē visibilis p se, color aūt est visibilis mediante luce. oppositū vr dicere supra cō. 67. vbi d. ꝙ color est visibilis non mediā-

E

73 In hoc loco autem tm̄ apparet, ſ. quòd oē viſum in luce eſt color, & ſimiliter non videtur ſine luce. hoc enim etiam eſt illud, quod fuit in colore, qui eſt ſcilicet, quòd eſt illud, qđ mouet diaphanū in actu, & perfectio diaphani eſt lux Et ſignū eius manifeſtū eſt, qm̄, ſi poſueris aliquod habens colorem ſuper ipſum viſum non videbitur. ſed color mouet diaphanū: ſicut aer, cū cōtinuatur, mouetur ſenſus ab eo.

te alia forma sibi contingente. Vide cōtra. Zimar.

Cum declarauit quid eſt viſibile, ſ. color, & quid eſt diaphanum, & lux, incępit dicere ſummam eorum, quę declarauit, &c. d. In hoc autem loco hoc tantum, &c. & hoc, quod dixit, manifeſtum eſt, ſcilicet iſtę duę propoſitiones. quarum vna eſt ꝙ omne, quod videtur in luce, eſt color. ſecunda eſt, econtrario, ſ. ꝙ omnis color videtur in luce. * illa enim, quę apparent in obſcuro, manifeſtum eſt ꝙ non videntur ſecundum colorem proprium. D. d. hoc enim etiam eſt illud, &c. ideſt hoc enim etiam eſt illud, quod induxit nos ad dicendum cognitionem ſubſtantię coloris, ſecundum ꝙ eſt viſibile, ꝙ eſt illud, quod mouet diaphanum in actu. Et intendit per hoc ꝙ iſta definitio non declarat eſſe coloris, niſi ſecundum ꝙ apparuit nobis ꝙ impoſsibile eſt vt color videatur ſine luce, & ꝙ lux intrat viſionem, ſecundum ꝙ largitur diaphano prębarationem vt moueatur a coloribus, non ꝙ largiatur coloribus habitum. & hoc declaratum fuit prius. D. d. & perfectio diaphani eſt lux, &c. i. & lux eſt actus diaphani tantum. Et ſignū eius, ꝙ lux non habet eſſe abſque diaphano, eſt quia. ſi poſitum fuerit aliquod coloratum ſuper ipſum viſum, non comprehenditur: tunc enim non erit lux inter colorem & viſum, quia non eſt illic diaphanum, cum igitur diaphanum aufertur, aufertur lux: & cum lux erit, erit diaphanum. Deinde d. ſed color mouet diaphanum, &c. i. ſed propter hoc, quod diximus, ꝙ cum color fuerit poſitus ſuper viſum non videtur, fuit neceſſe vt viſio coloris non compleatur, niſi color moueat diaphanum, quod eſt medium inter ipſum & videns, & medium moueat per ſuam continuationem cum vidente videntem: vt aer, quoniam, cum copulatur cum vidente, mouetur a colore, quando illuminatur, deinde ipſe mouet viſum.

*Illa, q̄ vūr in obscuro, nō videntur scdm colorē ꝑpriū. Idē supra. c. 72. † Documentum. Lux largit' diaphano ꝑparationē vt moueat' a coloribꝰ, nō aūt largit' coloribus habitū. Idem supra 67. ac. 69. cō. Idē infra cō. 74.

F

Nō enim bene hoc dicit *Democritus opinatus ſi fieret vacuū qđ medium eſt, perſpici vtique exquiſite, etiam ſi formica in cęlo eſſet. Hoc enim impoſsibile eſt. patiente enim aliquid ſenſitiuo, fit ipſum

*Democrit' Dei...

A videre. ab ipſo igitur, qui videtur, colore impoſsibile eſt: relinquitur igitur, quòd a medio. quare neceſſe aliquid eſſe medium. Vacuo aũt facto, nedum exquiſite, ſed omnino nihil videbitur. Propter quã igitur cauſam colorem neceſſe eſt in lumine videri, dictum eſt. Ignis autem in vtriſque videtur, & in tenebris, & in lumine. & hoc ex neceſsitate. perſpicuum enim ab hoc perſpicuum fit.

male opinatus eſt viſio nẽ, fieri abſque medio.

Propter qd ignis in tenebris, & in luce videtur.

Democritus igitur nõ vere dixit in hoc, quòd exiſtimauit quòd ſi medium eſſet vacuum, tunc viſio eſſet magis vera, etiam ſi formica eſſet in cœlo. Hoc enim impoſsibile eſt. viſus enim non fit, niſi quando ſenſus patitur aliqua paſsione. ſed impoſsibile eſt vt viſus patiatur a colore. remanet igitur vt patiatur a medio. vnde neceſſe eſt vt aliquid ſit in medio. Si autem fuerit vacuum, non tantum viſio non erit vera, ſed nihil omnino videbitur. Iam igitur dicta eſt cauſa, propter quam color neceſſe eſt, ut non videatur, niſi in luce. Ignis autẽ videtur in vtroque, ſ. in obſcuro, & in luce: & hoc neceſſe eſt: diapha
B num enim per hoc eſt diaphanum.

Cum declarauit ꝙ actio viſus non perficitur, niſi per diaphanũ medians, per 74
ſignum ꝙ ſi color fuerit poſitus ſuper viſum non videtur: & etiam, quia viſus non perficitur niſi per lucem, & lux non inuenitur, niſi in diaphano medio, incępit reprehendere Democritum, dicentem ꝙ, ſi viſus eſſet in vacuo, tunc eſſet magis vera. Et dixit. Democritus, &c. ideſt &, cum declaratum eſt ꝙ viſio non ſit niſi per medium, non recte opinabatur Democritus ꝙ, ſi viſio eſſet mediante vacuo, tunc eſſet magis vera. D. d. Hoc enim impoſsible eſt, &c. ideſt hoc .n. quod dixit ꝙ viſio magis perfecta erit in vacuo, impoſsibile eſt. Et ſignum eius eſt, quod iam declaratum eſt ꝙ viſus, ſecundum ꝙ eſt virtus ſenſibilis, mouetur, & patitur a colore, & color mouet ipſum. Et impoſsibile eſt vt viſus patiatur, & moueatur a colore, ſi corpus coloratum fuerit extra viſum, niſi ita ꝙ illud coloratum prius moueat medium ſecundum tactum, & medium moueat viſum. &, ſi vacuum eſſet inter viſum & viſibile, tunc non poſset mouere viſum, omnis enim habitus exiſtens in corpore non agit niſi ſecundum tactum. Si igitur vltimum motum non tangitur a motore, neceſſe eſt vt inter ea ſit medium, quod reddat paſsionem: & illud medium erit tactum, & tangens, primum autẽ erit tangens non tactum, & motum poſtremum tactum non tangens. vnde neceſſe eſt vt viſibile patiatur a medio, nõ a vacuo, ſicut exiſtimauit Democritus.
C Et hec eſt demonſtratio ꝙ viſio impoſsibile eſt vt fiat per vacuum, non ꝙ viſus impoſsibile eſt vt fiat niſi per medium. Poteſt enim aliquis dicere ꝙ, ſi neceſsitas ad eſſendum medium eſſet propter ſenſatum eſſe diſtinctum a ſentiente, tunc neceſſe eſſet vt, cum ſenſatum tangeret viſum, ꝙ ſentiret ipſum. ſed non eſt ita. & ideo non intendit Ariſt. per hunc ſermonem ꝙ viſus indiget medio neceſſario, ſed declarare ꝙ, cũ ſenſibilia fuerint diſtincta ab eo, impoſsibile erit vt ſit per vacuum: vt exiſtimauit Democritus. Et eſt ſuſtentatus ſuper hoc, ꝙ ſenſus indigent medio neceſſario, ſcilicet quia ſenſibilia, cum fuerint poſita ſuper eos, non ſentiẽtur: & ꝙ viſus etiam non erit niſi per lucem, & lux non inuenitur, niſi per medium. Deinde d. Iam igitur dicta eſt cauſa, &c. i. &, cum declaratum eſt ꝙ viſus neceſſario indiget medio, declarata eſt per hoc cauſa, propter quam color non videtur niſi in luce: & eſt quia non videtur niſi per medium. Et hoc demonſtrat ꝙ ipſe non opinatur ꝙ cauſa in eſſendo lucem in viſione eſt vt faciat colores, in actu: ſicut quidam opinati ſunt. D. d. Ignis autem videtur in vtroque, &c. i. & ignis videtur in obſcuro, & luce: quia congregatum eſt in ea vtrunque, ſcilicet quia facit medium diaphanum in actu, ſecundum ꝙ eſt lucidum, & mouet ipſum, ſecundum ꝙ eſt color in corpore.

Impoſſe ẽ vt viſus patiat̃ & moueat̃ a colorẽ, ſi corpus coloratũ fuerit extra viſum: niſi illud coloratũ pri' moueat mediũ ſcd̃m tactũ: et mediũ moueat viſum. Idẽ ſupra. c. 73. Idem. 7. ph, cõ. 12.

Eadem autem ratio eſt, & de ſono, & odore. nihil enim ipſorum, tangens ſenſorium, facit ſenſum: ſed ab odore quidem, & ſono medium mouetur, ab hoc autem ſenſorium vtrumq;. cum autem ſuper ipſum ſenſoriũ aliquis appoſuerit olens, aut ſonans, nullum ſenſum faciet. De tactu autem, & guſtu ſeſe quidem ſimiliter habet, non autem videtur. propter quam autem cauſam poſterius erit manifeſtum. D

Et iſte ſermo idem eſt de voce etiam, & de odore. nullum enim eorum, ſi tetigerit ſuum ſenſum, facit ſentire, ſed medium mouetur ab odore, & a voce, & ab iſto mouetur vtrunque ſenſuum. ſi igitur tu poſueris ſuper ipſum ſenſum aliquid habẽs vocem, aut habẽs odorem, non faciunt omnino ſentire. Et ſimiliter eſt de tactu, & guſtu, ſed hoc non apparet. & poſt declarabimus cauſam in hoc.

75 Cum declarauit ꝙ ſenſus viſus non fit niſi per medium, incepit dicere etiam ꝙ per iſtam eandem declarationem tres, ſenſus neceſſario indigent medio. & ſermo eius eſt manifeſtus. Et per hoc, ꝙ dixit, & ſimiliter eſt de tactu, & guſtu, intendit, & opinio noſtra in ſenſu tactus, & guſtus in hoc, ꝙ indigent medio, eſt ſicut opinio noſtra in alijs ſenſibus: licet illi duo ſenſus videantur ſentire, cum ſua ſenſibilia fuerint poſita ſuper eos. & ideo non ita manifeſte videntur indigere medio, ſicut illa tria alia. Deinde d. & poſt declarabimus cauſam in hoc, i. cauſam, propter quam ſenſus tactus, & guſtus ſentiunt ſenſibilia poſita ſuper ipſa: & non eſt ſic de tribus ſenſibus alijs. B

Medium autem ſono quidem aer eſt, odori autem innominatum eſt. communis enim quædam paſsio eſt in aere, & aqua eſt vt perſpicuum colori, ſic eſt habenti odorem quod in vtriſq; his ineſt. Videntur enim & animalium aquatica habere odoris ſenſum. ſed homo, & pedibus ambulantium quæcunq; reſpirant, non poſſunt odorare, non reſpirantia. Cauſa autem & de his poſterius dicetur.

Et medium in voce eſt aer, in odore autem nõ habet nomen. eſt. n. aliqua paſsio cõmunis in aere, & in aqua. eſt & in odoratu quaſi diaphaneitas in colore, & propter hoc inuenitur ex vtroque. Animalia enim habitantia in aqua habent ſenſum odoratus. ſed homo, & omnia animalia ambulantia anhelantia non poſſunt odorare ſine anhelitu. Et poſt dicetur cauſa in iſtis rebus. F

76 Dicit ꝙ medium in voce eſt aer, non aqua: quia animalia, quę ſunt in aqua, non ſentiunt, vt mihi videtur, niſi per voces cadentes in aere ex aqua. apparet enim ꝙ vox non fit ex percuſsione corporum in aqua, econtrario de odore. D. d. in odore aũt non habet nomen. i. natura autem recipiens odorem, ſ. quę eſt in medio, non habet nomen, ſicut habet natura, quę recipit colorem in aqua, & in aere, ſ. hoc nomen diaphanum. D. d. eſt enim aliqua paſsio cõis, &c. i. apparet enim ex hoc ꝙ receptio odoris non eſt aeris ſcd̃m ꝙ eſt aer, neque aqua ſcd̃m ꝙ eſt aqua, ſed aliquam paſsionem eſſe in natura cõi eis. & illa natura innata eſt recipere odores extraneos. & hoc erit vt non habeat in ſe odorem omnino, quemadmodum diaphanum eſt natura, quę recipit colores extraneos, ſcd̃m ꝙ non habet colorem proprium. Et hoc demonſtrat ꝙ ipſe non opinatur ꝙ odor ſit corpus diſſolutum in aere ab odorabili, ſed eſt qualitas aliqua, per quam illa natura innata eſt perfici: ſed odor non perficitur per illam, quemadmodum diaphanum per colorem, ſed color non per diaphanum. Et ſicut color * habet duplex eſſe: quorum vnum eſt in diaphano non terminato, & eſt illud, in quo eſt extraneum: & aliud in diaphano terminato, & eſt eſſe eius naturale: ſic odor

Documentũ Ari. nõ opinat̃ ꝙ odor ſit corp' diſſolutũ ĩ aere ab odorabi-

A habet similia hęc duo esse, s. esse in humido saporabili, & est esse naturale: & esse in humido non saporabili, & est esse extraneum. Et post declarabimus hoc, cum locuti fuerimus de hoc sensu. D.d. & propter hoc inuenitur ex vtroque. i. propter hanc naturam communem inuenitur odor ex vtroq; elemento, scilicet aqua, & aer. Animalia enim aquatica habent sensum odoratus, & non est dubium, quin hoc fiat mediante aqua. D.d. sed homo, & omnia animalia ambulantia, &c. & intendebat per hoc declarare q̃ pisces odorant absq; anhelitu. & hoc non est impossibile, sicut odorant plura animalia habitantia in aere, non anhelantia sine anhelitu. Deinde d. Et post dicetur causa in hoc. idest quare quędam animalia odorent per anhelitum, & quędam non. li. Idē infra com. 97. & 101. * Color hēt duplex esse, vnū est naturale, et aliud extraneum. Idem infra cō. 97. 121.

Caput Quartum. De auditu, sono, ac mediis. De ipsa Echo: ac etiam de Voce.

NVnc autem primum de sono, & auditu determinemus. Est autem duplex sonus, alius enim actus quidam est, alius autem potentia. quędam enim non habere sonum B dicimus, vt spongiam, lanam. quædam autem habere, vt æs & quæcunque solida, & leuia sunt, quoniam possūt sonare. hoc autem est, inter ipsum & auditū facere sonū actu.

In hoc autem loco determinemus primo de voce, et de odore. Et dicamus q̃ vox est duplex. est enim in actu, et est in potentia. sunt enim quædam, quæ non dicuntur facere sonum, vt spongia, et lana. et quædam dicuntur habere sonum, vt cuprum, et omne durum. lene enim potest facere sonum. et hic potest facere inter ipsum, et auditum sonum in actu.

Videtur ordinare consyderationem de virtutibus sensus secundum nobilitatē, non sc̃dm naturā: & ideo pręposuit sermonē de visu alijs sensibus, deinde de auditu, deinde de odoratu. Et sermonis eius in hoc capitulo abbreuiatio est. & quędam habet sonum, vt res durę, & quędam non, vt molles. & habentium sonum, quædam dicuntur habere sonum in actu: & quędam in potentia. 77 Aris. ordinauit cōsyderationē de virtutibus sensus sc̃dm nobilitatē, non sc̃dm naturam. Idem infra. c. 101.

Fit autem secundum actum sonus semper alicuius, ad aliquid, et C in aliquo. pcussio enim est, quę facit. Vnde et impossibile est, cū sit vnū, fieri sonum. aliud enim est, quod verberat, et quod verberatur. quare sonans ad aliquid sonat. ictus autem non fit sine latione. Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus sonus est. nullum enim faciunt sonum lanæ, et si percutiantur: sed æs, et quæcunq; lenia, et concaua sunt. æs quidem, quoniā lene est: concaua autem reflexione faciunt multos ictus post primum, non potente exire, quod motū est.

Et sonus in actu semper fit per aliquid, et apud aliquid, et in aliquo. percussio enim est illud, quod agit. Et ideo impossibile est q̃ fiat sonus ab aliquo vno. percutiens enim est aliquid, et percussum est aliud. vnde necesse est vt faciens sonum non faciat sonum, nisi apud aliquid. et percussio non fit sine motu, et translatione. Et sicut diximus, sonus non est percussio cuiusque corporis. sicut vellera lanæ, cum fricantur, non faciunt sonum omnino: sed cuprum, et omne lene concauum. cuprum autem, quia est lene:

Definitio sensitiui. Vide cōtra. Zim.

Quoniam autem innominata est ipsorum differencia, determinatum est autem de his quòd alia,& quomodo alia,necesse est ipso pati, & alterari,tanquam propriis nominibus vti. Sensitiuum autem potentia est tale quale iam actu sensibile,sicut dictum est.Patitur igitur,non simile existens,passum autem assimilatum est, & est,quale illud. D

Sed,quia differentiæ eorum non sunt nominatæ,& iam determinauimus de eis quòd sunt diuersæ,& quomodo necesse est nobis vti passione,& alteratione,sicut res verę. Et, sentiens in potentia est sicut sensatum in perfectione,secundum quòd diximus.Patitur igitur dū non est simile,& cum patitur,assimilatur.

62 Idest,sed quia differentię potentię, & transmutationis existentium in anima sensibili,& in rebus animatis non habent nomina propria,et iam declarauimus ea esse diuersa,& declarauimus modum,secundum quem diuersantur: visum est nobis ꝙ necesse est, inquantum ista intentio,quā determinauimus de anima,non habet nomen proprium,dare ei nomen passionis & alterationis, quę est subiectum rerum verarum.hoc enim non nocet,cum iam determinauimus intētionē, secundum quam diuersantur. Et dixit necesse est nobis. quia ista intentio caret nomine apud vulgus : & transumptio nominis vsitati apud vulgus est facilior, quam fingere aliud nomen.Et,cum hoc fuerit declaratum de sentiente, incępit describere eum simpliciter,& dixit Et sentiēs in potentia est,sicut sensatum in perfectione.idest manifestum est igitur ex hoc,quod diximus, ꝙ sentiens simpliciter est illud,quod est in potentia ad intentionem, quam determinauimus de potentia per intentionem rei sensibilis in perfectione.i.illud, quod innatum est perfici per intentionem rerum sensibilium,non per ipsas res sensibiles.Et,si nō, tunc esse coloris in visu,& in corpore esset idem.Et,si ita esset, tunc esse eius in visu non esset comprehensio.& ideo dixit,est illud, quod est in potentia, sicut sensatum in perfectione.et non dixit,illud,quod est in potentia sensatum. qm̄, si ita esset,idem esset esse coloris in visu,& in sua materia.D.d.Patitur igitur,dum non est simile,&,cum patitur assimilatur,&c.i.& contingit ei illud,quod cōtingit omnibus alterabilibus,vt declaratum est in sermone vniuersali:& est ꝙ patitur a sensibili,dum non est simile ei:&,cum passio perficitur,tunc erit simile. E

Transūptio noīs vsitati apud uulgus est facilior, quam fingere aliud nomen.

Sēsus patit a sensibili, dum non est simile ei.ex quo patet sēsibile cōtrariari sensui. sed oppositū vide co. 57. Vide cont. Zim.

Caput Secundum. Sensibilia, alia per se esse, alia vero per accidens: per se autem, alia propria, alia communia. F

Icendum autem est secundum vnumquenq; sensum,& de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter:quorum duo quidem dicimus per se sentiri, vnum autem secundum accidens. Duorum autem,aliud quidem proprium est vniuscuiusque sensus, aliud autem commune omnium. Dico autem proprium quidem, quod non contingit alio sensu sentiri,& circa quod non contingit decipi: vt visus coloris,& auditus soni,& gustus saporis. tactus autem plures habet differentias. Sed vnusquisque iudicat de his, & non decipitur quòd color sit,neque quòd sonus,sed quid sit coloratum aut vbi,aut quid sonans,aut vbi,Talia igitur dicuntur propria vniuscuiusque.

Et antequam incipiamus loqui de vnoquoque sensuum,loquamur

A de ſenſibilibus. Dicamus igitur quòd ſenſibile dicitur tribus modis: quorum duo dicuntur ſentiri per ſe, & tertius accidentaliter. Et alter duorum proprius eſt vnicuiq; ſenſuũ, et alter eſt cõis oibus. Et eſt proprius, quem non põt alter ſenſus ſentire, et illud, quod impoſsibile eſt vt ei contingat error: v.g. viſus apud colorem, et auditus apud vocem, et guſtus apud ſaporem. tactus autem plures vno modos habet. Sed vnuſquiſq; eorum iudicat iſta, et non errat in colore, quis color ſit, neque in voce quæ vox ſit: ſed in colorato quid eſt, et vbi eſt: et in audito quid eſt, et vbi eſt. Quod igitur eſt tale, dicitur proprium.

Cum declarauit quid eſt ſenſus ſimpliciter, vult modo loqui de vnoquoq; ſenſuum. Et, quia iam prędixit ꝙ via ad hoc eſt loqui de ipſis ſenſibilibus, cũ ſint magis nota quam ſenſus, dixit Et, antequã incipiamus loqui, &c. i. &, quia * neceſſe eſt ire ex eis, q̃ ſunt apud nos magis nota ad ea que ſunt magis nota apud naturam, oportet nos loqui prius de ipſis ſenſibilibus. Et, quia ſenſibilium hęc ſunt vniuerſalia, & hęc propria, incępit loqui prius de propriis, & dixit Dicamus igitur ꝙ ſenſibile, &c. ideſt & ſermo eius in capitulo iſto apparet per hoc, quod dixit, ſenſus autem plures habet modos. Intendit ꝙ ſenſibilia vniuſcuiuſq; B iſtorũ ſenſuum plura ſunt vno modo: ſed vnuſquiſq; ſenſuum iudicat ſuum ſenſatum proprium: & non errat † in eo in maiori parte. viſus enim non errat in colore, vtrum ſit albus, aut niger: neque auditus in voce vtrum ſit grauis, aut acuta. ſed iſti ſenſus errant in comprehendendo differentias indiuiduorum iſtorum ſenſibilium, v.g. in comprehendendo iſtud album quod eſt nix: aut differentias locorum iſtorum, v.g. vt comprehẽdat ꝙ iſtud album eſt ſuperius, aut inferius. Deinde d. Quod igitur eſt tale dicitur proprium. ideſt ſenſibilia autem, quę inueniuntur alicui ſoli ſenſui, qui non errat in eis, in maiori parte dicuntur propria. Et, cũ dixit. ſed in colorato quid eſt, & vbi eſt: & in audito quid eſt, & vbi eſt, non intendebat ꝙ ſenſus * comprehẽdit eſſentias rerum ſicut quidam exiſtimauerunt: hoc enim eſt alterius potentię, quę dicitur intellectus: ſed intendebat ꝙ ſenſus cum hoc, ꝙ comprehendunt ſua ſenſibilia propria, comprehendunt intentiones indiuiduales diuerſas in generibus, & in ſpeciebus. † comprehendũt igitur intentionem huius hominis indiuidualis, & intentionem huius equi indiuidualis, & vniuerſaliter intentionem vniuſcuiuſque decem prędicamentorum indiuidualium. & hoc videtur eſſe proprium ſenſibus hominis. Vnde d. Ariſt. in lib. de Senſu, & ſenſato ꝙ ſenſus aliorum animalium non ſunt ſicut ſenſus hominis, aut ſimile huic ſermoni. & iſta intentio indiuidualis eſt illa, quam diſtinguit C virtus cogitatiua a forma imaginatiua, & expoliat eam ab eis, quę ſunt adiũcta cum ea ex iſtis ſenſibilibus communibus & propriis, & reponit ea in rememoratiua. & hæc eadem eſt illa, quam comprehendit imaginatiua. ſed imaginatiua comprehendit eam coniunctam iſtis ſenſibilibus: licet eius comprehenſio ſit magis ſpiritualis: vt alibi determinatum eſt.

63
* Neceſſe eſt ire ex eis, q̃ ſunt apud nos magis nota, ad ea, quę ſunt magis nota apud naturã. Idẽ 1. Ph. t. co. 2. & 7. Met. t. c. 10. Idẽ ĩ hoc. 2. t. c. 12. et. 33.
† Circa ſẽſibile ꝓpriũ non errat ſẽſus ĩ maiori pte. Idẽ ĩfra 152. 134 161 Idẽ ſ:p lib. de Senſu & ſenſato.
Sẽſus nõ cõprehẽdũt eſſentias rerũ, ſicut quidã exiſtimauerũt: ſed hoc eſt alterius potentię, q̃ dicitur intellectus.
Senſus hoĩs cõprehẽdũt intẽtiones ĩdiuiduales oĩum decẽ prędicamentorum. Idẽ.

Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo. huiuſmodi enim nullius ſunt propria, ſed communia omnibus. etenim et tactu motus aliquis ſenſibilis, et viſu. Per ſe igitur ſenſibilia ſunt hæc.

Communia autem ſunt, motus, et quies, et numerus, et figura, et quantitas Iſta enim non ſunt propria alicui, ſed communia eis omnia. motus enim ſentitur tactu, et viſu.

Cum declarauit ex duobus modis eſſentialibus modum proprium incępit declarare communem, & d. ꝙ ſunt quinque, motus, & quies, &c. Et hoc, quod dixit, iſta enim non ſunt propria, &c. non intendit ꝙ vnumquodque iſtorum quinq; eſt commune vnicuique ſenſuum, vt intellexit Themiſtius, & ſecun-

64
3. de Anima com. 6. 29. & 33.

dum ꝙ apparet: sed tria eorum, scilicet motus, & quies, & numerus sunt communia omnibus: figura autem, & quantitas sunt communia tactui, & visui tantum. & sic intendit per hoc, quod dixit, sed communia eis omnia. i. sed omnia sunt cōmunia sensibus, non omnia omnibus sensibus. Quoniam autem hęc sensibilia, s. propria, & communia sunt attributa sensibus essentialiter manifestum est. non enim possumus attribuere comprehensionem sensuum eis alio modo ab eo, scdm ꝙ sunt sensus. Hęc igitur est vna intentio eius, quod est accidentaliter, quod est oppositum ei, quod est essentialiter. ista enim sunt comprehensibilia sensuum, secundum ꝙ sunt sensus, non secundum ꝙ sunt aliqui sensus. D

Mot', qes, & numerus sunt cōia oībus sensib', figura aūt, et quantitas sunt cōmunia tactui. et visui tantū.

Secundum accidens autem dicitur sensibile, vt si album sit Diaris filius. secundum accidens enim hoc sentit, quoniam accidit albo hoc, quod sentit: quapropter nihil patitur, secundum ꝙ hmōi est, a sensibili. Sensibilium autem secundum se, proprie sensibilia sunt propria, & ea, ad quæ nata est substantia vniuscuiusque sensus.

Accidentaliter autem dicitur in re ꝙ est sensibilis. album enim quod est Socrates, non sentitur, nisi accidentaliter. accidit enim ꝙ album, quod sentitur sit iste. & ideo non patitur a sensibili, secundum quod est sic. Ea autem, quæ sunt sensibilia per se, & propria, sunt sensibilia in rei veritate. & sunt ea, quę sentire est nata substantia cuiusque sensuum. E

65 Cum declarauit duos modos sensibilium per se, s. propriorū & cōium, incępit declarare tertium modū, qui est sensibilis per accidens, & d. Accidentaliter aūt dicitur in re, quod est sensibilis. i. hoc modo. D. d. exēplum, & dixit album enim quod est So. non sentitur, nisi accidentaliter. i. iudicare enim ꝙ istud album est So. est sentire accidentaliter. D. dedit cām, & d. accidit. n. quod album, quod sentitur, sit iste. i. & dicimus ꝙ ista comprehensio est per accidēs: quia nos nō sentimus per visum ꝙ illud est So. nisi scdm ꝙ est coloratū: et coloratū illud esse So. est per accidens, scdm ꝙ est coloratum. Sed potest aliquis dicere ꝙ similiter accidit ei figura, & numerus, & motus, & quies. quomodo igitur fuerunt numerata ista in eis, quę sunt sensibilia essentialiter? qm, si fuerunt numerata quia sunt cōmunia, similiter etiam intentiones indiuiduorum sunt cōes oībus sensibus. Et possumus dicere in hoc duos sermones: quorum vnus est ꝙ ista cōmunicatio magis videtur necessaria in esse propriorū sensibiliū, v. g. quantitas. color n. non denudatur ab ea. et similiter calor, & frigus, quę appropriantur tactui. color. n. non est necesse vt sit in So. aut in Platone, neq; necessitate propinqua, neq; remota. F Et etiam sensibilia* communia, vt declarabitur, sunt propria sensui communi, quemadmodum ista sunt propria vnicuiq; sensuū: & cōprehensio intentionis indiuidualis, licet sit actio sensus communis. & ideo pluries indigetur in cōprehensione intentionis indiuidui vti pluribus vno sensu: vt vtuntur Medici in sciendo vitam eius, qui existimatur habere repletionem venarum pluribus vno sensu. tamen videtur ꝙ ista actio est sensus cōis, non scdm ꝙ est sensus cōis, sed scdm ꝙ est sensus alicuius aīalis, v. g. animalis intelligentis. Iste igitur est etiam alius modus modorum secundum accidens, scilicet ꝙ accidit sensibus comprehēdere differentias indiuiduorum secundum ꝙ sunt indiuidua, non scdm ꝙ sunt sensus simplices, sed scdm ꝙ sunt humani: & pręcipue differentię substātiales. videtur enim ꝙ cōprehensio intentionum indiuidualium substantiarum, de quibus intellectus consyderat, est propria sensibus hominis. Et debes scire ꝙ comprehensio intentionis indiuidui est sensuum: & comprehensio intentionis vniuersalis est in intellectus: & vniuersalitas† & indiuidualitas comprehenduntur per intellectum scilicet definitio vniuersalis, & indiuidui. D. d. & ideo non patitur, & c. idest & visus non patitur ab intentione sensibili per accidens, quoniam, si pateretur ab aliquo indiuiduo, secundum ꝙ est illud indiuiduum, non debet pati ab alio indi-

Digressio.

Solutio.

Color ñ denudatur a quantitate. & similiter color, & frigus, quę appropriātur tactui. Idē i fra. 135.

* Sensibilia cōia sunt propria sensui cōi, oppositum infra, t. com. 133.

Vide cōtra. Zim.

Cōprehēsio intētionum īdiuidualiū,

A nibluo. Deinde d. Ea autem, quę sunt sensibilia per se, &c. ideſt duorum autem modorum rerum sensibilium per se propria sunt ea, quę prius debent numerari in eis, quę sunt essentialiter: & sunt sensibilia in rei veritate, & essentialiter, cum ista sunt, quę sentiuntur primo & essentialiter: illa autem licet sentiantur essentialiter, tamen non sunt prima. Deinde dicit & sunt ea, quę sentire, &c. i. & sunt ea quę sunt nata sentiri primo, & essentialiter ab vnoquoque sensuum; & similiter natura, & essentia vniuscuiusque sensuum est in sentiendo ea.

de quibus intellectus cōsyderat, est propria sensibus hominis. Idē supra co. 63. Idē 3. d Aīa co. 6. 20. & 33.

Caput Tertium. De visu, visibilibus, ac medio, perspicuo, ac lumine.

CVius igitur est visus, hoc est visibile. Visibile autē est, & color, & quod oratione quidem est dicere, innominatū autem existit. manifestum autem erit procedētibus maxime. Visibile enim est color. hic autem est id, quod in eo, quod secundum se visibile est. secundum se autē, non
B ratione, sed quoniam in seipso habet causam vt sit visibile.

† Vnitas, & indiuidualitas comprehendūtur p itellectū, p hoc vid c. 9 3. de Aīa.

Illud igitur, cui attribuitur visus, est visibile. Visibile. n. est color, & q est possibile dici, sed nō est dictū. & post apparebit q dicimus magis. Visibile. n. est color. & hoc est visibile per se. & est dicere per se, non secundum intentionem, sed in eo inuenitur causa in hoc, q est visibile.

Cum compleuit sermonem vniuersalem de sensibilibus, reuersus est ad sermo 66
nem proprium de vnoquoq; sensibili, & primo de sensibili visus, & d. Illud aūt, cui attribuitur visus. i. & manifestū est per se q sensibile, qđ attribuitur visui, proprie est visibile. & visibile est color, & sibi simile ex rebus, quę videntur in obscuro, quę non habent nomen congregans in colore, neque etiam in se habent nomen, quod demonstret de eis illud, quod est quasi genus, sed non possunt exponi nisi sermone composito. v. g. q dicamus q sunt ea, quę videntur in obscuro & non videntur in luce: vt conchę. Deinde dicit. & post apparebit, &c. ideſt & nos declarabimus modum post, secundum quem dicitur q color, & ista sunt visibilia. s. vtrum hęc dicantur ęquiuoce, aut secundum prius & posterius. D. d. Visibile enim est color, &c. i. visibile enim in rei veritate est color, aut est illud,
C quod per se est visibile. Et est dicere per se non secundum primam intentionem intentionum, de quibus dicitur illud, quod est essentialiter. & est modus, in quo prędicatum est in substantia subiecti, sed secundum intentionem secundam, et est illud, in quo subiectum est in definitione prędicati. color enim est causa vt res sit visibilis. & per hoc, quod dixit, sed in eo inuenitur causa. intendit secundum q color est, causa, aut in eo inuenitur causa, vt aliquid sit visibile.

Color ē per se visibilis ī secundo mō dicendi p se non ī primn Idę in c. sequenti.

Omnis enim color motiuus est eius, quod est secundum actū, perspicui. & hoc est ipsius natura. Vnde non est visibilis sine lumine, sed omnis cuiusque color in lumine visibilis. Ex quo de lumine primo dicendum quid est. Est igitur aliquid perspicuum.

Et quia oīs color est mouens diaphanum in actu. & hoc est natura eius. Et ideo non est visibilis absq; luce, sed necessarium est vt vnusquisque colorum non sit visibilis nisi in luce Et ideo dicendum est de luce quid est. Et hoc erit in dicendo quid est diaphanum.

Et substantia coloris, & eius essentia, sc̄dm q est visibilis, est illud, qđ mouet 67
diaphanum in actu. D. d. & hoc est natura eius, &c. i. & ista descriptio demon-

strat naturã & substantiã eius, scdm ꝙ est visibilis. Et signũ, ꝙ color est mouẽs D
diaphanũ in actu nõ diaphanũ in potentia, est, quia nõ est visibilis absq; luce, p
quam diaphanũ in potentia fiat diaphanum in actu. & hoc autem demonstrat ꝙ
ipse opinatur ꝙ colores existunt in obscuro in actu. Et, si lux fiat necessaria in
videndo colorẽ, non est nisi scdm ꝙ facit diaphanum in potentia diaphanum in
actu: aut opinatur ꝙ lux est necessaria in videre, scdm ꝙ colores existunt in ob
scuro in potentia: & scdm ꝙ diaphanum potentia indiget ẽt in recipiendo colo-
rem vt sit diaphanum in actu. Et Auẽpace dubitauit in hac descriptione * diapha
ni, & d. ꝙ non est necesse vt diaphanum inquantum mouetur a colore sit dia-
phanum in actu: quoniam diaphaneitas eius in actu est illuminatio eius: et eius
illuminatio est aliquis color. Color. n. nihil est, nisi admixtio corporis lucidi cũ
corpore diaphano: vt declaratũ est in lib. de Sensu & sensato, Et omne recipiẽs
aliquid non recipit ipsum nisi in modo, scdm quem caret illo. Et hoc coegit eũ
ad exponendum hunc sermonem alio modo ab eo, quod dixerunt expositores,
& dixit, & dicere ꝙ color mouet diaphanum in actu, i. mouet diaphanum de po
tentia ad actũ, non ꝙ mouet diaphanum, secundum ꝙ est diaphanum. Lux aũt
necessaria est in videre: quia colores in obscuro sunt in potentia: & ipsa facit
eos in actu, vt moueant diaphanum, secundum ꝙ diaphanum caret luce, aut illo,
quod fit a luce, scilicet colore. & ista expositio est valde difficilis, secundum ꝙ
sonant eius verba. Alexan. enim dat rationem, ꝙ diaphanum in actu mouetur a E
colore ex hoc, ꝙ apparet. Aer enim videtur multotiens coloratus colore, quem
videmus mediante aere: vt parietes, & terra colorantur per colorem plantarum
apud transitum nubium super eas. Si igitur aer non coloraretur per colorem il-
larum plantarum, non colorarentur parietes, & terra. Et manifestum est ꝙ co-
lor, licet fiat a corpore lucido, tamen differt ab eo definitione, & essentia. color
enim, vt dicitur, est vltimum diaphani terminati. lux autem est complementum
diaphani non terminati. Vnde manifestum est ꝙ non de necessitate illud, quod
mouetur a colore, debet esse non lucidum: sed de necessitate debet esse nõ colo
ratum. Nihil. n. recipit se, aut est causa alicuius in recipiendo ipsum. & ista est
propositio manifesta per se. & Arist. ea multotiens vtitur. & indifferenter: siue
mouere, & recipere fuerint spiritualia, sicut aer recipit colorem: aut materialia,
sicut corpus admixtũ ex lucido, & diaphano obscuro recipit colorem. Et, cum
fuerit possibile ꝙ diaphanum in actu moueatur a colore, necesse est vt hoc sit ei
aut essentialiter, aut accidẽtaliter, s. aut scdm ꝙ est diaphanum in actu, aut scdm
ꝙ est diaphanum tm: sed contingit ei vt non moueatur a coloribus, nisi essendo
diaphanum in actu. hoc. n. est scdm ꝙ est diaphanũ. & ista est † opinio Auẽpace.
Sed manifestum est per se ꝙ lux necessaria est in essendo colores visibiles. et hoc
aut erit, quia dat coloribus formam, & habitum, quo agunt in diaphano: aut
quia dat diaphano formã, qua recipit motum a coloribus: aut vtrunq;. Et est ma F
nifestũ ꝙ quando * consyderauerimus quod dixit Arist. in principio istius sermo
nis, & posuerimus ipsam propositionem quasi manifestam per se, tunc necesse
erit vt lux non sit necessaria in essendo colores mouentes diaphanum, nisi secun
dum ꝙ dat diaphano formam aliquam, qua recipit motum a colore. s. illuminatio
nem. † Aristo. enim posuit principium ꝙ color est visibilis per se, & ꝙ simile est
dicere colorem visibilem, & hominem risibilem, scilicet de genere propositio-
nis essentialis, in qua subiectum est causa prędicati, non prędicatum causa subie
cti: vt cum dicitur homo est rationalis. & hoc intendebat, cum dixit sed scdm ꝙ
in eo inuenitur causa in hoc, quod est visibile, scdm ꝙ exposuimus. * Et hoc cõ-
cesso manifestũ est ꝙ impossibile est dicere ꝙ lux est illud, quod largitur colori
habitum, & formam, qua sit visibilis. quoniã, si ita esset, tunc cõparatio visionis
ad colorem esset accidentalis, & secunda non prima, s. mediante isto habitu. visio
enim manifestum est ꝙ est aliquid posterius visibili: & ꝙ eius proportio ad colo
rem nõ est sicut proportio rationalis ad hominem. † Manifestum est igitur quod
proportio eius est sicut proportio risibilis ad hominem: & sicut color secundum
ꝙ est color est visibilis, non mediante alia forma sibi contingẽte. * Et, cum ita
sit, lux nõ est necessaria in essendo colorẽ mouentẽ in actu, nisi scdm ꝙ dat subie

Digressio. q̃ querit' q̃ño lux necessaria sit colori.

Auempace responsio.

* coloris.

Oẽ recipiẽs aliqd nõ recipit, nisi in quantum caret eo, quod recipitur.

Idem, 3. de. Ala. co. 4.

Alexã. opi.

Lux, & color differũt. vide aliam differẽtiam infra i c. 72

Nihil recipit se, aut ẽ causa alicuius in recipiẽdo ipm: ista propositio est per se manifesta & Ari. vtit' ea multotiẽs tam i receptiõe mãli, quam in receptione spirituali. vide pro hoc c. 4 et. 5. 3. d aĩa.

† Opinio cõmẽtatoris

* a. l. cõseruauerimus.

† In propositione primi modi dicendi per se prędicatum est causa subiecti: econ-

A cto sibi proprio receptionem motus á se. et Arist. videtur ꝙ non posuit hoc, quod posuit, nisi intendendo dissolutionem istius quęstionis, Et secundum hoc intelligendus est sermo eius, ꝙ colores mouent visum in obscuro in potentia. lux enim est illud, quod facit eos motiuos in actu. vnde assimilat lucem intelligẽtię agenti, & colores phãtasmatibus. Quod enim inducitur secundum exemplum, & large, non est simile ei, quod inducitur secundũ demonstrationem. de exemplo autem non intenditur nisi manifestatio, non verificatio. †Et non potest aliquis dicere ꝙ color non inuenitur in actu, nisi luce pręsente. Color enim est vltimum diaphani terminati. Lux autem non est vltimum diaphani terminati. & ideo necessaria non est in essendo colorem, sed in essendo visibilem, vt determinauimus. Reuertamur igitur & dicamus ꝙ. cum declarauit ꝙ color, secundum ꝙ est visibilis, mouet diaphanum in actu: & ꝙ est ista natura eius propter hoc ꝙ est visibilis per se: & ꝙ impossibile est vt visio sit sine luce; reuersus est ad narrandum illud, quod consyderatum est de istis rebus prius, & dixit sed necessarium est vt vnusquisque colorum, &c. idest sed, quia vnusquisq; colorum nõ est visibilis nisi in luce, dicendum est prius de luce. lux enim est vnum eorum, quibus completur visio. D. d. & hoc erit in dicendo quid est diaphanum. i. & hoc complebitur nobis in dicendo prius quid est diaphanum.

tra ĩ ꝑpõne scđi modi.
* Impolẽ est ꝙ lux largiatur colori habitũ, & formam.
† Color est visibilis non mediãte alia forma sibi cõtingẽte.
* Remouet obiectiones cõtra se.
† De exemplo nõ reqritur nisi manifestatio, nõ verificatio. Vide primo priorũ secto 3. & 1. Post. tex. 80.

Perspicuum autem dico, quod est quidem visibile, non autem se
B cundum se visibile, vt simpliciter dicam, sed propter externum colorem. Huiusmodi autem est aer, & aqua, & multa solidorum. non enim scđm quòd aqua, neq; scđm qđ aer, perspicuum est, sed quoniã est natura eadem in his vtrisq;, & in perpetuo illo, qđ sursum est corpore.

Et diaphanum est illud, quod est visibile, sed non visibile per se, et simpliciter, sed propter colorem extraneũ. Et in tali dispositione inueniemus aerẽ, et aquã, et plura corpora cęlestia. nõ .n. scđm quòd aer, est aer, neq; secundũ quòd aqua est aqua, sunt diaphana, sed ꝑꝑ naturã eandẽ existẽtẽ in his duobus, & in corpore æterno altissimo.

Cum narrauit ꝙ oportet prius consyderare de natura diaphani, incœpit describere ipsam, & dixit. Et Diaphanum est illud, quod est visibile, &c. i. Et Diaphanum est illud, quòd non est visibile per se s. per colorem naturalem existentem in eo: sed illud, quod est visibile per accidens. i. per colorem extraneum. Et hoc, quod dixit, manifestum est. & ideo innatum est recipere colores, cum nullum proprium habeat in se. D. d. non enim secundum qđ aer est aer, &c. i. & quia diaphaneitas non est in sola aqua, neque in solo aere, sed etiam in corpo 69
C re cœlesti, fuit necesse vt diaphaneitas nõ sit in aliquo eorum, scđm illud, qđ est. ver. g. scđm ꝙ aqua est aqua, aut cœlum cęlũ, sed scđm naturam cõem existentem in omnibus: licet non habeat nomen. & hoc, quod dixit, manifestum est.

Lumen autem est actus huius perspicui, scđm quòd est perspicuũ. Potentia autem, in quo hoc inest, & tenebræ. Lumen autem vt color est perspicui, cum est actu perspicuum ab igne, aut huiusmodi quale quod sursum corpus etenim huic aliquid inest, vnum, & idem. Quid igitur perspicuum, & quod lumen dictum est. quòd neq; ignis est, neque oino corpus, neque defluxus corporis vllius (esset enim vtiq; aliquod corpus, & sic) sed ignis, aut huiusmodi alicuius præsentia in perspicuo. neque enim possibile est duo corpora in eodem simul esse.

Lux aũt est actus diaphani, scđm quòd est diaphanũ. In potentiã aũt est illud, in quo est hoc, & obscuritas. Et lux est quasi color diaphani, cũ fuerit diaphanũ scđm perfectionem ab igne, & similibus, vt corpus superius. in hoc enim existit illud idem. Iã igitur dictũ est

quid est diaphanum,& quid est lux & ꝙ non est ignis, neque corpus oino, neq; aliquid currens a corpore oino,qm̄, si ita esset,tunc scd̄m hunc modū esset aliqđ corpus . sed est p̄sentia ignis,aut simile in diaphano.impossibile enim est vt duo corpora sint in eodem loco. D

69 Cum declarauit naturam diaphani, quod est de luce quasi materia de forma, incępit definire lucem quid est, &.d. Lux autem est actus diaphani, &c.i.substantia autem lucis est perfectio diaphani, secundum ꝙ est diaphanum: aut perfectio istius naturę cōmunis corporibus, Et hoc, quod dixit, in potentia autē est illud,inquo est hoc,& obscuritas .i. corpus autem diaphanum in potentia est illud, in quo inuenitur ista natura communis cum obscuritate. D.d.Et lux est quasi color diaphani,&c.i.& lux in diaphano non terminato est quasi color in diaphano terminato: cum diaphanum fuerit diaphanum in actu a corpore lucido naturaliter: vt ignis, & similia de corporibus altissimis lucidis. D d.in hoc.n. etiam &c.i.natura.n.diaphaneitatis existens in corpore cœlesti semper associatur illi,quod facit eam dispositionem in actu.& ideo nunꝙ̄ inuenitur cœlum diaphanum in potentia,sicut ea, quę sunt inferius, cum quandoq; sit lucidum pręsens, & quandoque non. ista aūt natura cœlestis semper est illuminata. Et ex hoc declaratur etiam ꝙ colores non acquirunt habitum a luce. lux enim non est nisi habitus corporis diaphani.

Natura cęlestis semp est illuminata.
Idē I cō,71.

Videtur autem lumen contrarium esse tenebris.sunt autem tenebræ priuatio huiusmodi habitus a perspicuo:quare palam ꝙ & huius præsentia lumen est Et non recte Empedocles,aut siquis alius sic dixit, quod feratur lumen,& extendatur inter terram,& continēs,nos autem lateat. Hoc enim est,& præter eam, quę in ratione veritatem, & præter ea, quæ videntur.in paruo enim spatio lateret nos:ab oriente autem in occidens latere,magna quidem multum petitio est. E

Et existimatur ꝙ lux sit cōtrarium obscuritati. & obscuritas est priuatio habitus a diaphano: declaratur igitur ex hoc ꝙ lux est præsentia istius intentionis Et non vere dixit Empe. neq; alius,si aliquis dixit,sicut ipse dixit,ꝙ lux transfertur, & vadit in tempore inter terrā, & circumferentia. sed imperceptibilia a nobis. Iste enim sermo est extra verum,& extra apparentiam.possibile est enim hoc non percipi in breui spatio. sed non percipi de oriente ad occidentem magna est differentia valde, F

70 Cum declarauit ꝙ lux est perfectio corporis diaphani,scd̄m ꝙ est diaphanū, incępit declarare modum,per quem certificabitur ꝙ lux non est corpus, sed est dispositio,& habitus in corpore diaphano,& dixit Et existimatur ꝙ lux est cōtrarium obscuritatis, &c.& videtur ꝙ lux sit opposita obscuritati scd̄m priuationem,& habitum. D.d. declaratur igitur ex hoc ꝙ lux est pręsentia istius intentionis.i. declaratur igitur ex hoc,f. ꝙ obscuritas est priuatio lucis in diaphano,ꝙ lux non est corpus, sed est pręsentia intentionis in diaphano:cuius priuatio dicitur obscuritas apud pręsentiam corporis luminosi. Et hoc,quod dixit manifestum est, quoniam subiectum obscuritatis, & lucis est corpus,& est diaphanum:& lux est forma,& habitus istius corporis.& , si esset corpus, tunc corpus penetraret corpus. D.d.& non vere dixit Empe.&c.i.& nihil dixit Empe.cū dixit ꝙ lux est corpus, & ꝙ primo transfertur,& vadit inter terram, & circūferentiam deinde transfertur ad terram, sed sensus non percipit propter velocitatem motus. Deinde dixit, Iste enim sermo est extra verum, &c. & iste sermo, scilicet Empe. est extra rationem. possibile enim est hoc non sentiri in breui spatio, sed in maximo spatio, scilicet ex oriente in ocidentem est maxime recedere a ratione,

A Eſt autem coloris quidem ſuſceptiuum, quod ſine colore: ſoni autem, quod ſine ſono. Sine colore autem diaphanum, & inuiſibile, aut quod vix videtur, quale videtur, quod tenebroſum eſt. huiuſmodi autem perſpicuum quidem eſt, ſed non cum eſt actu perſpicuum, ſed cum potentia. eadem enim natura quandoque quidem tenebrę, quandoq; autem lumen eſt.

Suſceptiuū coloris eſt ſi ne colore: ſoni aūt ꝙ eſt ſine ſono.

Et recipiens colorem eſt illud, quod non habet colorem: & recipiens vocem eſt illud, quod non habet vocem. Quod aūt non habet colorem eſt diaphanum, non viſibile, aut illud, quod videtur, ſecundūm ꝙ exiſtimatur de obſcuro. & quod eſt tale, eſt diaphanum: ſed non quando in perfectione fuerit diaphanum, ſed in potentia. eadem enim natura forte erit obſcuritas, & forte lux.

Cum narrauit ꝙ color eſt mouens diaphanum, ſcdm ꝙ eſt diaphanum in actu, 71
incępit dare cauſam in hoc. & d. Et recipiens colorem eſt illud, quod non habet colorem, &c. i. & color eſt mouens diaphanum: quia recipiens colorem debet carere colore: & quod caret colore, eſt diaphanum. non viſibile per ſe, ſed, ſi di-
B citur viſibile, erit ſicut dicitur ꝙ obſcurum eſt viſibile, i. eſt innatum videri, cum diaphanum ſit obſcurum, quando lux non fuerit pręſens. & hoc intendebat cū d. aut illud, quod videtur, ſicut exiſtimatur de obſcuro. i. aut illud, quod eſt viſibile, ſcdm ꝙ dicitur ꝙ obſcurum eſt viſibile. D. d. & quod eſt tale, eſt diaphanū, &c. i. & diaphanū, quod non eſt viſibile per ſe, non eſt diaphanum, quod ꝑficitur per lucem, ſed diaphanum, quod eſt in potentia lucidum. D. d. eadem enim natura, &c. i. & diaphanum inuenitur ſecundum has duas diſpoſitiones: quia natura recipiens diaphaneitatem in quibuſdam rebus recipit vtrunque. quandoq; enim inuenitur obſcura, & quandoque diaphana. Et dixit forte, quia hoc non ęqualiter accidit in iſta natura, ſed tantum in diaphanis generabilibus, & corruptibilibus. Natura autem cœleſtis nunquā recipit obſcuritatem: niſi hoc, quod exiſtimatur de Luna in eclipſi, & apud diuerſitatem ſituum eius a Sole: ſi conceſſerimus ꝙ natura Lunę ſit ex naturis diaphanis, non ex naturis luminoſis. & forte Luna eſt compoſita ex iſtis duabus naturis.

Documētū. Natura cœleſtis nunꝗ recipit obſcuritatem. Idē ſup. cō. 69. vide ꝑ hoc. 2. cœli, c. 49.

Non omnia autem viſibilia, in lumine ſunt, ſed ſolum vniuſcuiuſque proprius color. Quædam enim in lumine quidem non videntur, in tenebris autem faciunt ſenſum. vt quæ ignea videntur, & lucētia. innominata autem ſunt hæc vno nomine, vt fungus, cornu, capita
C piſcium, & ſquammę, & oculi. ſed nullius horum videtur proprius color. Propter quam autem cauſam hęc videntur alia ratio.

Et non omnia videntur in luce, ſed ex quolibet color tantum proprius. Sunt enim quædam, quæ non videntur in luce, ſed in obſcuritate faciunt ſenſum. v. g. ea, quæ videntur ignea, & ſplendeſcere. & iſta non habent vnum nomen, v. g. concha, & cornu, & capita quorūdam piſcium, & ſquammæ, & oculi. ſed color proprius non videtur in aliquo eorum. Quare autem iſta videntur, indiget alio ſermone.

Cum predixit ꝙ viſibiliū quoddā eſt color, & quoddā non color, & eſt illud, 72
quod nō habet nomen cōe, & ꝙ proprium eſt colori, ꝙ non videatur niſi in luce, incępit dicere ꝙ diſpoſitio illorum aliorum viſibilium eſt econtrario colori, ſcilicet ꝙ videntur in obſcuro, & nō in luce. Et dixit. Et non omnia vidētur in luce, &c. i. & non omne viſibile videtur in luce, ſed tantum hoc eſt verum, ꝙ color proprius cuiuslibet viſibilis videtur in luce, & indifferenter. ſiue illud viſibile videatur in obſcuro, ſiue non. D. d. Sunt. n. quędam, quę non videntur in

Cōtradictio in iſtis verbis vř, quia primo d. ꝙ color cuiuslibet viſibilis

vr in luce, & post sub dit, & indifferenter, si illud visibile vr in obscuro, siue non. mo, si videtur in luce tm, quo ergo e posse in obscuro. Vide cotra Zima.

luce, &c. Idest & diximus quod non est necesse vt omne visibile videatur in luce: quia sunt quędam, quę videntur in obscuro, & non in luce, vt plura animalia, & conchę, & cornu, & alia. & omnia ista non habent idem nomen. D. d. sed color proprius non videtur, &c. idest sed, licet ista sentiatur in obscuro, tamen color proprius vniuscuiusq; eorum non sentitur tunc, sed apud presentiam lucis tm: & ideo non potest aliquis dicere, quod aliquis color videtur in obscuro. D. d. Quare autem videntur ista, &c. idest causa autem, propter quam ista videntur in obscuro, & no in luce dicenda est in alio loco. * Et videtur quod ista videntur in nocte, & in die, quia in eis est parum de natura lucidi. latet enim veniente luce propter paucitate eius, sicut hoc accidit in lucibus paruis cum solibus. & ideo stellę non apparent in die. Et natura coloris est alia a natura lucis, & lucidi. † lux enim est visibilis per se, color autem est visibilis mediante luce.

D

* Documentu. Propter quid aliqua videtur solu in nocte.

† Lux e visibilis p se, color aut est visibilis mediante luce.

Nunc autem intantum manifestum est, quod id quidem, quod in lumine videtur, color est: vnde non videtur sine lumine. hoc enim erat ipsi colori esse, motiuum esse secundum actum perspicui. actus autem perspicui lumen est. Signum autem huius manifestum. si quis enim ponat id, quod habet colorem, super ipsum visum, non videbit. sed color quidem mouet perspicuum, puta aerem: ab hoc autem continuo existente mouetur sensorium. E

oppositu vr dicere supra co. 67. vbi d. quod color est visibilis non media te alia forma sibi contingente. Vide cotra. Zimar.

In hoc loco autem tm apparet, s. quod oe visum in luce est color, & similiter non videtur sine luce. hoc enim etiam est illud, quod fuit in colore, qui est scilicet, quod est illud, qd mouet diaphanu in actu, & perfectio diaphani est lux Et signu eius manifestu est, qm, si posueris aliquod habens colorem super ipsum visum non videbitur. sed color mouet diaphanu: sicut aer, cu cotinuatur, mouetur sensus ab eo.

73

Cum declarauit quid est visibile, s. color, & quid est diaphanum, & lux, incępit dicere summam eorum, quę declarauit, & d. In hoc autem loco hoc tantum, &c. & hoc, quod dixit, manifestum est, scilicet istę duę propositiones. quarum vna est quod omne, quod videtur in luce, est color. secunda est, econtrario, s. quod omnis color videtur in luce.* illa enim, quę apparent in obscuro, manifestum est quod non videntur secundum colorem proprium. D. d. hoc enim etiam est illud, &c. idest hoc enim etiam est illud, quod induxit nos ad dicendum cognitionem substantię coloris, secundum quod est visibile, quod est illud, quod mouet diaphanum in actu. Et intendit per hoc quod ista definitio non declarat esse coloris, nisi secundum quod apparuit nobis quod impossibile est vt color videatur sine luce, & quod lux intrat visionem, secundum quod largitur diaphano prępatationem vt moueatur a coloribus, non quod largiatur coloribus habitum. & hoc declaratum fuit prius. D. d. & perfectio diaphani est lux, &c. i. & lux est actus diaphani tantum. Et signu eius, quod lux non habet esse absque diaphano, est quia. si positum fuerit aliquod coloratum super ipsum visum, non comprehenditur: tunc enim non erit lux inter colorem & visum, quia non est illic diaphanum. cum igitur diaphanum aufertur, aufertur lux: & cum lux erit, erit diaphanum. Deinde d. sed color mouet diaphanum, &c. i. sed propter hoc, quod diximus, quod cum color fuerit positus super visum non videtur, fuit necesse vt visio coloris non compleatur, nisi color moueat diaphanum, quod est medium inter ipsum & videns, & medium moueat per suam continuationem cum vidente videntem: vt aer, quoniam, cum copulatur cum vidente, mouetur a colore, quando illuminatur, deinde ipse mouet visum.

*Illa, q vnr in obscuro, no videntur scdm colore pprium. Ide supra. c. 72.

F

† Documentum.

Lux largit diaphano preparatione vt moueat a coloribus, no at largit coloribus habitu. Idem supra 67. ac. 69. co, Ide infra co. 74.

No enim bene hoc dicit *Democritus opinatus si fieret vacuu qd medium est, perspici vtique exquisite, etiam si formica in celo esset. Hoc enim impossibile est. patiente enim aliquid sensitiuo, fit ipsum

*Democrit'

A videre. ab ipso igitur, qui videtur, colore impossibile est: relinquitur igitur, quòd a medio. quare necesse aliquid esse medium. Vacuo aũt facto, nedum exquisite, sed omnino nihil videbitur. Propter quã igitur causam colorem necesse est in lumine videri, dictum est. Ignis autem in vtrisque videtur, & in tenebris, & in lumine. & hoc ex necessitate. perspicuum enim ab hoc perspicuum fit.

male opinatus est visio ne, fieri absque medio.

Propter qd ignis in tenebris, & in luce videtur.

Democritus igitur nõ vere dixit in hoc, quòd existimauit quòd si medium esset vacuum, tunc visio esset magis vera, etiam si formica esset in cœlo. Hoc enim impossibile est. visus enim non fit, nisi quando sensus patitur aliqua passione. sed impossibile est vt visus patiatur a colore. remanet igitur vt patiatur a medio. vnde necesse est vt aliquid sit in medio. Si autem fuerit vacuum, non tantum visio non erit vera, sed nihil omnino videbitur. Iam igitur dicta est causa, propter quam color necesse est, ut non videatur, nisi in luce. Ignis autẽ videtur in vtroque, s. in obscuro, & in luce: & hoc necesse est: diaphanum enim per hoc est diaphanum.

B Cum declarauit ꝙ actio visus non perficitur, nisi per diaphanũ medians, per signum ꝙ si color fuerit positus super visum non videtur: & etiam, quia visus non perficitur nisi per lucem, & lux non inuenitur, nisi in diaphano medio, incepit reprehendere Democritum, dicentem ꝙ, si visus esset in vacuo, tunc esset magis vera. Et dixit. Democritus, &c. idest &, cum declaratum est ꝙ visio non fit nisi per medium, non recte opinabatur Democritus ꝙ, si visio esset mediante vacuo, tunc esset magis vera. D. d. Hoc enim impossible est, &c. idest hoc. n. quod dixit ꝙ visio magis perfecta erit in vacuo, impossibile est. Et signum eius est, quod iam declaratum est ꝙ visus, secundum ꝙ est virtus sensibilis, mouetur, & patitur a colore, & color mouet ipsum. Et impossibile est vt visus patiatur, & moueatur a colore, si corpus coloratum fuerit extra visum, nisi ita ꝙ illud coloratum prius moueat medium secundum tactum, & medium moueat visum. &, si vacuum esset inter visum & visibile, tunc non posset mouere visum, omnis enim habitus existens in corpore non agit nisi secundum tactum. Si igitur vltimum motum non tangitur a motore, necesse est vt inter ea sit medium, quod reddat passionem: & illud medium erit tactum, & tangens, primum autẽ erit tangens non tactum, & motum postremum tactum non tangens. vnde necesse est vt visibile patiatur a medio, nõ a vacuo, sicut existimauit Democritus. 74

Impose ẽ vt visus patiat & moueat a color, si corpus coloratũ fuerit extra visum: ni si illud coloratũ pri' moueat mediũ scdm tactũ: et mediũ moueat visum. Idẽ supra. c. 73. Idem. 7. ph, cõ. 12.

C Et hec est demonstratio ꝙ visio impossibile est vt fiat per vacuum, non ꝙ visus impossibile est vt fiat nisi per medium. Potest enim aliquis dicere ꝙ, si necessitas ad essendum medium esset propter sensatum esse distinctum a sentiente, tunc necesse esset vt, cum sensatum tangeret visum, ꝙ sentiret ipsum. sed non est ita. & ideo non intendit Arist. per hunc sermonem ꝙ visus indiget medio necessario, sed declarare ꝙ, cũ sensibilia fuerint distincta ab eo, impossibile erit vt sit per vacuum: vt existimauit Democritus. Et est sustentatus super hoc, ꝙ sensus indigent medio necessario, scilicet quia sensibilia, cum fuerint posita super eos, non sentient: & ꝙ visus etiam non erit nisi per lucem, & lux non inuenitur, nisi per medium. Deinde d. Iam igitur dicta est causa, &c. i. &, cum declaratum est ꝙ visus necessario indiget medio, declarata est per hoc causa, propter quam color non videtur nisi in luce: & est quia non videtur nisi per medium. Et hoc demonstrat ꝙ ipse non opinatur ꝙ causa in essendo lucem in visione est vt faciat colores, in actu: sicut quidam opinati sunt. D. d. Ignis autem videtur in vtroque, &c. i. & ignis videtur in obscuro, & luce; quia congregatum est in ea vtrunque, scilicet quia facit medium diaphanum in actu, secundum ꝙ est lucidum, & mouet ipsum, secundum ꝙ est color in corpore.

Eadem autem ratio est, & de sono, & odore. nihil enim ipsorum, tangens sensorium, facit sensum: sed ab odore quidem, & sono medium mouetur, ab hoc autem sensorium vtrumq;. cum autem super ipsum sensoriū aliquis apposuerit olens, aut sonans, nullum sensum faciet. De tactu autem, & gustu sese quidem similiter habet, non autem videtur. propter quam autem causam posterius erit manifestum. D

Et iste sermo idem est de voce etiam, & de odore. nullum enim eorum, si tetigerit suum sensum, facit sentire. sed medium mouetur ab odore, & a voce, & ab isto mouetur vtrunque sensuum. si igitur tu posueris super ipsum sensum aliquid habēs vocem, aut habēs odorem, non faciunt omnino sentire. Et similiter est de tactu, & gustu, sed hoc non apparet. & post declarabimus causam in hoc.

75 Cum declarauit ꝙ sensus visus non fit nisi per medium, incepit dicere etiam ꝙ per istam eandem declarationem tres, sensus necessario indigent medio. & sermo eius est manifestus. Et per hoc, ꝙ dixit, & similiter est de tactu, & gustu, intendit, & opinio nostra in sensu tactus, & gustus in hoc, ꝙ indigent medio, est sicut opinio nostra in alijs sensibus: licet illi duo sensus videantur sentire, cum sua sensibilia fuerint posita super eos. & ideo non ita manifeste videntur indigere medio, sicut illa tria alia. Deinde d. & post declarabimus causam in hoc, i. causam, propter quam sensus tactus, & gustus sentiunt sensibilia posita super ipsa: & non est sic de tribus sensibus alijs. E

Medium autem sono quidem aer est, odori autem innominatum est. communis enim quædam passio est in aere, & aqua est vt perspicuum colori, sic est habenti odorem quod in vtrisq; his inest. Videntur enim & animalium aquatica habere odoris sensum. sed homo, & pedibus ambulantium quæcunq; respirant, non possunt odorare, non respirantia. Causa autem & de his posterius dicetur.

Et medium in voce est aer, in odore autem nō habet nomen. est. n. aliqua passio cōmunis in aere, & in aqua. est & in odoratu quasi diaphaneitas in colore, & propter hoc inuenitur ex vtroque. Animalia enim habitantia in aqua habent sensum odoratus. sed homo, & omnia animalia ambulantia anhelantia non possunt odorare sine anhelitu. Et post dicetur causa in istis rebus. F

76 Dicit ꝙ medium in voce est aer, non aqua: quia animalia, quę sunt in aqua, non sentiunt, vt mihi videtur, nisi per voces cadentes in aere ex aqua. apparet enim ꝙ vox non fit ex percussione corporum in aqua, econtrario de odore. D. d, in odore aūt non habet nomen. i. natura autem recipiens odorem, s. quę est in medio, non habet nomen, sicut habet natura, quę recipit colorem in aqua, & in aere, s. hoc nomen diaphanum. D. d. est enim aliqua passio cōis, &c. i. apparet enim ex hoc ꝙ receptio odoris non est aeris scdm ꝙ est aer, neque aqua scdm ꝙ est aqua, sed aliquam passionem esse in natura cōi eis. & illa natura innata est recipere odores extraneos. & hoc erit vt non habeat in se odorem omnino, quemadmodum diaphanum est natura, quę recipit colores extraneos, scdm ꝙ non habet colorem proprium. Et hoc demonstrat ꝙ ipse non opinatur ꝙ odor sit corpus dissolutum in aere ab odorabili, sed est qualitas aliqua, per quam illa natura innata est perfici: sed odor non perficitur per illam, quemadmodum diaphanum per colorem, sed color non per diaphanum. Et sicut color * habet duplex esse: quorum vnum est in diaphano non terminato, & est illud, in quo est extraneum; & aliud in diaphano terminato, & est esse eius naturale: sic odor

Documentū Ari. nō opinat ꝙ odor sit corp' dissolutū ī aere ab odorabi-

A habet ſimilia hęc duo eſſe, ſ. eſſe in humido ſaporabili, & eſt eſſe naturale: & eſſe in humido non ſaporabili, & eſt eſſe extraneum. Et poſt declarabimus hoc, cum locuti fuerimus de hoc ſenſu. D.d. & propter hoc inuenitur ex vtroque. i. propter hanc naturam communem inuenitur odor ex vtroq; elemento, ſcilicet aqua, & aer. Animalia enim aquatica habent ſenſum odoratus, & non eſt dubium, quin hoc fiat mediante aqua. D.d. ſed homo, & omnia animalia ambulantia, &c. & intendebat per hoc declarare ꝙ piſces odorant abſq; anhelitu. & hoc non eſt impoſsibile, ſicut odorant plura animalia habitantia in aere, non anhelantia ſine anhelitu. Deinde d. Et poſt dicetur cauſa in hoc, ideſt quare quędam animalia odorent per anhelitum, & quędam non.

li. Idē infra com. 97. & 101.
* Color hēt duplex eſſe, vnū eſt naturale, et aliud extraneum. Idem infra cō. 97. 121.

Caput Quartum. De auditu, ſono, ac mediis. De ipſa Echo: ac etiam de Voce.

NVnc autem primum de ſono, & auditu determinemus. Eſt autem duplex ſonus, alius enim actus quidam eſt, alius autem potentia. quędam enim non habere ſonum B dicimus, vt ſpongiam, lanam. quædam autem habere, vt æs & quæcunque ſolida, & leuia ſunt, quoniam poſsūt ſonare. hoc autem eſt, inter ipſum & auditū facere ſonū actu.

In hoc autem loco determinemus primo de voce, et de odore. Et dicamus ꝙ vox eſt duplex. eſt enim in actu, et eſt in potentia. ſunt enim quædam, quæ non dicuntur facere ſonum, vt ſpongia, et lana. et quædam dicuntur habere ſonum, vt cuprum, et omne durum. lene enim poteſt facere ſonum. et hic poteſt facere inter ipſum, et auditum ſonum in actu.

Videtur ordinare conſyderationem de virtutibus ſenſus ſecundum nobilitatē, non ſcd̄m naturā: & ideo prępoſuit ſermonē de viſu alijs ſenſibus, deinde de auditu, deinde de odoratu. Et ſermonis eius in hoc capitulo abbreuiatio eſt. & quędam habet ſonum, vt res durę, & quędam non, vt molles. & habentium ſonum, quædam dicuntur habere ſonum in actu: & quędam in potentia. 77

Ariſ. ordinauit cōſyderationē de virtutibus ſenſus ſcd̄m nobilitatē, non ſcd̄m naturam. Idem infra. c. 101.

Fit autem ſecundum actum ſonus ſemper alicuius, ad aliquid, et C in aliquo. pcuſsio enim eſt, quę facit. Vnde et impoſsibile eſt, cū ſit vnū, fieri ſonum. aliud enim eſt, quod verberat, et quod verberatur. quare ſonans ad aliquid ſonat. ictus autem non fit ſine latione. Sicut autem diximus, non quorumlibet ictus ſonus eſt. nullum enim faciunt ſonum lanæ, et ſi percutiantur: ſed æs, et quæcunq; lenia, et concaua ſunt. æs quidem, quoniā lene eſt: concaua autem reflexione faciunt multos ictus poſt primum, non potente exire, quod motū eſt.

Et ſonus in actu ſemper fit per aliquid, et apud aliquid, et in aliquo. percuſsio enim eſt illud, quod agit. Et ideo impoſsibile eſt ꝙ fiat ſonus ab aliquo vno. percutiens enim eſt aliquid, et percuſſum eſt aliud. vnde neceſſe eſt vt faciens ſonum non faciat ſonum, niſi apud aliquid. et percuſsio non fit ſine motu, et tranſlatione. Et ſicut diximus, ſonus non eſt percuſsio cuiuſque corporis. ſicut vellera lanæ, cum fricantur, non faciunt ſonum omnino: ſed cuprum, et omne lene concauum. cuprum autem, quia eſt lene:

corpora autem concaua, quia per reflexionem faciunt plures percus D
siones post primam, propter prohibitionem exitus.

78 Et intendit per aliquid, percutiens: & apud aliquid, percussum: & per in aliquo medium, scilicet aerem, & aquam. & quod dicit in hoc capitulo manifestū est. Et abbreuiatio eius est ꝙ sonus fit a percutiente, & a percusso, & ab aliquo, in quo percussio cadit, percussio enim est actio: ergo habet agens, scilicet percutiens, & materiam, s. percussum. Et, quia percussio est motus localis, non fit nisi in aqua & aere. quoniam impossibile est vt fit in vacuo: vt declaratū est in sermonibus vniuersalibus. Percussum autem, ex quo fit sonus, est duobus modis, aut lene durum, sicut cuprum, aut concauum. Sonus igitur fit a leni propter expulsionem aeris apud percussionem a partibus eius ęqualiter. & hoc intendebat, cum d. cuprum autem, quia est lene. quoniam ita est de sono in hac intentione, sicut de reflexione radiorum, scilicet ꝙ fortiter apparet in corporibus duris, quia ęqualiter existit in eis, quapropter cōgregatur in eis vna actio: vt homines, qui attrahunt ponderosum. a corporibus autem concauis propter reflexionem aeris in eis frequenter, quia non potest exire aer ab eis: & sic expellitur, sicut pila expellitur a pariete. & hoc intendebat per reflexionem. Et debes scire ꝙ sonus non fit in aere, ita ꝙ aer, qui expellitur a percutiente, mouetur per se singulariter, donec perueniat ad auditum. Sed debes scire ꝙ illud, quod fit aere de percussione corporum adinuicē, est simile ei, quod fit in aqua, B quando lapis proijcitur in aquam de circulatione, s. quia fit in aere apud percussionem figura sphęrica, aut prope sphęricam, cuius centrum est locus percussionis per expulsionem aeris ab illo loco ęqualiter, aut prope. Et signum eius est, ꝙ possibile est audiri in quolibet puncto aeris, cuius remotio a percutiēte est eadem: & est remotio naturalis actus, a cuius remotiori non potest audiri illa vox: & ideo omnis percussio habet sphęram terminatam. sic est de odore, & de colore, scilicet quia mouent aerem ex omnibus partibus secundum figuram sphęricam.

Documētū. Ois, pcussio hēt sphęram terminatā. & sic est de odore, & colore. consimile habet infra cō. 97

Amplius auditur in aere, & in aqua, sed minus. Non est autem soni dominus aer, neque aqua, sed oportet solidorum percussionem fieri adinuicem, & ad aerem, hoc autem fit, cū permanet percussus aer, & nō dissipatur. Vnde, si velociter & fortiter percutiatur, sonat. oportet enim vt motus ferientis anticipet fracturam aeris, sicut si aceruū, aut cumulum arenæ percutiat aliquis latum velociter.

Et etiam auditur in aere, & in aqua, sed minus. Et aer, non solus sufficit in sono, neque aqua. sed indigetur vt percussio fit a corporibus E solidis in inuicem, aut ad aerem. & hoc erit, quando fuerit aer fixus ad recipiendum percussionem et non diuidetur. Et ideo, cū aliquod fuerit percussum velociter, et fortiter faciet sonum. necesse est enim vt motus percutientis antecedat diuisionem aeris: vt homo si percusserit cumulum arenæ.

79 Cum declarauit ꝙ percussio fit per aliquid, apud aliquid, & in aliquo, & declarauit ea, per quę fit percussio, & secundum quę, incœpit declarare illud, in quo fit percussio, & dixit. Et etiam auditur in aerę, & in aqua, sed minus, i. sed aqua minus reddit vocem fortiter ꝙ̄ aer. Deinde dicit. Et aer non est solus sufficiēs in sono, &c. idest & aer non sufficit vt fiat sonus absq; aliquo percusso: neque aqua etiam sufficit in hoc: sed indigetur vt in aere fiat percussio a corporibus solidis in inuicem, & in ipso aere. Deinde di. & hoc erit, quando aer fuerit fixus, &c. idest & sonus fit, quando percussio fuerit a solidis corporibus adinuicem, & in ipsum aerem: & fuerit percussio ipsius aeris per velocem motum, ita ꝙ pręcedat motum aeris: & fuerit percutiens habens latitudinem, & quantitatem: quoniam resistet tunc ei aer, cum enim percutiens, & percussio fuerint talia

Cōtradictio hic et supra cō. 76, quia ibi vr̄ ꝙ medium, i quo fit sonus, ē aer tm̄, nō aqua & idem hēt infra. c. 81. in hoc vero

A talia continget vt aer videatur quasi fixus, & non diuisus, scilicet quando percutiens non fuerit diuisum: & motus eius non fuerit tardus. D. d. Et ideo, cum aliquid fuerit percussum, &c. idest & signum eius, ꝙ sonus non fit, nisi quando motus percutientis fuerit velocior diuisione, est ꝙ, cum aliquid fuerit percussum ex eis, quę non sunt innata facere sonum fortiter, et velociter, fiet sonus. vt accidit, quando homo percusserit cumulum arenę fortiter, & velociter. & propter hoc, quod dixit accidit, ꝙ ea, quę sunt velocis motus, faciunt sonum in aere, licet non percutiant aliud, vt motus corrigię in aere.

Echo aũt fit, quando ab aere, vno facto propter vas quod terminauit, & prohibuit frangi, iterum aer repellitur, quemadmodum sphæra. Videtur autem semper fieri echo, sed non clara. quia accidit in sono, sicut & in lumine. Etenim lumen semper repercutitur. non enim fieret vbiq; lumen, sed tenebræ, extra locum Sole illustratum. sed nõ sic repercutitur, vt ab aqua, aut aere, aut etiam aliquo alio læuium, vt vmbram faciat, qua lumen determinamus.

B Echo autem fit ex aere, quando fuerit vnus propter vas, a quo continetur, & prohibetur a diuisione, quando aer reuertetur, & expelletur ab eo quasi sphæra. Et forte echo fit semper, sed non manifeste. Accidit enim in sono, sicut accidit in luce. Lux enim semper reflectitur. &, si non esset ita, non esset in omni loco, sed obscuritas esset extra locum, super quem cadit Sol. sed non reflectitur sicut reflectitur, aqua, & ab a cupro, & ab aliis corporibus lenibus, ita quòd vmbram, est illud, per quod venit lux.

Cum declarauit ea, ex quibus fit sonus, et quomodo fit, incępit declarare quoddam accidens soni, quod dicitur echo: & est iteratio soni, conseruando suã figuram; vt accidit in domibus non habitatis. Et. d. Echo aũt, &c. idest echo fit ex aere, qui fit vnus, idest terminatus, & inclusus propter illud, a quo continetur, & prohibetur ab exitu. quoniam, cum motus eius a primo percutiente perficitur, 30
percutitur aer a lateribus eius, a quo cõtinetur: & percutit ipsum sc̃da percussione simili primę percussioni, quę fecit sonum: & sic auditur idẽ sonus iteratus ei, quasi respondens primo. Et assimilauit istud sphęrę expulsę. quoniam, quando sphęra expellitur, contingit in ea motus similis primo motui: & echo auditur post primum sonum, quasi respondens: quia iam declaratum est ꝙ inter omnes duos motus est quies. Et non est intelligendũ ex hoc, quod dixit, fit ab aere, qñ fuerit vnus, ꝙ fiat ex vno aere, quia est distinctus per motum ab aliis partibus aeris, vt lapis, quando proiicitur, aut pila: sed oportet intelligere ꝙ intendit per vnum aerem, vnum, quia est terminatum, & contentum a vase. Aer enim, qui est talis, cum in eo contigerit aliqua passio, & motus fortis: continget tunc a percussione simile ei, quod contingit a iactu lapidis in aqua, scilicet ꝙ ille motus non perficitur propter ipsum terminans; quapropter percutitur secundo a lateribus vasis terminantis: & sic contingit alia passio similis primę, quapropter ille sonus iteratur. Aristo. igitur assimilauit aerem in hoc motu sphęrę: quę, cum proiicitur, expellitur mota ab eo, quod occurrit, quando motus suus non perficitur expulsioni simili primę, non secundum ꝙ vna pars aeris est illa, cui accidit secundo ista reflexio, & expulsio. Deinde d. Et forte echo semper fit, sed non manifestę. & innuit per hoc quomodo motus sphęrę fit in aere apud percussionem, Talis enim motus non fit in aere a percussione, nisi motu reflexionis. Percutiens enim primo expellit aerem in directo eius ad partem, ad quam mouetur percutiens: &, nisi partibus aeris accideret motus conuersionis, non fieret iste motus ex omnibus partibus rei percussę ęqualiter, aut prope, ita ꝙ ex hoc fieret figura sphęrica, aut prope, cuius centrum est res percussa. & dixit. Et forte echo fit semper idest & forte causa, propter quam fit echo, scilicet conuer-

C (marginal note beside "duos motus est quies"): Iã est declaratũ ꝙ inter oẽs duos motus est qes. ꝓ hoc vide. 8. Ph. t.c. 62. 63. 64. 65. & 66.

sto, semper est in sono, sed debiliter. Cum enim fuerit ita fortis ꝙ faciet passionem permanentem in aere, aliam numero a prima passione, & similem ei in qualitate, tunc fiet echo. D.d. sicut accidit in luce. Lux enim reflectitur, &c. id est et hoc, quod accidit in sono, simile est illi, quod accidit luci. Lux enim habet duas reflexiones, fortem, & debilem. Fortis enim facit lucem secundam, & est conuersio, quę fit a corporibus tersis: & est similis reflexioni, quę facit in aere sonum mutuum, qui est echo. Secunda autem est lux debilis, propter quam videntur res in vmbra: & est similis conuersioni, per quam audit homo sonum suum, & est illud, quod non peruenit ad hoc, ꝙ sit sicut conuersio, quę fit ab aqua, & cupro, quę facit secundam lucem in parte opposita primę luci, sicut conuersio fortis facit in aere secundam vocem in parte opposita primę voci. Et illud, per quod scimus hanc conuersionem lucis, sicut dixit, est quia videmus in loco, super quem non cadit sol. Lux enim innata est exire a lucido secundum rectas illuminationes ad partem oppositam lucidę parti ex corpore luminoso, sicut declarauerunt facientes libros aspectuum. Si igitur non esset illic conuersio, tunc obscuritas esset in omnibus partibus pręter partem, cui opponuntur radii. quemadmodum, si motus aeris, qui facit sonum, esset in parte, in qua impellitur a percutiente tantum, tunc sonus non audiretur, nisi ab eo, qui est in illa parte tantum. sed sonus auditur in omnibus partibus rei percussę. & ideo scimus ꝙ illud, quod contingit luci de figura sphęrica, simile est ei, quod contingit motui percussionis in aere. Secundum hoc igitur est intelligenda consimilitudo inter has duas reflexiones. Corpus autem, cum fuerit luminosum ex omnibus partibus, non est dubium ꝙ faciet sphęram lucidam. & hoc declaratum est in aspectibus. Differentia igitur inter hanc sphęram, & primam, est ꝙ lux est in ista consimilis, & in illa diuersa secundum fortitudinem, & debilitatem. Et videtur etiam ꝙ sphęra lucis facta a corpore luminoso ex vna suarum partium, cum hoc ꝙ est non consimilis sibi in luce, est etiam non perfectę rotunditatis, scilicet ꝙ longissima diameter est illa, quę exit a corpore luminoso ad circunferentiam in parte, cui opponuntur radii: & breuissima in parte opposita: & est pars, quę est spissioris vmbrę omnibus partibus, & paucioris lucis. D E

Vacuum autem recte dicitur audiendi dominus. videtur enim esse vacuum aer. hic autem est faciens audire, cum mouetur continuus, & vnus. Sed propterea quod fragilis est, non sonat, nisi lęue sit quod percutitur. tunc autem vnus fit simul, propter planum. vnum enim est lęuis planum.

Recte igitur fuit dictum quòd vacuum prodest in auditu. existimatur enim quòd aer sit vacuũ. & hoc est quod facit audire, cũ mouebitur continuum, & vnũ. Sed non propter hoc, quod est obediens. nõ enim fit nisi percussum fuerit lene. & tunc sonus fiet vnus, quoniã venit insimul a superficię eius. superficies enim lenis est vna. F

61 Cum declaratum est ex hoc ꝙ, aer est materia soni, ꝙ impossibile est fieri nisi per illum, non errauit ex hoc modo, qui dixit ꝙ sonus fit per vacuum, cum credebat aerem esse vacuum, et si errauerit, inquantum credebat aerem esse vacuũ. Ipse igitur laudat eos, quia recte dixerũt vno modo: licet errauerint in existimatione sua. D.d. Sed non propter hoc, quod est obediens, &c. idest & aer est illud quod facit audire, cum mouebitur vnum continuum. sed iste motus non inuenitur ei vnus, & continuus secundum ꝙ est obediens tantum, & rarum: sed cũ percussum fuerit corpus lene. Et, cum dedit causam, propter quam motus sit vnus, & continuus: & est ꝙ percussum sit corpus lene, dedit causam in hoc, & d. & tunc sonus fiet vnus, &c. idest & dicimus ꝙ necesse est in fiendo sonum vt percussum sit lene; quia vnus sonus non fit nisi ab vno motu, quando corpus percussum fuerit lene. tunc igitur motus, qui fit in aere, fit ab vna percussione: quoniã insimul expellũtur partes aeris a superficie eius, qm̃ superficies rei lenis est vna

Quãdo corpus pcussum fuerit lene,

A quapropter & percussio erit vna, quapropter et sonus erit vnus. superficies aūt a sphæra non est vna, sed plures superficies. quapropter percussio erit plures: quapropter sonus nō fiet illic oīo pp̄ diuersitatem, & vniformitatem earum. &, quia vna earum non sufficit in faciendo sonum, nec omnes insimul, fiunt vna percussio. sonus erit vnus. Idem supra co. 78.

Sonatiuum igitur est, quod motiuum est vnius aeris continuitate vsq; ad auditum. Auditus autem connaturalis est aeri. propterea aūt quod in aere est, motu exteriori, qui intra est mouetur, Vnde non vndique audit animal, neque quocunq; transit aer. non enim vbiq; habet aerem quod moueri debet secundum partem, animatumque est, sicut pupilla humidum.

Habens igitur sonum est mouens vnum aerem scd̄m continuationem, quousq; perueniat ad auditum. Et auditus est copulatus cum percussione, quia est in aere. Et ideo non in omni loco audit animal, neque in omni loco transit aer. membrum enim motum, & anhelans non in omni loco habet hoc, sicut dispositio videntis apud humoré.

B Cum declarauit dispositiones, quibus fit sonus, s. dispositiones percutientes, & percussi, & aeris, incepit declarare quomodo fit copulatio soni cum auditu ab istis rebus, & d. Habēs igitur sonum, &c. i. necesse est igitur ex hoc, quod declarauimus, vt agens sonū sit mouens vnum aerem motum vno motu continuo, quousq; perueniat ad auditum. Et intendit per hoc, quod dixit vnū, non vnum propter distinctionem ab aliis partibus aeris, sed vnum propter vnum motum continuum. D. d. Et auditus est copulatus, &c. i. & sensus auditus copulatur cū sono: quia in eo existit aer continuus cum aere extrinseco; qui, si non esset, nihil sentiret. D. d. Et ideo non in omni loco, &c. i. &, quia necesse est vt in hoc sensu sit aer continuus cum aere extrinseco, in quem cadit percussio, ideo animal non potest audire in omni loco, sed in locis, in quibus nihil diuiditur inter aerē percussum, & aerem in sensu auditus: neque ex omni membro auditur, sed ex membro, in quod transit aer. s. auris. D. d. membrum enim motum, & anhelans, &c. i. ita est de hoc, quod animal non audit, nisi ex membro proprio, sicut de anhelitu & visu. membrū enim per quod anhelatur, non est quodcunq; membrum sit, sed membrum proprium, scilicet pulmo. & similiter est dispositio videntis in comparatione ad humorem glacialem. s. q̄ visio nō aptatur ei, nisi per membrum, in quo est humor diaphanus aptus ad recipiendum colores, v. g. humor glacialis. et ideo animal carens istis instrumentis caret istis sensibus. 82

Hic cōmētator vr̄ tenere visionem fieri ī humore glaciali

C Per se igitur insonus est aer, propterea quod facile dissipabilis est cum vero prohibetur dissipari, huius motus sonus est. Hic aūt in auribus inædificatus est, ad hoc vt im nobilis sit, quatenus certe sentiat omnes differentias motus. Propter hæc autem et in aqua audimus, quoniam non ingreditur ad ipsum connaturalem aerem, sed neq; in aurem propter anfractus. Cum autem hoc accidit, non audit: neq; si membrana laboret, sicut cum, quæ super pupillam est, pellis laborat.

Hoc igitur ipsum non habet sonū, s. aer, quia est velocis diuisionis. cum igitur prohibetur a diuisione, tūc motus eius erit sonus. Aer autem, qui est in auribus, fuit positus in eis non motus, vt sentiat perfecte oēs modos motus. Et pp hoc audimus ēt in aqua: quia non intrat super ipsum aerē copulatum, cum non intrat, neq; in aure pp sphærā. Et, cū hoc acciderit, nō audiemus: neq; etiam cum acciderit matri cerebri occasio, sicut dispositio cutis, quæ est super visum, q̄n accidit

occasio. Et quod accidit de destructione auditus per introitũ aquę su per istum aerem. Istud idem accidit ex introitu aeris extrinseci super ipsum & scias hoc. D

83 Cum declarauit ꝙ per aerem fit ꝙ sonus copulatur cum sensu, & ꝙ ipse est elementũ proprium isti sensui, sicut est etiam elementum proprium sensui visus incepit declarare modum, secundum quem aer recipit sonum, & d. Hoc igitur ipsum non habet sonum, scilicet aer, &c. idest & aer est recipiens proprium sonum, quia non habet in se sonum, cum in ipso non sit motus, qui faciat sonum. & causa in hoc est, quia est velocis diuisionis hoc. & hoc in aere simile est in diaphano. quemadmodum enim si diaphanum haberet colorem, non reciperet colores, ita aer, si haberet sonos, ex se non reciperet sonos. Deinde d. cũ igitur prohibetur, &c. i. & cũ in eo continget per aliud motus, qui prohiberet eum a diuisione, & est motus, qui fit a percutiente in percussum, tunc iste motus facit in eo sonum. D. narrauit ꝙ ista est causa propter quam natura posuit in auribus aerem non mutatum, sed valde quiescentem, & d. Aer autem, qui est in auribus, fuit positus in eis non motus, vt sentiat perfecte omnes modos motus factos in aere extrinseco. iste igitur aere positus in auribus excedit aerem extrinsecum in quiete. D. d. Et propter hoc audimus etiam in aqua, &c. t. &, quia aer est necessarius in sensu auditus, audimus in aqua, quando aqua non intrauerit super aerem, qui est in aure, neque corruperit eum propter sphęram, quę est in creatione auris. & quando intrauerit non audiemus: & tunc accidet nobis illud, quod accidit, quando *pelli cerebri accidit occasio. quia tunc non audiemus, quemadmodum quando cuti, quę est super visum, acciderit occasio, non videmus. Et intendebat declarare ꝙ comparatio aeris positi in aure est sicut comparatio membri proprii vnicuiq; sensato, scilicet hoc, per quod primo percipitur actio istius sentientis. & ideo assimilauit istud, quod accidit huic aeri de destructione per introitum aquę super ipsum ei, quod accidit de percussione cadente super aurem, & super ipsum visum. Et illud, quod accidit de corruptione auditus per introitum aquę super istum aerem positum in auribus, accidit per introitum aeris extrinseci super ipsum. B

Sicut si diaphanũ haberet colores, non reciperet colores, ita si aer hᾱret sonos, non reciperet sonos. Idem supra c. 67. & tex. c. 71

*a. l. matri. Documẽtũ.

Sed & signum audiendi aut non, est sonare aurem semper, sicut cornu. semper enim quodam proprio motu mouetur aer, qui in auribus: sed sonus extraneus, & non proprius est. Et propter hoc dicunt audire vacuo & sonante, quia audimus habente determinatum aerẽ.

Et etiam signum auditus primo est audire tinnitum in aure semper, vt cornu. aer enim in aure semper mouetur quoquo modo motu proprio: sed sonus est extraneus, non proprius. Et ideo dixerunt quòd auditus fit per uacuum terminabile, quia non audimus, nisi per aliquid in quo existit aer distinctus. F

84 Cum declarauit ꝙ iste aer, qui existit in auditu, est necessarius in hoc, incępit dare testimonium quod in aure existit aer distinctus ab aere extrinseco. et d. Et iste etiam signum auditus, &c. idest & demonstrat ꝙ iste aer existit in aure hoc, quod signũ verificationis auditus in homine, vt Medici dicunt, est ꝙ semper audiat tinnitum in auribus, cum hoc fuerit sine occasione: vt accidit homini, quando posuerit cornu in aures, & auscultauerit sonum in eo, propter aerem inclusum in cornu. & duritiem cornu. * Deinde d. aer enim in aure semper mouetur, &c. i. & causa huius tinnitus, quem audit acuti auditus, est quia aer, qui est in aure, semper mouetur motu proprio. sed iste motus est proprius, & motus soni est extraneus quapropter iste motus non impedit motum soni. D. d. Et ideo dixerunt, &c. i & propter istum tinnitum, qui auditur in aure propter aerem inclusum, dixerunt Antiqui ꝙ auditus fit per vacuum habens tinnitum: quia credebant aerem esse vacuum. & dixerunt hoc, quia nos non audimus nisi per membrum, in quo existit aer distinctus ab aere extrinseco.

* Aer, qui ẽ in aure, sup mouet̃. Sed oppositũ d. co. supiori. vide cõtra. Zim.

A Vtrum autem sonat id, quod verberat, an quod verberatur? An & vtrunque, modo autem altero. Est enim sonus motus eius, quod potest moueri hoc modo, quo resultantia a læuibus, cum aliquis percusserit. Non igitur, sicut dictum est, omne sonat, quod verberatur, & quod verberat, vt si feriat acus acum, sed oportet quod percutitur regulare esse, vt aer vniuersus resiliat, & concutiatur. Sonus.

Vtrum autem sonorum est, percutiens, aut percussum? Dicamus igitur ꝙ est vtrunq;, sed duobus modis diuersis. Sonus enim est motus illius, quod potest moueri in tali modo, scilicet vt a corpore aliquo reflectantur corpora lenia. Sed non omne percussum, & percutiens habet sonum, sicut est dictum, v. gratia si acus percusserit acum: sed necesse est vt sit æquale.

Cum sonus sit, a percussione, percussio autem fit a percutiente, & a percusso incepit quęrere cui attribuitur sonus, & d. Vtrum autem, &c. D. d. hoc enim fit duobus modis diuersis. sonus enim est motus illius, &c. id est sonus enim est motus illius aeris, qui mouetur expulsus a casu percutientis super percussum: sicut B aliquid euadit, & mouetur a corpore leni, cum fuerit percussum super illud corpus per aliud corpus lene. Quemadmodum igitur motus rerum euasarum attribuitur percutienti secundum agens, & percusso secundum subiectum, ita sonus qui est motus aeris, qui est tali modo, attribuitur percutienti, & percusso. D. d. Sed non omne percussum, & percutiens, &c. ista est alia conditio addita in corporibus sonoris, s. vt sint lata. sunt igitur tres conditiones, s. vt sint lenia, dura, lata, quę possunt precedere per suum motum diuisionem aeris. 85

a. l. resilientium, a. l. in cisatā

Tres sūt cōditiōes ī corporibus sonoris, s. vt sint lēia, dura, & lata.

Differentiæ autem sonantium in sono secundum actum ostenduntur. sicut enim non videntur colores sine lumine, sic neque sine sono acutum, & graue. Hæc autem dicuntur secundum translationem a tangibilibus acutum enim mouet sensum in pauco tempore multum graue autem in multo paruum. Non igitur velox est acutum graue autem tardum, sed fit illius quidem propter velocitatem motus huiusmodi, huius autem propter tarditatem. Et videntur similitudinem habere cum eo, quod circa tactum, acuto, & contuso. acutū enim quasi pūgit, obtusum vero quasi pellit, propterea quòd mouet, illud quidē C in pauco, hoc autem in multo: quare accidit illud quidem esse velox, hoc autem tardum. De sono igitur sic determinatum sit.

Modi autem rerum sonorarum declarātur in sono, qui est in actu. quemadmodum enim colores non videntur sine luce, sic graue, & acutum non sentiuntur sine sono. Et hoc dicitur secundum transumptionem ex rebus tangibilibus. acutum enim mouet sensum in modico tempore multum. graue autem in tempore longo parum. Sed tamen acutus non est velox, neque grauis tardus, sed motus illius erit sicut velocitas, & motus istius sicut tarditas. Et forte hoc est simile ei, quod inuenitur in sensu tactus de acuto, & obtuso. acutum enim quasi est stimulans, obtusum vero quasi expellit. illud enim mouet in modico tempore, & illud in longo. contingit igitur ex hoc vt istud sit velox, & istud tardum. Hoc igitur est, quod determinauimus de sono.

Vult declarare in hoc capitulo, quando comprehenduntur primi modi soni, 86

& qui sunt.& dicit. Modi autem terŭ sonorarũ, &c.idest differentię autem rerum sonorarum comprehenduntur, & declarantur apud esse soni in actu. D.d. quemadmodum enim colores non videntur,&c.i:quemadmodum enim differentię colorum non comprehenduntur sine essentia coloris in actu,et illud erit apud pręsentiam lucis,sic acutum & graue in sono, quę sunt primę differentię soni, non comprehenduntur sine essentia soni in actu. D.d.Et, hoc dicitur secundum transumptionem,&c.idest & vocare differentias soni graue,& acutum est secũdum similitudinem ad res tangibiles.quoniam quidem sonus mouet sensum magno motu in modico tempore: & tangibile acutum est tale: & ideo transumebatur nomen eius ad illud.& similiter etiam quia quidam sonus mouet auditum lõgo tempore paruo motu similis est tangibili, quod mouet tactum in longo tempore paruo motu,scilicet obtuso.D.d.Sed tamen acutus non est velox, &c. idest sed tamen sonus,qui mouet auditum motu magno in tempore paruo, non est velox in rei veritate.neque sonus grauis tardus.velox enim & graue in rei veritate sunt de dispositionibus mobilium.sed hoc dicitur graue,quia mouet tardet hoc acutum,quia mouet velociter. D.d.Et forte hoc est simile,&c.i.et forte ista intentio,quę inuenitur in sono de moto veloci,& tardo,est quasi similis ei,quod inuenitur in sensu tactus de acuto,& obtuso. & ideo transumpta fuit ista ordinatio de acuto,& obtuso,non de veloci & tardo. &,quia obtusum simile est graui, ideo talis sonus dicitur grauis.D.d.acutum.n.&c.i.sonus.n.acutus quasi stimulat,sicut stimulat corpus acutũ: & sonus grauis quasi expellit, sicut expellit corpus obtusum,quia assimilatur graui contingit igitur ex hoc vt illud sit velox, & hoc tardum.i.& ex quo contingit secundum consuetudinem vocare sonum, qui videtur quasi stimulare,& sonum,qui videtur quasi expellere,grauem. D E

Vox autem sonus quidam est animati.inanimatorum enim nullũ vocem ædit. sed secundum similitudinem dicuntur vocem edere, vt tibia,& lyra,& quæcunque alia inanimatorum extensionem habent, & *melos,& locutionem.videntur enim,quia & vox hæç habet. Multa autem animalium vocem non habent, vt & quę sunt sine sanguine,& sanguinem habentium pisces. & hoc rationabiliter. siquidem sonus aeris motus est. Sed qui dicuntur vocem edere.vt qui in Acheloo sunt pisces.sonant branchiis,aut quodam alio huiusmodi,

*concentum

Vox autem est aliquis. sonus in animato,v.g.quod fistula,& alia, quæ habent expansionem,& tonum,& idioma,& sunt similia, quoniã in voce sunt etiam istã.Et plura animalia non habent vocẽ, vt carentia sanguine, & pisces de animalibus habentibus sanguinem. & hoc necesse fuit.sonus enim aliquis motus aeris. Sed ea, quæ dicuntur vociferare, vt animalia,quæ sunt in flumine,quod dicitur Achelous,non faciunt sonum,nisi per vias narium, aut per similia. & hoc non dicitur vox nisi æquiuoce. F

87 Cum locutus fuit de sono vniuersaliter,siue de animato, siue de non animato, incępit loqui de sono animati,& d. Vox aũt est,&c.idest vox aũt est sonus animalis animati,in quo inuenitur neuma,vel nete, & irach, & dictiones. & ideo plura instrumenta dicuntur vociferantia secundũ similitudinem: quia hæc tria inueniuntur in eis,aut sua representantia. Fistula.n.& alia instrumenta non dicuntur vociferantia,nisi quia habent expansionem,i.neuma, vel nete,& tonum, i.irach,& dictiones,i.aliquod simile literis,& dictionibus.D.d.& sunt silia,&c. i.& ista instrumenta in vociferando sunt similia animalibus.hęc.n.tria existunt in animali in rei veritate:in istis vero per similitudinẽ D.d. & plura animalia non habent vocem,&c.idest & recte accidit ꝙ plura animalia non habent vocem,vt animalia carentia sanguine, & piscis de animalibus habentibus sanguinem:cum sit declaratum ꝙ sonus est motus factus a percutiente, & percusso in

A aere; & ista animalia carent aere, qui percutiat ea in suis interioribus: & carent instrumentis, quę percutiunt aerem. Et, cum narrauit hoc de istis animalibus, induxit ꝙ forte aliquis dubitabit de huiusmodi ex hoc, ꝙ quidam modus piscium vociferat, & d. Sed ea, quę dicuntur vociferate, &c. & intendit per vias branchos. & intendebat ꝙ tale non dicitur vociferatio, nisi ęquiuoce, cum non inueniantur in ea illa tria genera, quę sunt neuma, vel nete, & trach, & literę, aut similia literis.

Sonus ẽ motus fact' a ꝑcutiente, & percusso in aere. Idẽ supra t.co. 78.

Vox autem sonus animalis est, & non qualibet parte. Sed, quoniã omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo, hoc aũt est aer, rationabiliter vtique vocem edent hæc sola, quęcunque suscipiunt aerem. Iam enim eo, qui respiratur, vtitur natura a duo opera, sicut lingua ad gustum, & locutionem: quorum gustus quidem necessarius est, vnde & pluribus inest, interpretatio autem vt bene sit: sic & spiritu, & ad calorem interiorem, tanquam necessarium: causa autem in aliis dicta est: & ad vocem, vt bene sit.

Natura vtiẽ aere q respirat' ad duo opera, sicut ligua ad gustum, et locutionem.

Vox aũt est sonus animalis, sed non per quodcumque membrum. B Sed, quia omnis res non habet sonum, nisi percutiendo aliquid, s. aerem, necesse est etiam vt ista tantum vociferent, s. recipientia aerem. Natura enim vtitur aere anhelato in duabus actionibus, sicut lingua in gustu, & loquela. sed gustus est necessarius, & ideo est in pluribus, loquela autem propter melius. Et similiter vtitur anhelitu in calore intrinseco, & hoc est necessarium: & iam dedimus causam in hoc in alio libro: & in vociferatione propter melius.

Cum declarauit ꝙ vociferatio dicitur ęquiuoce in eis, quę vociferant ꝑ branchos, & in animalibus anhelantibus, vult modo notificare genus animalium, in quo inuenitur vera vox. & dicit Vox autem, &c. idest vox autem vera est sonus animalis propriis, & per membrũ proprium. Deinde incępit declarare sermonem quod membrum est, & quod animal est, & d. Sed quia omnis res non habet sonum, &c. idest quia iam declaratũ est ꝙ omne sonorum non habet sonum, nisi percutiens, & percussum in aere, manifestum est ꝙ impossibile est inuenire animal sonorũ, nisi habet membrũ, ex quo fiat percutiens, & percussum, & aerẽ quem immutat in illud membrum, & extrahat ab ipso: & ꝙ illud membrum habeat figuram, & quãtitatem, & situm terminatum. Vnde necesse est vt etiam animalia C vociferantia in rei veritate sint animalia, quę recipiunt aerẽ in interioribus suis, & extrahunt ipsum in istis. n. inueniuntur illa tria, ex quibus fit vox in rei veritate. Deinde incępit declarare ꝙ istud iuuamentum, per quod natura vtitur aere in animali anhelante, est aliud a iuuamento, quod est infrigidatio: et ꝙ natura vtitur eodem membro ad duo, quorum vnum est vtile, & reliquum necessarium, vt declaratur in animalibus. & d. Natura enim vtitur aere anhelato, &c. & intendit per duas actiones vociferationem, & infrigidationem. D. d. sed gustus est necessarius, &c. idest sed gustus ex his duobus est necessarius in essendo animalia: & ideo inuenitur in pluribus animalium iuuamentũ aũt suum in loquela est propter melius: & ideo carent eo multa animalia. Deinde d. Et similiter vtitur anhelitu in calore, &c. idest & natura vtitur immissione anhelitus propter calorem, qui est interius: & hoc fuit necessarium animalibus anhelantibus; & vtitur eo propter melius in vociferatione. Et locus, quem innuit ꝙ in eo fuit locutus de hac intentione, est suus tractatus, quem fecit de Anhelitu. & iste tractatus non peruenit ad nos, & oportet perscrutari de hoc singulariter. videtur enim ꝙ illud, quod dicit Galenus in hoc, non est sufficiens. 88

Ari. fecit librũ d anhelitu. & de anhelitu nõ sufficienter dixit Gale.

Instrumentum autem respirationi guttur. cuius autem causa hæc pars est, pulmo. hac enim particula plus habent caloris pedestria aliis.

Indiget autem respiratione & qui circa cor locus primus. vnde necesse est intro respiratum ingredi aerem. D

Et trachea arteria est instrumentum anhelitus, & vocis. & illud, propter quod fuit hoc membrum, est pulmo. per hoc enim membrũ excedit animal ambulans alia animalia in calore. Et indiget anhelitu propter cor prius. & ideo indiget necessario vt aer infrigidetur, vt anhelet ad interius.

89 Et, cũ declarauit q̃ necesse est vt nullum aĩal habeat vocẽ, nisi sit anhelans, & q̃ per idem membrum facit animal vtrunq;, incępit dicere illud mẽbrum, et d. Et trachea arteria. & intendit per tracheam arteriã epiglotũ, et cãnam. Et manifestũ est q̃ hoc membrum est instrumentum vocis: qm̃ in extremo huius mẽbri est corpus simile linguę fistulę. et similiter est manifestum q̃ hoc membrum est propter pulmonem: quia est via ad ipsum. Et d. per hoc. n. membrũ excedit, &c. i. quia hoc mẽbrum inuenitur in aĩalibus hñtibus sanguinem ambulãtibus, ideo sunt calidiora aĩalibus carentibus hoc membro. D. d. Et indiget anhelitu propter cor prius. i. & ista animalia indigent anhelitu propter calorem cordis prius, & secundo propter calorem illius membri. D. d. & ideo indiget necessario vt aer frigidetur, &c. i. propter calorem cordis indiget animal ad immittendum aerem frigidum prius, & propter calorem pulmonis: secundo indiget ut extrahat ipsum. Et hoc, quod dixit, necessarium est. Prima. n. necessitas in anhelitu est ad immittendum: Secunda ad extrahendum. prima autem est propter cor: & secunda propter pulmonem. quoniam, nisi esset calor pulmonis, non indigeret animal ad extrahendum aerem frequenter. & hoc est simile ei, quod inuenitur in pluribus artificiis, s. quia indigent mutare instr̃m, per quod agunt, propter illud, quod contingit illi instr̃o, ab eo, qui vtitur. instrumentum enim non mutatur, nisi quando consumitur, & consumptio contingens ei aut est propter vtentem, aut propter ipsum vsum. Si igitur pulmo desyderat ad extrahendum aerem calidum, tunc motus eius non est ex pectore tantum, vt opinatur Galenus & ista intentio indiget perscrutatione per se. E

Documẽtũ. Pria necessitas ĩ anhelitu ẽ ad immittendum: secunda ad extrahendũ prĩa est pp cor: et secũda ẽ pp pulmonem.

Quare percussio respirati aeris ab anima, quæ est in his partibus, ad vocatam arteriam uox est. Non enim omnis animalis sonus vox est, sicut diximus: est enim & lingua sonare, sicut tussientes: sed oportet animatum esse verberans, & cum imaginatione aliqua. significatiuus enim quidam sonus est vox, & non respirati aeris, sicut tussis, sed isto uerberat eum, qui est in arteria ad ipsam. Signum autem est non posse vocem edere respirantem, aut expirantem, sed detinentem, mouet enim isto retinens. F

Nõ oĩs aĩalis sonus, vox est, sed cũ imaginatione significandi.

Oportet igitur ex hoc vt percussio aeris anhelati ab anima, quæ est in istis membris, ad illud, quod vocatur canna pulmonis, sit vox. Non enim omnis sonus, qui fit in animalibus est uox, vt diximus: possumus enim facere sonum per linguam, sicut apud tussim: sed indigetur vt percutiẽs sit animatum, & cum aliqua imaginatione. vox enim est sonus illius, & non est aeris anhelati, sicut tussis, sed per hoc percussit aerem, qui est in canna. Et signum eius est quòd nos non possumus uociferare in respirando, aut expirando. & nos non mouemus per illud membrum, nisi cum clauserimus ipsum.

90 D. Oportet igitur vt percussio aeris anhelati, ab anima, quę est in istis mẽbris ad cannã, sit illud, quod facit vocem. necesse est igitur vt essentia vocis non sit aliud, nisi percussio aeris anhelati ad membrũ, quo canna dicitur, ad expulsione

Essentia vocis nõ ẽ ali-

A animę imaginatiuę voluntarię, quę est in istis membris : quemadmodum fistulatio est percussio aeris ad linguam fistulę a fistulante habente animam expellentem apud imaginationem neumatum, vel nete. Dein. d. Non enim omnis sonus, &c. idest & diximus ꝙ necesse est in essendo vocem vt percutiens habeat animam imaginatiuam . quia non omnis sonus factus ab animali est vox: vt sonus, qui fit sine voluntate apud tussim , & apud motum linguę . sed vox est sonus , qui fit cum imaginatione, & voluntate . & ideo dixit . animatum , & cum aliqua imaginatione . innuit enim ꝙ ista actio completur duabus virtutibus animę : quarum vna est concupiscibilis , altera imaginatiua . Deinde dicit vox enim est sonus illius, &c. i. † primum enim mouens in voce est anima imaginatiua, & concupiscibilis . & ideo vox est sonus illius primi, idest volentis . & nõ est sonus mouentis aerem anhelatum : vt sonus, qui fit apud tussim . sed mouẽs in voce est aliud ab isto mouente, licet non moueat nisi per ipsum . & hoc intẽdebat, cum d. sed per hoc percutit aerem, qui est in canna. i. sed illud primũ mouens, quod est proprium voci, percutit aerem, qui est in canna apud vocem, per illud, qd moueat aerem anhelatum. D. d. Et signum eius est ꝙ nos nõ possumus vociferare &c. i. & signum eius ꝙ primum mouens in voce mouet aerem, mediãte primo mouente aerem in anhelitu, est ꝙ nos non possumus vociferare, dum inspiramus aut expiramus . mouens. n. in anhelitu alio instrumento vtitur in illa B hora ab instrumento primę motionis in percussione, quę facit sonum . sed impossibile est vt vno instrumento vtatur in diuersis actionibus in vna hora . D. d. & nos non mouemus per illud membrum , nisi cum concluserimus ipsum . idest & ideo nos non mouemus aerem motu vocis per hoc membrum, quod inspirat, & expirat, nisi quando incluserimus anhelitum , & reddiderimus ipsum ociosum ab actione, quę est anhelitus .

ud, nisi ꝑcussio aeris anhelati ad mẽbrũ, qđ cãna dr̃, ab expulsiõe aĩę imagiatiuę volũtarię, quę est in istius mẽbris.

† Primũ mouẽs in voce est aĩa imaginatiua, & concupiscibilis.

Manifestum autem & cur pisces sine voce sunt . non enim habent guttur. hanc autem partem non habent , quia non recipiunt aerem, neque respirant. Sed qui dicunt sic, peccant propter quam igitur causam alia ratio est .

Et manifesta est etiam causa , propter quam pisces carent voce. carent enim canna quia non recipiunt aerem. & qui dicit hoc esse, peccat Causa autem in hoc dicenda est in alio loco.

Dicit ꝙ causę , propter quas pisces non habent vocem , sunt tres . & primo incępit a remotiore , & d. quia non habent pulmonem, & cannam. D. d. causam huius causę, & d. quia non recipiunt aerem. i. quia non indigent immissione aeris, aut emissione . D. d. causa autem in hoc dicenda est alio loco . idest causa C autem istius esse, & est causa propria , & propinqua huic accidenti dicenda est in alio libro de Animalibus .

91 Cõtradictio, qa põit ñ habere pulmonem causam remotã sed ĩ prio Poste. posuit eã causam propiam. Vide contr. Zim.

Caput Quintum . De olfactu , olfactibili, ac medio.

E odore autem, & olfactibili minus facile determinabile est dictis . non enim sic manifestum est quale quid sit odor, ut sonus, aut lumen, aut color . Causa autem est , quia sensum hunc non habemus certum, sed peiorem multis animalibus. praue enim odorat homo , & nihil sentit odorabilium sine molesto, aut iucundo, tanquam nõ existente certo sensorio .

Odor autem , & odoratum difficilius determinantur, quã prædicta. odor enim non declaratur quid sit, sicut de uoce, luce, aut colore. Et causa in hoc est, quia iste sensus non est in nobis verus, sed est debi

lior in nobis quam in multis animalibus. olfactio enim hominis est D valde debilis,& nos nõ sentimus odoratum sine delectatione,aut cõtristatione: quia sensus iste non est in nobis verus.

92 Cum compleuit sermonem de auditu, vult loqui de odoratu,& dixit. Oder aũt,& odoratum, &c.i. & cognoscere aũt quid sit odor, & quid sit odoratun, ex quo possumus peruenire ad sciendum istum sensum quid sit, scdm ꝙ dat doctrina naturalis, difficilius est ꝗ̃ scire vocem quid sit,aut colorem. Et causa difficultatis in hoc est,quia non declaratur de odore,cuius odor sit, & quę sunt differentię proprię vnicuique eorum,sicut declarantur differentię colorum, & vocum. Et, cum declarauit ꝙ cã difficultatis in sciendo odorem quid sit est, quia differentię specificę non bene comprehenduntur a nobis, dedit causam in hoc, & d. Et causa in hoc est, quia iste sensus non est verus in nobis, &c.i. cã propter quam imperfecte intelligimus differẽtia odoris est, quia iste sensus debilior est in nobis ꝗ̃ in multis animalibus. Et intendebat per hoc demonstrare causam propter quam intellectus difficile comprehẽdit differentias odorum: & est quia iste sensus debiliter comprehendit differentias odorum sensibiles. comprehensio.n. differentiarũ rerum sensibilium a sensu est causa in comprehẽsione earum ab intellectu.& ideo qui caret sensu,caret intellectu illius generis sensibilium. D.d. sed est debilior in nobis quam in multis animalibus.i.in comprehẽdendo differentias odorum multa animalia videntur cognoscere sua nutrimenta per differentias odorum, sicut nos per saporem. & non tantũ in hoc excedũt nos animalia aliqua scilicet comprehendendo differentias odorũ, sed in comprehendendo eas a remoto spacio. D. d. & nos non sentimus odoratum sine delectatione, aut tristitia.i.& non sentimus de differentijs odorati, nisi illud, quod est delectabile,aut contristabile.i.non sentimus de eis nisi differentias magis cõmunes. delectabile,n. multos habet modos,& similiter contristabile, & delectabile non inueniuntur,nisi in remotissimis extremis. B

Documentũ Cõprehẽsio drĩarũ rerũ sẽsibiliũ a sẽsu ẽ cã ĩ cõprehensione earũ ab intellectu.& iõ q caret sẽsu,caret itellectu illi' gñis sẽsibil. Idẽ prio Poste. t.c. 134. cõsile.2.ph. t.c.o. Pro hoc vide.i.5.de generatiõe aĩalium,ca,2.

Rationabile autem est sic & quæ duros oculos habent colores sentire,& non manifestas ipsis esse differentias colorum,nisi terribili re, & non terribili. sic autem & odores hominum genus. Videtur.n. proportionem habere, ad gustum.& similiter species saporum cum iis, quæ sunt odoris.

Et videtur quòd sicut sentiunt animalia duri oculi colores, quòd apud ea non declarantur modi colorum,nisi conueniens oculo, & inconueniens,sic genus hominum sentit odores. Videtur enim propter consimilitudinem,quam habet odor cum gustu, quòd modi saporum sunt sicut modi odorum. F

93 D. Et videtur ꝙ ita homines differentias odorum, sicut animalia duri oculi differentias colorum. quemadmodum.n. illi non comprehendunt de differentijs colorum nisi conuenientem, et inconuenientem. ita homines non comprehendunt de differentijs odorum nisi delectabile, & contristabile. Visum est.n. propter consimilitudinem, quę est inter gustum, & odoratum, vt differentię odorũ sint scdm numerum differentiarum saporum. sed differentię saporum apud nos sunt comprehensibiles, & illę non: cum in hoc sensu excedamus omnia animalia, quia quoquo modo est tactus. & consimilitudo, quę est inter sapores, & odores,est. quia non inuenitur odor nisi in habente saporem,vt declaratum est in de Sensu, & sensato.

Gustus ẽ quidã tactus, vide infra te. 112.
Hõ hẽt sen-

Sed certiorem habemus gustum,propterea quod ipse quidam tactus est.hunc autem habet sensum homo certissimum. In aliis enim superatur ab animalibus multis.secundum autem tactum multo quã cætera excellentius percipit. vnde & prudentissimũ animalium est.

A Signum autem & in genere hominum, ſecundum ſenſorium hoc ingenioſos eſſe, & non ingenioſos, ſecundum autem aliud nullum. duri.n.carne inepti mente: molles autem carne bene apti.

Sed guſtus eſt in nobis magis verus, quia eſt aliquis tactus. &, ſi iſte ſenſus eſt in homine valde verus, aliis diminuitur a multis animalibus, in tactu aũt excedimus omnia. & ideo eſt ſubtilior omnibus animalibus. Et ſignum eius eſt ꝙ in genere humano etiam pp iſtum ſenſum eſt homo diſcretus, & nõ eſt hoc ꝓpter aliud omnino. duræ enim carnis non eſt diſcretum, & mollis carnis eſt diſcretum.

Ideſt & ſenſus guſtus eſt nobis perfectior ſenſu olfactus; quia guſtus eſt tactus quoquo modo: & ſenſus tactus eſt in nobis perfectior, quã in omnibus aliis animalibus, D.& ſi iſte ſenſus &c.i. & licet iſte ſenſus ſit perfectior in homine quam in aliis animalibus, tamen non conſequitur ex hoc vt ſit in aliis ſenſibus perfectior, immo diminuitur in eis a multis animalibus. D.d. in tactu autem excedimus, &c.i. in bonitate autem ſenſus tactus excedimus omnia animalia. & propter bonitatẽ iſtius ſenſus eſt homo ſubtilior, et diſcretior oĩbus aĩalibus. ſ.ꝙ cõplexio conueniens bonitatẽ iſtius ſenſus conuenit diſcretioni intellectus. D.d.
B Et ſignum eius eſt, &c.i. & ſignum conuenientię complexionis iſtius ſenſus ad complexionẽ intellectus eſt, ꝙ in genere hominum quando iſte ſenſus fuerit bonus, tunc homo erit diſcretus, & econtrario. D.d. & non eſt hoc propter aliud.i. & bonitas diſcretionis nõ videtur conſequi bonitatem aliorum ſenſuum. * boni enim viſus homo poteſt eſſe indiſcretus, & ſimiliter boni auditus: ſed boni tactus ſemper videtur diſcretus D.d. durę.n. carnis, &c.i. & ſignum, quod bonitas diſcretionis ſequitur bonitatẽ tactus, eſt ꝙ mollis carnis, ideſt boni tactus, ſemper videtur diſcretus, & intelligens, & econuerſo. Et hoc, quod dixit verum eſt. &, cum inſpexeris intelligentes homines, ſemper inuenies eos talis diſpoſitionis. & ideo homo eſt mollioris carnis, quam cętera animalia.

Eſt autem vt ſapor, hic quidem dulcis, illę vero amarus. ſic & odores ſunt. Sed alia quidem habet proportionaliter odorem, & ſaporem. dico autem dulcem odorem, & dulcem ſaporem: alia vero contra. ſimiliter autem, & acer, & auſterus, & acutus & pinguis eſt odor. Sed, ſicut diximus, propterea ꝙ non multum manifeſti ſunt odores ſicut ſapores, ab his ſumpta ſunt nomina ſecundum ſimilitudinẽ rerum. dulcis enim a croco, & melle: acer autem a thymo, & huiuſmodi. eodem autem modo & in aliis.

C Et quemadmodum in ſaporibus dulce, & amarum, ſic in odoribus. Sed in quibuſdam odor, & ſapor ſunt cõuenientes verbi gratia odor dulcis, & ſapor dulcis: & in quibuſdam contrarii. & ideo inuenitur odor acutus & ponticus, & acetoſus, & delectabilis Sed, ſicut diximus ꝙ odores non ſunt ita manifeſti, ſicut ſapores, ita iſti non dicuntur iſtis nominibus, niſi ſecundum ſimilitudinem ad ſapores. odor enim dulcis eſt odor croci: & acutus eſt odor alii, & ſimilium. & ſic de aliis.

Vult declarare quomodo conſequuntur differentię odorum differentias ſaporum, & d. Et quemadmodum in ſaporibus eſt dulce, & amarum.i. quemadmodum in ſaporibus eſt prima cõtrarietas, ſcilicet amaritudo & dulcedo * ex quibus alii cõponuntur, ſic eſt opinandũ ꝙ in odoribus eſt prima contrarietas, ex qua cõponuntur medij. Et cum narrauit ꝙ iſtę differentię debent eſſe ſcdm numerum illarũ: & quẽadmodum eſt in illis prima contrarietas, ſic eſt in iſtis:

ſũ tactus exactiſsimum. Qui ſunt duri carne, iiſũt inepti mẽte, q vero molles carne, bũ apti.

* Bonitas diſcretiõis nõ vr ſeq bonitatẽ aliorum ſenſuũ. boni eni viſus poteſt eſſe indiſcret', & ſiſr boni audit': ſed boni tactus ſemp ẽ diſcret'. op. po. in proœmio. Met. de viſu & in. 2. de generatione cõ. 7. vbi h; ꝙ prioritas viſus ad tactũ ẽ prioritas ſcdm ñnẽ & formã tactus vero prioritas eſt ſcdm materiã, & ſcdm ſubiectum, quę eſt prioritas ſcdm naturã. oppoſitum ẽt habet ipſe ſupra. c. 77. vbi dixit Ariſt. ordinare tracta. de virtutib' ſẽſus ſcdm nobilitatẽ, & ñ ſcdm naturã Vi de cõtra Zim. 94

95 Hic põit media cõponi ex extremis contraris. Idẽ, 5, Ph. 6:

19.52.com. *Sicut ex saporibus extremis cōponũtur medij, sic ex odoribus extremis et medij resultant. Idē infra, c. 105.

Incępit narrare ꝙ non semper consequitur vnaquęque illarum in altero duorum generum suum simile in altero genere, & d. Sed in quibusdam odor, & sapor, &c.i. sed in quibusdam simile consequitur simile, & in quibusdã non, scilicet ꝙ odor, & sapor non erunt eiusdem speciei. v.g. ꝙ sapor erit dulcis, & odor acutus. D.d. & ideo inuenitur odor acutus. i. &, quia differentię odorum sunt cōuenientes differentijs saporum, inuenitur odor acutus. i. cuius proportio ad odores est sicut proportio acuti ad sapores: & sic de alijs. Et, cum declarauit ꝙ nos non cōprehendimus differentias odorum, nisi propter consimilitudinem eorum cum differentijs saporum, vult narrare ꝙ ista est causa, propter quam transumpta sut ad eas nomina saporum, & d. Sed sicut diximus ꝙ odores, &c.i. sed sicut diximus quia differentię odorum non sunt apud nos manifestę, sicut saporum, ita ꝙ possumus cōprehendere eas absq; comparatione, & assimulatione ad alias, hoc fuit causa propter quam transumimus ad eas secundum similitudinem nomina saporum: & non imposuimus eis nomina propria, quia non intelleximus in eis intentiones proprias nisi per similitudinem. D.d. odor.n. dulcis, &c.i. manifestum est enim apud nos ꝙ odor dulcis est sicut odor croci, aut mellis. i. ꝙ proportio odoris croci, & odoris mellis ad alios odores est sicut ꝓportio dulcis ad alios sapores. & sic est de alijs odoribus. D

Adhuc autem sicut auditus. & vnusquisque sensuum, hic quidem audibilis & inaudibilis, ille vero visibilis & inuisibilis, & olfactus odorabilis & inodorabilis. Inodorabile autem, aliud quidē, sc̄dm id ꝙ omnino impossibile est habere odorem: aliud vero, paruum habēs, & prauum. Similiter autem & ingustabile dicitur. E

Inodorabile multifariā dici. Idē īfra tex. 120 & 103.

Et quemadmodum auditus, & vnusquisque sensuum, hic quidem est audibilis & non audibilis, hic vero visibilis & non visibilis, sic etiā odoratus est odorabilis & non odorabilis. Et non odorabile dicitur non odorabile, aut quia est impossibile vt habeat odorem: aut quia habet odorē debilē: aut quia habet malũ. Et sic dicitur non gustabile.

96 Vult narrare hic aliquid cōmune isti sensui, & alijs sensibus, & ꝙ omnis sensus comprehendit suum sensibile proprium, & eius priuationem, & d. Et quemadmodum auditus, &c.i. &, quemadmodum auditus, & vnusquisque sensuum cōprehendit suum sensibile proprium, & eius priuationem, v.g. quia auditus comprehendit audibile & non audibile, & visus visibile & non visibile, sic etiam sensus odoratus comprehendit odorabile & non odorabile. D. incępit narrare secundum quot modos dicuntur hęc nomina priuatiua, &. d. Et non odorabile dicitur, &c.i. & non odorabile, & non visibile, & non gustabile dicuntur tribus modis: aut de eo, quod omnino caret illo sensibili: aut de eo, in quo inuenitur debile: aut in quo inuenitur male. verbi gratia non odorabile dicitur de carente odore omnino, & de habenti debile, & male. & sic non gustabile. F

Est autem olfactus per medium, vt aerem, aut aquam. etenim aquatica videntur odorem sentire. similiter autem & quæ sanguinem habent, & quæ non habent, sicut & quæ in aere. etenim horum quædā eminus accurrunt ad alimentum, ab odore mota.

Et odorare etiam fit per medium, verbi gratia aerem, & aquā. animalia enim habitantia in aqua existimantur sentire odorem, & similiter habentia sanguinem, & carentia sanguine, sicut sentiunt animalia, quæ sunt in aere. quædā.n. mouentur ad suum cibum in remoto.

97 Expō text'

Cum declarauit hic de odore illud, quod potuit declarare in hoc loco dicit ꝙ iste sensus ita etiam indiget medio, sicut duo sensus prędicti. Et sermo eius manifestus est. sed debet ita legi, & odorare etiam fit per medium. & hoc medium est aer, aut aqua. animalia enim habitātia in aqua videntur sentire odorem, sicut

A animalia habitantia in aere. & scdm hunc modum videtur ꝙ animalia viuentia
in aere, & non viuentia sentiunt odorem. Et signum eius est ꝙ istorum multa
mouētur ad suum cibum a remoto, licet non videant. Apes enim mouentur ad
situm nutrimentum a loco remotissimo, & sunt ex animalibus carentibus san-
guine, & similiter in piscibus, & in multis animalibus aquę. Et rōcinatio super
hoc, quod dixit de medio, est ratiocinatio prędicta, s. ꝙ cum odorabile fuerit po
situm super sensum odoratus, non sentietur. Et quod dixit de visione, ꝙ natura
media, quę seruit visui, nō est aer, secūdum ꝙ est aer, aut aqua, scdm ꝙ est aqua,
sed natura, communis, ita est inteligendum hic in natura, quę est media, s. quia
est natura cōmunis aquę, & aeris, & ꝙ odores sunt extranei in ista natura. &
ꝙ ista natura caret odoribus, sicut diaphanum coloribus. & sicut color habet
duplex esse, scilicet esse in corpore colorato, & hoc est esse corporale: & esse in
diaphano, & hoc est esse spirituale: ita * odor habet duplex esse, scilicet esse in cor
pore odorabili, & esse in medio. & hoc est esse corporale, & illud spirituale: &
illud naturale, & hoc extraneum. Et, cum hoc ignorauerīt quidā, & existima
uerunt ꝙ odor non separatur a corpore odorabili, & ꝙ non habet nisi vnum esse
tantū, dixerunt ꝙ a corpore odorabili dissoluitur corpus odoriferum, habens cor
pus subtile, & odorem subtilem, & ꝙ mouetur in aere, donec perueniat ad sen
sum odoratus. Et hoc destruitur multis modis. † Videmus enim ꝙ multa anima
lia mouentur ad nutrimentū per spacium * multarum dietarum, sicut apparet in
B Vulturibus: & sicut apparet de Tigribus, quę uenerunt ad locum pręlij, quod
accidit in terra Gręcorum a remotis regionibus. Et † quando iam posuimus ꝙ
omne sensibile, quod comprehēditur per medium ęqualiter, debet sentiri ex om
nibus partibus, nisi aliquid impediat. vnde necesse est, vt istud corpus vaporo-
sum sit centrum vnum, & ꝙ sua semidiameter, sit secundum longitudinem linea
rum, vnde veniunt ista animalia ad suum cibum, vt dicitur ꝙ Vultures mouen
tur a quingentis miliaribus: sed impossibile est vt corpus paruum extendatur,
donec recipiat tales dimensiones, cum impossibile est vt materia recipiat extē
sionem ad tale vltimum. maxima enim remotio, quam materia recipit, est dimē
sio ignis, deinde aeris. Si igitur corpus odorabile alteretur totum in ignem, aut
aerem, impossibile est ipsum recipere dimēsionem mille milliariorum. * Minima
enim dimensionum, quam materia recipit, est dimensio terrę, & maxima est di-
mensio ignis. & inter has duas dimensiones nō sentitur ex diuersitate hęc quā
titas, scilicet vt magnitudo vnius palmi terrę fiat ad mille miliaria. hoc enim im
possibile est. Et etiam, si ita esset, tunc illud corpus sphęricum non odorabile
necesse esset vt penetraret aerem secundum totum, aut ꝙ aer recederet a loco
suo. Et, cum hoc impossibile est, etiam impossibile est vt odor sit in aere, sicut
in corpore composito. † simplicia enim non recipiunt odores. remanet igitur vt
sit in eo sicut color in diaphano. * Sed tamen apparet ꝙ esse coloris magis est
C spirituale, quam esse odoris. venti enim videntur adducere odores. & hoc est,
ex quo fuit existimatum odorem esse corpus. Sed ita est de odore in hac inten
tione, sicut de sono. Sonus enim fit a passione in aere: sed etiam impeditur a
ventis: sed tamen non cōsequitur ex hoc vt sit corpus. quasi igitur necesse est
in istis duabus passionibus, s. soni, & odoris, cum fuerint in aere, vt non sint mo
tus illic in aere ad aliam partem sine alia.

Vnde & dubium videtur, si omnia quidem similiter odorent, ho-
mo autem respirans quidem: non respirans autem, sed expirans, aut
retinens spiritum non odorat, neque eminus, neque cominus, neque
si in nasum intus ponatur. † Et in ipso quidem positū sensorio insen
sibile esse omnium commune est, sed sine respiratione non sentire, p
prium est hominum. manifestum autem est experientibus.

Et ideo apparet ꝙ iste est locus dubitationis, secundum ꝙ omnia
animalia olfaciunt eodem modo, & ꝙ homo non olfacit, nisi quan

Documētū. 5. t. co. 73.

* Color & odor hn̄t duplex eē. Idē supra. 60. 67. 76. com. Vide. 76. & 101. com. Op. Aui. in sexto naturalium.

† Prima rō.

* a. l. multarū terrarū.

† a. l. ꝙ

* Minima dimensionum, quā materia recipit, ē dimēsio terrę. & maxima est dimensio ignis: oppo. vide. 4. ph. com. 72. vbi habet q subtilitas est diuisibilis ī infinitum. Vide cō. Zim. Ex hoc sumit dari maximū, & minimū. Idē supra. 41. Idē prio ph. 36. 6. ph. 91 primo cęli. 160.

† Corpa simplicia nō recipiunt odores. Idem in de Sensu & sensato.

* Esse coloris ē magis spūale, q̄ eē odoris. Idē. 101.

do anhelat inſpirans:quando autem expirat,aut retinet. non olfacit neque a remoto,neque a propinquo, neq; etiam, ſi odoroſum poneretur in naſo. Hoc autem, ꝙ ſi ſenſibile fuerit poſitum ſuper ipſum ſentiens, non ſentietur, commune eſt omnibus. hoc vero, ꝙ ſentire non ſit ſine inſpiratione, eſt proprium hominibus. & hoc manifeſtabitur experimentatoribus.

98 Ideſt &, cum dixerimus ꝙ animalia habitantia in aqua, & animalia non ſanguinea olfaciunt, accidit quæſtio quando conceſſerimus has duas propoſitiones, ſcilicet ꝙ omnia animalia debent olfacere eodem modo, & poſuerimus ꝙ homo olfacit, quando inſpirat, & non quando expirat, aut retinet anhelitum. conſequitur enim ex hoc ꝙ, ſi * illud animal fuerit nō anhelans, vt non ſit olfaciēs. Deinde dixit. Hoc autem, ꝙ ſi ſenſibile fuerit poſitum, &c. i. & hoc autem, quod eſt neceſſarium in omnibus animalibus vt ſit medium, & ꝙ ſentire non fiet, quādo ſenſibile fuerit poſitum ſuper ipſum ſentiens, cōmune eſt omnibus. hoc. n. opinatur Ariſtoteles de tactu, & guſtu, vt poſt apparebit. Deinde d. hoc vero, quod ſentire non fit abſque inſpiratione, &c. ideſt. hoc vero, ꝙ homo, & alia animalia anhelantia impoſſibile eſt vt olfaciant abſque inſpiratione, manifeſtum eſt per ſe volentibus conſyderare, & experimentari.

* a. l. aliud * aliquod

Oppoſitū uide &c. ſupra lib. de ſenſu & ſenſibili ubi habet ꝙ ꝓpriū eſt guſtu, & tactui ꝙ nō indigēt medio oppoſitū de guſtu ſolo. vide infra. co. 101. Vide cōtra Zim.

Quare quę ſanguinem non habent, quoniam non reſpirant, alium vtique quendam ſenſum habent, præter eos, qui dicti ſunt. Sed impoſsibile eſt. ſi quidem odorem ſentiunt. odorabilis enim ſenſus & male olentis, & bene olentis olfactus eſt. Amplius aūt & corrūpi videntur a fortibus odoribus, a quibus homo corrumpitur, vt bituminis, & ſulphuris, & huiuſmodi. Olfacere igitur neceſſarium eſt, ſed non reſpirantia.

Oportet igitur ex hoc, vt animalia carentia ſanguine, cum nō anhelant, habeant alium ſenſum. Sed hoc eſt impoſsibile, cum ſentiant odorem. ſentire enim bonum odorem, & malum eſt olfacere. Odores enim fortes, qui nocent homini, nocent eis, vt putrefactionis, & ſulphuris, & ſimilium. Vnde neceſſe eſt vt olfaciant, ſed non inſpirādo.

99 Dixit &, cum poſuerimus ꝙ omnia animalia eodē modo olfaciunt: & eſt manifeſtum ꝙ homo non olfacit ſine inſpiratione: neceſſe eſt vt animalia carentia ſanguine cum non anhelant, & videntur venire ad ſuum nutrimentum a remoto, vt habeant alium ſenſum a ſenſu olfactus. Deinde d. Sed hoc eſt impoſsibile, &c. ideſt ſed ponere ea habere alium ſenſum a ſenſu olfactus impoſsibile eſt, cum poſuerimus ꝙ nihil comprehendit odorem, niſi per iſtum ſenſum. comprehendere enim bonum odorem, & malum eſt olfacere: & olfacere eſt actio iſtius ſenſus, non alterius. Deinde dixit. Odores enim fortes, qui nocent homini, nocent eis. & iſta eſt ſecunda ratiocinatio. & eſt ꝙ iſta animalia infirmantur, & dolent a malis odoribus, & fugiunt eos, ſicut holes. &, quia homines fugiunt eos propter ſenſum olfactus, oportet vt ſic ſit de alijs animalibus. Deinde dixit. Vnde neceſſe eſt vt olfaciant, ſed non inſpirando i. neceſſe eſt igitur ex hoc, quod diximus, ſ. ꝙ iſta animalia olfaciunt, cum videntur moueri ad odores, & fugere eos. &, quia impoſsibile eſt vt iſta actio ſit per alium ſenſum a ſenſu olfactus, iſta animalia neceſſario olfaciunt: & non eſt neceſſe vt omnia animalia odorent eodem modo.

Id. 4. d Hiſtoriis animaliū. ca. 8.

Videtur autem in hominibus differre hoc ſenſoriū ab iis, quę aliorum animalium, ſicut oculi ab oculis eorum, quæ duros habent oculos. Nam illa quidem habent vallū, & velut velamen, palpebras, quas

A quia, non mouens neque retrahens, non videt. hi autem, eorum quæ
duros habent oculos, nihil tale habent, sed mox vident quę fiunt in
perspicuo. Sic igitur & odoratiuum sensorium aliis quidem sine oper
culo est, sicut oculus: aliis vero aerem recipientibus habet cooperimē
tum, quod respirantibus discooperitur, dilatatis venis, & meatibus.
Propter hoc respirantia non odorant in aqua. necessarium.n.est ol-
facere respirando. hoc autem facere in humido impossibile. Est autē Quid odor,
odor sicci, sicut sapor humidi. Odoratiuum autem sensorium poten- & olfactus.
tia huiusmodi est.

Videtur igitur quòd iste sensus in hominibus differt a se in aliis
animalibus, sicut oculi differunt ab oculis animalis duri oculi. Isti
enim habent coopertoria, scilicet palpebras, quæ cum non aperiun-
tur, non videt homo. animalia autem duri oculi non habent aliquod
tale: sed vident subito illud, quod fit in diaphano. Et sic videtur quod
est sensus olfactus etiam, scilicet quòd in quibusdam animalibus est
B non coopertus, vt oculus. in animalibus vero recipientibus aerem ha
bet coopertorium. &, cum ista animalia inspirant, ampliantur venæ,
& viæ, & aufert illud. Et ideo ea, quę anhelant, non olfaciunt in hu-
mido: inspiratio enim necessaria est in olfactu. vnde impossibile est
hoc facere in humido. Et odor est sicci, sicut sapor humidi. Et olfaciēs
est illud, quod est in potentia istius dispositionis.

Cum declaratum est ꝙ animalium quędam sentiunt odorem sine inspiratione 100
& quędam cum inspiratione, visum est ꝙ causa in hoc est ꝙ iste sensus in ho-
minibus, & in animalibus anhelantibus differunt in creatione, & in forma a se
in aliis animalibus non anhelantibus. Quemadmodum enim oculi in homine,
& in aliis differunt in creatione ab oculis animalium duri oculi, scilicet caren-
tium palpebris. Et, cum narrauit consimilitudinem inter ea in hac intentio-
ne, dedit modum consimilitudinis, & dixit. Isti enim habent coopertoria,
&c, idest & sicut oculi in homine, & in aliis habent palpebras. quibus coope-
riuntur: & est impossibile vt homo videat quousque non aperiat palpebras: &
in animalibus duri oculi non habent palpebras, sed vident subito colores factos
C in diapano sine aliquo coopertorio: ita videtur ꝙ dispositio sensus olfactus in ani
malibus anhelantibus differt a se in non anhelantibus. In anhelantibus enim
habet coopertorium: in non anhelantibus autem non habet coopertorium. &
sic animalia anhelantia indigent apud olfactum anhelitu ad aperiendum vias
clausas olfactus, per quas impossibile est vt olfaciant, antequam aperiantur.
quemadmodum impossibile est vt animalia boni visus videant, quousque pal-
pebrę aperiantur. sed animalia non anhelantia non indigent hoc. & ista erit
causa, propter quam animalia anhelantia non olfaciunt in aqua. Sed est quę
stio in hoc, quod dicit: animalia enim duri oculi sunt debilioris visus aliis ani- Dubium.
malibus: sed animalia multa non anhelantia videntur fortioris odoratus homi-
ne. & oporteret, si palpebrę in oculis essent, sicut nasus in animalibus anhe-
lantibus, vt animalia anhelantia essent verioris olfactus, quam non anhelan-
tia. Et ideo perscrutandum est vtrum nasus in animalibus olfacientibus Oppositum
per nasum sit propter melius, sicut palpebræ sunt in animalibus habenti- 2. Ph. 82. 88.
bus palpebras: aut propter necessitatem. Si igitur est propter necessitatem, a casu esset.
non oportet vt anhelantia sint verioris olfactus quam non anhelantia. Si au- Vide cōtra.
tem propter melius, erit econuerso. Sed hoc, quod dicit ampliantur venę, & Zim.
vię, demonstrat ꝙ hoc est propter necessitatem, non propter melius: & ꝙ anima Solutio.

Ita dari oculi non assimilantur olfacientibus sine inspiratione, nisi secundum diversitatem creationis tantum: non quod iuuamentum palpebrarum est de modo iuuamenti inspirationis. Deinde dixit. Et odor est sicci, sicut sapor humidi.i. & odor attribuitur abundantię partis siccę in odorabili, sicut sapor attribuitur abundantię partis humidę in gustabili. Et hoc declarabitur in libro de Sensu & sensato. Deinde dixit. Et olfaciens est illud, quod est in potentia istius dispositionis.i.&, cum declaratum est quid sit odor, & quomodo comprehenditur per sensum, tunc sensus olfactus est illud, quod innatum est recipere odores. D

Caput Sextum. De gustu, & gustabili.

GVstabile autem est tangibile quoddam. Et hęc est causa, cur non sit sensibile per medium extraneum corpus. neque enim tactus. & corpus autem, in quo est sapor, est gustabile in humido, vt in materia. hoc autem tangibile quoddam est. Vnde & si in aqua essemus, sentiremus vtique impositum dulce. non autem esset tunc nobis sensus per medium, sed eo quod misceretur humido, sicut in potu. Color autẽ non sic videtur, eo quod misceatur, neque defluxionibus. E

Gustus autem est aliquis tactus. Et est illud, quod est in potentia istius dispositionis, non per medium, quod sit corpus extraneum. tactus enim etiam non est sic. Et corpus, in quo est sapor, gustus in eo est in humiditate: sicut res in materia. & hoc est aliquid tangibile. Et ideo, si nos fuerimus in aqua, & in aqua fuerit aliquid dulce, sentiemus non per medium, sed admiscendo se cum humido, sicut est de vino. Color autem non videtur, eo quod admiscetur, neque quia aliquid currit ab eo.

101 Cum compleuit sermonem de olfactu, & sensus gustus est illud, quod debet consequi numerum secundum ordinem, qui incępit a meliori, & procedit ad magis necessarium, incępit loqui de eo, & declarare quod est aliquis tactus, & quod propter hoc non indiget comprehendere suum sensibile per medium, quod sit corpus extraneum, sed per mediũ, quod sit pars animalis. Et d. Gustus autem est aliquis tactus. & hoc nõ est in potentia alicuius dispositionis per medium, quod sit corpus extraneum. tactus.n.est etiam sic.i.& iste sensus non est illud, quod est in potentia istius dispositionis per mediũ, quod est corpus extraneum, sed per mediũ, quod est corpus non extraneum. Deinde d. tactus enim etiam non est sic.i.tactus enim etiam comprehendit suum sensibile non per medium, quod est corpus extraneum; sicut est de sensibus tribus prędictis. Et quasi inducit istum sermonem pro ratione quod gustus est aliquis tactus. & quasi dicit gustus autem est aliquis tactus, cum comprehendat suum sensibile non per medium, quod sit corpus extraneum, sicut tactus, & hoc est manifestius in secunda translatione, vbi dicit, sensus autem gustus comprehendit per tactum. Et causa illius est quod sensibile per gustum non comprehenditur per medium inter gustãs & gustatum, quod est corpus extraneum: neq; etiam tactus ita comprehendit. Deinde d. Et corpus, in quo est sapor, &c.i.idest & alio modo dicimus etiam quod iste sensus est aliquis tactus. corpus enim in quo existit sapor, non est gustabile, nisi secundum quod ille sapor existit in eo humorem: cuius proportio ad illum saporem est sicut materię ad formã, & ideo iste sensus non comprehendit saporem, nisi comprehendat humorem; cum sit impossibile vt denudetur ab eo: & comprehendere humorẽ est aliquid tangere. vnde iste sensus videtur aliquis tactus. D.d. Et ideo, si nos fuerimus in aqua, &c.i.&, quia gustus non indiget medio extraneo, ideo, cum F

Vide quod hoc infra cõ.115.
Vide infra 113. vbi indigẽtia medij extrinseci nõ est de necessitate tact', sed tãgibiliũ

Rñr obieni.

nos

A nos fuerimus in aqua, in aqua inuenitur aliquod dulce, sentietur a nobis admiscendo se cum aqua: non quia aqua recipit saporem abstractum a materia, & reddit eum isti sensui, sicut est de mediis extraneis, quę reddunt sensibilia sensibus. illa enim non recipiunt sensibilia cum corporibus, in quibus existunt, sed abstracta a materia. Et hoc demonstrat ꝙ ipse opinatur ꝙ odor non est corpus. si enim esset corpus, olfactus esset aliquis tactus. D.d. Color autem non videtur, &c. idest color autem non videtur, ita ꝙ aliquid ex eo admisceatur cum aqua, aut aere, neq; ꝙ aliquid currat ab eo in aerem, aut aquam: sed tantum recipiunt ab eo intentionem coloris abstractam a materia. vnde dicimus in hoc, & similibus ꝙ comprehenduntur per medium extraneum.

Media extrinseca nõ recipiũt sensibilia cum corpibus, in qb' existũt Idem supra c.76.&.97 cõ. contra. Auic.

Vt igitur medium nihil est. vt autem color visibile, sic gustabile sapor est. Nihil autem facit saporis sensum sine humiditate, sed habet actu, aut potentia humiditatem, vt sal. nam & facile liquabile ipsum est, & colliquefactiuum linguæ,

Secundum autem hunc modum medium non est medium. sed quẽadmodum color est visibile, sic sapor est gustabile. Et nihil recipit sensum saporis absque humiditate, sed in eo est in actu, aut potentia
B humiditas, verbi gratia salsum. est enim velocis dissolutionis, & cum hoc dissoluit linguam.

Iste autem sensus differt a sensibus, qui comprehendunt per mediũ extraneũ 102
in hoc, ꝙ non comprehendit suum sensibile per medium. sed quemadmodum color est visibile, & in rei veritate proprium visui, ita sapor in rei veritate est gustabile proprium gustui. Deinde dixit. Et nihil recipit sensum saporis, &c. idest & nihil recipit sensum saporis, qui dicitur gustus, nisi sapor sit in humore, & humor est in saporoso, aut in actu, aut in potentia: verbi gratia salsum, quod est humidum in potentia propinqua, cum velociter dissoluitur, & dissoluit humores, qui sunt in lingua. Et ideo pręparauit natura saliuam in ore: & pręparauit branchos in homine ad congregandum istam humiditatem, vt ea mediante gustentur sicca. vnde dicimus ꝙ sapor non est sapor in actu, nisi in corpore humido in actu.

Propter qd natura ꝑparauit saliuã in ore.

Sicut autem visus & visibilis est & inuisibilis (tenebræ enim inuisibiles sunt: iudicat autem & has visus) adhuc autem & valde splendidi (etenim hoc inuisibile est: alio autem modo, quam tenebrę) similiter autem & auditus, & soni, & silentii, quorum aliud audibile, aliud
C inaudibile est, & magni soni, sicut visus est splendidi (sicut enim paruus sonus inaudibilis quodam modo est, sic & magnus, & violentus. Inuisibile autem, aliud quidem omnino dicitur, sicut & in aliis, quod impossibile: aliud autem, si aptum natura non habet, aut praue, sicut carens pedibus, & carens nucleis) sic vtique & gustus est & gustabilis & ingustabilis. hoc autem, est quod paruum, aut prauum habet saporem, aut corruptiuum gustus. Videtur autem principium esse potabile, & impotabile. gustus enim quidam ambo. sed hoc quidem est prauum, & corruptiuum gustus, illud autem secundum naturam. Est autem commune tactus, & gustus potabile,

Potabile est cõe tactus, gustus.

Et sicut visus est rei visibilis, & non visibilis: nam obscuritas est nõ visibilis, & etiam distinguetur a visu. & est etiam manifestum in eo, quod est valde fulgens, & splendens. hoc enim quoquo modo est non visibile: sed tamen alio modo ab obscuritate. & similiter auditus est

ſoni,& ſilentii,quorum vnum eſt audibile, & aliud non audibile, & eſt maximi ſoni,ſicut viſus eſt reſplendentis. quemadmodum enim minimus ſonus eſt audibilis,ita aliquo modo eſt maximus ſonus ēt. Et non viſibile quidem dicitur ſic vniuerſaliter,ſicut in omnibus carentibus hoc.et quoddam eſt innatum videre,ſed non habet:aut habet,ſed diminute,vt carens pede. Et ſimiliter guſtus eſt guſtabilis,& non guſtabilis.& hoc eſt,cuius ſapor eſt debilis,aut malus,aut corrūpens guſtum. Et ſimiliter exiſtimatur de potabili,& non potabili. ſunt enim guſtus quoquo modo: ſed illud malum corrumpens guſtum,& illud naturale. Et potabile eſt commune tactui, & guſtui. D

103 Sermo eius in hoc capitulo eſt manifeſtus.& abbreuiatio eius eſt ꝙ non ſenſibile dicitur in vnoquoq; ſenſuum tribus modis;aut de eo,quod caret ſenſato proprio illi ſenſui de eis ſenſatis,quę innatus eſt habere:aut de eo,quod eſt ſenſibile intenſum in ſe reſpectu illius ſenſus:aut de eo,quod eſt ſenſibile debile, v.g. obſcuritas,quę eſt non ſenſibile ſecundum priuationem in viſu:& color ſplendens qui eſt ſenſibilis propter intenſionem:& color latens,qui eſt non ſenſibilis propter debilitatem.Et in auditu ſilentium ſecundum priuationem:& maximus ſonus ſecundum intenſionem:& ſonus latens ſecundum debilitatem.Et in guſtu inſipidum ſecundum priuationem:& horribile ſecundum malitiam, & debile ſecundum diminutionem. omnia enim iſta dicuntur non ſenſibilia:quoniam vnumquodq; iſtorum eſt priuatio alicuius diſpoſitionis naturaliter ſenſibilis illius ſenſus. D.d. Et non viſibile quidem dicitur,&c,i.& non viſibile dicitur vniuerſaliter,ſicut dicitur in aliis ſenſibus multis modis: aut quia non eſt innatum videri omnino,vt dicimus ꝙ ſonus eſt inuiſibilis, & in colore non auditus: aut quia eſt innatus videri,ſed nō videtur,quia habet colorem, ſed alio modo ab eo,ſecūdum quem innatum eſt habere,ſ. aut propter intenſionem, aut propter debilitatem hoc dicitur non viſibile:ſicut dicitur in eo qui eſt debilis pedis,ꝙ nō habet pedem. Deinde dicit Et potabile eſt commune tactui & guſtui.i.ꝙ ſecundum humiditatem,quę eſt in eo,eſt tangibile,& ſecundum ſaporem eſt guſtabile. B

Conſimilem diſtinctionē habes de infinito.3. Ph. 34.et ifra in hoc.2. 120. Idem ſupra 96. Idem.5 Meta.27.et 17. cōſimile de immobili 5.Ph. co.& tex.20.

Quoniam autem humidum eſt guſtabile,neceſſe eſt ſenſorium ipſius neque humidum eſſe actu,neq; non potens fieri humidum. patitur enim aliquid guſtus a guſtabili,ſecundum quòd guſtabile eſt. Neceſſarium eſt ergo humectatum iri,quod poteſt humectari ſeruatum non eſt autem humidum guſtatiuum ſenſorium. Signum autem eſt, neque ſiccam exiſtentem linguam ſentire,neque multum humidam. hic enim tactus fit primi humidi. vt cum quis prægustauerit fortem ſaporem,guſtet alterum.& vt ægrotantibus amara omnia videntur: propterea ꝙ lingua plena huiuſmodi humiditate ſentiunt. F

Propter qđ ęgrotātibus oia amara videntur.

Et,quia guſtabile eſt humidum,fuit neceſſe vt ſuus ſenſus non eſſet humidus in perfectione,neque impoſsibile vt humefiat. guſtus enim patitur quoquo modo a guſtabili,ſecundum quòd eſt guſtabile. Vnde neceſſe eſt vt humefiat,illud,quod poſsibile eſt vt humefiat,& eſt ſaluatum.ſed non eſt humidum ſenſus guſtus. Et ſignum eius eſt, ꝙ lingua non ſentit,cum fuerit valde ſicca, aut valde humida. tactus enim ipſe erit per primum humorem:ſicut qui prius guſtauit ſaporem fortem,deinde guſtauit alium ſaporem.&, ſicut infirmi ſentiunt omnia amara,quia ſentiunt ea per linguā ſubmerſam in tali humore.

104 Cum declarauit ea,quę ſunt communia iſti ſenſui,& ſenſui tactus,& aliis ſen-

A sibus, incepit dicere quoddam proprium membro istius sensus, s. linguæ, & d. Et quia gustabile est humidum, &c. i. &, quia materia saporis est humor, vt declaratum est in de Sensu & sensato, necesse fuit vt recipiens saporem recipiat humorem cum sapore. vnde necesse est vt iste sensus non sit humidus in actu, neque sit etiam impossibile vt recipiat humorem, cum sit innatus recipere saporẽ: quod est impossibile sine receptione humoris. et dicit ꝙ est necesse vt sit non humidus in actu: quia illud, quod est aliquid in actu, non est innatum recipere illud, quod est in eo in actu, secundum ꝙ est in eo in actu. visus enim, si haberet aliquem colorem in actu, non reciperet colores. D. d. gustus. n. patitur quoquo modo, &c. idest & est necesse vt iste sensus sit innatus humectari. membrum. n. gustans patitur quoquo modo a gustabili. &, quia gustabili semper associantur humidum, necesse est vt gustans patiatur ab humore, qui est in sapore. Vnde necesse est vt hoc membrum gustans sit in ea dispositione, qua possibile est vt humectar: & hoc erit vt non sit humidum in se, & ꝙ sit cum hoc saluatum ab* accidentibus. & hoc intendebat, cum dixit vnde necesse est vt humefiat, &c. idest et quia necesse est vt hoc membrum humefiat, necesse est ut sit innatum humefieri, s. vt sit saluatum a siccitate intensa, & vt non sit humidum. Deinde dicit. Et signum eius est quod lingua, &c. idest & signum eius, quod lingua apud comprehensionem saporum debet saluari ab intensa siccitate, & dominio humoris, est ꝙ ipsa non sentit sapores, quando fuerit intensę siccitatis, aut intensę humiditatis: sed tantum sentit, cum fuerit in naturali dispositione, secundum quam innata est recipere humiditatem saporis. D. d. tactus enim ipse, &c. idest &, cum lingua innata est recipere saporem cum eius humiditate, necesse est vt super ipsum non dominetur alia humiditas. Prima enim humiditas dominans in lingua impedit eam in recipiendo secundam humiditatem. quemadmodum qui gustauerit aliquem saporem fortem, & postea gustauerit alium saporem: tunc enim non sentiet secundum saporem propter dominium primi super linguam. D. d. &, sicut infirmi sentiunt omnes sapores amaros, quia sentiunt eos per linguā submersam in humore amaro, ita etiam qui gustauerit aliquem saporem, et sua lingua fuerit humefacta in humore accidentali, tunc non comprehendet humorem saporis proprii, nisi admixtum cum qualitate illius primi humoris. & sic accidet necessario vt non comprehendat saporem, quia non comprehendit naturam saporis in dispositione illa, secundum quam est materia illius saporis.

Illud, qđ est aliqđ ĩ actu, non est innatũ recipere illud, qđ est in eo ĩ actu, scđm ꝙ ẽ in eo in actu.

Idem supra 67. idẽ. 3. de Anima c. 4. idẽ. i. cap. de sBa orbis. idẽ. 1. ph. 69

*excedentibus

*excellẽtiis

B

Species autem saporum, sicut & in coloribus, simplices quidem contrariæ sunt, vt dulce, & amarum. Consequuntur autem illud quidem pingue, hoc vero salsum. Media autem horum, acre, & austerũ, et acerbum, et acidum. fere enim hæ videntur esse saporum differentiæ. Quare gustatiuum est, quod potentia est huiusmodi. Gustabile autem est factiuum actu ipsius.

C

Et modi saporum sunt sicut in coloribus, simplices quidem sunt cõtrarii dulcis, et amarus. Sequentes autem sunt duo, istum vnctuosus, istum autem salsus. Et quæ sunt inter ea, sunt acutus, et stypticus, et ponticus, et aceto sus. isti enim modi fere videntur esse modi saporum Quapropter necesse est vt Gustans sit illud, quod est in potentia istius dispositionis, et Gustabile sit agens.

105 Et dispõ modorũ saporũ adinuicẽ est sicut dispõ colorũ adinuicẽ. quẽadmodũ igitur colores simplices sunt albus, & niger, ex quibus cõponuntur alii, quorum quidā sunt ꝓpinquiores simplicibus, ita ẽ de saporibus, s. ꝙ simplices eorũ sunt cõtrarii, scilicet dulcis, & amarus. et sequitur dulcem vnctuosus, & salsus amarum. et inter istos sunt acutus, & stypticus, & acetosus. Et hoc, quod d. in coloribus manifestum est; in saporibus vero habet quęstionem. Galenus enim opinatur quod ponticus, & acetosus frigidi sunt, & quod acutus est calidior amaro. Et, si nos concesserimus ꝙ isti sapores consequuntur calorem, &

Digresio.

frigus, necesse est ꝙ contrarietas in istis sit in illo, quod est vltimę calidum, et in D illo, quod est vltimo frigidum. &, si concesserimus ꝙ ita est de saporibus, sicut est de coloribus, s. ꝙ idē color sit a caliditate, vel a frigiditate, tunc non accidet impossibile. Et videtur ꝙ hęc opinio Galeni sit error. Videmus enim ꝙ amaritudo quandoq; inuenitur cum frigiditate. v. g. ꝙ amaritudo, quę est in fructibus in primo cremento, demonstrat frigus: & amaritudo, quę est in rebus combustis demōstrat calorē. Et similiter non est impossibile, vt aliqua dulcedo sit frigida, videtur enim ꝙ plantę amari saporis apud cōplementum sunt dulces, aut insipidę in principio. Et signum eius, ꝙ isti sapores sunt medii, est ꝙ plantę habentes sapores non transferuntur ex amaritudine ad dulcedinem in eis, quę innatę sunt esse dulces in fine, nisi mediante aliquo illorum saporum. & hoc erit secundum ꝙ pertinet illi amaro existenti in illa planta, & illi dulci existenti in ea. quēadmodum albedo non transfertur ad nigredinem, vel econuerso, nisi mediante aliquo colorū mediorū. in aliquo igitur transfertur mediante charopo, & in aliquo mediante Kiano. non. n. est necesse vt translatio in extremis sit super oīa media Et vniuersaliter per se manifestum est ꝙ amarum, & dulce sunt in fine contrarietatis, inquantum sun sapores. quapropter necesse est vt alii sapores sint medii inter hos duos, & compositis ex extremis. Secundum hoc igitur debemus ponere hoc. Et non debemus aduertere sermonem Galeni. suus. n. sermo non est verus in complexionibus saporum secundum suas naturas. Et, si concesserimus ꝙ omne dulce est calidum, & omne amarum etiam est calidum debemus etiam dicere ꝙ hoc non est nisi respectu corporis hominis, nō respectu naturę ipsius rei. experientia enim licet teste tur hoc in corpore humano, tamen hoc non demonstrat naturam ipsorum saporum. Et videtur ꝙ sapor magis sequitur humiditatē & siccitatem, quam caliditatem & frigiditatem. Necesse est enim aliquam opinari complexionem terminari, ex qua fit amaritudo, & aliam ex qua dulcedo: & ꝙ istę duę complexiones sunt contrarię secundum hunc modum. & locus de hac perscrutatione est in libro de Sensu & sensato, & etiam de numero modorū saporum. D. d. Quapropter necesse est vt gustans sit illud. &c. i. declaratū est ex prędictis ꝙ iste sensus est ilud, quod est in potentia omnes isti sapores, & ꝙ sapor & gustus est agens, & mouens istum sensum de potentia in actum.

Prima ratio contra Gal.

Secunda rō

Non est necessarium ut translatio in extremis sit sup oīa media. Idem. 3 c oeli. 4t.

Tertia rō. B

Quarta rō.

Quinta rō.

Caput Septimum. De tactu, tangibilibus, ac medio.

De tangibili autem, & tactu eadem ratio. Si enim tactus non vnus est sensus, sed plures, necessarium est & tangibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem, vtrum plures sunt, an vnus. F

De tangibili autem, & de tactu idem est sermo. Tactus enim, si non fuerit vnum genus, sed plus, necesse est vt tangibilia etiam sint plura vno. Sed est dubium vtrum sint vnum, aut plura.

106 Modo vult loqui de tactu, & d. De tangibili aūt, & de tactu, &c. idest vtrum autem tangibile sit vnum, aut plura vno est dubium, sicut est de tactu. & sermo in eis est idem. Et innuit per hoc causam, propter quam latet hoc in hoc sensu, & non latet in aliis sensibus, de illis enim quia manifestum fuit ꝙ sensibile eorū est vnū in genere fuit etiam manifestum eos esse vnum in genere: in hoc sensu autem, quia ignoratum est de suis sensibilibus, fuit etiam ignoratum de suo sensu. D. d. Tactus enim, si non fuerit vnum genus, &c. i. sermo de eis in hac intentione idem est. Notum est enim nobis ꝙ si tactus non est vnum genus, sed plura vno, necesse est ꝙ tangibilia sint plura vno. &, si tangibilia sint plura vno, necesse est vt iste sensus sit plus vno. sed licet consecutio in istis duobus syllogismis sit manifesta, tamen destructio, vel positio in eo est ignorata,

A Et quid eſt ſenſorium tangibilis, vtrum caro, & in aliis proportionale: an non, ſed hoc quidem eſt medium, primum autem ſenſorium aliud quiddam eſt intus. Omnis etenim ſenſus vnius contrarietatis eſſe videtur. vt viſus albi & nigri, & auditus grauis & acuti, & guſtus amari & dulcis. In tangibili autem multæ inſunt contrarietates calidum frigidum, humidum ſiccum, durum molle, & aliorum quęcunq; ſunt huiuſmodi.

Oĩs ſenſus vr̃ eſſe vnĩ contrarietatis.

Senſus autem tactus, vtrum eſt in carne, aut in alio ſimili: aut nõ, ſed iſta eſt medium, primum autem ſentiens eſt aliud intrinſecum. Omnis enim ſenſus exiſtimatur eſſe eiuſdem contrarietatis. verbi gratia viſus albi & nigri, & auditus grauis & acuti, & guſtus dulcis & amari. In tangibilibus autem ſunt plura contraria, calidum & frigidum, & ſiccum & humidum, & durũ, & molle, & aſperũ & lene, & alia ſimilia,

Cum narrauit ꝙ dubium eſt vtrũ ſenſus tactus ſit eiuſdem virtutis aut pluriũ incępit dicere ſermones dubitabiles in hoc, & d. Senſus autem tactus, &c. id eſt 107
B & principium conſyderationis in hoc eſt, vtrũ ſenſus tactus ſit in carne, aut in ſimili carni in aĩalibus carentibus carne: aut ſenſus tactus non eſt in carne, ſed caro eſt quaſi medium. Et dixit hoc. quia, ſi fuerit declaratũ ꝙ ſenſus tactus eſt in carne, ita ꝙ proportio carnis ad ipſum ſit ſicut proportio oculi ad viſum, manifeſtum eſt ꝙ ſenſus tactus eſt vna virtus; quoniam vnum inſtrumentum nõ eſt niſi vnius virtutis. Si autem fuerit declaratum ꝙ iſta virtus fuerit plures vna, neceſſe eſt vt* caro non ſit niſi medium: & vt non ſit quaſi inſtrumentũ. Et, cũ narrauit hoc, incœpit inducere ſermones dubitabiles. & incępit ab eis, quę demonſtrant virtutem tactus eſſe plures vna: quia poſt inducet ea, quę demonſtrãt ipſam eſſe vnã ex hoc, quod apparet ꝙ, cum ſenſibile fuerit poſitum ſuper carnem, ſtatim ſentiet, ex quo extſtimatur ꝙ iſta virtus eſt vna. Et d. ſed iſta eſt medium, &c. i. vtrum ſenſus tactus eſt in carne, ita ꝙ ſit vna virtus: aut non eſt in carne, ſed intra, & eſt plus quam vna virtus, eſt dubium. poteſt enim aliquis dicere ꝙ caro eſt medium, & ꝙ primum ſentiens, quod eſt inſtrumentum iſtius virtutis, eſt aliquid intrinſecum, & ꝙ eſt plus ꝙ̃ vnum inſtrumentum. Et ſignum eius eſt, quia manifeſtum eſt ꝙ idem ſenſus non comprehendit niſi vnam contrarietatem, & eius media: viſus enim comprehendit album & nigrum & media, et auditus graue & acutum & media, et guſtus dulce & amarum & media. Tactus
C autem multa contraria. v. g. calidum & frigidum, & humidum et ſiccum, & aſperum & lene, & durum & molle, & alia contraria. vnde neceſſe eſt vt iſta virtus ſit plures vna & ꝙ caro ſit quaſi medium. Et hoc, quod dixit, manifeſtum eſt. quoniam ſi vna virtus eſt, quę comprehendit vnam contrarietatem, contingit oppoſitum conuerti cum oppoſito, ſcilicet vt quę non comprehendit vnam contrarietatem, ſed plures, non ſit vna virtus.

Si ꝓportio carnis ad tactũ ſit ſicut ꝓportio oculi ad viſum, manifeſtũ ẽ ꝙ ſenſus tactus ſit vna virtus.

*a. l. caro ſit quaſi.

Documẽtũ. Pro hoc vide. 2 Priorũ ca. 21. &. 4. Topicorum ca. 5.

Habet autem ſolutionem quandam ad hanc dubitationem. Nam & in aliis ſenſibus ſunt contrarietates plures. vt in voce, non ſolum acumen & grauitas, ſed & magnitudo & paruitas, & lenitas & aſperitas vocis, & huiuſmodi alia. Sunt autem & circa colorem differentię huiuſmodi aliæ. Sed quid ſit vnum ſubiectum, ſicut auditui ſonus, ſic tactui, non eſt manifeſtum.

Sed eſt hic aliquid, per quod diſſoluitur iſta quęſtio. In aliis enim ſenſibus ſunt modi contrarietatis plures vno. verbi gratia in ſono cũ acuto & graui eſt magnum & paruum, & ſonus lenis & aſper, & alia

similia. Et in colore etiam sunt aliis similes istis. Sed tñ non est manifestũ quid est illud vnum subiectũ, sicut est sonus auditus, sic tactus. D

Cum dedit sermonẽ, facientẽ credere ꝙ sensus tactus sit plus vno, dedit aliũ sermonẽ, quasi dubitationem super hunc sermonẽ, & dixit. Sed est hic aliquid, &c.i. potest aliquis dicere aliquid esse per quod dissoluitur iste sermo, per quẽ probatur ꝙ sensus tactus est plus vno: & ꝙ in aliis sensibus etiam sunt modi cõtrarietatis plures vno. v.g. ꝙ auditus comprehendit graue & acutum, & magnum & paruum, & lene & asperum. & similiter visus comprehendit multa album & nigrum, & splendens & non splendens. quapropter non est necesse ex hoc ꝙ tactus comprehendit plus vna, vt sit plures, & ꝙ caro sit quasi medium. Et, cũ dedit hanc dubitationẽ super sermonem probantem ꝙ iste sensus est plus vno, incepit excitare modum debilitatis eius, & d. Sed tamen non est manifestũ &c. idest sed iste sermo non sequitur. qm̃, si magna contrarietas, quę est in tactu, sit similis contrarietati existenti in vnoquoq; sensu, necesse est vt subiectũ modorum contrarietatis, quę est in tactu, sit vnum, sicut est in visu, & in auditu. sonus. n. est subiectũ illorũ contrariorum predictorũ. et similiter color est subiectũ modorum contrarietatis comprehensibiliũ per visum. sed nõ est manifestũ quid est vnum subiectum contrariorum sensus tactus, immo apparet ꝙ subiectũ multiplicatur secundum multiplicationem contrariorum. Et intendit per subiectum hic genus, quod diuiditur in hęc contraria. Et hoc, quod dixit, manifestum est. Necesse est. n. si posuerimus ꝙ vnus sensus comprehendit multos modos contrarietatis, vt genus subiectũ illis modis sit vnũ. Quoniã necesse est aliquid esse cõe illi multitudini, quod cõprehenditur ab illo vno sensu. &, si non, non erit illic aliquid per quod ille sensus poterit dici vnus. qm̃ sensus non est vnus, nisi per vnam intentionẽ. Et, cũ contraria fuerint diuersa in gñibus, tunc virtutes erunt diuersę. & ideo illud, quod recipit contrarietatẽ colorũ, aliud est a recipiẽte saporum contrarietatem: cum ista contraria sint diuersa in genere. Vnde necesse est, si tactus sit vna virtus, vt modi contrariorũ, quos cõprehẽdit, sit vnũ genus subiectũ eis, quod dicatur de eis vniuoce: vt sonus, qui dicitur vniuoce, sit de modis sonorum, & color de modis colorũ. Sed contraria tactus non videtur habere genus, quod dicatur de eis nisi ęquiuoce. Quale. n. quod dicitur de calido & frigido, & graui & leui, non dicitur nisi pure ęquiuoce. Et illud, quod dictũ est de ęquiuocatione in hoc nomine quale, dicitur de sapore, de calore & frigore, & odore. omnia. n. hęc nomina sunt in prędicamento qualitatis: & graue & leue in prędicamento substantię. Et ideo necesse est vt virtus cõprehendens contrarietatẽ, quę est in graui & leui, sit quoquo modo virtus cõprehendens contrarietatẽ, quę est in calido & frigido necessario, & quoquom odo non, cũ illa, quę cõprehendit graue & leue, nõ cõprehendit ea nisi mediante motu, s. ꝙ non cõprehendit graue, nisi qñ mouet eam corpus graue, aut leue. Et ideo oportet opinari ꝙ velit Aristo. ꝙ sensus tactus est plus q̃ unus: & ꝙ caro est quasi ei medium. *licet iste sermo sit contrarius sermoni in libro de Animalibus. sed tamen forte ille sermo fuit secundum ꝙ apparuit illic, scilicet ꝙ sciuit de membris animalium in illo tempore. tunc enim adhuc nesciebat neruos, & dixit ꝙ instrumentum sensus istius est caro. & iste sermo dat instrumenta esse istis animalibus tangibilibus intra carnem. & hoc conuenit ei, quod post apparuit per anatomiam, scilicet ꝙ nerui habent introitum in tactu, & motũ. ꝙ ergo sciuit Ari. rõne, apparuit post per sensum. E F

7. Meta. 43

Digressio, ꝙ tactus nõ sit vnus ab vno obiecto.

Occurrit tacitę obiectioni, quia aliquis diceret esse idem genus tangibiliũ, & est ipsum quale. Graue & lene sunt in prędicamento substantię. Idẽ. 4. Cęli c. 20. opp. 5. Met. c. 48. vbi d. ꝙ sũt quantitates. Sed. 4. Cęli 39. ponit eas esse facilitates, et per cõsequens qualitates. Idẽ. 2 de generatione & cor. t.

Verum autem sit sentiens intus an non, sed mox caro, nullum videtur esse signum fieri sensum, simul atq; res tanguntur. Etenim nũc siquis circa carnem extenderit, vt pelliculam cum fecerit, similiter sensum mox, cum tetigerit indicat. & tamen constat ꝙ non est in hoc sensorium. Si autem & coniunctum fuerit, citius pertingit vtique sensus.

c.8 et 7.Ph. t.c.11. vide cōtra. Zim.

* Soluit cōtradictionē. 2. de ptibus aialiū ca.6.

A Vtrum autē sentiens sit intra, aut non, sed est primum, quod apparet, scilicet caro, existimatur quod istud signum nihil est, scilicet ꝙ sensus est, quando tangitur. Quoniam, si tu acceperis membranam & in duas carnem ea, tunc eodem modo apparebit sensus, quando tāgitur: licet sit manifestum ꝙ sentiens non est in istis rebus. Si igitur fuerit consolidatum cum eo, tunc sensus citius prouenit etiam.

3.de Natura aialiū ca. 5.

Cōtinuatio textus.

Infra. c.115.

Expositio.

109 Cum dedit sermonem necessarium, ex quo apparet ꝙ sensus tactus est plus vno, & ꝙ caro est quasi medium, vt exposuimus: licet sit contra opinione Ale. & expositionem Themistii. quamuis Themistius dicat aperte ꝙ ista est opinio Arist.s. ꝙ caro est quasi medium. sed isti videntur non scire rationem, super quam sustentabatur Aris. in hoc. & est, quia sensibilia tactus non communicāt in eodem genere, quod de eis dicatur vniuoce, necesse etiam vt sit plus vno. & nos dicemus rationem Alex. in hoc, & dissoluemus eam. Et, cum iam compleuit hoc declarare, & dissoluere quęstionem contingentem in hoc, reuersus est ad destruendum illud, ex quo existimatur ꝙ caro est instrumentum istius virtutis, & d. Vtrum autem sentiens est intra, &c. i. dicere autem ꝙ tanges non est intra, sed est in primo eorum. quę apparent, scilicet in carne: caro enim cum fuerit positum super ipsam aliquod tangibile comprehendet ipsum: nihil est,
B scilicet ꝙ istud argumentum non tenet, scilicet quod sensus tactus sit, quando tangibile tangit carnem, Deinde debilitauit hoc argumentum, & dixit. Quoniam, si tu acceperis membranam, &c. idest, quoniam, si tu acceperis membranam non spissam, & indueris eam carne, & posueris super carnem aliquod tangibile, tunc statim comprehendetur a sensu, ac si esset absque illa membrana. Deinde dicit licet sit manifestum ꝙ sentiens non est in istis rebus. i. licet sit manifestum quod primū sentiens non est in cute, non est impossibile vt caro sit talis dispositionis, scilicet vt sit medium quasi cutis. in apparentibus autem in carne, nulla dubitatio est super ea, quę iam declarata sunt ratione. Deinde d. Si igitur fuerit consolidatum idest & nulla differentia est in hac intentione, siue caro fuerit continua cum sentiente, siue membrana fuerit non continua. cutis enim si esset continua, tunc citius redderet sensum. Continuatio igitur non dat carni nisi facilitatem pertransitus sensus: non quia continuatio det vt caro sit instrumētum istius sensus.

Improbatio rōnis inductę.

Quapropter & talis pars corporis videtur sic se habere, sicut si circulariter nobis adnatus esset aer. videremur enim vno quodam sentire & sonum, & colorem, & odorem: & vnus quidam sensus esse audi-
C tus, & visus, & olfactus. nunc autem. quoniam determinatum est per quod fiunt motus, manifesta sunt prædicta sensoria diuersa esse.

Et ideo hoc membrum est de corpore, quasi aer, si esset applicatus cum corpore in circuitu. tunc enim existimaremus ꝙ per idem sentiremus sonum, & colorē: & odorē: & ꝙ visus, & auditus, & olfactus esset sensus vnus. modo autem, quia aer, per quem fiunt isti motus, s. videre, et audire, & olfacere est distinctus, apparent sensus, quos diximus esse diuersos.

110 Cū declarauit ꝙ tactus est plus vno sensu, & ꝙ propter hoc caro debet esse media isti sensibus, et ꝙ dubitatio sup hoc ex eo ꝙ apparet sensui, q̄ fecit multos homines dicere ꝙ caro est instrumentū istius sensus, et ꝙ iste sensus est vnus non sufficit, incępit declarare modum, ex quo contingit ista existimatio communis omnibus: & forte ipse est vnus eorū in libro de Aialibus, qui hoc existimauerunt, Et d. Et ideo hoc membrum est de corpore, &c. i. & ista existimatio ac.

cidit hominibus:quia hoc membrũ,f.caro,assimilatur aeri, si esset applicatus cũ D
corpore.quoniam,si aer,secundum ꝙ est medium, fuisset applicatus cum corpore,sicut caro,i.esset pars corporis, tunc existimaremus ꝙ per idem sentiremus sonum,& colorem,& odorem:& ꝙ hęc tria sunt vnus sensus. & hoc idem accidit sensibus tactus cum carne,ita ꝙ fuit existimatum eos esse vnum sensum. D.d.modo aũt,quia ac,&c.i.sed apparet ꝙ tres sensus isti sunt diuersi,licet sint per idem medium quia medium non est pars nostri.Caro autem,quia est pars nostri non apparuit hoc in sensibus tactus,& fuit existimatũ eos esse vnũ sensum.sed demrtio coegit ꝙ sint plures vno sensu.sentit.n.plura vno sensibili in * carne.

* a.l. genere Ex aere & aqua tãtummodo ĩposse est constare corpus aĩatũ idẽ. 4. Meteo.t.29

In tactu autem hoc nũc immanifestum est.ex aere enim, aut aqua impossibile est constare animatum corpus.oportet enim solidũ quoddam esse.relinquitur igitur mistum ex terra,& ex his esse,quale solet esse caro,& proportionale.Quare necessarium est & corpus adnatum esse medium tactui,per quod fiunt sensus,qui plures sunt.

In tactu aũt hoc modo latet.impossibile est.n.vt cõstitutio corporis aĩati sit ex aere,aut ex aqua. indiget.n.vt sit durũ remanet igitur vt sit ex terra,& ex istis in carne,& similibus. Necesse est igitur vt corpus medium tangens sit applicatum, per cuius mediationem erũt sen E
sus,et sunt plures vno.

111 Cũ declarauit modũ,ex quo cõtingit ista existimatio in sensibus tactus, & nõ contingit in aliis sensibus,incępit narrare cãm,& necessitatẽ in hoc,ꝙ mediũ in tactu est applicatũ,& in aliis non applicatũ,& d. In tactu aũt,&c.i. tactui autem accidit hoc,ita ꝙ ista intentio latet in eo,s.ꝙ est plus ꝗ̃ vnus sensus, ex hoc,ꝙ oĩs sensus indiget medio:& aĩalia indigent in salute vt sentiant tangibilia:ideo fuit necesse vt mediũ esset pars eius. Et fuit impossibile vt hoc mediũ,quod est pars eius,esset aqua,aut aer.impossibile est.n.sicut d.vt constitutio corporis esset ex aere aut aqua.aĩalia.n.indigent necessario corpore duro, ex quo contingit necessario vt mediũ sensibus tactus esset corpus admixtũ,super quod abundaret terrestritas.& est caro,& eius simile in animalibus carentibus carne. & sic est intelligendus iste sermo.Et ipse excitauit nos super hoc,quod diminuitur in sermone per hoc. quod dixit Necesse est igitur vt corpus medium tangens sit applicatum.i.necesse est igitur ꝙ omnis sensus sit per mediũ:cũ * sensus non sentiãt sua sensibilia nisi tangendo:& animalia indigent vt sentiant sensibilia occurrentia,vt medium sit applicatum,& pars corporis,D.d.per cuius mediationem erũt sensus,& sunt plures vno.i.sensus tactus.

* a.l. tactus

Indicat autem ꝙ plures sint,qui in lingua tactus omnia enim tan- F
gibilia sentit secundum eandem partem,et saporem. Si igitur et alia caro sentiret saporem videretur vnus et idem esse sensus,gustus, et tactus.nunc autem duo,propterea ꝙ non conuertitur.

Et demonstrat eos esse plures vno tactus linguæ omnia enim tangibilia sentiuntur per idem membrum,et sapor.Si ergo alia caro sentiret saporem,tunc existimaretur ꝙ gustus,et tactus essent idem sensus.modo autem sunt duo,quia non conuertitur.

112 Et demonstrat ꝙ,qa sensus tactus est plus,ꝗ̃ vnus,& ꝙ hoc latet,qa caro est quasi mediũ tactus,qui est in lingua,qm̃ sentimus omnia tangibilia per hoc membrum, & etiam saporem, fuit necesse vt caro,quę est in hoc membro,sit quasi medium,non quasi instrumentum.quoniam,si esset instrumentum saporis,non cõprehenderet tangibile:&,si tangibile,non saporem.idem.n.sensus idem habet instrumentum.Si igitur alia caro,quę est in corpore,sentiret saporem, sicut caro,quę est in lingua, tunc existimaretur ꝙ gustus, & tactus essent idem sensus.D.d.modo aũt sunt duo, quia non conuertitur idest modo autem non accidit hoc,

Idem sensus idẽ habet instrumentum consimile su

A quia non conuertitur, s. ꝙ omnis caro gustans est tangens: sed non omnis caro tangens est gustans.

pra c.107. et 3. de Anima co.50.

Dubitabit autem aliquis. Si omne corpus profundũ habet, hoc autem est tertia magnitudo, quorum autem corporum medium est aliquod corpus, non contingit ipsa seinuicem tangere. humidum autẽ non est sine corpore, neq; vdum, sed necesse est aquam esse aut habere aquam: quæ vero tangunt seinuicem in aqua, cum extrema sicca non sint, necesse est aquam habere mediam, qua repleta sunt vltima. Si autem hoc verum, impossibile est tangere aliud aliud in aqua. Eodem autẽ modo & in aere similiter enim se habet aer ad ea quæ sunt in ipso, & aqua ad ea, quæ sunt in ipsa. latet autem magis nos, sicut & quæ sunt in aqua animalia, si vdum tangit vdum.

Ex hoc sumitur ꝙ inter duo corpora dicta cadit medium.

Ex eis, in quibus homo dubitat, est quòd omne corpus habet profundum, et hæc est tertia dimensio, et corpora, inter quæ existit aliqđ corpus medium, impossibile est vt tangant se ad inuicem, et humidum non est extra corpus, neque humectatũ, immo necesse est vt sit B aqua, aut aliquid, in quo est aqua: & ea, quæ occurunt sibi in aqua ad inuicem, cum extrema eorum nõ fuerint sicca, necesse ẽ vt inter ea sit medium, & est illud, in quo vltima eorum sunt submersa. Et, si hoc est verum, impossibile est vt aliquid tangat aliud in aqua. Et similiter in aere, aer enim ita est cum eis, quæ sunt in eo, sicut aqua cũ eis, quæ sunt in aqua. verbi gratia animalia, quæ sunt in aqua, si corpus humectatum tangit corpus humectatum.

Cum declarauit ꝙ tactus indiget carne pro medio, & ꝙ est plus ꝙ̃ vnus, incœpit etiam quęrere vtrum iste sensus cum hoc, ꝙ indiget carne, indigeat etiam medio extrinseco, aut sufficit ẽt caro sine medio extrinseco. & ista quęstio ẽt accidit in gustu. Et dixit, Et ex eis, in quibus homo dubitat, est, &c. i. & dubitat hõ in hoc vtrum tactus indigeat medio extrinseco cum hoc ꝙ indiget medio, qđ est caro. omne. n. corpus habet profundum, & est tertia mensura corporis. D. d. & corpora, inter quę est medium, &c. i. &, cum omne corpus habet profundum, necesse est vt inter omnia duo corpora non se tangentia sit corpus. &, cũ ita sit, contingit vt corpora sicca, inter quę est medium corpus humidum, impossibile est vt tangant se adinuicem, absque eo ꝙ suæ superficies sint humefactę C ab illo corpore humido. & humiditas impossibile est vt sit extra illud mediũ, v. g. † corpora humectata. quoniam impossibile est vt tãgant se, nisi inter ea sit aqua, aut aliquid aquę. D. d. & ea, quę occurrunt sibi in aqua ad inuicem, cũ extrema eorum fuerint non sicca, &c. i. &, cum corpora sicca non occurrunt sibi in corporibus humidis, nisi extrema eorum fuerint humectata, necesse est vt nõ occurrant sibi, nisi inter ea sit medium: & est corpus, in quo superficies eorũ sunt submersę. Et, cũ ita sit, impossibile est vt corpus siccũ tangat corpus siccũ in aqua, aut in aerem: nisi inter ea sit corpus aut ex aqua, aut ex aere. D. d. Et similiter etiam de aere. aer enim, &c. i. & ita est de aere, sicut de aqua in hoc. sed humefactio eorum, quę sunt in aqua, est manifesta sensui: * humefactio aũt eorum, quę sunt in aere, non sentitur: sed ratio cogit eam esse eiusdem modi. v. g. animal, quod est in aqua. quoniam, cum manifestum est ꝙ impossibile est vt aliquid tãgat nisi mediãte aqua, sic debet esse in animalibus, quę sunt in aere. 113

† Duo corpora dura nõ posunt se immediate cõtangere.

* Hũefactio in aqua ẽ manifesta sẽsui sed ea, quę ẽ in aere, latet sensum. Idẽ primo Phy. c.54. idẽ. 1. de Gene. & Cor. 19. consiste de aqua habes infra hic c. 115. ad finem.

Vtrum igitur omnium similiter sit sensus, an aliorum aliter, sicut nunc videtur, gustus quidem, & tactus tangendo, alii autem eminus? Hoc autem non est: sed durum, & molle per alia sentimus, si-

cut & ſonatiuũ,& viſibile, & odorabile, ſed alia quidem eminus alia D
Oia sētimus p medium. vero cominus. Quapropter latet, quoniam omnia ſentimus per medium, ſed in his latet. Et quidem ſicut. diximus prius, & ſi per pellicu lam, quæ nos lateret, ſentiremus omnia tangibilia, ſimiliter vtiq; haberemus, ſicut & nunc in aqua, & in aere. putamus enim nunc ipſa tangere, & nihil eſſe per medium.

Vtrum igitur ſenſus omnium rerum eſt, eodem modo, aut ſenſus rerũ diuerſarum eſt diuerſus, vt exiſtimatur ꝙ guſtus, & tactus ſunt per tangere, alia autem ſunt a remoto? Aut non eſt ita. ſed nos etiam non ſentimus durum, & molle, niſi mediantibus aliis rebus, ſicut ſen timus faciens ſonum, & viſibile, & audibile. ſed iſta a remoto, & illa duo a propinquo. Et ideo non fuit perceptum. & ſi non omnia ſentimus per aliquod medium, ſed non comprehenditur a nobis in his duobus. Iam enim diximus etiam prius ꝙ, ſi nos ſentiremus tangibilia membrana mediante, ita ꝙ non perciperemus eam, tũc diſpoſitio noſtra eſſet, ſicut diſpoſitio noſtra modo in aqua, aut in aere. modo B
enim exiſtimamus tangere ea. & non eſt illud.

114 Et, cum fuerit conceſſum hoc, quod diximus, ꝙ corpora ſicca impoſsibile eſt vt tangant ſe in corporibus humidis, niſi inter ea ſit aliquod corpus ex illo humido, quærendum eſt vtrum ſentire omnia ſenſibilia fiat eodem modo, ſ. per medium, aut ſentire res diuerſas ſit diuerſum, ſ. ꝙ ſentire quaſdam non eſt per medium, vt exiſtimatur de tactu & guſtu, & quaſdam per medium, & ſine tactu, ſed a remoto, vt auditus, & olfactus, & viſus. Aut non eſt ita. ſed omnia tangibilia ſentimus per idem medium, per quod ſentimus illa tria reſidua. ſed tan ẽ differunt in hoc, ꝙ ſenſibilia in iſtis tribus comprehenduntur a remoto, & in tactu, & guſtu a propinquo. Et, cum ita ſit, non ſentimus omnes res niſi per medium extrinſecum: ſed iſtud medium non percipitur a nobis in tactu. Quemadmodum, ſi ſentiremus tangibilia mediante membrana, abſq; eo ꝙ perciperemus illam membranam eſſe ſuper nos: quoniam diſpoſitio noſtra eſſet cum hac mẽbrana, per cuius mediationem ſentiremus tangibilia abſq; perceptione illius, ſicut eſſet diſpoſitio noſtra in ſentiendo mediante aqua, aut aere. ſ. quemadmodũ accideret nobis exiſtimare ꝙ nos non ſentimus tangibilia niſi tangendo, non mediante illa membrana, cum non percipimus illam eſſe oĩno, ſic poſsibile eſt hoc F
accidere nobis in aqua, aut aere, ſ. exiſtimare ꝙ nos ſentimus res ſine mediatione earum. ſed non in rei veritate nihil tangimus, niſi per mediationem earum.

Sed differt tangibile a viſibilibus, & ſonatiuis, ꝙ hęc quidem ſentimus, eo quòd medium mouet aliquid nos: tangibilia vero non a medio, ſed ſimul cum medio. ſicut p clypeũ percuſſus. non enim clypeus percuſſus percuſsit, ſed ſimul accidit vtraque percuti.

Sed tangibile differt a viſibilibus, & facientibus ſonum. nos enim ſentimus illa, ita quòd mediũ agit quoquo modo in nobis: & nos in tangibilibus non a medio, ſed cum medio. v.g. illi, cui accidit ictus mediante ſcuto. ſcutum enim non eſt illud, quod percuſsit ipſum, cũ pcutiebatur ſcutum, ſed accidit ꝙ percuſsio amborum fuit ſimul.

115 Id eſt ſed licet conſequitur ex hoc ſermone ꝙ tangibilia non ſint niſi per medium ſicut tres ſenſus, tñ opinandũ eſt ꝙ actio medij in hoc ſenſu non eſt ſicut actio medij in illis. ſed tãgibilia differũt a coloribus, & a ſonis in hoc, ꝙ indigẽt medio: quia ſenſibilia in illis tribus primo agunt in mediũ, deinde medium in
Documẽtũ. nos tangibilia autem inſimul agunt in nos, & in medium. Sed debes intelligere

A hic per simul, non quia in eodem tempore patitur medium, & sensus a tangibilibus, & in illis duobus temporibus, existimatur.n.q visus, & aer alterantur a colore in eodem instanti: sed intendit hic per prioritatem, & posterioritatem in illi, prioritatem secundum causam, s.q sensibile est causa remota in motione sensus, & medium est causa propinqua. In tactu autem medium, & sensus mouentur insimul a tangibilibus, sed medium nihil facit in hoc, sed est aliquod accidens ex necessitate: non quia est necesse inesse sensus, sicut medium est necessarium in esse aliorum. Et ideo assimilauit passionem nostram a tangibilibus passioni nostre a percussione mediante scuto. Quemadmodum igitur non debet aliquis dicere q scutum est necessarium in actione percussionis nostre, ita q scutum sit causa propinqua, & percussio est causa remota, ita est de aere cum tangibilibus, s. q non debet aliquis dicere q illud necesse est ad sentire tangibilia, sed dicimus q insimul patimur nos, & scutum ab ictu. per simul igitur debemus intelligere priuationem prioritatis, & posterioritatis in causa, non in tempore. Et intendebat per hoc declarare q istud non est medium * secundum q est necessarium omni sensui in sentiendo: sed medium, quod huiusmodi est in hoc sensu, est caro, & hoc, si dicetur medium, erit scdm accidens. Sic igitur intelligendus est iste locus. non q Arist. dubitauit in hoc, & non compleuit, neque

B declarauit modum, scdm quem dicitur q tangibilia non sentiuntur nisi per medium extrinsecum. Neque etiam Arist. in hoc sermone fuit valde oblitus, sicut d. Themistius, & alij. Dicunt.n. q nos, si concesserimus q tangibilia non cōprehendantur in aqua, & in aere, nisi mediantibus istis, quid possumus dicere in comprehensione qualitatū tangibilium in istis duobus medijs ipsis? * Et ego dico q obliuio fortis non fuit nisi a dicente hunc sermonem, licet sit valde difficilis, secundum q apparet. Omne.n.animal, quod innatum est esse in aqua, aut aere, non sentit aliquam qualitatem caliditatis, aut frigiditatis in eis, si fuerint in simplicitate, quam debent habere, quia est locus eius naturalis, & locus est similis locato, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. & iam declaratum est q sensibile est contrarium ante passionem. Et, cum ita sit, animal nō sentit calorem aut frigus in aere, aut in aqua: nisi quando cum eis admiscentur corpora calida, aut frigida. illa ergo corpora sunt alia ab aqua, & ab aere naturali. Et, cum ita sit, illud, quod accidit ex hoc, quando sentimus q aer, aut aqua calefacta sunt, aut infrigidata, illud idem accidit in corporibus, quę apparent visui esse alia ab aere, & aqua, s. q nos non sentimus ea, nisi mediante aqua, & aere naturali, vt declaratum est ex sermone predicto. Et, si aer, & aqua continentes animalia, haberent qualitatem contrariam, tunc impedirent comprehensionem qualitatum contrariarū ab animalibus. Et propter hoc, quod diximus,

C non est opinandum aquam calefieri, dum fuerit aqua pura, neque q aer infrigidetur, dum est aer purus: sed hoc accidit propter corpora admixta cum eis calida, aut frigida. & hoc fecit dubitare homines, ita q frigiditas non est accidens inseparabile aquę, sicut calor igni. & ista existimatio accidit, quia vulgus consueuit vocare aquam, dum liquefactio remanet in ea: licet in rei veritate nō est aqua pura, sed admixta. ista .n. qualitas est magis cognita oībus suis qualitatibus sensibilibus, sicut calor in igne & ideo vulgus non absolute vocat ignem, qui infrigidatus est pp admixtionem corporū frigidorū. & forte vocat ignē corpora calida: licet fiūt humefacta p mixtionē, dum remanēt calida calore igneo.

Quō mediū ē necessariū in tactu.

Documētū.

* a.l.nisi.

Hic soluēdo dubitationē Themistij, & Alex. excludit expōnem eorum.

Themi. dubium ca.38.

* Auer. foto. Quarto Ph. t.c.48.

Tertio Cęl. 67.

Omnino autem videtur caro & lingua, sicut aer & aqua ad visum, & auditum, & olfactum se habent, sic se habere ad sensorium. ipso autem sensorio tacto, neq; ibi, neque hic fiet vtiq; sensus. vt si quis ponat corpus album super oculi vltimum. Quare & manifestum est, q intus sit tangibilis sensorium. sic enim vtique accidet, quod quidē in aliis. apposita enim super sensorium, non sentiunt. super carnem autem apposita sentit. quare medium tactiui caro.

Et vniuersaliter videt q caro, & lingua est, sicut aer & aqua ī visu,

auditu, & olfactu. & sic est dispositio eorum apud sensum, sicut dispo D
sitio vniuscuiusque illorum duorum. sed ipsum sentiens, cum tetige-
rit non cadit illic, neque hic sensus. v.g. si aliquis posuerit aliqđ cor
pus album super visum medium. Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ
sensus tactus est interius. &, si non esset hoc, contingeret in eo, quod
contingit in aliis, ꝙ, cum poneretur super sentiens non sentiet. caro
autem sentit, cum fuerit positum super eam. vnde cōsequitur vt caro
sit medium in tangente.

* Sēsibile positū supra sēsum non sentitur. Idē supra te.c.98, & q ibi. Caro est mediū nō organū, seu instrumētum tactus, sed oppositū dicit. Cō. in libro de Sensu et sensato, & scdo Colliget cap. de iuuamentis carnis, & in cap. de iuuamētis sensus tactus. Vide cōtr. Zim.

† Plura cōtraria nō trāsferuntur ad extrema, nisi prius transferantur ad media. Idē 5. Ph. 2. Idē 10. Met. 23. idem supra 105.

Cōtra Ale. Motiuum Alex.

Idem supra 108.

116 Cum declarauit modum, sc̄dm quem dicitur ꝙ aqua & aer sunt media in tactu, si debeant dici media, reuersus est ad dicendum illud, quod est medium in rei veritate in hoc sensu, s. illud, quod est impossibile vt sine eo sentiat iste sensus. & est caro, cuius proportio ad ipsum est sicut proportio aquę & aeris ad alios tres, Et d. Et vniuersaliter videtur, &c. i. & vniuersaliter opinandum est ꝙ caro & lingua sunt tactui, & gustui, sicut aer & aqua visui, & auditui, & olfactui. D. d. & sic est dispositio eorum apud sensum, &c. i. & dispositio carnis & linguę apud tangens, & gustans sit sicut dispositio aquę & aeris apud tres sensus. D. d. sed ipsum sentiens, cum tetigerit, &c. i. * et in omnibus cum super sentiens ipsum fuerit positum sensibile, non sentiet omnino. aut, si sentiet, male: vt B
accidit, cum super visum fuerit positum aliquod corpus album. D. d. aliam demonstrationem a prędicta ꝙ caro est quasi medium, non quasi instrumentum, & d. Dicamus igitur ꝙ manifestum est, &c. i. & manifestum est ꝙ sensus tactus est intra carnem: & ꝙ caro non est quasi primum instrumentum ei. qm̄, si ita esset, contingeret in eo quod contingit in aliis, s. ꝙ cum sensibile esset positum super carnem, non sentiretur a virtute tangibili: quemadmodum color, cum fuerit positus super visum, non sentietur. modo autem, quia videmus ꝙ virtus tangibilis non sentit, nisi quando tangibile fuerit positum super carnem, necesse est vt caro sit medium, non instrumentum, Et hoc, quod dixit, manifestum est per se. qm̄ hoc, ꝙ tres sensus indigent medio, aut est, quia accidit suis sensibilibus, ꝙ sunt remota ab eis, aut quia impossibile est vt recipiant sua sensibilia, nisi sint prius in medio; vt † plura videtur contraria, s. ꝙ non transferuntur ad extrema, nisi prius transferantur ad medium, &, si hoc esset propter hoc, ꝙ sensibilia sunt remota, contingeret vt sentirent, quando essent posita super eos. tunc enim non indigent medio. sed non sentiunt: ergo non indigent medio, nisi propter ipsum sentire, Et, quia hoc accidens non potest attribui vni eorū essentialiter, cum commune sit eis, remanet igitur vt hoc sit eis commune per naturam communem tribus sensibus, sed nulla natura communis est causa in hoc accidēte, nisi hoc, ꝙ sunt sensus: ergo indigentia medij ad sensus est eis in hoc, ꝙ sen- F
sus, non secundum ꝙ quidam sensus: ergo omnis sensus necessario indiget medio in ipso sentire, non ꝙ medium est in istis tribus sensibus tantum: quia sensibilia eorum sunt remota, vt putat Alex. quoniam, si ita esset, contingeret ꝙ, cum essent posita super eos, sentirent. Et hoc, quod dixit Alex. contradicendo huic opinioni, s. ꝙ, si caro esset quasi medium, contingeret ut sub carne esset aliquod membrum, per quod fieret iste sensus: & illud necessario esset vnum, si iste sensus esset vnum: aut plura, si plura: nihil est. Iam enim apparuit post Arist. in tempore eius, scilicet Alex. ꝙ in animalibus sunt quędam corpora, quæ dicūtur nerui. & habent introitum in sensum, & motum. quod igitur apparuit Arist. ratione. manifestum est post sensu, Et nihil est hoc, quod dicunt posteriores Peripatetici, scilicet ꝙ nerui nō habent introitum in sensum tactus, est enim sermo Aristo. in propinqua potentia: & est etiam sensibilis.

Tangibiles igitur sunt differentię corporis, secundum ꝙ corpus, Dico autem differentias, quæ elementa determinant, calidum, frigidum, humidum, siccum: de quibus prius dictum est in iis, quæ de elementis. Sensorium autem ipsarum tactiuum, & in quo sensus, qui

A vocatur tactus, inest primo, potentia huiusmodi pars est.

Et tãgibilia autem sunt differentiæ corporis, secundum ꝙ corpus. Et dico differentias, quibus determinantur elementa, s. calidum, & frigidum, & humidum, & siccum: & sunt illę, de quibus prius locuti fuimus apud sermonem de elementis. Illud autem, quod est, sentiens, & tangens, & in quo est primus sensus, qui dicitur tactus, est mẽbrum, quod est in potentia talis dispositionis.

D. Et tangibilia sunt differentię corporis, scd̃m ꝙ est corpus, idest tangibilia vniuersaliter sunt differentię existentes in omnibus corporibus, scilicet communes omnibus corporibus generabilibus, & corruptibilibus. Deinde d. Et dico differentias, &c. i. & intelligo per differentias differentias vniuersales, a quibus nullum corpus fugit: & sunt primę differentię existentes in quatuor elemẽtis, scilicet calidum, & frigidum, siccum, & humidum: & quę fiunt ex eis, vt asperum, & durum: & alię differentię tangibiles, & quę sunt coniunctę cũ eis, vt graue, & leue. Deinde d. de quibus prius locuti fuimus apud sermonem de elementis, scilicet in libro de Generatione, & Corruptione. illic enim declarauit modos tangibilium primos, & secundos. B D. d Illud autem, quod est sentiẽs, &c. idest illud autem, quod sentit has differentias, est membrum, quod est in potentia hę differentię. i. illud, quod innatum est perfici per has differentias. & opinandum est ꝙ hoc est caro, aut nerui. 117

In. 2. de Ge. & Cor. te. c. 8. & . 16.

Sentire enim pati quoddam est. Quare faciens quale ipsum actu, huiusmodi illud facit, cum sit potentia. Vnde simile calidum & frigidum, aut durum & molle non sentimus, sed exuperãtias: tanquã sensu, velut medietate quadam existente eius, quę in sensibilibus, contrarietatis. Et propter hoc discernit, ac iudicat sensibilia. medium enim iudicatorium est. fit. n. ad vtrunque ipsorum alterum vltimorum.

Sentire enim est aliquod pati quoquo modo. Vnde necesse est vt illud, quod agit sibi simile in actu, non agat nisi illud, quod est in potentia. Et ideo calidum non sentit sibi simile, neq; frigidum, neq; durum, neque mole, sed ea, quæ sunt intensiora: quoniã sensus quasi est mediũ inter contrarietatem in sensibilibus. Et ideo distinguit sensibilia. medium. n. distinguit. efficitur enim apud vtrunque æqualiter.

C Cum dixit ꝙ primum sentiens est illud, quod est in potentia istę differentię, incœpit declarare hoc, & d. Sentire enim, &c. i. sentire enim, quia est aliqua passio secundum modum dictum & omne patiens habet agens, & omne agens agit sibi simile in actu. i. necesse est vt non agat sibi simile in actu, nisi ex aliquo, qđ est sibi simile in potentia, non in actu. D. d. Et ideo calidum non sentit sibi simile, &c. i. &, quia agens non agit in eo, quod est sibi simile in actu, sed in potentia: ideo necesse est vt membrum sentiens non sentiat corpus calidum sibi ęquale in calore, nec membrum frigidum corpus frigidum ęquale sibi in frigore: & similiter de duro, & molli. D. d. causam in hoc, & d. quoniam sensus est quasi medium, &c. i. & sensus tactus comprehendit tantum intensiora ex rebus tangibilibus, econtrario aliis sensibus cum suis sensibilibus. quia sensus tactus inuenitur in aliquo, quod est medium inter contrarietatem aliquam in sensibilibus: cum impossibile est vt aliquod corpus denudetur a qualitatibus tãgibilibus ecõtrario alijs qualitatibus sensibilibus. * Et intelligo ꝙ sensus tactus impossibile ẽ vt careat simpliciter calido, & frigido, & sicco, & humido sicut fuit in visu colore, & in auditu carere sono. & ideo iste sensus comprehendit sua sensibilia secundum totum sensus aũt tactus comprehendit extrema. D. d. Et ideo distinguit sensibilia. medium. n. distinguit, &c. i. & ideo sensus tactus distinguit, & comprehendit sensibilia, quia est medium, medium enim distinguit, quia recipit vtrũ 118

* Documẽtũ Impossi ẽ sẽsum tact' carere simplr calido, & frigido, & sicco, & humido: sicut visus colore, et auditus sono. Idem infra cõ. sequẽti, & . 3. de Aĩa cõ. 66.

que extremum, & assimilatur ei, & efficitur cum eo idem. D

Et vt oportet id, quod debet sentire album & nigrum, neutrum ipsorum esse actu, potentia vero vtrunque, sic autem & in aliis, ita & in tactu neque calidum, neque frigidum.

Et oportet, sicut diximus, vt illud, quod est innatũ sentire album, & nigrum, sit neutrum, sed vtrunq, in potentia, & sic de aliis, ita in tactu debet esse neque calidum, neque frigidum.

119 Et, quemadmodum oportet vt illud, quod innatum est sentire album & nigrum sit neutrum, sed vtrunque in potentia, & sic in vnoquoq; sensu, sic etiam oportet vt tangens sit neque calidum, neque frigidum secundum modum, qui est possibilis in eo, s. vt ista sunt in eo scd̃m medium, aut prope: cum impossibile est vt denudetur ab eis omnino, sicut fuit possibile in illis alijs, s. vt denudetur a suis sensibilibus. Et debes scire ꝙ, quia illud, quod sequitur ex hoc in instrumẽto istius sensus, illud idem cõsequitur in medio, nõ possumus dicere ꝙ caro sit instr̃m istius virtutis, scd̃m ꝙ ē media inter cõtraria, sicut existimauerũt plures.

Ducumẽtũ.

Amplius autem sicut visibilis & inuisibilis est quodã modo visus, similiter autem & reliqui oppositorum, sic & tactus tangibilis & intãgibilis. Intangibile autem est paruam omnino habens differentiam tangibiliũ, quomodo se habet aer. & tangibiliũ exuperantiæ, vt ea, q corruptelua sunt. Scd̃m igitur vnumquemq; sensum dictũ est figura. E

Et, quemadmodum visus est quoquo modo rei visibilis & non visibilis, & similiter de aliis, sic est tactus tangibilis & non tangibils. Et non tangibile est illud, in quo est de dispositione tangibilium aliquid valde modicum, sicut aer: aut valde intensum, sicut corrumpentia. In vnoquoque igitur sensum dictum est secundum descriptionē.

120 Cum notificauit sensus tactus, & naturam rerum tangibilium, & quomodo sit tactus, & per quot, reuersus est ad dicẽdum aliquid commune omnibus sensibus. comprehendunt enim alterum duorum oppositorum essentialiter, & alterum accidentaliter. Et dixit, Et quemadmodum visus, &c. i. & quemadmodum visus cõprehendit visibile & nõ visibile quoquo modo, sicut etiam alij sensus cõprehendunt priuationes suorum propriorum sensibiliũ, ita sensus tactus comprehẽdit tangibile & non tangibile, & d. quoquo modo, quia non eodem modo comprehendit habitum, & priuationem. Deinde posuit scd̃m quot modos dicitur nõ tãgibile, & dixit, Et non tãgibile est illud, in quo est, &c. i. & non tangibile dicitur duobus modis; quorum vnus est illud, in quo existit de qualitatibus valde modicũ, sicut est de aere continẽte nos: & alterũ est illud, in quo existit de qualitatibus tangibilibus valde intensum, & corrũpens sensum, vt ignis, & glacies. F

Caput Octauum. Sensus recipere sensibilia sine materia. Cur sensibilium exuperantiæ corrumpant ipsa sensoria Item quo pacto non sentientia a sensibilibus patiuntur.

Portet autẽ vniuersaliter de omni sensu accipere, quòd sensus est id, quod est susceptiuum formarum sine materia. vt cera annuli, sine ferro & auro recipit signum, accipit autem aureum, aut æneum signum, sed non inquantum aurum, aut æs. Similiter autẽ & sensus vniuscuiusque ab habente odorem, aut saporem, aut sonum patitur. sed non inquantum vnumquodque illorum dicitur, sed inquantum huiusmodi, & secundum rationem,

Ois sẽsus susceptiuus est formarum sine materia. idem infra t. 38.

A Et dicendum eſt vniuerſaliter de omni ſenſu ꝙ ſenſus eſt recipiẽs formas ſenſibilium ſine materia .v.g. quòd cera recipit formam annuli, ſine ferro aut auro.& recipit ſignum, quod eſt ex cupro aut ex auro, ſed non ſecundum quòd eſt cuprum, aut aurum. Et ſimiliter vnuſquiſque ſenſuum patitur ab habente colorem, aut ſaporem, aut ſonum, ſed hoc non ſecundum quòd vnuſquiſque eorum dicitur, ſed ſecundum quòd eſt in hac diſpoſitione, & intentione.

121 Intendit ſcdm deſcriptionem,i. vniuerſaliter. in libro enim de Senſu & ſenſato loquitur de iſtis particulariter. Et d. Et dicendum eſt vniuerſaliter de omni ſenſu,&c.i.& opinandum eſt ꝙ receptio formarum ſenſibilum ab vnoquoq; ſenſuum eſt receptio abſtracta a materia. ſi. n. recipiet eas cum, materia tũc idẽ eſſe haberet in anima, & extra animam. & ideo in anima ſunt intentiones, & comprehenſiones: & extra animam non ſunt comprehenſiones, neque intentiones, ſed res materiales, quę non ſunt comprehenſę omnino. D.d.v.g. ꝙ cera recipit,&c.i.& iſta receptio, quę eſt in ſenſibus, abſtracta a materia, ſimilis eſt receptioni cerę ad figuram annuli. recipit.n.eam ſine materia cum eodem modo recipiat eam, ſiue fuerit ferri, ſiue auri,, ſiue cupri. D. d. Et ſimiliter vnuſquiſ-
B que ſenſuum patitur, &c.i.ſcdm hunc modum patitur vnuſquiſque ſenſuum ab eis, a quibus innatus eſt pati, ſiue colore, ſiue ſono. ſed non patitur ab eo, ſcdm ꝙ eſt color, aut ſonus. qm̃, ſi ita eſſet, contingeret ꝙ, cum reciperet ipſum, eſſet color, aut ſonus, non intentio. & hoc intendebat, cum dixit ſed non ſcdm ꝙ dicitur vnuſquiſq;, ſed ſcdm ꝙ eſt intentio. * intentio.n.coloris alia eſt a colore. Et d. ſed ſcdm ꝙ eſt in hac diſpoſitione, & intẽtione, obſeruãdo ſe ab intẽtionibus, † quas recipit intellectus. ille.n.ſunt vniuerſales: iſtę aũt ſunt particulares.

Si ſenſus recipient cum materia, tũc res idem eẽ hrẽt i aĩa, et extra aĩam. Idẽ.12.Me. cõ.14.&.23 et.36. cõſiſe de itellectu. 3.de Anima cõ.38.

*Intentio coloris alia eſt a colore. Idẽ ſupra.c. 76. &.97.

† Intẽtiões, quas recipit ſenſus, ſunt particlares, ſed illę, quas recipit intellectus, ſunt vlẽs. Idẽ infra c.149.et 3.de Aĩa.4. 5.18. 19.28. &.30.

Senſorium autem primum eſt, in quo huiuſmodi potentia Eſt igitur idem, ſed eſſe alterum eſt. magnitudo enim quędam erit id, quod ſentit, non tamen eſt ſenſitiuo eſſe. neque ſenſus magnitudo eſt, ſed ratio quædam, & potentia illius

Et quod eſt iſta potentia eſt primum ſentiens. Sunt igitur idem, in eſſe autem diuerſa. Illud enim, quod ſentit, eſt aliqua magnitudo: & nõ ſecundum quòd ſentit. neq; ſenſus eſt magnitudo, ſed intentio, & virtus illius.

122 Et ꝙ recipit iſtam virtutem, quę eſt intentio abſtracta a materia, eſt primum
C ſentiens. & cum receperit eam efficietur idem: ſed in numero differunt, Illud.n.quod ſentit, eſt aliquod corpus: & non ſentit ꝙ eſt corpus. neq; ſenſus eſt corpus, ſed intentio & potentia illius corporis, quod eſt primum ſentiens.

Manifeſtum autem ex his, & propter quid ſenſibilium exuperantiæ corrumpunt ſenſoria. Si nanque ſit fortior ſenſorio motus, ſoluitur ratio. hoc autem erat ſenſus. & ſicut & conſonantia, & tonus, percuſsis fortiter chordis.

Et manifeſta eſt ex hoc cauſa, propter quam ſenſibilia intenſa corrumpunt inſtrumenta ſenſuum. Quoniam, quando motus ſentientis a ſenſibili fuerit fortior eo, diſoluetur ſua intentio. & hoc erit ſenſus. ſicut diſſoluitur conſonantia chordarum, & neumata, cum tanguntur fortiter.

Propter qd excellentię ſẽſibiliũ corrũpun ſenſitiua. idẽ infra t.143.& 3.huius t. 7.

D.& ex hoc, quod diximus, ꝙ ſenſus eſt intentio, declarabitur cauſa, propter quam ſenſibilia intenſa corrumpunt inſtrumẽta ſenſuũ. qm̃, quando motus ſentientis a ſenſibili fuerit fortior, q̃ ſentiens poſſit tolerare, diſſoluetur illa intẽtio, per quã ſentiens eſt ſentiẽs, & remanebit corpus ſine illa intentione, q̃ eſt

sensus. sicut dissoluitur consonantia chordarum, & neumata, vel nete eorum, quę sunt intentio existens in eis, quando fortiter tanguntur,& mouebuntur motu fortiori, quã motu, quem possunt tolerare. D

Propter qd plãtę nõ sentiunt.

Et propter quid plantæ non sentiunt,cum habeant quandam partem animalem,& patiantur a tangibilibus etenim frigescunt, & calescunt. Causa.n. est, non habere medietatem,neque huiusmodi principium,vt possint recipere formas sensibilium,sed pati cum materia.

Et causa, propter quam vegetabilia non sentiunt, & in eis est aliqua pars animata,& recipit passionem a tangibilibus,quia calefit,& infrigidatur. Causa enim in hoc est,quia non habent medium, neq; principium,per quod possunt recipere formas sensibilium.

124 Laborat in hoc sermone ad dandum causam, propter quam vegetabilia non habent sensum tactus: licet habeant animam nutritiuam, & etiam patiuntur a tangibilibus,& calefiunt,& infrigidantur. & intendit per aliquam partem animatam animam nutritiuam. Et d. Causa.n.in hoc est, quia non habent mediũ, &c. idest causa.n.in hoc nihil aliud est, nisi quia vegetabilia nõ habent mediũ, quasi carnẽ,neq; tale principiũ, per quod animalia possunt recipere formas sensibiliũ.&,cum declarauit ꝙ a tangibilibus patitur aliquid,quod non comprehendit ea,incœpit narrare ꝙ econtra est de aliis sensibilibus sensuum. E

Dubitabit autem aliquis, si patiatur aliquid ab odore, quod non potest olfacere,aut a colore,quod non potest videre similiter autem & in aliis. Si autem olfactibile sit odor si quid facit olfactum, inquantum odor est,facit. Quare non potentium olfacere, nihil pati potest ab odore.eadem autem ratio & in aliis.neq; potentium, nisi inquantum vnumquodque sensitiuum.

Sed non patitur ab odoribus, quod non potest olfacere,neq; a coloribus,quod non potest uidere.& sic de aliis. Si igitur olfactus est odor,contingit vt omnis res,quæ facit olfacere, facit per odorem. Vnde necesse est ꝙ nihil ex eis quæ non possunt olfacere,patiatur ab odore.& iste sermo est de aliis.neq; etiam aliquid ex eis,quæ possũt, nisi secundum quòd quodlibet eorum est sentiens.

125 Idest & licet aliquid, quod non est innatum tangere, patitur a tangibilibus, tamen nõ patitur ab odoribus passione propria odoribus,i.scdm ꝙ est odor,nisi illud, quod potest olfacere: nec patitur a coloribus passione propria coloribus, scdm ꝙ est color,nisi illud, quod possunt videre:neque a sono, nisi illud, quod potest audire. D.d. & sic de aliis. Et hoc facit existimare ꝙ sapor est huius dispositionis.sed ipse dicet post ꝙ quidam patitur a sapore, quod est innatum sentire ipsum.& forte fecit hoc,quia est locus dubitationis. D.d.Si igitur olfactus est,&c.i.si igitur natura olfactibilis,quę non existit nisi in olfaciente, sit odor ipse.non intentio comparata,quę contingit odori,manifestum est ꝙ odor facit olfacere omne olfactum: & omne, in quo odor agit,scdm ꝙ est olfactus, est olfaciens,quoniã,si esse odoris non est,nisi scdm ꝙ est olfactus; & olfactum non inuenitur nisi in olfaciente:manifestum est ꝙ omne, quod patitur ab odore,est olfaciens. D.d. Vnde necesse est,&c.i. si igitur omne olfaciens patitur ab odore: & omne, quod patitur ab odore,est olfaciens: necesse est secundum conuersionem oppositi,vt quod non est olfaciens non patiatur ab odore. Et ipse non propalauit in sermone nisi postremum consequens.& primum principium, ex quo consequebatur,s.ꝙ si odor est relatiuus.i.olfactus, necesse est vt olfactum sit olfacientis. & non propalauit propositionem dicentem ꝙ omne, quod patitur ab odore,est olfaciens,neque propalauit conuersionem sui oppositi. Et quasi opinatur F

A natur ꝙ tactus est aliquod contingens rebus contrariis tangibilibus. & nō opinatur ꝙ olfactibile est aliquod contingens, odori, neq; visibile colori, sed opinatur ꝙ olfactum est quasi ipse odor, & visibile ipse color, et audibile ipse sonus. Et ideo fuit necesse apud ipsum vt omne, quod patitur ab odore, sit olfaciens, & a colore videns, & a sono audiens. Et non fuit necesse vt omne, quod patitur a tangibili, sit tangens. & hoc indiget magna inquisitione. Ipse enim quasi opinatur ꝙ sensuum quidam sunt in capitulo relationis, & quidam sunt in capitulo actionis, & passionis per se, & accidit eis relatio.

Arist. opinat ꝙ sensuum quidam sunt in cap. relōnis, & quidā sunt in capi. actionis, & passiōis per se. Vide istū c. sequēti, & com. 140. & 143.

Simul autem manifestum est & sic. neque enim lumen & tenebræ, neque sonus, neque odor quicquam facit in corpora, sed ea, in quibus est: vt aer, qui cum tonitruo findit lignum. Sed tangibilia, & sapores faciunt. si enim non, a quo vtique paterentur inanimata, & alterarentur?

Et cum hoc manifestum est hoc modo. neque enim lux, neque obscuritas, neque sonus, neque odor agunt aliquid in corporibus, sed ea in quibus sunt ista. v.g. ꝙ aer, in quo est tonitruum, findit lignum. Sed tangibilia, & sapores agunt. quoniam, si non agunt, a quibus igitur B patientur, & alterabuntur corpora non animata?

Idest &, cum in hoc sermone prędicto declarauimus hoc de sensibilibus, manifestum est per se. apparet enim ꝙ neque lux, neque obscuritas, neque odor, neque color agunt aliquid in corporibus: sed nō agunt, nisi in rebus, in quibus sunt isti sensus. D.d. v.g. ꝙ aer, in quo tonitruum, findit lignum. sed sonus, qui est tonitruum, non est ipse motus, quem lignum recipit a motu aeris. sed sonus est intentio, quę non inuenitur, nisi in audiente: & quasi est in capitulo ad aliquid, non in qualitate, & similiter odor apud ipsum est, secundum ꝙ exposuimus. D.d. Sed tangibilia, & sapores, &c. i. sed tangibilia, & sapores magis sunt in capitulo de agere & pati, quam in capitulo relationis. quoniam, si ab eis non patitur, nisi qđ habet sensum gustus, & tactus, a quo igitur patietur alia corpora non animata? contingit enim agere & pati non esse. quod est impossibile. Et hoc quod dixit in tangibilibus, est manifestum, sed in* saporibus indiget consyderatione. Potest. n. aliquis dicere ꝙ sapor est ipsum gustabile, sicut odor est ipsum olfactum. sed videmus, vt dicit Plato, ꝙ sapores habent in corporibus non animatis passiones diuersas additas calefactioni, et infrigidationi. v, g. exasperare, quod est ponticit: & lenificare, quod est vnctuosi: & alia multa, quę sunt dicta in Timęo, quę Galenus laborat exponere. Iste igitur actiones vtrum sint saporis, aut sint de sapore quasi motus aeris de sono, indigent consyderatione. sed accepit hic ꝙ sa-C por est modus tangibilis cum sit similis ei. 126

Sonus quasi ē i. ca. ad aliquid, non in qualitate, s; tāgibilia, & sapores magis sūt ī ca. agere & pati, q̄ in ca. relationis.

Digressio. Virū sapor agat realr.

*a. l. saporosis.

Ergo ne & illa faciunt? An non omne corpus passiuum est ab odore, & sono: & patientia indeterminata sunt, & nō manent, vt aer, olet enim tanquā passus aliquid. Quid igitur est odorare, præter pati aliquid? An odorare sentire est. aer autem passus, mox sensibilis fit.

Dicamus igitur ꝙ non omne corpus est innatum pati a sono, & ab odore: & quod patitur non est determinatum, neque permanens. v.g. aer enim est ventus, & propter hoc patitur. Quæ igitur est differentia inter olfacere, & pati. Dicamus igitur quod olfacere est sentire: & cū aer patitur, velociter fit sensatus.

Cum declarauit ꝙ nō patitur ab aliquo trium sensibilium nisi sensus proprij eis, incępit dare differentiā inter passionē corporum mediorum ab eis, & inter passionē rerū a tangibilibus, & d. Dicamus igitur ꝙ non omne corpus, &c. i. &, si aliquis finxerit ꝙ corpora patiuntur a sono, & ab odore, & dederit rationem super hoc de passione aeris, & aquę ab eis, dicemus ei ꝙ non omne corpus est 127

innatum pati a sono,& ab odore.non.n.patitur ab eis ex corporibus, nisi illud, quod est non determinatum in se.i.non habens figuram,neq; propriam constitutionem.v.g.aer enim non patitur ab eis,nisi quia est ventus: & ventus est corpus non determinatum,neq; fixum.corpora.n.quę patiuntur a tangibilibus,sunt determinata,& fixa.D.A.Quę igitur est differentia inter, olfacere,& pati.i. si igitur aliquis quęsiuerit,& dixerit cum olfacere sit passio,& receptio odoris a medio sit passio etiam,quę igitur est differentia inter vtranq; passionem? Dicemus ei q,cum aer patiatur velociter a sensibili,efficitur p hanc passionē sensatum illi sensui.sensus autem fit per hanc passionem sentiens non sensibile. D

Iuxta Græcorum sectionem hic incipit liber Tertius de Anima.

Summa Quinta. Non dari sextum sensum. Curq; non vnum, sed plures habeamus sensus, redditur causa.

QVód autem non sit sensus alius præter quinq;, dico autē hos,visum,auditum,olfactum,gustum, tactum,ex his credet aliquis. Etenim oīs eius,cuius est sensus tactus, etiam nunc sensum habemus. omnes enim tangibilis, inquantum tangibile.passiones tactu nobis sensibiles sunt. Necesseq;,siquidem deficit aliquis sensus,& sensorium aliquod nobis deesse. E

Quoniam autem non est alius sensus præter istos quinq;, s.visus, & auditus,& olfactus,& gustus,& tactus,ex istis creditur. Quoniam si omne,quod tactus potest sentire,possumus nos sentire.quoniā passiones tangibilis,secundum quód est tangibile, omnes sunt sensibiles a nobis per tactum. Et necesse est, si deficiat in nobis aliquis sensus,vt deficiat nobis aliquod sentiens.

128 Cum compleuit sermonem de vnoquoq; sensuū quinq; existētium in animali perfecto,incępit declarare q impossibile est inuenire animal habens sextū sensum, & d. Quoniam aūt non est alius sensus,&c.i.qm̄ aūt impossibile est inuenire animal habens sensum sextum, pręter istos sensus existentes in homine, & in animali perfecto ex istis demonstrationibus creditur. D.incępit declarare hoc, & d.Quoniā,si omne,quod tactus potest, &c.i.qm̄ manifestū est q omne, quod sensus tactus potest comprehendere ex sensibilibus,nos possumus comprehendere:& nihil deficit nobis ex eis,quę innata sunt comprehendi ab hoc sensu.& similiter de vnoquoq; sensum, s.q non deficit nobis in aliquo animali habenti istum sensum aliquod sensibiliū,quę innata sunt comprehendi ab eo, ita q nullus potest dicere q potest inueniri aliquis tactus in animali, qui comprehendit tangibile,quod nos non possumus comprehendere. Manifestum est.n.per se q omnes qualitates tangibiles,scd̄m q,sunt tangibiles,sunt sensibiles a nobis, & & comprehensę per tactum.& similiter est de qualitatibus visibilibus,& audibilibus,& olfactibilibus. Et, cum posuit hunc sermonem quasi antecedens,induxit consequens.Et d.Et necesse est,si deficiat in nobis aliquis sensus,&c.i.&, cum posuerimus q isti quinq; sensus non deficiunt nobis,nec in animali,in quo inuenitur aliquid eorum,quę innata sunt comprehendi ab istis sensibus, scd̄m q sunt isti sensus,necesse est,si deficit in nobis aliquis sensus, vt deficiat in nobis aliquod sentiens: cum iam posuerimus q istis sensibus non deficit in nobis sentire aliquid eorum,quę innata sunt sentiri. &, cum ita sit,ille sensus, quem F

Manifestū ē p se q oēs qualitates tāgibiles, scd; q sunt tangibiles, sunt sensibiles a nobis, et cō prehensę p tactū. & sic

A ponimus deficere cum non deficit propter aliquem sensuum existentium in nobis, necesse est vt defectus eius sit pp hoc, quia a nobis deficit sensus sextus. c de qualitatibus visibilibus,& audibilibus,et olfactibilib'

Et quæcunque quidem ipsi tangentes sentimus, tactu sensibilia sunt quem habemus. quæcunque vero per media,& non ipsa tangentes, simpl icibus*. dico autem, vt aere & aqua. Habet autem sic, vt, si quidem per vnũ plura sensibilia existentia sint diuersa abinuicẽ genere, necesse sit habẽtem huiusmodi sensorium utrorũq; sensitiuũ esse. vt si ex aere est sensorium,& est aer & soni,& coloris. Si vero plura eiusdem sint, vt coloris & aer & aqua: vtraq; enim perspicua: & qui alterum ipsorum habet sonum, sentiet id, quod per vtraque. * a.l.addit spaciis.

Et omne, quod sentimus nos tangendo ipsum, est sensibile a nobis per tactum qui est in nobis.& omne, quod sentimus per media, non quia nos tangimus ipsum, est per simplicia. v.g. per aerem, aut per aquam. Et ita est, s. ꝙ, si per vnum fiant sensibilia plura vno, quæ
B differũt abinuicem in genere, necesse est habens istum sensum quòd sentiat vtrũq;. v.g. ꝙ, si sentiens est ex aere,& aer est soni,& coloris. Et, si per plura vno sit vnum, verbi gratia color per aerem & aquam: sunt enim æquales: manifestum est quòd habens vnum tantum sentit, quod sentit per vtrunque.

Cum declarauit ꝙ, si deficit in nobis aliquis sensus necesse est vt deficiat aliquod sentiens: & etiam fuit manifestum ex hoc ꝙ, si deficit in nobis aliquod 129
sentiens. necesse est vt deficiat in nobis aliquis sensus, qui differat in genere a sensibus istarum virtutum, cum istis virtutibus non deficit sentire aliquid ex eis, quę innata sunt inueniri in eis:& ꝙ hęc duo conuertuntur, s. quorum vtrumlibet fuerit, erit alterum:&, si vnum auferatur, auferetur & reliquum incępit: declarare ꝙ impossibile est sextam virtutem esse; quia impossibile est vt sit sentire extraneum in genere ab istis sensationibus. Et hoc declaratur tribus demõstrationibus. Quarum prima est accepta a mediis. Secunda ab instrumentis, quibus fit sentire. & causa data in his duabus demonstrationibus est quasi materialis. Tertia autem est accepta a sensibilibus ipsis: & est magis firma illis duabus, cũ causa accepta in ea sit finalis. Et incępit a demonstratione, quę est accepta a me
C dio: sed tacuit quasdam propositiones,& conclusionem. Et ista demõstratio fundatur super propositiones. Quarum vna est, ꝙ * omne, quod sentit animal, aut sentit ipsum per contactum, aut mediante corpore extraneo.& omne, quod sentimus per contactum, aut sentimus ipsum mediante carne, aut per ipsam carnem, si fuerit instrumentum. Et hoc intendebat, cum dixit & omne, quod sentimus,&c. i.& omne, quod sentimus non per contactum, sed mediante corpore extraneo, sentimus ipsum mediante altero istorum duorum elementorũ, aut vtroq;, s. aqua aut aere & hoc intendebat cum d.& omne, quod sentimus per media, &c. i.&, cum ita sit, sicut diximus, manifestum est ꝙ necessario, sequitur ex hoc, vt omne habens sensum per carnem, aut per alterum duorũ elementorũ, aut per vtrũq; non inuenitur ei de sensu, nisi illud, quod potest fieri per hęc duo, s. per carnem aut per medium extraneum. omne igitur animal non habet de sensibus, nisi qui possunt fieri per hęc duo, s. per carnẽ, aut per medium extraneũ. Et, cum declarauit ꝙ omne aĩal necesse est vt nõ sentiat nisi ꝑ carnẽ, aut ꝑ media, incępit declarare qđ sequitur ex hoc, ꝙ oẽ aĩal habẽs aliqđ mediũ ex istis mediis, necesse est vt habeat de sensibilibus sensibilia, quibus seruit illud mediũ, & reddat ea non aliud,& d. Et ita est, s. ꝙ si per vnum, &c. i. manifestum est ꝙ, cum posuerimus ꝙ oẽ animal non sentit nisi per mediũ, quod est caro, aut aer, aut aqua, si per vnũ

* Omne animal vl' sentit ꝑ contactum, vl' per medium extraneũ, sed ħ est vera disiũctiua mẽbra non coincidũt. sed oppositum patet, 7. Ph. t.c.12.& supra ĩ hoc. 2. 113.115. Vid cõtr. Zim. Expõ primę partis text'. Expõ scdę partis text'. Idem supra cõ.76.

istorum mediorum caderent sensibilia plura vno in genere, necesse est vt omne animal sentiens per illud medium non habeat de sensibilibus, nisi ea, quę innata sunt reddi ab illo medio, si duo duo, si tria tria. Et intendebat per hoc ꝙ, cũ media sint determinata in numero, s. aut caro, aut aer, aut aqua: & sensibilia ẽt, quę reddunt ista media, sint etiam terminata in numero; necesse est vt virtutes sint scdm numerũ istorum sensibiliũ, quę reddunt media animalibus, quę innata sunt sentire per hęc media. & manifestum est ꝙ omne, quod redditur per carnem, est aut gustabile, aut tangibile. & omne, quod redditur per aerem, aut aquã, aut per vtrũ q;, est aut sonus, aut color, aut odor. omne igitur sentire est aut gustare, aut tangere, aut audire, aut videre, aut olfacere, D. d. Et si per plura vno sit, &c. i. & si per plura vno medio sit vnum sensibile, vt color per aerem aut aquam, quę sunt ęquales in hoc manifestum est ꝙ animal habens alterũ eorum sentit de sensibilibus, sicut quod habet vtrunq;, & intendebat per hoc ꝙ animal, quod est in aqua, debet habere virtutes sensus secundum numerũ virtutum sensus animalis quod est in aere, & animalis, quod sentit in aqua, & in aere. D

Documentũ

Ex simplicibus autem duobus his sensoria solum sunt, ex aere, & aqua pupilla enim aquæ, auditus vero aeris, olfactus autem horum alterius est. Ignis autem aut nullius est, aut communis omnibus. nihil enim sine calore sensitiuum est. Terra vero, aut nullius est, aut in tactu maxime miscetur. Quapropter relinquitur iam nullum esse sensorium præter aerem, & aquam. B

Vide cõtra. Zim.

Et sensus ex simplicibus sunt ex aere, aut ex aqua. visus enim est ex aqua, & auditus ex aere, & olfactus ex altero istorum duorum. Ignis autem aut est nullius, aut est communis eis. quoniam nullum sentiens est extra calorem. Et terra aut est nullius eorum, aut proprie est admixta cum tactu. Remanet igitur quòd non est sensus extra aquam, & aerem.

130 Hęc est demonstratio accepta ex instrumentis sensuum, et d. Et sensus ex simplicibus, &c. i. & instrumenta sensuum, quę propter suam naturam attribuuntur elementis scdm dominiũ sunt tria tantũ, s. instrumentũ, quod est ex aere, s. auditus, vt declaratũ fuit prius: & instrumentũ, quod est ex aqua, s. visus: & tertium est, quod fit ex vtroq;, s. olfactus, et d. In hoc sensu, quod fit ex altero istorũ duorum, s. aut ex aqua, aut ex aere: quia aĩalia, quę sunt in aqua, olfaciũt in aqua, sicut olfaciunt animalia, quę sunt in aere, per aerem. D. d. Ignis autẽ, &c. i. igni autem aut non attribuitur aliquis sensus hoc modo, aut attribuitur communiter, apparet. n. ꝙ nullus sensus potest facere suã actionẽ cũ infrigidatur & hoc dimittit demonstratur per quę notat iterationem. & dixit hoc, quia respectus eius ad aliquid pręter ignẽ est sicut proportio alicuius ad materiã: & proportio eius ad ignem est sicut proportio alicuius ad suã formã. D. d. Et terra aut non est alicuius, &c. i. et terra aut non attribuitur alicui instrumento instrumentorũ istorũ sensuũ, cum non videtur seruire sensibilibus aliquo modo: aut, si attribuuntur, attribuitur carni: quia istud medium, aut istud instrumentũ indiget constitutione. & confirmatione: quapropter terra dominatur in eo. D. d. Remanet igitur ꝙ nõ est sensus sextus extrinsecus ab aqua, & aere, cum non sit corpus extrinsecum ab istis duobus corporibus, quia impossibile est inuenire instrumentum sensus aut ex igne, aut ex terra: sed tamen possibile est ex aqua, aut aere, aut vtroque. Et, cum materię instrumentorũ sensuũ sint terminatę in numero, necesse est vt sensus sint ita. si igitur esset sensus sextus, contingeret quintum elementum esse. sensus enim, qui sunt ex aere, aut aqua sunt aut visus, aut auris, aut nasus. F

Idẽ. 1. de Gene. 18. cõ.

Mediũ, aut instrm̃ tact' indiget cõstitutiõe, et cõfirmatione. Idẽ. sup cõ. 111. & 2. de Partib' animalium. ca. 1. & 8.

Hæc autem & nunc quędam habent animalia. Omnes igitur sensus habentur a non imperfectis, neque mutilatis. videtur enim & Talpa sub pelle habere oculos.

Talpa vide

A Et hæc duo sunt modo in quibusdam animalibus: ita quòd omnes sensus sunt distincti in eis, quæ non sunt diminuta, neque habent occasionem. Talpa enim videtur habere oculos sub cute.

tur habere oculos sub cute. Idē 1. d Hist. aī. c. 9.

131 Et sensus attributi his duobus elementis non inueniuntur nisi in quibusdam animalibus, s. perfectis propter melius: adeo ꝙ propter solicitudinem naturę circa hoc oportet vt omnes sensus sint distincti, existentes in animali perfecte creationis, qđ non habet occasionē, & ꝙ ab animali perfecto, vt homine, non deficit sensus. Talpa. n. videtur habere oculos sub cute, licet non videat. Et quasi intēdit per hoc ꝙ, si sensus sextus esset, oporteret vt inueniretur in homine, qui est completissimū aīalium, esset enim necessario propter melius. & hoc est manifestū de solicitudine naturę in dando sensus aīalibus: adeo ꝙ pp hoc dedit Talpę oculos, & cooperit eos cutę, cum non indigeat eis in maiori parte suę operationis, cum hoc, ꝙ materia eius non posset plus recipere. & si posset, forte esset superfluum.

Quōd sollicitetur natura circa ista. vide. 12. Met. co. 37.

Quare, si non est aliud aliquod corpus, & passio, quæ nullius sit eorum, quæ sunt hic, corporum, nullus vtiq; deficiet sensus.

Oportet igitur, si non est aliud corpus, aut passio, quę non est alicuius corporum, quæ sunt apud nos, vt non deficiat aliquis sensus.

B 132 Hęc est Tertia demonstratio, & deficit pręcedens. & syllogismus sic componitur perfectē. Et, si sextus sensus sit, necesse est corpus sensibile esse aliud ab omnibus corporibus sensibilibus, quę sentiunt quinq; sensus, & passionem eius, & qualitatem, quam sentiens reciperet a sensibilibus, vt qualificet per eā aliam ab istis qualitatibus: sed nullum corpus sensibile est aliud ab istis corporibus sensibilibus, neque passio extra istas passiones: ergo nullus sensus est extra hos sensus quinque.

At vero neque communium potest esse sensorium aliquid propriū quæ vnoquoq; sensu sentimus non secundum accidens, vt motus, status, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius. Hæc. n. oīa motu sentimus, vt magnitudinem motu. quare & figuram. magnitudo enim quædam & figura est. quiescens autem, eo ꝙ non mouetur. numerus vero negatione continui, & propriis *. vnusquisque enim sensus vnum sentit.

Vide cōtra. Zim.

* a co. addit cognoscitur.

Et etiā impossibile est vt aliud sentiens sit communibus, quę sentimus, nisi per vnum quinque sensuum accidentaliter, v. g. motui, & quieti, & figuræ, & quantitati, et numero. Omnia enim ista sentiuntur per motum. v. g. quantitas per motū. quapropter figura etiam. figura. n. est aliqua quantitas. quies autem non per motum. numerus vero per negationem continui, et per eius proprietates vnusquisque sensuum sentit vnum.

C

133 Et etiam impossibile est aliud sentiens esse a quinque sensibus, ita ꝙ sensibilo eius sit aliquod vnum sensibilium communium, sub quibus sunt sensibilia propria vnicuiq; sensuū quinq;, nisi sensibilia essent communia vnicuiq; sensuū accidentaliter. & d. hoc, quia, si essent eis accidentaliter, cōtingeret vt essent alicui sensui essentialiter. quod. n. inuenitur alicui accidentaliter, debet inueniri alii essentialiter. D. d. v. g. motui, &c. i. & sensibilia cōia non sunt comprehensa a quinque sensibus accidentalr, v. g. motus, & quies, & figura, et quantitas, et numerus oīa. n. ista sentiuntur a quinq; sensibus per aliam motionē, & passionē. & qđ est ita, necesse est vt sit essentialiter. D. d. v. g. quantitas, &c. i. v. g. quantitas. sensus. n. sunt cōprehēdere eā p aliquā passionē, & motus. & silr est de figura. figura. n. est quātitas cū aliqua qualitate. D. d. quies aūt nō p motū, &c. i. cōprehēsio aūt

Quod inuenitur alicui accidentaliter, dicitur īueniri alii essentialiter. Idē. 4. Phy. 43. Sed vid oppositum.

2.Ph. c.48. Idem supra c.65. Vide cōtra. Zim. Si habit' cōprehenditur essentialr, & priuatio. Sd vide opposi tū supra cō. 120. Vide contr. Zim.

quietis est per comprehensionem priuationis motus. cum enim cōprehenderint motum essentialiter, comprehendunt priuationem eius essentialiter, s. quietem. Comprehensi vero numeri, & multitudinis a sensibus est per comprehensionē priuationis continui, quod est magnitudo: & iam declaratū est ꝙ continuū comprehenditur essentialiter: ergo & sua priuatio comprehenditur essentialiter. D

Quare manifestum est ꝙ impossibile est cuiuslibet horum proprium esse sensum, vt motus. sic enim esset, vt nūc visu dulce sentimus. hoc aūt est, quoniam amborum habemus sensum, quo, cum cōcurrūt, cognoscimus. Si vero non, nequaquam vtiq; nisi scd'm accñs sentiremus. vt Cleonis filiū, nō quia Cleonis filius est, sed quia albus. huic aūt accidit, vt filius Cleonis sit. Cōium aūt habemus iā sensum, cōem non scd'm accñs. nō igitur est proprius. nequaquā. n. vtiq; sentiremus, nisi sic, vt dictū est Cleonis filiū nos videre. Adinuicē aūt propria secundum accidens sentiūt ipsi sensus non secundum ꝙ ipsi sunt, sed secundum ꝙ vnus, cū simul fit sensus in eodem. vt ꝙ bilis quidem amara est, & flaua. non enim alterius est dicere, ꝙ ambo vnum quapropter & decipitur. &, si sit flauum, bilem opinatur esse. E

Manifestū igit est ꝙ impossē est vt sensus instr'm sit propriū alicui istorū. v.g. motui. esset. n. sicut nos modo sentimus dulce p visum, & hoc est, quia est in nobis sensus, in quo est vtrūq;: &, cū sint ambo coniūcta, scit ea. Et, si nō esset ita, nō sentiremus ipsum, nisi accidental'r. v.g. filiū Socratis. nos n. nō sentimus filiū Socratis, sed albū. & cōtingit huic ꝙ fuit filius Socratis. Cōia aūt habēt sensum cōem, nō accidental'r. nō igitur habēt sensum propriū. &, nisi hoc esset, nō sentiremus ea oīno, nisi sic, sicut diximus ꝙ nos videmus filiū Socratis. Et sensus quidā non sentit sensibilia quorundā nisi accidentaliter. & nō est vnius, cum sensus fuerit insimul in eodem. v.g. cholera. n. est amara, & citrina, iudicium, quod vtrunq; est eiusdem, non est alterius. & ideo cadit error, ita quòd citrinum existimatur esse cholera.

133 Et, cum declaratum est ꝙ communia sensibilia comprehenduntur a quinque sensibus essentialiter, manifestum est ꝙ impossibile est sensum proprium esse alicuius istorum sensibilium communium. v.g. motus, aut quantitas. quoniam, si ita esset, tunc sentiremus motum, aut sibi similes de sensibilibus communibus, non per se, sed per medium: sicut comprehendimus per visum hoc esse dulce mediāte colore. D.d. & hoc est, quia est in nobis sensus, &c. i. & accidit nobis talis comprehensio, scilicet iudicare per aliquem sensum super sensibile alterius sensus: quia contingit ꝙ illi duo sensus fuerint coniuncti in comprehendendo illa duo sensibilia ex eodem aliquo tempore. &, cum post hęc acciderit vt comprehendamus per alterum duorum sensuum alterum sensibile, ex eadem re iudicabimus per illum sensum super sensibile alterius per coniunctionem pręcedentem. v.g. quoniā nos non scimus per visum ꝙ hoc est dulce, nisi prius acciderit nobis in aliquo tempore quod comprehendimus per visum ꝙ mel est citrinum, & per gustū esse dulce. cum igitur secundo sentiemus ipsum per solum visum esse citrinum, statim cōprehēdemus ipsum esse dulce, & mel. D.d. Et, si non esset ita, &c. i. &, si non esset concessum a nobis ꝙ, si vnum istorum sensibilium communium haberet sensum proprium, contingeret vt sentire ea esset sicut sentire per visum ꝙ hoc est dulce, necesse esset vt sentire ea esset de genere sensus, qui proprie dicitur accidentaliter. v.g. sentire per visum ꝙ iste est filius Socratis: quia sentiremus ipsum esse album: quia accidit ꝙ filius Socratis fuit albus. D.d. Communia autem habent sensum communem, &c, idest &, cum declaratū est ꝙ, si aliquod F

A sensibilium communium haberet sensum proprium, tunc sentiretur a nobis accidentaliter: quemadmodum sentimus per visum, istum esse filium Socratis, quia est albus: aut quemadmodum iudicamus hoc esse dulce quia est citrinum. Hęc.n. duo sunt duo modi accidentaliter: et iam declaratum est ꝙ sensibilia communia comprehenduntur essentialiter: ergo nullum sensibilium communium habet sensum propriũ. qm̃, si haberent sensum propriũ, tunc sentiretur, aut sicut sentimus per visum istum filiũ Socratis, aut sicut quidã sensus sentit sensibile propriũ cuiusdam. Et iste modus est ẽt accidentalis. sed differt a primo modo, qui simpliciter dicitur accidentalis, & est comprehendere per visum istũ esse filiũ Socratis: licet vterq; numeratus sit accidentalis, differunt.s. in hoc: quia comprehendere per visum hoc esse dulce, fuit, quia cum visu fuit coniuncta in eadem re virtus vnius generis virtute visus, s. sensus gustus. Iudicare autem per visum istũ esse filiũ Socratis accidit, quia in alio tempore fuit coniuncta cum visu alia virtus a virtute* visus. virtus.n. qua comprehendimus istum esse Socratem, aut filiũ Socratis, superior est ad virtutem sensus. & ideo iste modus videtur magis accñtalis, quã secundus. vnde simpliciter dixit ipsum esse accidentalem, & non scd̃m. D.d. & non est vnius. &c.i. & iudicium non est vnius virtutis, * qñ duo sensus fuerint coniuncti ad iudicandum super eandem rem ipsam esse eandem. sed illud iudicium est vtriusq; sensus, non alterius sensus ab eis: sicut existimare potest
B aliquis. sed, si dicitur vnus ex hoc modo dicitur accidentaliter. D.d. v.g. cholera, &c.i. v.g. hoc esse choleram, quia est amarum citrinũ. Iudicare.n. ꝙ hęc duo sunt eiusdem, s. cholerę, non est alterius virtutis ab his duabus. &, quia iudicium super hanc rem esse vnam est duarum virtutum non vnius, accidit ei error in iudicando aliquid non choleram esse choleram, quia citrinum.

Virt', q̃ cõprehẽdimus istũ esse Socratẽ, aut filiũ Socratis supior est ad uirtutem sensus. Sed vid oppositũ supra cõ. 63 Vide cõtra. Zim.

*a.l. sensus.

* Quando duo sensus fuerint cõiũcti ad iudicãdũ sup eãdẽ rẽ ipsam esse eãdẽ, illud iudicium est vtriusq; sensus, non alterius sensus ab eis. oppositũ infra c. 149. & tex. Vide cõtra. Zim.

Inquiret aũt aliquis, cuius causa plures habeamus sensus, sed non solũ vnũ. An, vt minus lateant consequentia, & cõia, vt motus, & magnitudo, & numerus. Si.n. esset visus solus, & ipse albi, laterẽt vtiq; magis, & viderentur idem esse oia, propterea quòd consequuntur seinuicem simul color, & magnitudo nũc aũt, qm̃ in alio sensibili cõia sunt manifestum facit quòd aliud quiddam vnumquodque ipsorum est.

Et debet homo perscrutari, quare habemus sensus plures vno, & non vnum tantum. Dicamus igitur, vt non ignoremus consequentia communia, vt motum, & quantitatem, & numerum. Quoniam, si haberemus solũ visum, tunc ipse visus esset magis dignus, vt ignoraret
C album, adeo vt existimaret hæc esse omnia color enim & quantitas consequuntur adinuicem insimul. modo autem, quia communia sunt sensibilia ab aliquo, manifestatur quòd quodlibet eorum est aliud.

135 Vult dare causam, propter quam hęc sensibilia communia non comprehenduntur ab vno sensu, & d. Et debet homo perscrutari, &c.i. debet homo perscrutari, quare hęc sensibilia communia comprehenduntur a pluribus sensibus vno, & non comprehenduntur ab vno. D.d. rationem, & dixit, Dicamus igitur, vt non ignoremus, &c.i. vt non ignoremus alietatẽ sensibiliũ cõium a sensibilibus propriis. D.d. Quoniam, si haberemus solum visum, &c.i. & hoc esset necesse. quoniam, si poneremus ꝙ solus visus comprehendit ista, & ꝙ ipse solus est in nobis in hac intentione, tunc accideret visui vt ignoraret, & non distingueret albũ ab aliquo: adeo ꝙ existimaret colorem, & quantitatem, & figuram eandem esse. & hoc accideret ei, eo ꝙ color, & quantitas consequuntur sibi adinuicem, scilicet ꝙ color non inuenitur nisi in superficie, & superficies in corpore. D.d. modo autem, quia communia, &c.i. modo autem, quia videmus ꝙ communia, vt quantitas, & magnitudo cõprehenduntur ꝑ aliũ sensum a visu. Scd̃m hoc igitur est intelligẽdus suus sermo ĩ hoc loco, nõ scd̃m ꝙ sonãt verba eius supficietenus scd̃m Documentũ

ꝙ loquitur: vt quare sensus sint plures vno. causa enim formalis in hoc manifesta est, s. multitudo sensibilium. & hoc iam dictum est. & causa finalis est perscrutanda post in fine istius libri. D

3. de Aīa a t.c.59. vsq; in finem.

Summa Sexta. Quæstio, an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamus: Sensusq; quem communem appellamus, explanatio.

QVoniam autem sentimus quod videmus & audimus necesse est aut visu sentire quòd videt, aut alio. Sed idem erit ipsius visus, & subiecti coloris. quamobrem, aut duo eiusdem erunt, aut ipse suiipsius. Amplius autem, si & alius sensus sit ipsius visus, aut in infinitum procedet, aut ipse aliquis suiipsius erit. quare in ipso primo hoc faciēdum est.

Et, quia sentimus nos videre, & audire, necesse est quòd sentire quòd nos videmus, aut est per hunc sensum, aut per aliud. Sed illud erit visus, & coloris subiecti: aut duo eiusdem, aut idem sui. Et etiam, si sensus visionis sit alius, aut erunt hæc in infinitum, aut erit idem sui. necesse est igitur hoc facere primo. E

136 Cum compleuit sermonem de quinq; sensibus, & declarauit sextum sensum non esse, incępit declarare ꝙ isti quinq; habent virtutē cōem. Et incępit prius dubitare secundum suam consuetudinem, et d. Et, quia sentimus nos videre, &c. i. nos, quia videmus & sentimus nos videre, & audimus, & sentimus nos audire, & sic in vnoquoq; sensuum, necesse est vt hoc fiat per virtutem visus, aut per aliā virtutem. D. d. Sed illud erit visus, & coloris. &c. i. sed si hoc, s. sentire nos videre fuerit alterius sensus a visu, continget vt ille sensus habeat duplicem cōprehensionē. cōprrhendit. n. visum cōprehendere, & comprehendit colorē, quem visus comprehendit. impossibile. n. est vt comprehendat visum comprehendere colorem, nisi etiam ipse comprehendat colorem. D. d. aut duo eiusdem, aut idem sui. i. sequitur igitur ex hoc alterum duorum. quoniam, si posuerimus duas virtutes esse, continget vt duo sensus sint eiusdem intentionis, sensus scilicet qui sentit eam, & sensus qui sentit ꝙ ille sensus sentit eam. vterque. n. sentit illam. aut ponemus ꝙ idem sensus sentit seipsum, ita ꝙ agens est patiens. quod impossibile est. D. d. Et etiam, si sensus uisionis, &c. i. et, si posuerimus duas virtutes esse, s. ꝙ sensus qui comprehendit nos videre, est alius ab eo, qui videt, continget etiam in illo sensu, quod contingit in primo. necesse est igitur vt habeat duplicem comprehensionem, s. comprehensionem sui primi subiecti, quod sentit, & comprehēsionem, quam comprehendit. &. si ēt posuerimus hoc duarum virtutum, continget in tertia quód contingit in secunda: & sic in infinitum. quod est impossibile quapropter necesse est nobis ponere eandem virtutem, quæ cōprehendat vtrūque, s. suum primum subiectum, & quod comprehendat illud, quod ipse comprehendit. &, cum necesse est abscindere infinitum, melius est hoc facere in primo, & ponere ꝙ per eandem virtutem comprehendimus colorem, & comprehendimus ꝙ comprehendimus ipsum. quod enim contingit nobis posterius, faciendū est prius. & hoc intendebat, cum dixit necesse est igitur hoc facere primo, aut ponere ꝙ idem patitur a se, & comprehendit se. F

Habet autē dubitationem. Si. n. visu sentire videre est, videtur aūt color aut babens colorem, si videbit aliquis id, quod est videns, et colorem habebit, quod videt primum.

A Et in hoc est quæstio. Et est, quoniam, si visio est sentire per visum, & videre colorem, & homo non videt illud, quod habet colorem, nisi quando videt aliquid, contingent vt illud, quod videt primo, habeat etiam colorem.

D. Sed iste sermo habet quęstionem, s. ponere ꝙ per eandem virtutem comprehendimus colorem, & comprehendimus nos comprehendere colorem. quoniam, si visio est sentire per visum, & visus comprehendit colorem, & homo non videt ipsum videre colorem, nisi quando videt aliquid, continget vt illud, quod primo videt, quando iudicat ipsum videre, habeat etiam colorem. & intendebat per hoc ꝙ, si necesse est vt omne comprehensibile a visu sit colloratū: & visus comprehendit cōprehensionem coloris: ergo contingit ex hoc vt ipsa comprehensio sit colorata. quod est impossibile. 137

Manifestum est igitur ꝙ non est vnum ipsum visu sentire. etenim, cum non videmus, visu discernimus & tenebras & lumen, sed non similiter. Amplius autem & videns tanquam coloratum est. vnumquodque.n. sensorium susceptiuum est sensibilis sine materia, vnde & B abeuntibus sensibilibus, insunt sensus. & imaginationes in ipsis sensorijs. Ipsius autem sensibilis, & sensus actus idem est & vnus: esse autem ipsorum non idem, dico autem, vt sonus secundum actum, & auditus secundum actum. est.n. auditum habentem non audire, & habens sonum nō semper sonat cum autem operatur potens audire, & sonat potens sonare, tunc secundum actum auditus fit simul, & secundum actum sonus: quorum dicet vtiq; aliquis, hoc quidem auditionem esse, illud vero sonationem.

Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ sentire per visum nō est vnū. iudicamus.n. per visum nos, non videndo, obscuritatem, & lucē, sed non eodem modo. Et etiam videns est quasi coloratum, sentiens.n. recipit sensibile extra materiam quidlibet quodlibet. & ideo, cum fuerint sensibilia abstracta erunt sensus, & imaginationes existentes. Et actio sensibilis & sensus eadem est: in esse autem non sunt eadem in eis. v.g. sonus, qui est in actu, & auditus, qui est in actu. possibile est.n. C vt aliquis habeat auditum, sed non audiat, & ut aliquid habeat sonū, sed non semper sonet cum autem fecerit illud, quod est in sua potentia, vt audiat, & sonauerit illud, quod est in potentia sua, vt sonet, tunc erunt insimul auditus & sonus. & potest aliquis dicere ꝙ primum istorum est audire, & secundum est sonare.

Cum dedit sermonem dubitatiuum, incœpit dissoluere eum, & d. Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ sentire, &c. i. Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ sentire per visum non est eiusdem intentionis, ita ꝙ consequitur ex eo vt omne cōprehensibile a visu sit coloratum. D. d. iudicamus enim per visum, &c. idest & signum eius est, ꝙ nos iudicamus per visum, non videndo coloratum, cum iudicamus obscuritatem esse obscuritatem, & lucem esse lucem: sed neutrum habet colorem. sed non eodem modo iudicamus per visum obscuritatem, & lucē. iudicamus enim lucem per se, & obscuritatem, quia est priuatio lucis. Et, cum dedit hunc modum dissolutionis, dedit secundam dissolutionem quęstioni, dicenti ꝙ visio debet esse colorata, si virtus visibilis comprehendit visionem, & dixit. Et etiam videns est quasi coloratum, &c. idest & etiam possumus concedere visionem esse colorem. videns enim quando comprehendit colorem, effici 138

tur quasi coloratum quoquo modo. Et causa in hoc est, quia sentiens recipit sensibile, & assimilatur ei. visus itaq; recipit colorem, quem recipit corpus extra animam. sed differunt in hoc, ꝙ receptio sentientis est non materialis, & receptio corporis extra animam est materialis. D.d. quidlibet quodlibet. i. sentiens enim recipit sensibile non materialiter, quilibet sensuum quodlibet sensibilium. &, quia sensus recipiunt sensibilia quoquo modo, dicuntur etiam de eis quoquo modo. D.d. & ideo, cum fuerint sensibilia abstracta, &c. i. &, quia sensus recipiunt sensibilia extra materiam, ideo, quando sensibilia fuerint abstracta a materia, efficiuntur ex sensibilibus sensus, & imaginationes non colores sensibiles, neque sapores, neque alię qualitatum sensibilium, quę sunt extra animam in materia. D.d. Et actio sensibilis, & sensus, &c. idest & actio sensibilis extra animam in mouendo sentiens, & actio sensus, qui est in sentiente, scilicet qualitas, qua sentiens qualitatur in mouendo etiam virtutem visionis, est eadem actio; licet modus esse sensibilis extra aīam differat a modo sui esse in sentiente. Verbi gratia ꝙ sonus, qui est in actu extra animam, ita mouet instrumentū auditus, sicut auditus, qui est in actu, mouet virtutem auditus. & similiter dispositio coloris in mouendo videntem est sicut dispositio qualitatis, quę prouenit in vidente a colore in mouendo virtutem visibilem. D. dicit possibile est enim vt aliquis habeat auditum, &c. idest & hoc fuit ita, ꝙ possibile est vt aliquis habeat auditum in potentia, sicut habet sonum in potentia: & vt habeat sonum in actu, sicut habet auditum in actu. et, cum habuerit auditum in actu, habebit comprehensionem auditus in actu, idest comprehensionem ꝙ audit. & dixit possibile est enim dicere ꝙ aliquis habet auditū, & habet sonum, licet non semper sonet, propter hoc, quia sunt sicut in potentia. D E

Si igitur motus, et actio, et passio est in eo, quod mouetur, et patitur, necesse est et sonum, et auditum, qui est secundū actum, in auditu, qui secūdum potentiam esse. actiui enim, & motiui actus in patiēte fit. vnde non necesse est mouens moueri Sonatiui igitur actus sonus est, aut sonatio. auditiui autem auditus, aut auditio, duplex enim est auditus, & duplex sonus.

Et, si actio, & motus sint in passiuo, necesse est vt sonus, & auditus qui sunt in actu sint in eo, quod est in potentia. actio enim agentis, & mouentis sunt in patiente. ideo non est necesse vt moueatur quod mouet. Et actio sonantis aut est sonus, aut sonare. actio audiētis aut est auditus, aut est audire. auditus enim est duobus modis, & sonus est duobus modis. F

139 Cum posuit ꝙ actio sentientis & sensibilis est eadem, licet differant in esse, incępit declarare hoc ex rebus vniuersalibus pręd ictis, & d. Et, si actio, & motus, &c. i. &, si necesse est vt omnis actio, quę prouenit ab agente, & omnis motus, qui prouenit a mouente non inueniantur nisi in re patiente, & mota: sensus aūt patiuntur a sensibilibus, & sensibilia agunt in eos: necesse est vt actio sensibilis sit in ipso sentiente, quod est in potentia * sensibile. sonus itaq;, & auditus, qui sunt in actu, sunt in eo, quod est in potentia sonans, s. percussum: & quod est in potentia audiens, s. sensus audiens. D. d. ideo non est necesse vt moueatur quód mouet. i. & quia motus est in patiente, & non in agente, non est necesse vt omne agens sit patiens, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. & induxit omne hoc ad declarandum ꝙ sensus mouent virtutes, sicut sensibilia, qui sunt extra aīam, mouent sensus. D.d. & sonus est duobus modis, &c. i. & fuit necesse ꝙ ita esset de sono, sicut de auditu, s. ꝙ eodem modo mouent. & ꝙ actio sit in recipiente, non in agente, propter hoc, ꝙ vtrunq; inuenitur duobus modis, modo in potentia, & modo in actu.

*a. l. sentiēs

Eadem autem ratio & in aliis sensibus, & sensibilibus. Sicut enim

A actio, et passio in patiente est sed non in agente, sic et ipsius sensibilis actus in ipso sensitiuo existit. Sed in quibusdam quidem etiam nominata sunt, vt sonatio, & auditio, in quibusdam autem innominatum est alterum. actus enim visus visio dicitur, coloris vero innominatum est. et gustatiui gustatio saporis autem innominatum est.

Et iste idem sermo est de aliis sensibus, et aliis sensibilibus. Quemadmodum enim actio, et passio sunt in patiente non in agente, ita actio sensuum et sensibilium sunt in sentiente. Sed in quibusdam habent nomina, vt sonare, et audire, in quibusdam autem alterum non habet nomen. actio enim visus dicitur visio. actio autem coloris non habet nomen in lingua Græca.

Et iste idem sermo, quem diximus in sono, & auditu, s. quod actio eorum est in patiente, est de aliis sensibilibus. D. iterauit propositionem, a qua incepit hanc declarationem, & dixit Quemadmodum. n. actio, & passio, & c. i. & causa i hoc est. quoniam, sicut passio, & actio sunt in patiente non in agente, ita actio sensuum & sensibiliũ sunt in primo sentiente: cum sensibilia sint virtutes agentes, sensus autem agentes & patientes: primum autem sentiens est patiens tantum. Et, quia hoc latet, s. sensibilia esse virtutes agentes, & sensus esse patientes propter nominationem: plura. n. sensibilia carent nominibus, secundum quod sunt agentia: & nomina plurium eorum passiua sunt in figura nominum virtutum agentium, dixit, Sed in quibusdam habent nomina, & c. i. sed in quibusdam sensibus ponebantur nomina actioni ipsius sensibilis, & passioni vtriusq; sentientis, v. g. sonare, & audire. sonare enim est actio soni: audire autem est passio auditus sentientis. & in quibusdam alterum eorum caret nomine, v. g. in visu. passio enim visus habet nomen. & est videre: licet sit in figura nominis agentis. actio enim sui sensibilis, quod est color caret nomine in Greca lingua. Et dico quod in Arabica actiones habituum sensuum prouenientium in eis a sensibilibus in primas virtutes sentientes non videntur habere nomina in aliquo idiomate, cum hoc non sciatur a vulgo, non enim comprehenduntur a sensu, nec in primo aspectu. 140

Quoniã autem vnus quidem est actus sensibilis & sensitiui, esse autem alterum, necesse est simul corrumpi, et saluari sic dictum auditum, atque sonum et saporem igitur et gustum, et alia similiter. Dicta autem secundum potentiam non necesse est. Vide cõtra. Zim.

C Et, quia actio sensibilis et sentientis est eadem, sed differunt in esse, necesse est vt insimul corrumpantur, et insimul saluentur, auditus, qui dicitur secundum hunc modum, et sonus, et similiter sapor et gustus, et alia. In eis autem, quæ dicuntur in potentia, non est necesse.

Et, quia actio sensibilis eadẽ est cum actione sentientis, scilicet quod habitus, qui ab eo prouenit in sentiente, est idem cum habitu, quo sensibile agit in vtroq; sentiẽte * in essentia & forma, licet differãt in subiecto, necesse est vt corruptio duorũ habituũ sit insimul, & saluatio insimul, scilicet habitus, per quẽ sensibile est mouens in actu, postquã fuit in potentia, & habitus, per quem sentiens est sentiẽs in actu, postquam fuit in potentia. D. d. auditus, qui dicitur secundum hunc modũ, & sonus, & c. i. & hoc sequitur in sono, qui dicitur secundum hunc modum, & est sonus in actu. & similiter contingit in sapore, qui est in actu, & in gusto, qui est in actu, & in omnibus sensibus. In sensibili autem, quod est in potentia, & in sentiẽte, qui est in potentia, non sequitur, scilicet quod, cum alterum eorũ corrũpitur, quod reliquum corrũpatur: aut, quando vnum fuerit, vt sit reliquum. 141

*a Co. legit in subiecto, licet differãt i essentia, & forma.

Sed priores Naturales Philosophi hoc nõ bene dicebant, qui neq; album, neq; nigrum sine visu, neque saporem sine gustu esse opina

145 A Dum posuit ꝙ sensus, qui est in actu, est quoquo modo relatiuus, incœpit declarare hoc, & dare ex eo causas plurimum accidentium in sensu, & dixit Si igitur consonantia est sonus, &c.i.si igitur neumata, vel nete consonantia in auditu, i. admixta mixtione delectabili fuerit sonus: & sonus in actu est auditus in actu: & consonantia, quę est in neumatibus vel nete, non est nisi proportio temperata inter extrema, scilicet inter sonum grauem & acutum, qui dicuntur in respectu auditus: necesse est vt illud temperamentum existens inter ea, & est consonantia, sit ipse auditus. cum esse auditus in actu non est nisi in hac proportione, quę est in temperantia. Et, quia temperans & temperatum sunt relatiua, & esse auditus in actu naturale est in sono temperato, contingit ꝙ auditus & audibile erunt in capitulo relationis. Et dixit ꝙ necesse est vt auditus sit aliqua proportio, & non d. proportio simpliciter. quia existimatur ꝙ ista proportio, quãuis sit in capitulo relationis, tamen est proportio agens: & proportiones in eo ꝙ sunt proportiones non sunt agentes, sed in eo ꝙ qualitates. sensus igitur numerantur in relatione vno modo, & in qualitate alio modo. & sic intelligitur. D.d. Et ideo corrumpitur quodlibet, &c.i. & propter hoc, quod diximus, accidit vt quilibet sensuum corrumpatur, quando ista proportio transmutabitur intense in exeundo ad alterum extremorum. v.g.* corruptio auditus apud sonum intensum in acuitate & grauitate, & corruptio gustus apud saporem intensum, & corruptio visus apud lucem intensam, & obscuritatem intensam, & corruptio olfactus B apud odores intensos. Et causa in hoc est ꝙ esse sensus naturalis est in proportione temperata. & cum illa proportio fuerit corrupta, corrumpetur sensus, cum ista proportio sit forma sensus. quemadmodum sanitas est in proportione terminata inter quatuor qualitates. & cum illa proportio corrupta fuerit, corrumpetur sanitas; cum forma sanitatis sit in hac proportione temperata. D.d. Et propter hoc acetosum, &c.i. &, quia sensus est alia intentio & alia proportio, ideo acetosum, & dulce, & salsum adiuncta ad suum simile non admixta cum aliquo erunt delectabilia. qm̃, cum occurrent similibus, essendo pura, erũt delectabilia: tunc enim erũt magis abstracta a materia. D.d. Et vniuersaliter admixta sunt, &c.i. & vniuersaliter admixta ex contrariis, quę sunt in vnoquoque sensuum, sunt magis digna, vt sint proportio ipsis contrariis. v.g. sonus, qui est inter acutum & graue, magis dignus est vt sit proportio, quã acutus, & grauis. & similiter est de tactu cum calido & frigido, & humido & sicco; licet corpus tangens possit calefieri, & infrigidari econtrario aliis sensibus; & vt iam prędiximus temperamentum magis est dignum vt sit proportio, quã extrema.

Proportiones, in eo ꝙ pportiones, non sunt agẽtes, sed in eo ꝙ q̃litates. Sensus nũerantur in relatione vno modo, & in qualitate alio mõ. ex hoc ponit potẽtias aię distingui realiter ab aia.

* Idem, 3. de Aia. t. cõ. 7.

Tẽpamẽtum magis dignũ ẽ vt sit pportio q̃ extrema.

Vnusquisque igitur sensus subiecti sensibilis est sineq; in sensorio inquantum sensorium, & discernit subiecti sensibilis differentias, vt album quidem & nigrum visus: dulce vero & amarum gustus. similiter autem se habet hoc & in aliis.

C

Et vnusquisq; sensuum est rei sensibilis subiectę illi: & existens in suo sentiente, secundum quod est sentiens, & iudicat differẽtias sensibilis sibi subiecti. v.g. visus album & nigrum: & gustus dulce & amarum, et sic de aliis.

144 Cum incœpit perscrutari de virtute, qua sentimus nos sentire, vtrum sit eadẽ cum virtute propria vnicuique sensui, an alia, dedit in primo sermonem, ex quo sequitur eam esse vnam, & post, alium, ex quo consequitur eam esse plures: deinde sermonem concludentem eam esse vnam, & dissolutionem, ex qua exiuit ad declarandum ꝙ sensus, & sensibile sunt vnum in actu, non diuersa: propter quod contingeret vt illud, quod iudicaret super ipsum sensum, esset aliud ab eo, quod iudicaret super ipsum sensibile. Et, cum hoc fecit, reuersus est postea ad illam eandem perscrutationem, & d. Et vnusquisq; sensuum, &c. idẽst manifestum est per se ꝙ vnusquisq; sensuum iudicat suum subiectum proprium, quod est ei, secundum ꝙ est illud sentiens: & iudicat cum hoc differentias proprias, quę sunt in illo subiecto proprio, v. g. quia visus iudicat colorem, qui est pro-

Hic cō. sumit subm .p obiecto. Idē supra cōmē. 116. et in.2. de Gen.t.c. 7. Idem.3.d Aia cō. 5.in dissolutione priç quōnis.

prium subiectum ei,quod est scdm ꝙ est visus,& iudicat differentias contrarias existentias in eo, verbi gratia album & nigrum & media, & similiter audiius iudicat sonum, qui est suum subiectum, & graue & leue & media,quę sunt differentię soni. D

Quoniam autem & album, & dulce,& vnumquodq; sensibilium ad vnumquodq; discernimus quodam & sentimus quòd differunt,necesse est vtique sensu. sensibilia enim sunt.

Et,quia iudicamus etiam album, & dulce,& vuumquodque sensibilium, comparando ea adinuicem, per quid igitur sentimus esse diuersa? necesse est quidem vt illud sit per sensum. sunt enim etiam sensibilia.

145 Et, cum sensus comprehendit differentias contrarias, quę sunt in subiectis proprijs vnicuiq; sensui,per quam igitur virtutem iudicamus istas esse diuersas, cum fecerimus comparationem inter eas adinuicem? Apparet quidem ꝙ consequitur ex hoc sermone illud,quod a principio dictum est,& est ꝙ virtus,* qua visus iudicat album esse aliud a nigro, est alia a virtute visus, quemadmodum virtus,quę iudicat ipsum videre,videtur alia a virtute visibili. differentia enim inter sensibilia est sensibilis. B

* a.1.ꝗ iudicat albū esse aliud a dulci

Dria inter sensibilia est sensibilis.

Quo & manifestum est quòd caro non est vltimum sensorium. necesse enim esset discernēs discernere tangendo ipsum. Neq; itaq; separatis contingit discernere discernens quod aliud sit dulce ab albo, sed oportet aliquo vno vtraque manifesta esse. sic enim & si hoc qui dem ego, illud autem tu sentires, manifestum vtiq; esset quòd alia abinuicem,oportet autē vnum dicere,ꝙ aliud. aliud enim dulce ab albo.dicit ergo idem.quare vt dicit,sic & intelligit,& sentit. Quòd igitur non possibile sit separatis diiudicare separata,palam est.Quòd autem neque in separato contingit tempore, hinc. Vt enim idem dicit quòd aliud bonū & malū,sic & quando alterum dicit quòd aliud, tunc & alterum. non secundum accidens ipsum quando(dico autē, vt nunc dico ꝙ aliud,nō tamen ꝙ nūc aliud) sed sic dicit & nūc,& ꝙ nunc.simul ergo.quare inseparabile,& in inseparabili tempore.

Ex hoc textus elicit̄ .p pō famosa, quod ponēs drīam inter aliquę duo, cognoscit vtrunque sub propria ratione.

Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ caro non est vltimum sentiens.contingeret.n.cum tangeret quòd iudicaret. Sed impossibile est vt iudicans iudicet dulce esse aliud ab albo p duo diuersa,sed necesse est vt ambo sint eiusdem per duo instrumenta. &, nisi hoc esset, esset possibile quando ego sentirem hoc,& tu illud,quòd ego intelligerem ea esse diuersa. sed necesse est vt vnus dicat hoc esse aliud ab hoc,& dulce aliud ab albo.dicens igitur est idē. quapropter necesse est,sicut dicimus,sic agamus,& sentiamus. Quoniam autem impossibile est iudicare diuersa, et per diuersa, manifestum est. Quoniā vero hoc non fit in tempore diuerso, ex hoc declarabitur. Quemadmodum idem dixit bonum esse aliud a malo,sic cum dixerit in aliquo esse aliud. in illo enim instanti dicit in alio etiam, et non accidentaliter,s.cum dico nunc esse aliud, non quia instans est aliud. sed dico sic instans, et quod est instans.a quo igitur erit,non erit diuisibile,et in tempore indiuisibili. F

A Dicamus igitur quod manifestum est hoc, quod dico, quod vltimum sentiens in tactu non est in carne, neque in visu in oculo. quoniam, si vltimum sentiens esset in oculo, aut in lingua in gustu, tunc necesse esset, cum iudicaremus dulce esse aliud ab albo, iudicaret per duo diuersa. illud enim, quod comprehendit dulce secundum hanc positionem, aliud est ab eo, quod comprehēdit colorem omnino. illud enim est in oculo, & hoc in carne, aut sibi simili. sed caro in tactu non est sicut oculus in visus. Deinde declarauit hoc impossibile esse, & dixit sed necesse est vt ambo sint eiusdem, &c. i. sed necesse est vt sint comprehensa ab eodem. & per duo instrumēta. &, nisi hoc esset, manifestum est quod non poterit iudicare hoc esse aliud ab hoc. Si enim esset possibile iudicare hęc duo esse diuersa per duas virtutes diuersas, quarum vtraque singulariter comprehendit alterum duorum illorum, tunc necesse esset, quando ego sentirem hoc esse dulce, & tu illud esse album, & ego non sensi quod tu sensisti, neque tu quod ego, vt ego comprehenderem meum sensibile aliud a tuo, licet non sentiam tuum, & vt tu comprehenderes tuum aliud a meo. & hoc est manifeste impossibile. D. d. sed necesse est vt vnus dicat hoc esse aliud ab hoc, & quod dulce est aliud ab albo, &c. idest sed quemadmodum necesse est vt idem homo dicat hoc esse aliud ab hoc, sic necesse est vt virtus, quę iudicat dulce esse aliud ab albo, sit eadem virtus. ita enim est

B in hoc de indiuiduis, sicut de membris sensus, cum sint etiam plura in numero. Et hoc intendebat, cum dixit. quapropter necesse est, sicut dicimus, sic agamus, & sentiamus. idest quapropter necesse est vt, sicut ille, qui dicit hoc esse aliud ab hoc, est idem homo, sic illud, quod sentit & intelligit hoc esse aliud ab hoc, sit eadem virtus. D. d. Quoniam autem impossibile est, &c. idest manifestum est igitur ex hoc sermone quod non iudicamus diuersa esse sensibilia per diuersas virtutes. Quoniam autem ista comprehensio cum hoc, quod est vnius virtutis, debet esse etiam in eodem instanti, manifestum est. quoniam, quemadmodum vnus homo dicit bonum esse aliud a malo, sic, cum dixerit in altero duorum esse aliud in aliquo instanti, manifestum est quod in instanti, in quo dicimus quod alterum eorum est aliud, in illo eodem dicit in altero esse aliud, cum alietas sit aliqua relatio, & relatiua insimul existunt in actu. D. d. & non accidentaliter, &c. i. & non intelligo per instans hoc instans, quod dicitur accidentaliter in eo, quod illud est diuisibile: sicut instans, in quo dicimus ratione * intrinseca esse aliud instans, cum fuerit comprehensum ratione intrinseca esse aliud, instans enim, in quo dicitur ipsum esse aliud, est aliud ab instanti, in quo comprehenditur ipsum esse aliud. Et hoc intendebat, cum dixit non quia istans est aliud. idest non quia instans, de quo dixi esse aliud, est instans, in quo cōprehenditur ipsum esse aliud. sed diximus hoc instans est aliud, & qd nunc est aliud: & illud istans est aliud

C ab instanti comprehensionis. D. d. a quo igitur erit. i. a quo igitur erit hoc iudicium? dico erit a virtute indiuisibili & vna, & in tempore indiuisibili & vno.

Alietas est aliqua relatio.

* a. l. extrinseca esse idē instans.

At vero impossibile est simul secundum contrarios motus moueri idē, quatenus indiuisibile. & in indiuisibili tempore si enim dulce sic mouet sensum aut intellectum, amarum autem contrario modo, & album aliter. Ergo ne simul quidem & numero indiuisibile & inseparabile, quod iudicat, ipso esse autē separatum? Est igitur quodammodo, quatenus diuisibile diuisa sentiat, est autem quatenus indiuisibile. ipso esse enim diuisibile est, loco autem & numero indiuisibile.

Vide cōtra. Zim.

* a. l. & tpe inseparabile.

Sed impossibile est vt idē moueatur motibus contrariis insimul, secūdum quòd est indiuisibile in tpe indiuisibili. hoc enim si fuerit dulce mouebit sensum, aut intellectum aliquo modo motus, amarum autē contrario, album vero alio modo. Vtrum igitur est possibile vt iudicans ea insimul est numero indiuisibile, & in esse diuisibile? ita quòd alio modo a modo diuisionis sentit diuisibilia, & alio modo. s. indiui_

 D

sibile.est enim secundum esse diuisibile, sed secundum locum & numerum est indiuisibile.

147 Cum declarauit ꝙ vltimum sentiens in omnibus sensibus debet esse eadem virtus, incœpit quęrere modum scdm quem potest esse eadem virtus, & iudicare omnia contraria in eodem tempore, & d. Sed impossibile est vt idem moueatur, &c.i. sed impossibile est ponere vt idem recipiat contraria in eodem instanti, scdm ꝙ est idem & indiuisibile. D. d. hoc enim si fuerit dulce, &c.v.g.ꝙ, si fuerit hoc dulce, mouebit sentiens primum aliquo genere motus: &, cum fuerit amarum, mouebit ipsum econtrario: & similiter de albo & nigro. Cum igitur sensus iudicauerit hoc esse aliud ab hoc: hoc enim dulce & illud amarum essendo, eadem virtus & indiuisibilis tunc patietur a contrarijs insimul, scdm ꝙ est vnum & indiuisibile. quod est impossibile. D. d. Vtrum igitur est possibile vt iudicans, &c.i. an igitur possibile est vt ista virtus iudicans contraria simul sit eadem subiecto & indiuisibilis, sed per intentiones, quas recipit est diuisibilis? ita ꝙ per hoc dissoluetur quęstio sic. quoniam ista virtus, inquantum est diuisibilis, comprehendit res numeratas diuisibiles: & inquantum est eadem, iudicat ea vnico iudicio. D. d. est enim secundum esse diuisibile, sed scdm locum & numerum indiuisibile.i.* forte iudicans diuersa & contraria est secundum essentiam & formam diuisibile, sed secundum subiectum, hoc est secundum materiam, est indiuisibile. vt dicimus de pomo ꝙ est indiuisibile subiecto, & diuisibile scdm essentiam diuersam in eo, scdm ꝙ habet colorē, & odorē, & saporem. E

*Iudicans diuersa & contraria est secundum ecētiā & formā diuisibile, sed scdm subiectū & materiam ē indiuisibile. ex quo patet idem scdm subiectū posse esse plā desinitione cōsimile. 5. Ph. 47. Idem. 1. Ph. 25. et. 6. Ph. 24. et. 4 Ph. 106. de puncto, et in stanti. Idem hic in cōmē, sequenti.

An non possibile? Potentia.n. idem diuisibile & indiuisibile, & cōtraria est, ipso esse autem non, sed patiendo diuisibile est, & non possibile est simul album & nigrum esse. quare neq; formas ipsorum pati, si huiusmodi est sensus, & intellectio.

Dicamus igitur ꝙ hoc est impossibile. Est enim idem indiuisibile duo contraria potentia, esse autem non, sed est actu diuisibile. & impossibile est vt insimul sit album & nigrum. quapropter necesse est vt neq; formas eorum recipiat, si sentire, & intelligere sint talia.

148 Cum posuit illum modum ad dissoluendum prędictam quęstionem, reuersus ē modo ad narrandum ꝙ non sufficit in dissolutione, & d. Dicamus igitur ꝙ hoc est impossibile, &c.i. dicamus igitur ꝙ hoc est impossibile, s. vt ista virtus sit vnica in subiecto, & plures scdm essentias, & formas. Non.n. est possibile vt idem sit indiuisibile subiecto, & recipiens contraria insimul, nisi in potentia, nō in actu & esse. v.g. ꝙ idem corpus possibile est dici esse calidum & frigidum insimul potentia, actu autem non, nisi scdm ꝙ est diuisibile, s. quia quędam pars eius est calida, & quędam frigida. Et hoc intendebat, cum d. sed est actu diuisibile, &c. Et, cum declarauit hoc, d. quapropter necesse est vt neque formas eorum recipiat, &c.i. quapropter necesse est vt ista virtus non recipiat formas sensibilium contrarias, si ista virtus eadem sensitiua est talis, s. vnica in subiecto, & plures in essentia. Et d. & intelligere: quia intelligere in hac intentione simile est ad sentire, s. quia in vtroque est virtus recipiens, & iudicans contraria insimul, vt declarabimus in virtute rationali. Et intendit per oīa hęc declarare ꝙ hec virtus non est eadem secundum ꝙ est in potentia, sicut est prima materia, sed est vnica in intellectu & in esse in actu, & multa secundum instrumenta, vt post declarabimus. F

Non ē posse vt idē sit indiuisibile subiecto, & recipiens contraria insiℓ, nisi in potentia, non in actu. pro hoc vid. 10. Metaph. 13.

Sed vt id, quod vocant quidam punctum, quod vt vnum & duo est, sic & diuisibile. Secundum quòd igitur est indiuisibile, discernēs vnum est, & simul: secundum ꝙ vero diuisibile est, non vnum. bis.n. vtitur eodē signo simul. Inquantum igitur duobus vtitur termino, duo iudicat, * & separata sunt vt separato. inquantum vero vnum, vno, &

* a.l. & separatus est, vt separatorū.

A vno, & simul. De principio igitur, secundum quòd dicimus animal sensitiuum esse, determinatum sit hoc modo.

Sed illud', quod dicitur a quibusdam punctus vnius, secundum quòd est duo est diuisibile. Secundum igitur quòd est indiuisibile iudicans, est vnum: & secundum quòd est diuisibile vtitur eodem puncto bis, Secundum igitur quòd vtitur extremo pro extremis duobus. iudicat duo, quę sunt diuersa. hoc igitur erit per diuisibile, & secundum quòd est vnum per vnum. Hoc modo igitur determinemus principium, quo dicimus animal esse sentiens.

Cum narrauit ꝙ impossibile est vt hæc potentia sit vna in subiecto, & multa in virtutibus, incępit dare modum, secundum quem est vna, & modum secundum quem est multa. &, quia hoc difficile est ad dicendum, & est magis leue ad declarandum per exemplum, induxit sermo- 149 Hinc sumit ꝙ res difficiles ad dicendum melius exéplo manifestantur pro hoc vide. 1. Ph. c. 81. & quę ibi. Quō pūctus sit diuisibilis. vide 6. Ph. 24. &. 4. Ph. 106.
B nem in uia exempli. & dicit. Sed illud, quod dicitur, &c. idest sed ista virtus est vna & multa, vt punctus, qui est centrum circuli, quando ab eo fuerint ductę multę lineę a centro ad circunferentiam. & hoc intendebat, cum dicit punctus vnius, hoc est punctus, qui continetur ab vna linea. Deinde dicit secundum ꝙ est duo est diuisibile. idest secundum igitur ꝙ ista virtus est duo, & plures per sensus, qui copulantur cum ea: quemadmodum punctus est duo, & plures per extrema linearum exeuntium ab ea, est diuisibile ad patiendum a sensibilibus diuersis. Deinde dicit. Secundum igitur quod est indiuisibile iudicans, est vnum, &c. idest & secundum quod ista virtus est aliquod indiuisibile, scilicet secundum quod est finis motuum sensuum a sensibilibus, quemadmodum punctus est indiuisibile aliquod, secundum quod est finis linearum exeuntium ad ipsum a circunferentia, potest iudicare diuersa, quę copulantur cum ea a sensibilibus. Et, cum declarauit modum, secundum quem potest intelligi ꝙ ista virtus est indiuisibilis, & modum, secundum quem potest intelligi ꝙ est diuisibilis, incępit distinguere opus eius, secundum quod est diuisibilis, & eius opus, secundum ꝙ est indiuisibilis, & dicit. Secundum
C igitur ꝙ est diuisibile, vtitur, &c. idest secundum igitur ꝙ ista virtus est indiuisibilis per sensus, operatur per istud vnum, quod est de ipsa quasi punctus duabus operationibus diuersis insimul. & secundum ꝙ vtitur rebus, quæ sunt de ea quasi extrema de lineis, s. sensibus, inquantum habent hanc consimilitudinem, iudicat res diuersas iudiciis diuersis: & secundum ꝙ est vna, iudicat res diuersas vnico iudicio. Et quasi opinatur ꝙ virtus primi sentientis melius est vt dicatur esse vna forma, & multa instrumentis copulatis cum ea, per quę transeunt motus sensibilium, quo usque copulentur cum ea, quam dicere ipsam esse vnam subiecto, & multa secundum formam, quę describuntur in ea. illud enim esse est dignius ei secundum ꝙ est iudicans, istud autem secundum ꝙ est recipiens. sed tamen, cum non ponimus illic eandem intentionem propter formam, non possemus inuenire aliquid, per quod iudicet diuersa esse diuersa, iudicium enim dignius est attribui isti potentię secundum ꝙ est actus, quam secundum, ꝙ est potentia, quemadmodum motio eius passiua a sensibus dignior est attribui isti potentiæ secundum ꝙ est actus, quam secundum, ꝙ est potentia quemadmodum motio eius passiua a sensibus dignior est attribui secundū ꝙ est recipiens subiectum. est enim apud ipsum vt videtur recipiens se-

cundum sensus, & agens secundum iudicium. recipere enim aliquid est alliud a iudicare illud & hęc duo debet inueniri in aliquo duobus modis diuersis. Et ideo videmus ꝙ ista virtus iudicat intentiones, quas proprie recipit, & earum priuationes. Et similiter est de virtute rationabili. sed differunt in hoc, ꝙ ista virtus est intentionum materialium. illa autem est intentio non mixta cum materia, vt post declarabitur. D

Recipere aliqd aliud est a iudicare illud.

Summa Septima. Ponitur differentia inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire: inuestigaturq; ipsius Imaginationis essentia.

Caput primum. Non esse idem intelligere, ac sapere cum ipso sentire. E

Voniam autem duabus differentiis definiunt maxime animam, motu secundum locum, & ipso intelligere & discernere & sentire, videtur vtique intelligere & sapere velut sentire quoddam esse. In vtrisque enim his anima discernit, & cognoscit aliquid eorum, quæ sunt. Et Antiqui sapere & sentire idem esse aiunt, sicut & Empedocles dixit. Ad præsens enim sapientia augetur hominibus. & in aliis. Vnde eis semper & sapere diuersa pręstat. Idem autem his vult & illud Homeri. Talis enim mens est terrestrium hominum, Qualem in dies inducit pater hominumq; deorumq;. F

Empedocles

Homerus.

Et, quia determinabāt animam his duabus differentiis proprie s. moueri in loco, & intelligere & iudicare, & sentire, existimando ꝙ intelligere quasi est sentire corpus quoquo modo. Anima enim in his duobus modis efficitur aliquid, & cognoscit ipsum. Et Antiqui dicebāt quòd intelligere idem est cum sentire, vt Empe. cum dixit Cum consilium in hominibus recipit secundum præsens. & dixit in alio loco. Propter hoc transmutatur intellectus in eo semper. Et hoc idem intendebant Home. cum dixit ꝙ ita est de intellectu, s. quòd intelligere corporale est sicut sentire.

150 **Quia Antiqui conueniunt in definiendo animam per has duas differen**

A tias proprie, s. per motum localem, & per cognitionem, & comprehensionem, quę videtur esse intelligere & sentire. Deinde dicit existimando ꝙ intelligere, &c. idest & existimabant ꝙ intelligere est genus sensus, qui est aut corpus, aut corporalis. anima enim in his duobus iudicat res, & cognoscit eas. Et, quia Antiqui dicebant ꝙ intelligere & sentire sunt eiusdem virtutis oportet nos perscrutari de hoc. Deinde dicit vt Empe. &c.i. vt dixit Empe. ꝙ intellectus in hominibus iudicat rem præsentem sensibilem, & in alio loco dixit ꝙ sensus est idem cum intellectu. & propter hoc intellectus semper transmutatur in eis, sicut transmutatur sensus. Et intendit per transmutationem errorem, qui accidit vtriq; virtuti, aut obliuionem, & alia accidentia, in quibus existimatur habere communicationem, & hoc intendebat Homerus, cum dixit ꝙ sensus similis est intellectui. Antiqui conueniunt in definiendo animam p motum localẽ, & cognitionem. Idẽ. 1. de Aia. 19. Prio de Aia, 25.

Omnes enim hi intelligere corporeum, sicut & sentire existimant, & sentire, & sapere simile simili, sicut in primis rationibus determinauimus. Et tamen oportuit simul ipsos & de dece-B ptione dicere. magis propria enim est animalibus, & plus temporis in hac permanet anima. Vnde necesse est aut, vt quidam dicunt omnia, quæ videntur, esse vera, aut dissimilis rei tactum deceptionem esse hoc enim contrarium est illi, simile simili cognoscere. videtur autem & deceptio, & scientia contrariorum eadẽ esse. Vide contra Zim.

Omnes igitur isti existimant quòd intelligere est corporale, sicut sentire. & sentire & intelligere sunt a simili ad simile, vt prius determinauimus. Quamuis debebant dicere cum hoc in errore etiam. hoc einm magis proprium est animalibus, & mora animę in eo est longo tempore. Et ideo necesse est vt sit, sicut quidam dicunt, quòd omnia quæ transeunt per mentem, sunt vera, aut error sit tangere dissimile. hoc enim est contrarium. & simile cognoscitur per suum simile. & existimatur quòd error in C contrariis sit idem.

Cum declarauit ꝙ oportet post sermonem de virtute sensus perscrutari de differentia inter hanc uirtutem, & virtutem intellectus, dixit ꝙ existimatum est intellectum esse corporalem, sicut est sensus: & est, quia multi Antiquorum credebant ꝙ sentire, & intelligere idem sunt. Deinde narrat naturam ducentem eos ad hoc dicere, & declarat quantum deficit eis in hoc, & dicit, Omnes igitur isti existimant, &c. idest isti igitur homines existimabant ꝙ intelligere et sentire vtrumque corpus est; quia credebant ꝙ sentire & intelligere fiunt per simile, &, quia hæ duę virtutes comprehendunt corpus, necesse est vt sint corporeę, vt prius determinauimus de hoc in opinione Antiquorum. Deinde dicit, Quamuis debebant dicere, &c. idest quamuis oportet eos dicere causam erroris ex hoc modo, error enim magis inuenitur in animalibus, & anima in maiori tempore inuenitur ignorans, et errans quam sciens. Deinde dicit, Et ideo necesse est, &c. idest & propter hoc, ꝙ dant causam in cognitione, contingit eis aut concedere hoc, quod dicunt sophistæ, ꝙ omnia 151 Antiqui credebant sentire & intelligere fieri per simile. Idẽ 1. huius, 25.

transeuntia per mentem, & omnia imaginata sunt vera: aut dicere ꝙ verum est animam tangere simile cum est corpus & error tangere dissimile. dissimile enim est contrarium simili, & error est contrarium vero. Et hoc, quod dixit, manifestum est, scilicet ꝙ, si anima comprehendit res per res existentes in ea, sicut dicunt, contingit eis, si dixerunt eam similem esse omnibus, quia in ea sunt omnia, vt non sit error omnino: aut dicere eam esse compositam ex altero duorum contrariorum existentium in rebus: & sic inueniet veritatem, quando comprehenderit contrarium simile, & errabit quando comprehenderit contrarium dissimile. Deinde dicit impossibile, quod sequitur ex hoc, & dicit, & existimatur ꝙ error in contrariis sit idem idest sed contingit huic opinioni vt error sit in proprio contrario ex vna quaq; rerum contrariarum. sed manifestum est ꝙ error potest accidere in vtroque contrario indifferenter, & ꝙ non est proprius vni contrario tantum. D

Quòd igitur non idem sit sapere & sentire manifestum est. hoc enim animalibus inest omnibus, illud autem paucis. Sed neque intelligere in quo est quod recte, & quod non recte (quod enim recte, prudentia, & scientia, & opinio vera: quod vero nō recte, contraria horum) neque hoc inquam est idem cum ipso sentire. Sensus enim propriorum semper verus est, & omnibus inest animalibus, intelligere autem contingit & falso, & nulli inest, cui non insit & ratio. B

Dicamus igitur quòd sentire non est intelligere. & hoc manifestum est. hoc enim existit in animalibus omnibus, & hoc non inuenitur nisi in paucis animalibus. Neque intelligere, in quo sunt verum, & non verum contraria in istis, est idem cum sentire. Sentire enim propria semper est verum, & existit in omnibus animalibus. distinguere autem potest falsari, & non est in aliquo animali, nisi existimet e

152 Iste sermo potest esse responsio ad hanc particulam, quia, a qua superius incępit, cum indiget responsione idest & quasi diceret, & quia Antiqui determinabāt animam per motum & comprehensionem, & existimatum est ꝙ comprehensio per intellectum & sensum est eadem, cum vtraque sit cognitio, & etiam multi Antiquorum credebant hoc propter hoc, quod opinabantur ꝙ simile cognoscit suum simile: &, quia hoc dicebāt dicamus nos & sentire non est intelligere per intellectum. Et potest intelligi ita ꝙ responsio sit diminuta, & erit iste sermo principium et quasi d. Et, cum declaratum est ꝙ necesse est perscrutari de hac intentione dicamus ꝙ sentire non est intelligere. Deinde dicit, & hoc manifestum est, &c. idest & hoc, * ꝙ intellectus est alius a sensu, est manifestum per se. sensus enim existit in omnibus animalibus, intellectus autem in paucis scilicet in homine. Et dicit paucis, propter quod plura animalia communicant homini in hac virtute, &, quia hoc non fuit manifestum in hoc loco, accepit concessum, & est ꝙ non possumus dicere ꝙ omnia animalia intelligunt, & cum hę duæ virtutes sint in subiecto, diuersæ, necesse vt sint diuersæ in esse quæ enim differunt in subiecto, differunt in esse. Deinde dicit Neq; intelligere, in quo sunt, &c. idest neq; res intellectę in quibus est verum in maiori parte, & non verum in maiori parte, secundum ꝙ F

Quod intell's sit alius a sensu, manifestum est per se. sensus.n. existit in omnibus animalibus intellectus vero in paucis. Idem. 3, huius com. 1.

† Sensus semp dicit verū in rebus proprijs; & falsum in vñb' intellectus aūt ecōtratio. vide pro hoc. 2, de

A ſunt contraria, ſunt eadem cum contrariis, quæ ſunt in ſunt in ſenſu, ſcilicet in quorum altero eſt verum in maiori parte, & in altero error in maiori parte. † Senſus enim ſemper dicit verum in rebus propriis, & falſum in vniuerſalibus: intellectus autem econtrario, verum in vniuerſalibus, & falſum in propriis. Et etiam ſenſus in rebus propriis magis durat ſua veritas quã intellectus in rebus vniuerſalibus, & ideo dixit ſemper, cum dicit. Sentire enim propria verum eſt ſemper & dixit poſt. diſtinguere autem poteſt falſari.

Aïa. cõ. 63. & 134. &. 161. & ĩ li. de Senſu & Sẽſa. &. 2. Me. c. 1. & 4. Met. c. 8. de itellectu quõ nõ decipit circa prima & communia.

Imaginatio enim aliud eſt & a ſenſu, & a ratiocinatione. hęc que non fit ſine ſenſu, & ſine hac non eſt exiſtimatio. Quòd autem non eſt eadem intellectio, & exiſtimatio manifeſtum eſt. Hæc enim paſsio in nobis eſt, cum volumus. præ oculis enim eſt fingere: ſicut qui in † memoratiuis verſantur, & ſimulachra faciunt. opinari autem non in nobis eſt. neceſſe enim eſt aut falſum, aut verum dicere.

* Artificioſæ memorie imagines.

Imaginatio autem eſt aliud a ſenſu, & aliud a diſtinctione. B & hęc non fit ſine ſenſu, & ſine hoc non fit conſilium. Quoniam autem non eſt cum intellectu, & conſilio idem manifeſtum eſt. Iſta enim paſsio eſt nobis. quando voluerimus. poſſumus enim ponere in directo noſtrorum, oculorum ſicut res depoſitę in conſeruatione, & fingere formas. exiſtimari autem non eſt nobis. neceſſe enim eſt aut verum, aut falſum dicere.

153 Cum declarauit ꝙ diſtinctio non eſt niſi in habentibus rationabilitatẽ, incępit declarare ꝙ diſtinctio, quę in quibuſdam animalibus reputatur eſſe ratio, non eſt niſi diſtinctio, quę fit ab imaginatione, & ꝙ imaginatio non eſt neque ſenſus, neque intellectus, & dicit Imaginatio. n. aliud eſt a ſenſu, &c. ideſt diſtinguere non inuenitur niſi in habenti rationem. † Imaginari enim aliud eſt a ſentire, & a diſtinguere per intellectum: & imaginari non fit abſque ſentire, et abſque imaginari non fit conſiliari. Et quaſi innuit hic alietatem iſtarum trium virtutum ſecundum prius & poſterius in natura. ſi enim ſenſus fuerit, non ſequitur vt ſit imaginatio: C ſed, ſi imaginatio erit, ſenſus erit. & ſimiliter. ſi intellectus erit, erit imaginatio, & non econuerſo. Deinde dicit. Quoniam autem non eſt cũ intellectu, & conſilio idem, &c. ideſt & iſte ſermo manifeſtus eſt. Deinde dicit. Iſta enim paſsio eſt nobis, &c. ideſt imaginatio enim eſt voluntaria nobis. cum enim voluerimus imaginari res, depoſitas in virtute conſeruatiua, quas prius ſenſimus, poterimus facere. & hoc intendebat cum dicit poſſumus enim ponere, &c. ideſt * poſſumus etiam per hanc virtutem fingere formas imaginabiles, quarum indiuidua nunquam ſenſimus, exiſtimare autem non eſt voluntarium. & hoc intendebat, cum dicit neceſſe eſt. n. aut verum, aut falſum. i. contingit enim nobis neceſſario aut exiſtimare verum, aut falſum: & non eſt ſicut in imaginatione. Et iſta eſt vna rationum, ex quibus apparet imaginari aliud eſſe ab intelligere.

† Oppoſitũ hẽt c. 2. huius c. 20. vbi vr̃ velle iſtas virtutes eaſdem eſſe. Vide contra Zim.

* Contradictio hic, & ſupra. c. 60. itelligimus dũ volumus ergo imaginatiua in hoc ꝙ imaginamur, dum volumus, nõ diſtinguit ab intellectu. Vide contra Zim.

* Per virtutem imaginatiuam poſſumus fingere formas imaginabiles quarũ indiuidua nõ quã ſenſimus.

Amplius autem, cum opinamur difficile aliquid aut terribile, ſtatim compatimur. ſimiliter autem, & ſi fuerit res confidenda. ſecundum imaginationem autem ſimiliter nos habemus, ſicut qui conſyderant in pictura difficilia, & confidenda. Sunt autem

& ipsius existimationis differentiæ, scientia, & opinio, & prudentia, & contraria horum. de quorum differentia alius sit sermo. D

Et, cum etiam nos existimauerimus aliquod valde timorosum, statim patiemur. & similiter, si existimauerimus aliquod audactiuum per imaginationem aut dispositio nostra erit, sicut dispositio nostra, si videremus res in formis rerum timorosarum, aut audactiuarum. Et differentiæ ipsius consilii sunt scientia, et existimatio, & intellectus, & contraria istis. & sermo de differentiis istorum fiet in alio loco.

154 Hoc, quod dixit, manifestum est. & est alia ratiocinatio, ꝙ imaginatio est alia a consilio, & existimatione. quoniam, cum nos existimauerimus aliquod timorosum futurum, quoquo modo nos patimur passione, ac si illud timorosum esset præsens & similiter, cum nos existimauerimus aliquod audactiuum futurum, statim patiemur, sed non passione, quali, illo audactiuo existenti in pręsenti. cum autem imaginati fuerimus illud timorosum, statim patiemur quasi esset pręsens. Et intendit hic per consilium fidem. Et locus, in quo promisit loqui de istis differentijs, videtur mihi esse liber de Sensu & sensato. illic enim loquitur de rebus particularibus istarum virtutum, & in omnibus accidentibus earum postremis. E

Caput Secundum, Probatur imaginationem non esse Sensum, nec scientiam, nec intellectum, nec opinionem: traditurq; eius definitio.

DE ipso autem intelligere, quoniam diuersum est ab ipso sentire, huius autem aliud imaginatio esse videtur aliud existimatio, cum de imaginatione determinauerimus, sic & de altero dicendum erit. Si igitur imaginatio est, secundum quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & non si quid secundum translationem dicimus, vna quædam est harum potentia, aut habitus, secũdum quem discernimus, & verum, aut falsum dicimus. huiusmodi sunt, sensus, opinio, scientia, intellectus. F

Et, quia intelligere aliud est a sentire, & existimatur ꝙ intelligere aliud est imaginari; aliud consyliari, determinandum est prius de imaginatione, deinde loquemur de alia intentione. Dicamus igitur quòd, si imaginatio est, quæ fit, quæ dicitur imaginari non secundum similitudinem, est aliqua virtus istarum virtutum, aut dispositio, per quam inuenimus, & experimentamur,

A & dicimus verum aut falsum. & ex istis est sensus, & existimatio, & scientia, & intellectus.

Cum compleuit sermonem de sensu, incępit post loqui de virtute imaginatiua. & dicit. Et quia intelligere, &c. idest &, quia manifestum est, aut prope ꝙ intelligere est aliud a sentire, sed non est ita manifestum ꝙ intelligere est aliud ab imaginatione: existimatur enim ꝙ actionum intellectus quędam est imaginari, quędam credere: & ꝙ nulla est differentia inter imaginationem, & intellectum: quapropter determinandum est prius de virtute imaginationis, deinde loquemur postea de virtute rationali. Deinde dicit, Dicamus igitur ꝙ, si est imaginatio. &c. idest dicamus igitur ꝙ, si est actio, quę fit in nobis, quę dicitur imaginatio non secundum similitudinem, sicut dicitur sensus falsus multotiens, necesse est vt sit aut aliqua istarum virtutum comprehensiuarum distinctarum, scilicet aut sensus, aut existimatio, aut scientia, aut intellectus, aut virtus alia ab istis virtutibus, & dispositio alia ab istis dispositionibus, per quã experimentamur entia, idest eligimus ea. & est vnum eorum, per quem debemus dicere verum aut falsum. Deinde incępit declarare ꝙ non est
B aliqua istarum virtutum. Et intendit per intellectum, vt mihi videtur, primas propositiones: & per scientiam illud, quod prouenit ab eis.

755 Nota causam quare prius tractat de virtute imaginatiua, post incępit tractare de intellectu.

Hic videtur velle Cõ. & Arist. quatuor esse habitus, quibus discernitur verũ a falso. sed vide oppositum. 6. Ethi. cap. 4. Vide contra. Zim.

Quod imaginatio non sit sensus.

Quod igitur nõ sit sensus manifestum ex his est. Sensus enim aut potentia, aut actus est, vt visus, aut visio apparet autem aliquid, etiã neutro horum existente, vt quę in somnis. Postea, sensus quidem semper adest, imaginatio autem non. Si vero idem esset quod actus, omnibus vtique contingeret bestiis imaginationem inesse. videtur autem non, vt formicæ, aut api, aut vermi. Postea, sensus quidem veri semper, imaginationes autem plures falsæ. Amplius autem non dicimus cum operamur certe circa sensibile, quòd videtur hoc nobis homo, sed potius cum non manifeste sentimus, et tunc aut verus est, aut falsus. Et, quod quidem diximus prius, apparent & claudentibus, visa.

C Quoniam autem non est sensus, declaratum est ex istis rebus. Sensus enim est aut potentia, aut actus, verbi gratia visus, aut visio. & quandoque imaginatur aliquid, quod est neutrum verbi gratia quod imaginatur in somno. Et amplius sensus semper est præsens, imaginatio autem non. Et, si in actu esset idem, tunc esset possibile vt imaginatio esset in omnibus bestiis, & reptibilibus. quod non existimatur, verbi gratia. formicis, apibus, & vermibus. Et amplius ille semper est verus, imaginatio autem est falsa in maiori parte. Et amplius, cum in rei veritate scimus hoc sensibile esse hominem, nõ dicimus nos imaginari hoc esse hominem hoc enim non dicimus, nisi quando non manifeste fuerit homo: & tunc erit aut verum, aut falsum. Et ex eis, quæ prius diximus, est quia etiam clausis oculis imaginatur imaginationibus

156 Quoniam autem imaginatio non est sensus declarabitur ex istis rebus, quas dicemus. Quarum vna est ꝙ, quia sensus est duobus modis, aut in potentia, verbi gratia visus, quando non agitur: aut in actu, verbi gratia visio. est enim aliqua imaginatio, quæ non est sensus in actu neque in potentia, scilicet imaginatio, quæ est in somno. manifestum est enim ꝙ imaginatio, quæ est in somno, secundum ꝙ est in actu, non est sensus in potentia: & secundum ꝙ iste actus est ei sine præsentia rerum sensibilium, non est etiam sensus in actu. Deinde dicit, Et amplius sensus semper est præsens, &c. Hoc est Secundum argumentum. & est ꝙ sensus semper fit cum præsentia sensibilis: imaginatio autem non, sed cũ absentia. Deinde dicit, Et, si in actu esset idem, &c. idest. Hoc est Tertium argumentum. Existimatur enim ꝙ non omne animal imaginatur: & est animal, quod non mouetur ad sensibilia, nisi apud præsentiam eorum in actu, vt vermes, & muscę. Apes autem. & formicę necessario imaginantur. apes vero propter artificium: formicę autem propter depositionem * sed non curatur de exemplo. Deinde dicit. Et amplius ille semper est verus, &c. Hoc est aliud argumentum; & est ꝙ sensus sunt veri † semper, idest in maiori parte: imaginatio autem falsa est in maiori parte. Deinde d. Et amplius. cum in rei veritate, &c. Hoc est Quintum argumentum: & est manifestum per se, non enim dicimus, quando sentimus aliquid esse tale in rei veritate, ꝙ imaginamur eum; sed quando sensus vere non comprehendit ipsum esse talem. &, si sensus esset idẽ cum imaginatione, oporteret ꝙ vbi dicitur sensus, ibi diceretur imaginatio. Deinde dicit. Et ex eis, quæ prius diximus, &c. idest & alia ratio est. & propinqua prędictis, scilicet ꝙ multotiens imaginantur formæ clausis oculis. D E

Sensus duobus modis in actu, & in potentia. Idẽ supra.1.cõ. 53.138.139.141 &.142.

* De exemplo non curatur an sit verum, f. Idẽ supra.cõ.671.

† Sẽsus sunt veri in maiori parte sed oppositũ d.supra ca.152. ꝙ sẽsus sunt sẽper veri. Vide contra Zim.

Quod imaginatio non sit sciã, nec intellectus. Quod nõ sit opinio.

At vero neque eorum, qui semper verum dicunt, vllus erit, vt scientia, aut intellectus est enim & falsa imaginatio. Relinquitur igitur videre, si opinio sit: fit enim opinio & vera, & falsa. Sed opinionem quidem sequitur fides. non enim contingit opinantem iis, quæ videntur, non credere. bestiarum autem nulli inest fides, imaginatio autem multis. Amplius, omnem opinionem sequitur fides: fidem autem persuasum esse: persuasionem autem ratio. bestiarum autem quibusdam imaginatio quidem inest, ratio vero non. F

Et etiam non est vnum istorum, quæ semper iudicant, sicut scientia & intellectus est enim imaginatio falsa. Remanet igitur consyderare vtrum sit existimatio: cum existimatio quandoque est vera, quandoque falsa. Sed existimationem consequitur fides. impossibile enim est vt qui existimat, non credat, quod existimat. & nullum brutum, & reptilium habet fidem. imaginatio autem est in pluribus eorum. Omnem igitur existimationem consequitur fides. fidem autem cõsequitur sufficientia: sufficientia: sufficientiam autem rationabilitas. & reptilium & brutorum quædam habent imaginationem, rationem autem non.

157 Cum destruxit imaginationem esse sensum, incępit destruere eam esse

A scientiam, aut intellectum, aut existimationem, & dicit. Et etiam non est vnum istorum, &c. idest &, si imaginatio esset scientia, aut intellectus, semper veridicaret sed non est ita: ergo non est scientia, neque intellectus. Deinde dicit. Remanet igitur, &c. idest remanet igitur considerare vtrum sit existimatio, eum vtrumque dicatur, veridicans quãdoque, & falsans, & hoc facit existimare eas esse eandem virtutẽ secũdum duas affirmatiuas in secunda figura. Deinde dicit. Sed existimationem consequitur, &c. idest sed existimationem semper consequitur fides. Et, si imaginatio esset existimatio, contingeret ꝙ omne imaginãs haberet fidem. sed multa imaginantur, tamen non habent fidem. nullum enim brutorum habet fidem, licet plura eorum imaginentur. Deinde dicit. Omnem igitur existimationem, &c. idest &, quia omne existimans est credens: & omne credens sibi sufficit: & omne, quod sibi sufficit, habet rationem: necesse est vt omne existimans habeat rationem. Et, si imaginatio esset existimatio, tunc omne imaginans haberet rationem. sed multa brutorum & reptilium videntur habere imaginationem, sed non rationem omnino: ergo imaginatio non est existimatio.

B Manifestum igitur quòd neque opinio cum sensu, neque per sensum neque complexio opinionis & sensus erit imaginatio: & propter hæc. Et, quia non alia quædam est opinio, sed illa, quę quidem est, cuius est & sensus. dico autem ex albi opinione & sensu complexio imaginatio est. non enim ex opinione quidem boni erit, sensu autem albi. Apparere igitur est opinari quod sentit, non secundum accidens.

Et manifestum est quòd imaginatio impossibile est vt etiam sit existimatio cum sensu, neque compositio existimationis & sensus ex istis rebus. Et ex hoc manifestum est quòd existimatio non est alicuius alterius ab eo, cuius est sensus etiam, scilicet si compositio, quæ fit ex existimatione albi, & sensu eius, quod est imaginatio impossibile est enim vt sit ex existimatione boni,
C & sensu albi. sed imaginatio est existimatio eius, quod sentitur, non accidentaliter.

Cum declarauit ꝙ impossibile est vt imaginatio sit existimatio, aut sensus, aut scientia, aut intellectus, & vniuersaliter aliqua virtutum rationis, incępit declarare & ꝙ non est cõpositum ex existimatione & sensu, vt dicebant quidam Antiquorum, & dicit. Et manifestum est, &c. idest manifestum est ꝙ imaginatio non est existimatio coniuncta cum sensu, neque virtus composita ex existimatione et sensu ex sermonibus prędictis, in quibus declarauimus ꝙ imaginatio non est aliqua istarum virtutum. quoniam, si esset composita ex eis, contingeret vt vere dicerentur de ea proprietates illarum virtutum, ex quibus componuntur modo medio. compositum enim ex aliquibus necesse est vt in eo existant. quoquo modo existentia in componentibus. Et ex hoc etiam manifestum est ꝙ existimatio vere non esset alicuius, nisi eius, cuius est sensus: sed deberet esse eiusdem rationis, scilicet si compositio, quę fit ex existimatione albi & eius sensu, vt quidam dicebant, esse imaginatio, & innuit

158 Compositũ ex aliquibus necesse est vt in eo existant quoquo modo existentia in cõponentibus. Idem. 5. Ph.6. 19.52. Idem x. Met.23. Idem. 2.de Gẽ. 31.vi. de consimile.3. Ph.c.43.

Platonem opinantem, vt reputo ꝙ imaginatio est, vt in eodem componantur nobis existimatio, & sensus insimul. Deinde dicit impossibile est enim vt sit &c. idest existimatio enim est boni, & sensus albi. & impossibile est vt imaginatio sit compositio ex existimatione eius, quod est, idem esse album & bonum. Existimatio enim, & sensus secundum hunc modum non erunt eiusdem, nisi accidentaliter. imaginatio autem apud eos est existimatio & sensus eiusdem rei, non accidentaliter. Et est necessarium vt sit ita. quoniam, si imaginatio est eiusdem rei, et hoc manifestum est: & componitur ex existimatione & sensu: necesse est vt existimatio, & sensus sint eiusdem rei essentialiter. D

Apparent autem & falsa, de quibus simul existimationem veram habet. vt apparet Sol vnius pedis, persuasum autem est eum maiorem esse habitata. Accidit igitur aut abiicere suam ipsius veram opinionē quam habebat, saluata re, non oblitum, neque dissuasum: aut si adhuc habet, necesse est eandem veram esse & falsam. sed falsa fiet, cum latuerit mutata res. E

159 Et imaginamur etiam res falsas, & cum habemus in eis opinionem veram. verbi gratia quoniam nos imaginamur quantitatem Solis esse pedalem, & credimus ipsum esse maiorem terra. Contingit igitur aut vt homo proiiciat existimationem, quam habebat. & est salua salute rei, sine vigilia, & sine sufficientia econtrario: aut si fuerit permanens adhuc in ipsa, necessario hoc idem erit verum & falsum. sed non efficitur falsa, nisi quando res transmutatur, absque eo ꝙ sit percepta.

Nota ex quot cāis aliquis veram opinionem abiicere pt̃. vide cō sisc. 1. Poste. te. co. 45. Cū impośe sit vt eadē res vera sit & falsa, impossibile est vt verum transmutetur ex se sine trāsmutatione rei.

Et signum eius, ꝙ existimatio, & sensus non sunt eiusdem rei comprehendentis, est ꝙ multotiens contradicunt sibi in eadem re. sentimus enim res falsas, & cum hoc habemus in eis opinionem veram. verbi gratia ꝙ visibiliter sentimus quantitatem Solis esse pedalem, & cum hoc opinamur vere Solem esse maiorem terra. Deinde dicit contingit igitur vt homo proiiciat, &c. i. contingit, si æstimatio & sensus in talibus rebus sint eiusdem comprehensibilis, aut vt homo proiiciat opinionem veram in istis rebus, licet opinio sit salua, non transmutata propter transmutationem rei, de qua est opinio ab aliqua dispositione in aliam, neq; propter hoc ꝙ opinans etiam transmutatur propter aliquam infirmitatem, aut vigiliam, argumentum, quod induxit conclusionem contrarii. sed transmutata per se, cum sensus & existimatio, quasi sint idem, quia sunt eiusdem. dico vt proiiciat, aut vt remaneat in ea credendo duo contraria insimul, & erit res in se vera, & falsa insimul in eodem tempore. Deinde dicit sed non efficitur falsa, nisi quando res transmutantur idest & impossibile est vt opinio vera reuertatur, & fiat falsa per se: & non fit falsa nisi quando res transmutatur in se, absque eo ꝙ illa sit percepta. Et, cum impossibile est vt eadem res sit vera, & falsa: & est impossibile vt verum transmutetur ex se sine transmutatione rei: ergo impossibile est vt existimatio, & sensus sint eiusdem rei. F

Non ergo vnum aliquod horum est, neque ex his imaginatio. Sed, quoniam est moto hoc moueri aliud ab hoc: imaginatio au-

A tem motus quidam videtur eſſe, & non ſine ſenſu fieri, ſed ſentientibus, & quorum ſenſus eſt: eſt autem motum fieri ab actu ſenſus. 160

Imaginatio igitur non eſt aliqua iſtarum, neque ex eis. Sed, ſicut aliquid mouetur per motum alterius: & imaginatio exiſtimatur eſſe motus: & impoſsibile eſt vt ſit ſine ſenſu, ſed in eis, quæ ſentiuntur & in eis quæ habent ſenſum: & ſit etiam motus ab actione ſenſus.

Cum deſtruxit imaginationem eſſe aliquam iſtarum virtutum, aut compoſitum ex eis, incæpit demonſtrare ſubſtantiam, & eſſentiam eius, & dicit. Imaginatio igitur, &c. idest declaratum eſt igitur ex hoc ſermone ꝙ imaginatio non eſt aliqua iſtarum virtutum, neque compoſita ex eis; ſed ſubſtantia iſtius virtutis eſt quod dico. Quoniam, ſi ſint quędam, quę mouentur ab alijs, & mouent alia: & imaginatio videtur eſſe virtus mobilis, & paſsiua ab alia; & impoſsibile vt ſit ſine ſenſu, ſed eſt in rebus
B ſenſibilibus, & in animalibus habentibus ſenſum perfectum: & poſsibile eſt vt motus fiat a ſenſu, qui eſt in actu: neceſſe eſt vt imaginatio in actu nihil aliud ſit, niſi perfectio iſtius virtutis per intentiones ſenſibiles exiſtentes in ſenſu ſecundum modum, ſecundum quē ſenſus perficiuntur per ſenſibilia, quę ſunt extra animam: & quód prima perfectio iſtius partis animę ſit virtus, quę innata eſt ſe aſsimilare ſenſationibus, quę ſunt in ipſo ſenſu communi. Sed Ariſtot. propalauit in hoc ſermone pręcedens, & tacuit conſequens, quia eſt manifeſtum, & poſt declarabit ipſum modo perfectiori. & ideo dimiſit eum in hoc loco.

Et hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui: erit vtiq; hæc motus, qui neque ſine ſenſu, neque non ſentientibus ineſſe poteſt. Et multa eſt ſecundum ipſam & facere & pati, quod habet: & eſſe veram & falſam. Hoc autem accidit propter hæc. Senſus propriorum quidem eſt verus, aut quam paucíſsimum habens falſum. Secundo aũt eius, cui accidunt & hæc. & hic iã contingit, vt fal- Imaginatiõ definitio.
C ſus ſit ꝙ enim album ſit, non eſt falſus: ſi autem album hoc, aut aliud quiddam, falſus eſt. Tertio autem communium, & conſequentium ea, quæ accidunt iis, quibus inſunt propria. dico autē, vt motus & magnitudo, quæ accidunt ſenſibilibus: circa quæ maxime iam eſt decipi ſecundum ſenſum. Motus autem ab actu factus, qui ab his tribus ſenſibus, differt a ſenſu. & primus quidem, pręſente ſenſu. verus eſt. alii autē, præſente & abſente, erunt vtique falſi, & maxime cum procul eſt ſenſibile. Si igitur nihil aliud habet, quę dicta ſunt, quam imaginatio: hoc autem eſt, quod dictũ eſt: Imaginatio vtique erit motus a ſenſu ſecundum actum facto.

Et oportet vt iſte ſit ſimilis ſenſui. iſte enim motus impoſsibile eſt vt ſit extra ſenſum, aut ſit in carente ſenſu: & vt ſit illud, quod habet ipſum agens & patiens multas res: & erit verus & fal

fus. Et contingit hoc propter hoc, quod narrabo. Sensus rerum propriarum est verus, & fere non cadit in ipsum falsitas. Deinde post sensus rei, quem sequuntur ista & in hoc loco potest falsari. verbi gratia hoc esse album, in hoc enim non falsat: quoniam autem album est hoc, aut aliud falsatur D. tertius sensus, & est communium consequentium res, quas consequuntur propria, & sunt ea, quorum esse est proprior in eis. & dico motum & quantitatem, & sunt ea, quę contingunt sensibilibus. & in istis proprie cadit error. Sensus igitur, & motus, qui fiunt ab actu, differunt a sensu, & differt ab istis tribus modis sensus. primus igitur, quando sensus fuerit præsens, erit verus: & alius falsatur, siue fuerit præsens, siue absens, maxime quando sensibile fuerit remotum. Si igitur quod narrauimus, non est aliomodo quã diximus: et illud, quod narratum est, est imaginatio. Imaginatio igitur est motus a sensu qui est in actu. D E

161 Et necesse est, si imaginatio est motus a sensu in actu, vt iste motus, qui est imaginatio, sit similis sensui in eis, quę contingunt sensui, & ꝙ sit impossibile vt iste motus sit extra sensum, aut extra animalia: & sint ea, quę habent hanc virtutem ex animalibus, agentia per illam, & patientia multas res: & sit vera & falsa, sicut est de sensus, Deinde dicit. Et contingit hoc, &c. idest & contingit vt in imaginatione accidat verum & falsum, cum sit motus a sensu, qui est in actu ex hoc, quod narrabo de hoc, quod accidit in sensu. sensus enim quidam est verus in maiori parte, & est sensus, qui est rerum propriarum, verbi gratia hoc est album, aut nigrum: & quidam est falsus in maiori parte, & est duobus modis, sensus sensibilium accidentalium, verbi gratia ꝙ iste albus est Socrates vel Plato: & sensus sensibilium communium, verbi gratia quantitas & motus: quoniam in his duobus modis sensibilium cadit error. Et, cum ita sit, necesse est vt imaginationi accidat de hoc illud, quod accidit sensui, & plus. Primo autem, quia motus, qui fit in imaginatione a sensu, qui est in actu, differt a motu, qui est in sensu, a sensibilibus apud absentiam sensibilium. & propter hoc accidit falsitas in imaginatione. F Secundo vero, quia motus istorum trium modorum sensus ad virtutem imaginatiuam differunt abinuicem. Imaginatio autem, quæ est sensibilium propriorum, quando sensus comprehendit ea prius, omni modo est vera. imaginatio autem, quæ est aliorum modorum sensibilium, licet comprehendat ea, est falsa, cum sensus errat in eis. Deinde dixit. Sensus igitur, & motus, qui fiunt ab actu, differunt a sensu. idest, vt mihi videtur, comprehensio igitur, & motus, qui fit a sensu in actu, quę sunt imaginatio, differunt a sensu in actu in eo, quod inuenitur de veritate, & in sensu. Et intendebat per hoc ꝙ sensus est verus: &, cum sensibile absentauerit se, forte transmutabuntur illa signa remanentia ex eo in sensu. & hoc erat causa erroris virtutis imaginatiuæ. licet sensus fuerit verus. Deinde dicit & differt ab istis tribus, &c. idest & differt iste motus, qui fit ex tribus modis sensus in actu, scilicet qui fit in virtute imaginatiua ab istis tribus modis sensus. Motus igitur, qui fit a sensu, qui fit a primis sensibilibus proprijs, erit verus, quando sensus fuerit pręsens, idest quando sensus eorum in actu pręcedit imaginationem, Duo autem

Vide supra cõ. 134.

A alij motus, qui sunt a duobus alijs modis sensus in actu, qui fit a duobus alijs modis sensibilium, falsatur: licet sit presens sensus, & senserit illa ante imaginationem; & maxime, quando * tempus comprehensionis sensibilis a sensu fuerit remotum. Et, quia necesse est, si imaginatio est motus a sensu in actu, vt imaginatio sit similis sensui in omnibus dispositionibus, & vt sit possibile reddere causas omnium apparentium in ea per sensum: &, si fuerit similis sensui in omnibus dispositionibus, vt sit motus a sensu in actu. & apparet ꝙ est similis. & iam apparuit etiam ex hoc sermone quod causas omnium apparentium in ea possumus reddere secundum ꝙ est motus a sensu, & quod est impossibile reddere eas per aliam virtutem. Et tunc, quia necesse est hoc totum, congregauit omnia, quę dixit, & dedit conclusionem, quam intendebat, & dixit. Si igitur quod narrauimus, &c. idest si igitur hoc, quod narrauimus de hac parte animę, videtur esse, & omnia, quę contingunt in ea, non contingunt in ea, nisi secundum quod est motus a sensu, qui est in actu tantum, non per aliam virtutem animæ. sed, si posuerimus ipsam esse aliam virtutem virtutum animę comprehensiuarum, aut compositum ex pluribus vna earum, continget impossibile: vt declaratum est ex hoc sermone: illud autem, quod narrauimus, est illud, quod dicitur imaginatio in rei veritate: ergo imaginatio est motus a sensu, qui est in actu. Et debes scire ꝙ imaginatio videtur esse motus a sensu in actu per alterum duorum. Quorum vnum est ꝙ, cum fuerit positum ꝙ non est modus, quem possibile est dicere nisi modi prædicti, scilicet aut scientia, aut intellectus, aut existimatio, aut sensus, aut compositum ex eis, aut motus factus a sensu: & ex omnibus accidit impossibile, nisi ab eo ꝙ sit motus a sensu: ex hoc enim nullum accidit impossibile: necesse est vt imaginatio sit motus a sensu in actu. Secundum autem est ꝙ, cum fuerit positum ipsam esse cum sensibili & insensibili, & similem eis in omnibus suis dispositionibus, poterimus reddere causas omnium apparentium in ea ex hoc modo. vnde necesse est vt sit motus a sensu in actu. & Aristo. congregauit ambo, & conclusit ꝙ necesse est vt substantia imaginationis sit ista substantia. Et sic debemus intelligere sermonem Aristo. in hoc loco.

B

* a.l. locus
Epilogus commentatoris.

Epilogus ius ta literam.

Documentum.
Prima ratio.

Secunda ratio.

φάοϛ
φαντασια

C Quoniam autem visus maxime sensus est, & nomen a lumine accepit, quoniam sine lumine non est videre. Et, quoniam immanent, & similes sunt sensibus, multa secundum ipsas operantur animalia. alia quidem, quia non habent intellectum, vt bestiæ: alia vero, quia obruitur aliquando intellectus passione, aut ægritudine, aut somno, vt homines. De imaginatione igitur quid est, & propter quid est, dictum sit intantum.

Et, quia visus est proprie sensus, deriuatum fuit ei nomen a luce impossibile enim est videre sine luce. Et, quia sensationes figuntur in eo, & ipse est eodem modo, ideo animal agit per ipsum multa, quorum quedam sunt, quia non habent intellectũ, vt bruta: & quædam, quia forte intellectus in eo sincopizatur ab aliquo accidente, aut infirmitate, aut somno, vt homines. Hoc igitur sit finis nostri sermonis, quid est, & quare.

Et quia visus proprie est illud, quod dicitur sensus primo, cum est nobilissimum sensuum, & non perficitur nisi a luce, ideo nomen istius virtutis deriuatur a nomine lucis in lingua Græca. Deinde incœpit narrare vtilitatem istius virtutis in animalibus, scilicet causam finalem, & dixit. Et, quia sensationes figuntur in eo idest &, quia sensationes figuntur, & remanent in animali imaginanti post absentiam sensibilium in eo modo, secundum quem erat apud præsentiam sensibilium, ideo animal mouetur ab istis sensationibus per hanc virturem apud absentiam sensibilium multis motibus ad sensibilia & non sensibilia, quærendo vtile, & fugiendo nociuum, quemadmodum mouebatur per sensus a sensibilibus: ita q animal non caret vtilitate in presentia sensibilium apud absentiam eorum; sed ista virtus remanet in eo modo, secundum quem erat apud præsentiam sensibilium. & vniuersaliter vtilitas apud præsentiam sensibilium data est huic virtuti apud absentiam sensibilium, ita q animal per hoc habet esse nobilissimum in habendo salutem. Deinde dixit, quorum quædam sunt, quia non habent intellectum, &c. idest quędam animalia agunt per hanc virtutem, quia non habent intellectum, & habent istam virtutem loco intellectus in acquirēdo salutem: & quędam agunt per illam, quando intellectus fuerit sincopizatus ab infirmitate, aut alio, & sunt animalia habentia intellectus, vt homines, tunc enim est eis loco intellectus. Hic igitur est sermo de imaginatione, quid, & quare. & hęc duo naturaliter sunt desyderata.

A

ARISTOTELIS

DE ANIMA LIBER TERTIVS.

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

B In prima agitur de potentia Animæ intellectiua.
In ſecunda de potentia Animæ motiua.
In tertia, quæ Animæ potentiæ quibus animatis ſint neceſſariæ declaratur.

Summæ Primæ, Caput Primum. De intellectus poſsibilis eſſentia. Ipſius impaſsibilitatem non eſſe ſimilem ei, quæ ſenſus. Et quando intellectus hic in actu eſſe dicatur.

C

E parte autem animę, qua & cognoſcit anima & ſapit, ſiue ſeparabili exiſtente, ſiue non ſeparabili ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem, conſyderandum eſt quam habeat differentiam, & quomodo tãdem fiat ipſum intelligere.

De parte autem animę perſcrutandum eſt, per quam anima cognoſcit, & intelligit vtrum eſt pars differẽs, aut non differens in magnitudine, ſed in intentione. & perſcrutandum eſt differentia, quæ ſit & quomodo eſt formare per intellectum.

1 CVm compleuit ſermonem de virtute imaginatiua, quę ſit, & quare, incœpit perſcrutari de rationabili, & querere in quo differt ab alijs virtutibus comprehenſiuis, ſcilicet virtute ſenſus & imaginationis, & hoc in prima & vltima perfectione, & in actione & in paſsione propria: cum neceſſe eſt vt virtutes diuerſę diuerſentur in his

Intentio vñs.

Idem.2.huius cõ.52.

duobus. Et, cum in his duobus fuerint diuersę, manifestum est ꝙ necesse est vt diuersentur in qualitate actionis, si fuerint actiuę: aut passionis, si passiuę: aut in vtroque, si vtrunque. Et, quia intentio eius est talis, incępit primo demonstrare ꝙ esse istius virtutis, scilicet ipsam esse diuersam ab alijs virtutibus animæ, manifestum est per se: cum per hanc virtutem differat homo ab alijs animalibus, vt dictum est in multis locis, & ꝙ hoc, quod est dubium, vtrum differat ab alijs virtutibus in subiecto, sicut in intentione, aut tantum differat in intentione, non est necessarium ad pręsciendum in hac perscrutatione: sed forte ex hac perscrutatione declarabitur quomodo. Et dixit, De parte autem animę, &c. idest pars autem animę, qua comprehendimus comprehensione. quę dicitur cognoscere & intelligere, cum manifestum est esse diuersa ab alijs virtutibus, & ignorare primo vtrum differat ab alijs virtutibus animę subiecto, & intentione, vt Plato, & alij dicebant ꝙ subiectum istius virtutis in corpore aliud est a subiecto aliarum: aut non differt ab alijs in subiecto, sed tantum in intentione, non nocet in hac perscrutatione, quã intendimus, modo perscrutandum est de differentia, qua ista virtus differt ab alijs. Deinde dixit & quomodo est formare per intellectũ. idest & prius perscrutandum est quomodo est formare per intellectum, vtrum sit actio, aut receptio. scire enim actiones animę prius est apud nos quam scire eius substantiam. Et videtur ꝙ intendebat hic per cognitionem cognitionem speculatiuam: & per intellectum cognitionem operatiuam: cum intellectus sit communis omnibus, cognitio autem non. D

Intentio particularis.
Idem. 2. huius cõ.152.
Per virtutẽ rationalẽ differt hõ ab alijs animalibus consimile. 12. Met. cõ. 38. & . 10. Ethico. cap. 9.

E

Si igitur est ipsum intelligere sicut sentire, aut pati aliquid vti que erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale.

Dicamus igitur quod, si formare per intellectum est sicut sentire, aut patietur aliquo modo ab intellecto, aut aliud simile.

2. Cum narrauit ꝙ principium perscrutationis de substantia huius virtutis est perscrutari de genere huius actionis, quę est formare per intellectum, & scire genus quod pręcedit differentiam, incœpit primo dubitare in hoc vtrum formare per intellectum sit de virtutibus passiuis, sicut est sensus, aut de actiuis. Et, si est de passiuis: vtrum est passiuum propter hoc quod est materiale quoquo modo, & mixtum cum corpore, idest virtus in corpore, sicut sensus est passiuus: aut nullo modo est passiuum, quia non est materiale, neque mixtum cum corpore omnino, sed de intentione passionis tantum habet receptionem. Et dicit. Dicamus igitur ꝙ, si formare, &c. idest dicamus igitur ꝙ, si posuerimus ꝙ formare per intellectum est sicut sentire, scilicet ex virtutibus passiuis, adeo ꝙ prima virtus intellectiua recipiat intellecta, & comprehendat ea: quemadmodum virtus sentiens recipit sensibilia, & comprehendit ea: necesse est alterum duorum, aut vt accidat ei aliqua transmutatio, & passio ab intellecto similis transmutationi, quę accidit sensui a sensato, quia perfectio sensus est virtus in corpore: aut vt non accidat ei transmutatio similis transmutationi sensuum, & passioni eorum a sensato, quia prima perfectio intellectus non est virtus in corpore, immo non accidit ei omnino: Et hoc intendebat, cum dixit, aliud simile. idest aut non patiatur passione ęquali passioni sensus, scilicet non accidit ei transmutatio similis transmutationi, quæ accidit sensui: sed solum assimilatur sensui in receptione; quia non est in virtus in corpore. F

Continuatio.

Expõ lrę.

Impassi-

A Impaſsibilem ergo oportet eſſe, ſuſceptiuam autem formæ: & potentia huiuſmodi, ſed non hoc. & ſimiliter ſe habere, ſicut ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectum ad intelligibilia.

Oportet igitur vt ſit non paſsiuum, ſed recipit formam: & eſt in potentia. ſicut illud, non illud. & erit diſpoſitio eius ſecundum ſimilitudinem, ſicut* ſenſus apud ſenſibilia, ſic intellectus apud intelligibilia. *a.l. ſentiens.

Cum narrauit ꝙ primo neceſſe eſt perſcrutari de hac actione, quę eſt formare per intellectum, vtrum eſt paſsiua, aut actiua, incœpit ponere illud, quod vult declarare, ſcilicet ipſum eſſe de virtute paſsiua quoquo modo, & ꝙ eſt non traſmutabile, quia non eſt corpus, neque virtus in corpore. Et dixit. Oportet igitur vt ſit non paſsiuum, &c. ideſt &, cum bene fuerit perſcrutatum de hoc, apparebit ꝙ neceſſe eſt ꝙ iſta pars animę B per quam fit formare, eſt virtus non tranſmutabilis a forma, quam comprehendit, ſed non habet de intentione paſsionis, niſi hoc tantum, ꝙ recipit formam, quam comprehendit: & quia eſt in potentia illud, quod comprehendit, ſicut ſentiens: non quia eſt aliquid hoc in actu corpus, aut virtus in corpore, ſicut eſt ſentiens. Et hoc intendebat, cum dixit. & eſt in potentia, ſicut illud, non illud, ideſt & eſt in potentia ſicut ſenſus: non quia illa virtus eſt aliquid hoc, aut corpus, aut virtus in corpore. Deinde dicit. & erit diſpoſitio eius ſecundum ſimilitudinem, ſicut ſenſus apud ſenſibilia, &c. poteſt intelligi ſic. & neceſſe eſt vt ſit de virtutibus paſsiuis: ita ꝙ proportio ſenſus ad ſenſibilia ſit ſicut proportio intellectus ad intelligibilia. & ſecundum hoc in ordine ſermonis erit tranſpoſitio, & tunc debet legi ſic. oportet igitur vt diſpoſitio eius ſit ſecundum ſimilitudinem, ſicut ſenſus apud ſenſibilia, ſic intellectus apud intelligibilia: & vt ſit non paſsiuum paſsione, ſicut paſsione ſenſuum: ſed recipit formam, & eſt in potentia, ſicut illud, non illud. Et poteſt intelligi, & diſpoſitio eius erit ſecundum hunc modum, ſicut ſentiens apud ſenſibilia, ſic intellectus apud intelligibillia. ideſt ꝙ ponere ipſum non paſſiuum non contradicit huic, ꝙ proportio eius ad intellectum ſit ſicut proportio C ſentientis ad ſenſatum. ſed forte concedendo ipſum habere hanc proportionem, erit neceſſe vt ſit non tranſmutabile. Et coegit nos ad illam expoſitionem hoc, ꝙ intellectum habere hanc proportionem manifeſtum eſt per ſe, aut prope cum hoc ꝙ eſt quaſi principium ad ſciendum ipſum eſſe non paſsiuum neque tranſmutabile.

3 Continuatio. Expoſitio. Prima expõ. Secũda expõ. Ratio primæ expoſitionis.

Neceſſe itaque, quoniam omnia intelligit, immiſtum, eſſe, ſicut dicit Anaxagoras, vt* dominetur. hoc autem eſt, vt cognoſcat. nam alienum, iuxta apparens, prohibet, & obſtruit. *κρατῇ

Neceſſe eſt igitur, ſi intelligit omnia, vt ſit non mixtum, ſicut dixit Anaxagora, vt appareat, ſcilicet vt cognoſcat. ſi enim apparuerit in eo, apparens impediet alienum, quia eſt aliud.

Cum poſuit ꝙ intellectus materialis recipiens debet eſſe de genere virtutem paſsiuarum, & cum hoc non tranſmutantur apud receptionem.

quia neque est corpus, neque virtus in corpore, dedit demonstrationem super hoc, & dixit. Necesse est igitur, si intelligit, &c. idest necesse est, si comprehendit omnia existentia extra animam, vt ante comprehensionem sit nominatus ex hoc modo in genere virtutum passiuarum non acti uarum: & vt sit non mixtus cum corporibus, scilicet neque corpus, neque virtus in corpore naturalis, aut animalis, sicut dixit Anaxagoras. Deinde dixit vt cognoscat, &c. idest necesse esse vt sit non mixtus, vt comprehendat omnia, & recipiat ea. Si enim fuerit mixtus, tunc erit aut corpus, aut virtus in corpore. &, si fuerit alterum istorum, habebit formam propriam, quę forma impediet eum recipere aliquam formam alienam. Et hoc intendebat, cum dixit. si enim apparuerit in eo, &c. idest si enim habuerit formam propriam rerum, tunc illa forma impediet eum a recipiendo formas diuersas extraneas, quia sunt alię ab ea. Sed modo consyderandum est in his propositionibus, quibus Aristo. declarauit hęc duo de intellectu, scilicet ipsum esse in genere virtutum passiuarum. & ipsum esse non transmutabile: quia neque est corpus, neque virtus in corpore. nam hæc duo sunt principium omnium, quę dicuntur de intellectui. Et, sicut Plato dicit maximus sermo debet esse in principio, minimus enim error in principio est causa maximi erroris in fine, sicut dicit Aristo. Dicamus igitur quoniam, cum formare per intellectum est aliquo modo de virtutibus receptiuis, sicut est de virtute sensus, manifestum est ex hoc. Virtutes enim passiuæ sunt mobiles ab eo, cui attribuuntur actiuæ autem & mouent illud, cui attribuuntur. Et, quia res non mouet nisi secundum ꝙ est in actu, & mouetur secundum ꝙ est in potentia, necesse est inquantum rerum formę sunt in actu extra animam, vt moueant animam rationalem secundum ꝙ comprehendit eas: quemadmodum sensibilia inquantum sunt entia in actu, necesse est vt moueant sensus. idest vt sensus moueantur ab eis. Et ideo anima rationalis indiget consyderare intentiones, quę sunt in virtute imaginatiua, sicut sensus indiget inspicere sensibilia. Sed tamen videtur ꝙ formæ rerum extrinsecarum mouent hanc virtutem: ita ꝙ mens aufert eas a materiis, & facit eas primo intellecta, in actu, post quam erant intellecta in potentia. & hoc modo videtur ꝙ ista anima est actiua. non passiua. Secundum igitur ꝙ intellecta mouent eam, est passiua: & secundum ꝙ mouentur ab ea, est actiua. & ideo dicit Aristoteles post, ꝙ necesse est ponere in anima rationali has duas differentias, scilicet virtutem actionis, & virtutem passionis. & dicit aperte ꝙ vtraque pars eius est neque generabilis, neque corruptibilis, vt post apparebit. sed hic incępit notificare, substantiam virtutis passiuę, cum hoc sit necesse in doctrina. ex hoc igitur declaratur ꝙ hęc differentia, scilicet passionis, & receptionis existit in virtute rationali. Quod autem substantia recipiens has formas, necesse est vt non sit corpus, neque virtus in corpore, manifestum est ex propositionibus, quibus Aristoteles vsus est in hoc sermone. Quarum vna est, ꝙ ista substantia recipit omnes formas materiales. & hoc notum est de hoc intellectu. Secunda autem est, ꝙ omne recipiens aliquid necesse est vt sit denudatum a natura recepti: & vt sua substantia non sit substantia recepti in specie. Si enim recipiens esset de natura recepti, tunc res reciperet se, & tunc mouens esset motum. vnde necesse est vt sensus recipiens colorem careat colore: & recipiens sonum careat sono. & hæc propositio est * vera, & sine dubio. Et ex his duabus sequitur ꝙ ista substantia, quę dicitur intellectus materialis, nullam habeat in sui natura de formis materialibus istis. Et, quia formæ materiales sunt aut corpus, aut formæ in corpore, manifestum est ꝙ ista substantia, quæ dicitur intellectus

Margin notes: D; Digressio.; E; Primo Cę.tex. com.31.; Res nō mouet, nisi secundum, ꝙ est in actu. Idem. 1. Phys. 17.&.9. Meta. 20.; Obiectio.; Solutio. Infra tex. com.17.; F; Recipiens debet esse denudatum a natura recepti Idem. 2. de anima 67. &. 71. & 83. et 3. Cęli. 67.; * a.l. necessaria,

A materialis, non est corpus, neque forma in corpore: est igitur non mixtum cum materia omnino. Et debes scire ꝙ illud, quod dedit hoc, necessario est, quia ista substantia est, & quia recipiens formas rerum materialium vel materiales non habet in se formam materialem, s. *cōpositam ex materia & forma. Et neque est etiam aliqua forma formarum materialium. formę enim materiales non sunt separabiles. Neque est etiam ex formis primis simplicibus. illę enim non sunt separabiles, & non recipiunt formas, nisi diuersas, & secundum ꝙ sunt intellectę in potentia non in actu, est igitur aliud ens a forma, & a materia, & congregato ex eis. Vtrum autem hęc substantia habeat formam diuersam in esse a formis * materialibus, adhuc non declaratur ex hoc sermone. Propositio enim dicens quod recipiens debet esse denudatum a natura recepti, intelligitur a natura speciei illius recepti, non a natura sui generis, & maxime remoti, & maxime eius, quod dictum est per ęquiuocationem. Et ideo diximus ꝙ in sensu tactus inuenitur medium inter contraria, quę comprehendit. contraria enim alia sunt in specie a mediis. Et, cum talis est dispositio intellectus materialis scilicet ꝙ est vnum entium, & ꝙ potentia est abstracta, et non habet formam materialem, manifestum est ipsum esse non B passiuum: cum passiua scilicet transmutabilia sint formę materiales: & ꝙ est simplex, sicut dicit Aristo. & separabilis. & sic intelligitur natura intellectus materialis apud Ari. & post loquemur de eius dubijs.

Documentum.
*a.l. quod sit cōpositum.
*a.l. immaterialibus.
2. de Anima 118. 119.

*Quare neq; ipsius ulla est natura, nisi hæc, ꝙ possibilis. Qui igitur vocatur animæ intellectus: dico autem intellectum quo *inteligit & existimat anima nihil est actu eorum, quæ sunt, antequam intelligant.

*a.l. Ita vt neque ipsius vlla sit natura.
*cogitat.

Et sic nullam habet naturam nisi istam, scilicet ꝙ est possibilis. Illud igitur de anima, quod dicitur intellectus: & dico intellectũ illud, per quod distinguimus & cogitamus, non est in actu aliquod entium, antequam intelligat.

C Sic ergo nullam habet naturã, nisi hanc, scilicet quòd est quid possibile. Ipse igitur intellectus animæ vocatus: dico autem intellectum, quo anima intelligit (seu discurrit) & opinatur ipsa anima: nihil actu est ipsorum entium, antequam intelligat.

* a.l. Intelligibiles.
* adde seu facultatem.

Cum declarauit ꝙ intellectus materialis non habet aliquam formam materialium, incępit definire ipsum hoc modo, & dicit. Et sic nullam habet naturam secundm hoc, nisi naturam possibilitatis ad recipiendum formas *intellectas materiales. Et dicit. Et sic nullam habet naturam, &c. i. illud igitur ex anima quod dicitur intellectus materialis, nullam habet naturam, & essentiam, *qua constituatur secundum ꝙ est materialis, nisi naturam possibilitatis, cum denudetur ab omnibus materialibus, * & intelligibilibus.

Deinde dicit. & dico intellectum, &c. idest & intendo per intellectum hic virtutem animę. quę dicitur intellectus vere: non virtutem, quæ dicitur intellectus large *, scilicet virtutem imaginatiuam in lingua Greca: sed virtutem, qua distinguimus res speculatiuas, & cogitamus in rebus *operationis futuris. Deinde dicit non est in actu aliquod entium, antequam intelligat

* a.l. ipse consistat.
* adde formis.
* a.l. figuraliter
*a.l. factiuis seu practicis quę sunt faccẽde.
Quid per intellectum vid. infra. com. 20. & supra c. 2.

Digresio. Prima pars. Dña inter intellectum, & materiam primam. Correctium primum. Secundum corretium. * a.l. ß. * a.l. singulares * a.l. singulare * a.l. intelligibiles. * a.l. quas recipiunt. * a.l. retentio * a.l. retenta. Idem. 1. cap. d substantia orb. & .1. Physi. 69. Secunda pars. Themistii opinio de intellectus polis imortalitate ca. 34. * a.l. singulare indiuiduum. * a.l. vt supra * a.l. imixtum Intellectus non passiuus, & simplex 3. de Aia. 12. & 6. Intellectus separabilis 3. de A. 20. 1. de A. 31 65. & .2. de Aia. 21 12. Met. 17. ꝙ impassibilis ēt habes. 1. de Aī. 66. Vide hac in Themistio ca. 23. 24. 25. 26. 27. * a.l. Indenominatione intellectus, * a.l. facit. * a.l. ipsius artis. * a.l. adeptum.

telligat idest definitio igitur intellectus materialis est illud, quod est in potentia omnes intentiones formarum materialium vniuersalium, & non est in actu aliquod entium, antequam intelligat ipsum. D

Et, *cum ista est definitio intellectus materialis, manifestum est ꝙ differt apud ipsum a prima materia in hoc, ꝙ ille est in potentia omnes intentiones formarum vniuersalium materialium: prima autem materia est in potentia omnes istę formę sensibiles, non cognoscens, neque comprehendens. Et causa, propter quam ista natura est distinguens & cognoscens, prima autem materia neque cognoscens, neque distinguens est, quia prima materia recipit formas diuersas, scilicet indiuiduales, & * istas, iste autem recipit formas vniuersales. Et ex hoc apparet ꝙ ista natura non est aliquod *hoc, neque corpus, neque virtus in corpore. quoniam, si ita esset, tunc reciperet formas secundum ꝙ sunt diuersa, & * ista. &, si ita esset, tunc formę existentes in ipsa, essent * intellectę in potentia. & sic nō distingueret naturam formarum secundum ꝙ sunt formę: sicut est dispositio in formis indiuidualibus, siue spiritualibus, siue corporalibus. Et ideo necesse est vt ista natura, quę dicitur intellectus, recipiat formas modo alio ab eo, secundum quem istę materię recipiunt formas * receptionis: quarum * conclusio a materia est terminatio primę materię in eis. Et ideo E non est necesse vt sit de genere materierum istarū, in quibus prima est * inclusa, neque ipsa prima materia. quoniam, si ita esset, tunc receptio in eis esset eiusdem generis. diuersitas enim naturæ recepti facit diuersitatem naturę recipientis. Hoc igitur mouit Aristotelem ad imponendum hanc naturam, quę est alia a natura materię, & a natura formæ, & a natura congregati.

Et hoc idem induxit Theophrastum, & Themistium, & plures expositores ad opinandum ꝙ intellectus materialis est substantia, neque generabilis neque corruptibilis. omne enim generabile & corruptibile est *hoc. sed iam demonstratum est ꝙ iste non est *hoc, neque forma in corpore. Et induxit eos ad opinandum hoc, ꝙ ista est sententia Aristo. Ista enim intentio, scilicet ꝙ iste intellectus est talis, bene apparet intuentibus demonstrationem Aristote. & sua verba. De demonstratione autem secundum ꝙ exposuimus: de verbis vero, quia d. ipsum esse non passiuum, & dicit ipsum esse *separabile, & simplex. Hæc enim tria verba vsitantur * in eo ab Aristote. & non est rectum, immo est remotum vti aliquo eorum in doctrina demonstratiua de generabili & corruptibili. F

Sed, cum post viderunt Aristo. dicere ꝙ necesse est, si intellectus in potentia est, vt etiam intellectus in actu sit, scilicet agens, & est illud, quod extrahit illud, quod est in potentia, de potentia ad actum: & vt sit intellectus extractus de potentia in actū, & est ille, quem intellectus agens *ponit in intellectum materialem, secundum ꝙ artifex ponit formas artificiales in materia * artificii. Et cum post, hoc viderunt, opinati sunt ꝙ iste tertius intellectus, quem ponit intellectus agens in intellectum recipientem materialem, & est intellectus speculatiuus, necesse est vt sit ęternus. cum enim recipiens fuerit ęternum, & agens fuerit ęternum, necesse est * vt factum sit ęternum necessario.

Et, quia opinati sunt hoc, contigit vt in rei veritate non sit intellectus agens, neque factum: cum agens † & factum non intelligantur, nisi cū generatione, & tempore. Aut dicatur ꝙ dicere hoc agens, & hoc factum non est nisi secundum similitudinem. & ꝙ intellectus speculatiuus nihil aliud est, nisi perfectio intellectus materialis per intellectum agentem: ita ꝙ speculatiuus sit aliquod compositum ex intellectu materiali, & intellectu, qui est in actu. Et, quod * intellectu agens quandoque intelligit,

A quando fuerit cupulatus nobis, & quandoque nō intelligit, accidit ei propter mixtionē, scilicet propter mixtionem eius cum intellectu materiali. & *ꝙ ex hoc modo tantum fuit coactus Arist. ad ponendum intellectum materialem, non quia intelligibilia speculatiua sint generata & facta.

Et confirmauerunt *hoc per hoc, ꝙ propalauit Ari. ꝙ quando intellectus agēs existit in anima nobiscum, * videmur denudare vniuersaliter formas a materiis primo deinde intelligere eas. & denudare eas nihil aliud est nisi facere eas intellectas in actu, postquam erant in potentia, quemadmodum *comprehendere eas nihil aliud est quam recipere eas.

Et, cum viderunt hanc actionem, quę est creare * intellecta, & generare ea, esse reuersam ad nostram voluntatem, & augmentabilem in nobis secundum augmentationem intellectus, scilicet qui est in nobis, scilicet speculatiui: & iam fuit declaratum ꝙ intellectus, qui creat, & generat intelligibilia & intellecta, est intelligentia agens ideo dixerunt ꝙ intellectus, qui est in habitu, * & ipse intellectus. sed accidit debilitas quandoque, quandoque additio propter mixtionē. Hoc igitur mouit Theophrastum, & Themistium, & alios ad opinandum hoc de intellectu speculatiuo, & ad dicendum ꝙ hęc erat opinio Aristotelis.

B Et super hoc sunt quęstiones non paucę, Quarum prima est, ꝙ hęc positio contradicit huic, quod Arist. posuit, scilicet ꝙ proportio intellecti in actu ad intellectum materialem est sicut proportio sensati ad sentiens. Et contradicit veritati in se. Si enim *formare per intellectum esset ęternum, oporteret vt formatum per intellectum esset ęternum; quapropter necesse esset vt formę sensibiles essent * intellectę in actu extra animam, & non materiales omnino, & hoc est contra hoc, quod inuenitur in istis formis.

Et etiam Aristo. aperte dicit in hoc libro ꝙ proportio istius virtutis distinguentis rationalis ad intentiones * formarum imaginatarum est sicut proportio sensuum ad sensata & ideo anima nihil intelligit sine imaginatione. quemadmodum sensus nihil sentit sine pręsentia sensibilis. Si igitur intentiones, * quas intellectus * comprehendit ex virtutibus imaginatiuis, essent ęternę, tunc intentiones virtutum imaginatiuarum essent ęternę, &, si essent ęternę, tunc sensationes essent ęternę: sensationes enim sunt de hac virtute, sicut intentiones imaginabiles de virtute rationabili. &, si sensationes essent ęternę: tunc sensata essent ęterna: aut sensationes essent

C intentiones alię ab intentionibus rerum existentium extra animam in materia. impossibile enim est ponere eas easdē intentiones quandoq; ęternas, & quādoq; corruptibiles: nisi esset possibile ꝙ natura corruptibilis transmutaretur, & reuerteretur ęterna. Et ideo necese est, si istę intentiones, quę sunt in anima, fuerint generabilium & corroptibilium, vt illę etiam sint generabiles & corruptibiles. & in hoc fuit prolixus sermo in aliquo loco.

Hoc igitur est vnum impossibilium, quę videntur contradicere huic opinioni, scilicet huic quod posuimus, quod intellectus materialis est virtus non facta de nouo. Existimatur enim ꝙ impossibile est imaginari quomodo * intellecta erunt * facta, & * ista non erunt facta. quando enim agens fuerit ęternum, & patiens fuerit ęternum necesse vt factum sit ęternum. Et etiam, si posuerimus factum esse generatum: & est intellectus, qui est in habitu: quomodo possumus dicere * in eo ꝙ generat, & creat intellecta?

Et est secunda quęstio magis difficilis valde, & est quod, si intellectus materialis est prima pfectio hominis, vt declaratur in definitione animę: & intellectus speculatiuus est postrema perfectio: homo autem est genera-

† Agens, & factum non in eligūtur, nisi cū gnatione & tēpore. idem 8. Phy. 15. 2. ph. c. 74. & 4. ph. cō. 129.

Agēs, & factū in rebus ęternis est secundū similitudinē. con simile. 4. cœli. cō. 1. vide etiā ꝓ hoc. 12. Me. cō. 44. vide infra com. 36.

Vide pro hoc Themistiū. 3. d Aia. c. 30. & . 29

Impugnatio Themist. & Theophrasti

* a. l. Intellect⁹

* a. l. hac rōne.

* a. l. quod intellectus speculatiuus sic intellect⁹ in actu quia

* a. l. videtur.

* a. l. cognoscer

* a. l. intelligibilia.

* a. l. est ipsemet intellectus

* a. l. cōceptioque per intellectum fit.

* a. l. intelligibiles.

* a. l. cōceptus seu imagines.

* a. l. sensoriorū ad sensibilia.

* adde seu imagines.

* a. l. adspisitur

* a. l. intelligibilia.

* adde nouiter.

* a. l. iste intellectus materialis non erit nouiter factus.

& intellectus speculatiuus est postrema perfectio: homo autem est genera bilis & corruptibilis, vnus in numero per suam postremam perfectionem ab intellectu. necesse est vt ita sit per suam primam perfectionem scilicet ꝙ per postremam perfectionem de intellectis sum alius a re, & tu alius a me. Et si non, tu esses per esse mei, & ego per esse tui. & vniuersaliter homo esset ens, antequam esset. Et sic homo non esset generabilis & cor ruptibilis in eo ꝙ homo: sed, si fuerit, erit in eo ꝙ animal. Existimatur enim ꝙ quemadmodum necesse est ꝙ, si prima perfectio fuerit aliquid hoc, & numerabilis per numerationem indiuiduorum, vt postrema per fectio sit huiusmodi; ita etiam necesse est econuerso, scilicet ꝙ, si postre ma perfectio est numerata per numerationem indiuiduorum hominum, vt prima perfectio sit huiusmodi. D

Et alia multa *contingentia impossibilia huic positioni. Quoniam, si prima perfectio esset eadem omnium hominum, & non numerata per nu merationem eorum, contingeret ꝙ, cum ego acquirerem aliquod *intel lectum, vt tu etiam acquireres illud idem; & quando ego obliuiscerer ali quod *intellectum, vt etiam tu.* Et multa impossibilia essent cōtingen tia huic.* Existimatur enim ꝙ nulla differentia est inter vtranque posi tionem in hoc,* ꝙ contingit de impossibilibus, scilicet ex hoc, quod po nimus ꝙ postrema, & prima perfectio sunt huiusmodi scilicet non nume ratę per numerationem indiuiduorum. Et, cum nos finxerimus omnia ista impossibilia continget nobis ponere ꝙ prima perfectio est hęc intentio, scilicet *indiuidualis in materia numerata per numerationem indiuiduo rum hominis, & generabilis & corruptibilis. Et iam declaratum est ex demonstratione Aristo. prædicta ꝙ non est aliquid hoc, neq; corpus, neq; virtus in corpore. quomodo igitur possumus euadere ab hoc errore: aut qualis est via dissolutionis istius quęstionis? E

Alexand. autem sustentatur super hunc sermonem postremum, & dicit ꝙ magis conuenit naturalibus, scilicet sermonem concludentem, scilicet ꝙ intellectus materialis est virtus generata, ita ꝙ existimamus de eo ꝙ opinatur in eo, & in aliis virtutibus animę esse pręparationes factas in corpore per se a mixtione, & complexione. & dicit hoc * non esse im possibile, scilicet vt mixtione elementorum fiat tale esse nobile mira bile; licet * sit remotum a substantia elementorum propter maximam mi xtionem.

Et dat testimonium super hoc esse possibile, ex hoc, ꝙ apparet ꝙ cō positio, quę primo cecidit in elementis scilicet compositio quatuor quali tatum simplicium, cum hoc ꝙ est parua illa compositio, est causa maxi me diuersitatis in tantum, ꝙ vnum est ignis, & aliud est aer. F

Et, cum ita sit non est remotum vt per multitudinem compositionis, quę est in homine, & in animalibus, fiant illic virtutes diuersę in tantū a subiectis elementorum.

Et hoc aperte, & vniuersaliter propalauit in initio sui libri de Anima, & pręcepit vt consyderans de anima, primo debet pręscire mirabilia cō positionis corporis hominis. Et dixit etiam in tractatu, quem fecit de In tellectu secundum opinionem Aristot. ꝙ intellectus materialis est vir tus facta a complexione: & hęc sunt verba eius.

Cum igitur ex hoc corpore, quando fuerit mixtum aliqua mixtione ge nerabitur aliquid * ex vniuerso mixti, ita ꝙ sit aptum vt sit instrumen tum istius intellectus, qui est in hoc mixto, cum sic existit in omni corpo re, & istud instrumentum est etiam corpus, tunc dicetur esse intellectus in potentia: & est virtus facta a mixtione, quę cecidit in * corporibus, pręparata ad recipiendum intellectum, qui est in actu.

* a.l. singulare.
* a.l. Insurgūt Incommoda.
* a.l. Intelligibile.
* a.l. alicuius Intelligibilis
* adde illius nō eris memor.
* adde positiōi.
* a.l. circa Impossibilia que cōtra ipsas insurgunt.
* a.l. volumus euitare.
* a.l. quid singulare.
* a.l. litera .n. huiusmodi substantia valde di ster a substātia Elementorū tamē propter maximam mixtionem Elementarum nihil prohibet fieri posse.
Tertia pars digressionis Op. Alexand. vide pro ea etiā primo de Anima co. 88.
2. de Generatione. 16.
* a.l. ex vniuersa temperatura.
* a.l. In illis corporibus quę

A Et ista opinio in substantia intellectus materialis maxime distat a verbis Aristo. & ab eius demonstratione. A verbis autem, vbi dicit ꝙ intellectus materialis est separabilis, & ꝙ non habet instrumentum corporale, & ꝙ est simplex, & non patiens idest non transmutabilis, * & * vbi laudat Anaxagoram in hoc, quod dicit ꝙ est non mixtus cum corpore. A demonstratione vero, sicut scitum est in hoc, ꝙ scripsimus.

Alexan. aut exponit demonstrationem Aristo. a qua conclusit intellectum materialem esse non passiuum, neq; aliquid hoc, neq; corpus, neque virtutem in corpore, * ita ꝙ intendebat ipsam præparationem, nõ subiectum præparationis. Et ideo dicit in suo libro de Anima ꝙ intellectus materialis magis assimilatur præparationi, quę est in tabula non scripta, quam tabulæ præparatę: & dicit ꝙ ista præparatio potest dici vere ꝙ non est aliquid hoc, neque corpus, neque virtus in corpore, & ꝙ non est passiua.

Sed hoc, quod dicit Alexand. nihil est, hoc enim vere dicitur de omni præparatione, scilicet ꝙ neque est corpus, neque forma hęc in corpore. Quare igitur appropriauit Aristo. hoc præparationi, quę est in intellectu, inter alias præparationes, si non intendebat demonstrare nobis B substantiam præparati, sed substantiam præparationis? si possibile est dicere ꝙ præparatio est substantia, cum hoc, quod dicimus, ꝙ subiectum istius præparationis neque est corpus, neque virtus in corpore. & illud, quod conclusit demonstratio Aristot. alia intentio est ab ea, secundum quam dicitur quod præparatio neque est corpus, neque virtus in corpore.

Et hoc manifestum est ex demonstratione Aristo. propositio enim dicens ꝙ omne recipiens aliquid necesse est vt in eo * non existat in actu aliquid, ex natura recepti, manifesta est, ex eo ꝙ substantia, præparati, & natura eius quęrit habere hoc prędicatum, secundum ꝙ est præparatum præparatio enim non est recipiens * sed esse præparationis a recipiente est sicut accidentis proprii. & ideo, cum fuerit receptio, non erit præparatio, & remanebit recipiens. Et hoc manifestum est & intellectum ab omnibus expositoribus ex demonstratione Arist.

Aliquid enim esse non corpus. neq; virtutem in corpore dicitur quatuor modis diuersis. Quorum vnus est subiectum * intellectorum, & est intellectus materialis, C cuius esse demonstratũ est * ꝙ sit. Secundus est ipsa præparatio existens in materiis. & est propinquus modo, secundũ quem dicitur ꝙ priuatio simpliciter neq; est corpus, neq; virtus in corpore. Tertius autem est prima materia, cuius etiam esse demonstratum est. Quartus est formę abstractę: quarum esse est etiam demonstratum. & omnia ista sunt diuersa.

Et induxit Alex. ad hanc expositionem remotam manifesti erroris fugere scilicet a quæstionibus prędictis. Et etiam videmus Alex. sustentari in hoc, ꝙ prima perfectio intellectus debet esse virtus generata super vniuersales sermones dictos in definitione animæ scilicet quia est prima perfectio corporis naturalis organici. Et dicit ꝙ ista definitio est vera de omnibus partibus animę eadẽ * intentione. & dat rationem super hoc, quoniam dicere ꝙ omnes partes animę sunt formę, est vniuocum, aut prope: &, quia forma, in eo quod est finis habentis formam impossibile est vt separetur, necesse est, cum primę perfe-

*a.l. ipsorũ Intelligibilium.
* a.l. qualis
* a.l. quod ipse Alex. videtur posse se tueri, per id quod dicitur ꝙ actus primus ipsius Intellectus debet esse virtus genita & noviter orta iuxta illa que vniuersaliter indifini tione anima dicta sunt.
Forma est finis habentis formã. Idem. 4. cę lt. 2 ;.

sunt parata.
* a.l. passibilis
* a.l. Ibi
* a.l. intendit de essentia pronitudinis & aptitudinis non subiectũ illius.
Impu. Ale. In. 2. de Anima 21 3. de Anima 19 20. 1. de Anima 31. 65. 2. de Anima. 11 12. Met. 17.
* t.c. 4.
Euasio Alexã. in exponendo demonstrationem Philosophi 1 t.cõ. 4. ca. 26. de itellectu practico, & speculatiuo.
Secunda ratio. Adde & essentia ipsius rei apte.
* a.l. sed natura ipsius aptitudinis se habet ad ipsum recipiẽs velut accidens proprium.
* a.l. ratione.
* a.l. videtur vt possit reperiri in ipsa anima in vniuersali vna pars que possit dici iustus seu profectio, vario modo ab eo, quo dicitur actus vel profectio dereliquis partibus.
Cã erroris Alexan. Fundamẽtũ Alex. in suo lib. de Aia ca. 5 2 de Aia 1. c. 7

Responsio ad vnum motiuũ Alex.2.de Anima t.c.11.

ctiones animæ sint formę ꝙ nõ sepãrentur. & per hoc destruit vt in primis perfectionibus animę sit perfectio separata: sicut dicitur de nauta cũ naue *aut uniuersaliter erit in ea aliqua pars, que dicitur perfectio intentione diuersa ab intentione, quę dicitur in aliis. Et hoc quod ipse fingit, ꝙ manifestum est de sermonibus vniuersalibus in anima, manifeste dicit Ar-sto. ꝙ non est manifestum in omnibus partibus animę. dicere enim formam, & primam perfectionem est dicere ęquiuoce de anima rationali, & de aliis partibus animę. D

* a.l. Intelligibiles.
*a.l. ũ subiectũ ipsorum intelligibilium.
* adde sicut

Quarta pars digressionis Op. Auenpa. & Abubacher. Vide pro illo 2. de Anima c. 121, & hic in princ. istius cõ. Contra Ale. Prime pręparationes ad intellecta & ad al's postremas per Ari. sde vide fe ctiones de anima sunt a motore extrinsecus scdm oppositũ 7. Meta. ca.31. contra. The.e Aui. ponentes animas produci a motore extrinseco.

Abubacher autem, & Auempace videtur intendere in manifesto sui sermonis, ꝙ intellectus materialis est virtus imaginatiua, secundum ꝙ est preparata ad hoc, ꝙ intentiones, quę sunt in ea, sint intellectæ in actu: & ꝙ nõ est alia virtus substantia * intellectus, præter istam virtutem. Abubacher autem videtur intendere istud, fugiendo impossibilia contingentia Alex. s. ꝙ subiectum recipiens formas intellectas est corpus factum ab elementis, aut virtus in corpore quoniam, si ita fuerit, continget aut vt esse formarũ in anima sit * esse earum extra animam, & sic anima erit non comprehensiua: aut vt intellectus habeat instrumentum corporale si * subiectum ad intellecta sit virtus in corpore, sicut est de sensibus. E

Vide contra Zim.
*O p. Arist. require super hoc in 2. de Generatione animaliũ co.3.
†Prio Ph. 2. te.c.6. vsque ad. 42. 2. ph. 75. vide idem contra Alexã. 1. de Ai.83.
Impu. opinionis Auempa.

Et magis inopinabile de opinione Alexand. est hoc, quod dixit ꝙ primæ pręparationes ad intellecta, & ad alias postremas perfectiones de anima sunt res factæ a complexione, non virtutes factę a motore extrinseco, vt est famosum ex opinione Aristo. & omnium Peripaticorum. Ista enim opinio in virtutibus animę comprehensiuis, si est secundum ꝙ nos intellexerimus, est falsa a substantia enim elementorum, & a natura eorum non potest fieri virtus distinguens, aut comprehensiua. quoniam, si esset possibile vt a natura eorum, & sine extrinseco motore fierent tales virtutes, tunc esset possibile vt postrema perfectio, quę est * in lecta, esset aliquod factum a substantia eorum elementorum, vt color, & sapor fiunt. Et ista opinio est similis† opinioni negantium causas agentes, & non concedentium nisi causas materiales tantum, & sunt illi, qui dicunt casum. Sed Alexan. est maioris nobilitatis, quam vt credat hoc sed quęstiones, quę opponebantur ei de intellectu materiali, coegerunt ipsum ad hoc. F

a.l. ipse intellectio.

Reuertamur igitur ad dictum nostrum, & dicamus ꝙ forte istæ quæstiones sunt, quæ induxerunt Auempace ad hoc dicendum in intellectu materiali. Sed ꝙ accidit ei impossibile manifestum est. Intentiones enim imaginatę sunt mouentes intellectum, non motę. Declaratur enim ꝙ sunt illud, cuius proportio ad virtutem distinctiuam rationabilem, est sicut proportio * sensati ad sentiens, non sicut sentientis ad habitũ, qui est sensus. Et, si esset recipiens* intellecta, tunc res reciperet se, & mouẽs esset,* motum, Et iam declaratum est ꝙ intellectus materialis impossibile est vt habeat formam in actu: cum substantia, & natura eius est vt recipiat formas, secundum ꝙ sunt formæ.

a.l. rei sensibilis.
a.l. intelligibilia.
a.l. ipsum motũ

Digressionis pars quinta. Prima qõ. Secunda qõ. Tertia qõ.

Et, cum hęc omnia, quæ possunt dici in natura intellectus materialis, videntur impossibilia, præter hoc, quod dicit Aristo. cui etiam contingunt questiones non paucę. Quarum vna est, ꝙ intellecta speculatiua sunt ęterna. Secunda autem est fortissima earum, ꝙ postrema perfectio in homine sit numerata per numerationem indiuiduorum hominis: & prima

A perfectio sit vna numero in omnibus. Tertia autem est quęstio Theophrasti: & est φ ponere φ iste intellectus nullam habet formam necessarium est: & ponere etiam ipsum esse aliquod ens necessarium est. & si nō, * non esset receptio, neque pręparatio. Pręparatio enim est receptio ex hoc, φ non inuenitur in subiecto, & , cum est aliquod ens, & non habeat naturam formę, remanet vt habeat naturam primæ materię: quod est valde inopinabile, prima enim materia, neque est comprehensiua, neque distinctiua. Et *quomodo dicitur in aliquo, cuius esse sit tale, quod est abstractum.

Et, cum omnia ista sint, ideo visum est mihi scribere quod videtur mihi in hoc. & , si hoc, quod apparet mihi, non fuerit completum, erit principium complementi. Et tunc rogo fratres videntes hoc scriptum scribere suas dubitationes. & forte per illud inuenietur verum in hoc, si nondum inueni, & , si inueni, vt fingo, tunc declarabitur per illas quęstiones, veritas enim vt dicit Aristo. conuenit, & testatur sibi omni modo.

Quęstio autem dicens, quomodo intellecta speculatiua erunt generabilia & corruptibilia, & agens ea & recipiens erit ęternum: & quę est in digentia ad ponendum intellectum agentem & recipientem, si non est illic aliquod generatum, illa quęstio non contingeret, si non * esset hoc aliquid, quod est causa esse intellecta, speculatiua generata. Modo autem, quia ista intellecta constituuntur per duo, quorum vnum, est generatum, & aliud non generatum, quod dictum fuit in hoc, est secundum cursum naturalem: quoniam, quia formare per intellectum, sicut dicit Aristo. est sicut * comprehendere per sensum: comprehendere autem per sensum. perficitur per duo subiecta: Quorum vnum est subiectum, per quod sensus fit verus, & est * sensatum extra animam: Aliud autem est subiectum, per quod sensus est forma existens, & est prima perfectio sentientis: necesse est etiam vt intellecta in actu habeant duo subiecta: Quorum vnum est subiectum, per quod sunt vera, scilicet formę, quę sunt imagines verę: Secundum autem est illud, per quod intellecta sunt vnum entium in mundo, & illud est intellectus materialis. Nulla enim est differentia in hoc inter sensum & intellectum, nisi quia subiectum sensus, per quod est verus, est extra animam: & subiectum intellectus, per quod est verus, est intra animam. & hoc dictum est ab Aristo. in hoc intellectu, vt videbitur post.

C Et hoc subiectum * in intellectu, quod est motor illius, quoquo modo est illud, quod reputauit Auempace esse recipiens. quia inuenit ipsum quādoque * intellectum in potentia, & quandoque intellectum in actu. & ista est dispositio subiecti recipientis, & existimauit * conuersionem. Et ista proportionalitas magis inuenitur perfecta inter subiectum visus, quod mouet ipsum, & inter subiectum intellectus, quod mouet ipsum, Quemadmodum enim subiectum visus mouens ipsum, quod est color, non mouet ipsum, nisi quando per pręsentiam lucis efficitur color in actu, postquam erat in potentia, ita intentiones imaginatę non mouent intellectum materialem, nisi quando efficiuntur intellecta in actu, postquam erant in potentia. Et propter hoc fuit necesse Aristo. ponere intellectum agentē, vt videbitur post: & est extrahens has intentiones de potentia in actu. Et quemadmodum color, qui est in potentia, non est prima perfectio coloris, qui est intentio * comprehensa, sed subiectum, quod perficitur per istum colorem, est visus, ita etiam subiectum, quod perficitur per intellectum, non est intentiones imaginatę, quę sunt intellectę in potentia, sed intellectus materialis, qui perficitur per intellecta: & est eius proportio ad ea sicut proportio intentionis coloris ad virtutem visibilem.

*a.l. nulla est sei aptitudo neque pręparatio
*a.l. quo pacto quō ea res quę ita se hic ... nominantes separata vel abstracte.
2. Met. te. cō. 2. 1. Eth. cap. 10. Solo primę quęstionis. 8. phy. 15.
*a.l. daretur aliquid aliud φ sit causa ob quam ipsa intelligibilia speculatiua sint genita aliquo modo.
*a.l. apprēdere
*a.l. sensibile. 2. de Anima. 60
Infra. t. cō. 39.
*a.l. ipsius intellectus.
*a.l. intelligibile.
*a.l. id posse cōuerti.
*adde & imago seu phantasma ipsius sensibilis.

Solutio primę questionis.

Et, cum omnia ista sint, sicut narrauimus, non contingit vt ista intellecta, quę sunt in actu scilicet speculatiua, sint generabilia, & corruptibilia, nisi propter subiectum, per quod sunt vera, non propter subiectū, per quod sunt vnum entium, scilicet intellectum materialem. D

Secūde questionis examinatio
*a.l. ipsa Intelligibilia.
Primo probat intellectū esse vnicum.
*a.l. Indiuiduū singulare,

Quęstio autem, secunda, dicens quomodo intellectus materialis est vnus in numero in omnibus indiuiduis hominum, non generabilis neque corruptibilis. * & intellecta existentia in eo in actu, & est intellectus speculatiuus, sunt numerata per numerationem indiuiduorum hominum generabilium & corruptibilium per generationem & corruptionem indiuiduorum, hęc quidem quæstio valde est difficilis. & maximam habet ambiguitatem.

*a.l. aliquid Indiuiduum, tunc erit conceptus seu intentio intelligibilis in potentia
Secūdo probat ipsum esse non vnicum.

Si enim posuerimus ꝙ iste intellectus materialis est numeratus per numerationem indiuiduorum hominum, continget vt sit aliquid * hoc, aut corpus, aut virtus in corpore. Et, cum fuerit * aliquid hoc, erit intentio intellecta in potentia. intentio autem intellecta in potentia est subiectum mouens intellectum recipientem, non subiectum motum. Si igitur subiectum recipiēs fuerit positum esse aliquid hoc, * continget vt res recipiet seipsam, vt diximus. quod est impossibile.

*a.l. singulare
*a.l. quatenus diuisibilis
*a.l. natura indiuidualis.

Et etiam, si concesserimus ipsam recipere seipsam, contingeret vt reciperet se * vt diuisa. & sic erit virtus intellectus eadem cum virtute sensus: aut nulla differentia erit inter esse formę extra animam, & in anima. hæc enim * materia indiuidua is non recipit formas nisi has & indiuiduales. & hoc est vnum eorum, quę attestantur Aristot. opinari ꝙ iste intellectus non est intentio indiuidualis. E

*a.l. adipiscitur aliquod intelligibile oportebit vt illud met intelligibile obtineatur ei a cūctis indiuiduis.
*a.l. Intelligibile.
*a.l. intelligibile.

Et si posuerimus ꝙ non numeratur per numerationem indiuiduorum, continget vt proportio eius ad indiuidua existentia in sua perfectione postrema in generatione sit eadem, vnde necesse est, si aliquod istorum indiuiduorum * acquisierit rem aliquam intellectam, vt illa acquiratur ab omnibus illorum. Quoniam, si continuatio illorum indiuiduorum est propter continuationem intellectus materialis cum eis, quemadmodum continuatio hominis cum intentione sensibili est propter continuationem primę perfectionis sensus cum eo, qui est recipiens intentionem sensibilem continuatio autem intellectus materialis cum omnibus hominibus existētibus in actu in aliquo tempore in perfectione eorum postrema debet esse eadem continuatio. nihil enim facit alietatem proportionis continuationis inter hęc duo continua. quare, si hoc ita est, necesse est, cum tu acquisieris aliquod intellectum, vt ego etiam acquiram illud * intellectum. quod est impossibile. F

Excludit tacitā respōsionē.
*a.l. esse subiectum.
*a.l. copulatur
Alia rō ad idē.

Et indifferenter, siue posueris ꝙ postrema perfectio generata in vnoquoque indiuiduo * subiecta isti intellectui, scilicet per quam intellectus materialis copulatur, & est ex ea quasi forma separabilis a subiecto suo, cum quo * continuatur, si aliquid est tale: & siue posueris eam perfectionem esse virtutem virtutum animæ, aut virtutum corporis, idem est in sequendo impossibile.

Oppositum. 2. cęli cō. 55. vbi dicitur corpora cęlestia esse eiusdem speciei. 1. cę. 2. te. c. 92. vsque ad. 95 & 12. Me. te. c. 92. Vide cō tradi. Zim:

Et ideo opinandum est ꝙ, si sunt aliqua animata, quorum prima perfectio est substantia separata a suis subiectis, vt existimatur de corporibus cœlestibus, ꝙ impossibile est vt inueniatur ex vna specie eorum plus vno indiuiduo. quoniam, si ex eis, scilicet ex eadem specie inueniretur plusquam vnum indiuiduum, verbi gratia de corpore moto ab eodem motore, tunc esse eorum esset ociosum, & superfluum. cum motus eorum esset propter eandem intentionem in numero verbi gratia ꝙ esse plus vna naui in numero vni nautę in eadem hora est ociosum. & similiter *esse plus vno instrumento in

*a.l. plura instrumenta.

A numero vni artifici eiusdem specie instrumentorum est ociosum.

Et hęc est intentio eius, quod fuit dictum in primo de Cœlo, & Mundo, scilicet ꝙ, si esset alius mundus, esset aliud corpus cœleste, &, si esset aliud corpus, haberet alium motorem in numero a motore istius corporis, &, si hoc esset, tunc motor corporis cœlestis esset materialis numeratus per numerationem corporum cœlestium, scilicet ꝙ impossibile est ꝙ vnicus motor in numero sit duorum corporum diuersorum in numero. & ideo artifex non vtitur plus vno instrumento, cum ab eo non proueniat nisi vna actio. Et vniuersaliter existimatur ꝙ impossibilia, contingentia huic positioni, contingunt huic, quod ponimus, ꝙ intellectus, qui est in habitu, est vnus in numero. & iam numerauit plura eorum Auempace in epistola sua, quam appellauit Continuationem intellectus cum homine. Et cum ita sit qualis igitur est via ad dissoluendum istam quæstionem difficilem.

Soluo secundę quęstionis.

Dicamus igitur, ꝙ manifestum est ꝙ homo non est intelligens in actu, nisi * propter continuationem * intellectus cum eo in actu. Et est etiam manifestum ꝙ materia, & forma copulantur adinuicem, ita ꝙ congregatum ex eis sit vnicum: & maxime intellectus materialis, & intentio * intellecta in actu †. quod enim componitur ex eis non est aliquod tertium aliud ab eis: sicut est de alijs compositis ex materia & forma. Continuatio igitur * intellecti cum homine impossibile est vt sit nisi per continuationem alterius istarum duarum partium cum eo, scilicet partis, quę * est de eo quasi materia, & partis, quę est de ipso, scilicet de intellectu quasi forma.

B

Ex intellectu materiali, & intentione intellecta i actu fit maxime vnũ. qđ. .n. componitur ex eis nõ est aliquod tertiũ aliud ab eis. Sed vide oppositũ. 12. Met. 51. ca. vbi d. ꝙ intelligere qđ fit ex ĩtelligibili & intellectu distinctum est ab itellectu. Vide cõtradic. Zim.

* a.l. pp̃ea qđ copulatur cum eo intellectus ĩ actu.

† Ex hoc sumi solet cõpositum dicere tertiã entitatem a partibus distinctam. vide consile. 7. Met. 26. 27. &. 60. cõ. &. 1. de aia. 77. Sed vide oppositũ primo Ph. 17 &. 4. Ph. 43. Vide contra. Zim.

* a.l. intelligibilis.

Et, cum declaratum est ex prędictis dubitationibus ꝙ impossibile est vt intellectus copuletur cum * unoquoque hominum, & numeretur per numerationem eorum per partem, quę est de eo quasi materia, scilicet intellectum materialem, remanet vt * continuatio intellectorum cum nobis hominibus sit per continuationem * intentionis intellectę cum nobis, & sunt intentiones imaginatę. scilicet partis, quę est in nobis de eis aliquo modo quasi forma. Et ideo dicere puerum esse intelligentem in potentia potest intelligi duobus modis. Quorum vnus est, ꝙ formę imaginatę, quę sunt in eo, sunt * intellectę in potentia. Secundus autem, ꝙ intellectus materialis, qui innatus est recipere * intellectum illius formę imaginatę, est recipiens in potentia, & continuatus cum nobis in potentia.

C

Perfectio in virtutibus aię dicitur ęquiuoce. Idem supra. in hoc. cõ. contra Alex. & 2. de Aia. 7. 21. & 30. cõmen.

* a.l. intellectus

* a.l. que se habet ad eum.

* a.l. omnibus diuiduis.

* a.l. copuletur ipse intellectus cum nobis omnibus hominibus.

* a.l. conceptuum seu intentionum intelligibilium.

* a.l. intelligibiles.

* a.l. intelligibile.

Declaratum est igitur ꝙ prima perfectio intellectus differt a primis perfectionibus aliarum virtutum animę: & ꝙ hoc nomen perfectio dicitur de eis modo ęquiuoco, econtrario ei quod existimauit Ale. * Et ideo dicit Arist. in definitione animę ꝙ est perfectio prima corporis naturalis organici: quod nondum est manifestum vtrum per omnes virtutes perficiatur corpus eodem modo, aut est ex eis aliqua, per quam corpus non perficitur. &, si perficiatur, erit alio modo.

* a.l. uario modo & diuerso.

* Pręparatio autem, quę est in virtute imaginatiua * intellectorum, similis est pręparationibus, quę sunt in alijs virtutibus animæ, scilicet perfectionibus primis aliarum virtutum animæ, secundum hoc ꝙ vtraque pręparatio generatur per generationem indiuidui, & corrumpitur per corruptionem eius, & vniuersaliter numeratur per numerationem eius.

* a.l. aptitudo.

* a.l. ipsorum intelligibilium.

Et differunt in hoc, ꝙ illa est præparatio in motore vt sit motor, scili- D
cet præparatio, quæ est in intentionibus imaginatis. Secunda autem est præparatio in recipiente: & est præparatio, quæ est in primis perfectionibus aliarum partium animæ.

Et propter hanc similitudinem inter has duas præparationes existimauit Auenpace ꝙ nulla est præparatio ad * rem intellectam fiendam, nisi præparatio existens in intentionibus imaginatis. Et hæ duæ præparationes differunt sicut terra a cœlo, vna enim præparatio est in motore vt sit motor, alia autem est præparatio in moto vt sit motum, & recipiens.

Et ideo opinandum est ꝙ iam apparuit nobis ex sermone Aristo ꝙ in anima sunt duæ partes intellectus, quarum vna est recipiens: cuius esse declaratum est hic, alia autem est agens: & est illud, quod facit intentiones quæ sunt in virtute imaginatiua, esse mouentes intellectum materialem in actu, postquam erant mouentes in potentia: vt post apparebit ex sermone Aristote. & ꝙ hæ duæ partes sunt non generabiles neque corruptibiles: & † ꝙ * agens est de recipiente quasi forma de materia vt post declarabitur.

Et ideo * opinatus est Themistius ꝙ nos sumus intellectus agens, & ꝙ intellectus speculatiuus nihil est aliud nisi continuatio intellectus agentis cum intellectu materiali tantum. Et non est, sicut existimauit. sed opinandum est ꝙ in anima sunt tres partes intellectus. Quarum vna est intellectus recipiens. Secunda autem est efficiens. Tertia autem factũ. Et duæ istarum trium sunt æternæ, scilicet agens, & recipiens: tertia autem est generabilis & corruptibilis vno modo, æterna autem alio modo. E

Quoniam, quia opinati sumus ex hoc sermone ꝙ intellectus materialis est vnicus omnibus hominibus: & etiam ex hoc sumus opinati ꝙ species humana est æterna, vt declaratum est in aliis locis: necesse est vt intellectus materialis non sit denudatus a principiis * naturalibus communibus toti speciei humanæ, scilicet primis propositionibus & * formationibus singularibus communibus omnibus. hæc enim intellecta sunt vnica * secundum recipiens, & multa secundum * intentionem receptam.

Secundum igitur modum, secundum quem sunt vnica, necessario sunt æterna: cum esse non fugiat a subiecto recepto, scilicet motore, qui est intentio formarum imaginatarum: nec est illic impediens ex parte recipientis. Generatio igitur & corruptio non est ei, nisi propter * multitudinem contingentem eis, non propter modum, secundum quem sunt vnica. F
Et ideo, cum in respectu alicuius indiuidui fuerit corruptum aliquod * intellectum primum intellectorum per corruptionem sui subiecti, per quod est copulatum cum nobis, & verum, necesse est vt illud intellectum non sit corruptibile simpliciter, sed corruptibile in respectu * vniuscuiusque indiuidui. Et ex hoc modo possemus dicere ꝙ intellectus speculatiuus est vnus in omnibus.

Et cum consyderatum fuerit de istis * intellectis, secundum ꝙ sunt entia simpliciter, non in respectu alicuius indiuidui, vere dicuntur esse æterna: & ꝙ non intelliguntur quandoque, & quandoque non, sed semper: & * ꝙ illud esse est eis medium inter esse amissum, & esse remanens, secundum enim multitudinem & diminutionẽ contingentem eis a postrema perfectione sunt generabilia & corruptibilia: & secundum que sunt vnica in numero, sunt æterna.

Hoc autem erit, * si non fuerit positum quòd dispositio in postrema perfectione in homine est sicut dispositio in intellectis communibus omnibus, scilicet ꝙ esse mundi non denudatur a tali indiuiduo esse. Hoc enim

*a.l. hoc vt aliquid fiat intelligibile.
† Cõtradcõ. hic & 12. Me. c. 17 qa hic d. intellectũ possibilẽ esse materiã intellectus agẽtis, s; ibi dicit ipsum non esse materiã sed locum. Vide cõr. 2im.
* Op. The. 5. de Aĩa c. 27. 28 & 29.
* a.l. rõ ipsius agentis ad recipiens, est velut rõ ipsius formæ ad materiã add seu adeptũ. 2. d Aĩa cõ. 34. & 8. Ph. 46. & 2. de generatione. 59.
* a.l. natura notis.
* a.l. illis conceptibus particularibus.
* a.l. ratione recipientis.
* a.l. ratione cõceptus recepti.
* a.l. pluralitatem.
* a.l. primorũ intelligibilium.
* a.l. & est,
* a.l. alicuius.
* a.l. intelligibilibus.
* a.l. viden. habere quodã esse mediũ interesse pfectuum & cadocum.
* a.l. sicut se hñt intelligibilia illa q̃ sunt cõia cunctis.

A enim impossibile non est manifestum. immo dicens hoc potest habere rationem, & causam sufficientem, & facientem animam quiescentem. quoniam cum * sapientia, & esse in aliquo modo proprium hominum est, sicut * modus artificiorum esse in modis propriis hominum, existimatur ꝙ impossibile est vt tota habitatio fugiat a Philosophia: sicut opinandum est ꝙ impossibile est vt fugiat ab * artificiis naturalibus. Si enim aliqua pars eius caruerit eis, scilicet artificiis, verbi gratia quarta terræ septentrionalis, non carebunt eis aliæ quartę. hoc enim declaratum est, ꝙ habitatio est possibilis in parte meridionali, sicut in septentrionali.

Forte igitur Philosophia inuenitur perfecta in maiori parte subiecti in omni tempore, sicut homo inuenitur ab homine, & equus ab equo. Intellectus igitur speculatiuus est non generabilis neque corruptibilis secundum hunc modum.

Et vniuersaliter ita est de intellectu agente * creante intellecta, sicut de intellectu distinguēte & recipiēte. quēadmodū.n. intellectus agens nunquam quiescit a generando & creando simpliciter, licet ab hac, scilicet generatione euacuatur aliquod subiectum, ita est de intellectu distinguente.

B Et hoc innuit Aristote. in primo istius libri, cum dicit. * Et formare per intellectum, & consyderare sunt diuersa; ita ꝙ intus corrumpatur aliquid aliud, ipsum autem in se nullam habet corruptionem. Et intendit per aliquid aliud formas imaginatas humanas. & intendit per formare per intellectum receptionem, quę est semper in intellectu materiali, de qua intendebat dubitare in * hoc tractatu, & in illo; cum dicit. Et non sumus memores, quia iste est non passiuus. intellectus autem, passiuus est corruptibilis, & absque hoc nihil intelligit.

Et intendit per intellectum passiuum virtutem imaginatiuam, vt post declarabitur. Et vniuersaliter ista intentio * apparuit a remotis, s. animā esse immortalem, s. intellectū speculatiuum.

Vnde Plato dicit ꝙ vniuersalia sunt neque generabilia neque corruptibilia, & ꝙ sunt existentia extra mentem. Et est sermo verus ex hoc modo, & falsus secundum ꝙ sonant verba eius: & est modus, quem Aristote. laborauit destruere in Metaphysica. Et vniuersaliter ista * intentio animæ est * pars vera in propositionibus probabilibus, quæ dant animam esse vtrumque, scilicet mortalem, & non mortalem, probabilia enim impossibile est vt sint falsa secundum totum. Et hoc apologizauerunt Antiqui: & in * representatione illis conueniunt omnes leges.

C Tertia autem quæstio, quę est quomodo intellectus materialis est aliquod ens, & non est aliqua formarum materialium, neque etiam prima materia, sic dissoluitur. Opinandum est enim ꝙ istud est quartum genus esse, quemadmodum enim sensibile esse diuiditur in formam, & materiam, sic intelligibile esse oportet diuidi in consimilia his duobus, scilicet in aliquod simile formæ, & in aliquod simile materię. Et hoc necesse * est in omni intelligentia abstracta, quę intelligit aliud * & si non, non esset multitudo in formis abstractis. & ideo declaratum est in prima Philosophia, ꝙ nulla est forma liberata a potētia simpliciter, nisi prima forma, quę nihil intelligit extra se: sed essentia eius est quiditas eius: alię autem formæ diuersantur in quiditate, & essentia quo quomodo. Et, nisi esset hoc genus entiū, quod sciuimus * in scientia animę, non possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis: quēadmodum, nisi sciremus hic naturam intellectus, non possemus intelligere ꝙ virtutes

* a.l. quiescere
* a.l. scientia.
* a.l. artes ipse quibusdā modis propriis videntur in esse ipsi homini.
* a.l. artibus.
* a.l. qui intelligibilia creat. adde seu diuidēte.
* a.l. intelligere aūt & contēplari max. esse
* a.l. eo.
Prio de Aīa. t. cō. 66.
* a.l. vt̄ remota.
* a.l. scientia de anima.
3. de Aīa. t. cō. 20
* a.l. partim vera p propositiones probabiles.
Solutio ꝗonus tertię.
* a.l. est ita se hr̄e adde a se.
* a.l. p scientiā.
* a.l. intelligentię quędam.
Nulla forma liberata est a potentia simpliciter, nisi pria forma, quę nihil intelligit extra se. Sed vide op. po. 3. Ph. 32. & cęli 34. 9. Met. 17. 12. M. 30. 35. 41. & 44. vbi hē: ꝙ i

ente eterno nulla est potentia eino. Vide cõt. Zum.

* a.l. in suo libro primę philosophię.

* Essētia primę intelligẽtię est quiditas eius: sed in aliis diuersatur quiditas ab essentia. Sed vide oppositum infra.1.c. 9.&. 7. Met.1. c.41. vbi dicitur ꝙ in abstractis a materia idem est quiditas,& essentia. Vide contra. Zum.

* a.l. intelligibiles.

* adde nobis

* a.l. id quod ẽ intelligibile. Com. 36.

* a.l. sciitur esset idem.

* a.l. existens

* a.l. probauit ibidem esse plures.

mouentes abstractę debent esse * intellectus. D

Et hoc latuit multos modernos, adeo negauerunt illud, quod dicit Ari. in * tractatu sui libri, ꝙ necesse est vt formę abstractæ mouentes corpora cęlestia sint secundum numerum corporum cęlestium. Et ideo scire de Anima necessarium est in sciendo primam Philosophiam. Et iste intellectus recipiens necesse est vt intelligat intellectum, qui est in actu. Cum enim intellexerit formas materiales dignior est vt intelligat formas, non materiales. & illud, quod intelligit ex formis abstractis, verbi gratia ex intelligentia agente non impedit ipsum intelligere formas materiales.

Propositio autem dicens ꝙ recipiens nihil debet habere in actu ex eo, quod recipit, non dicitur simpliciter, sed cum conditione, scilicet ꝙ nõ est necesse vt recipiens non sit aliquid in actu omnino, sed vt non sit in actu aliquid ex eo, quod illud recipit, sicut prediximus. Immo debes scire ꝙ respectus intellectus agentis ad istum intellectum est respectus lucis ad diaphanum: & * respectus formarum materialium ad ipsum est respectus coloris ad diaphanum. Quemadmodum enim lux est perfectio diaphani, sic intellectus agens est perfectio intellectus materialis. Et, quemadmodum diaphanum non mouetur a colore, neque recipit eum, nisi quando lucet, ita iste intellectus non recipit intellecta, quę sunt hic, nisi secundum ꝙ perficitur per illum intellectum, & illuminatur per ipsum. Et, quemadmodũ lux facit colorem in potentia esse in actu, ita ꝙ possit mouere diaphanum, ita intellectus agens facit intentiones in potentia * intellectas in actu, ita ꝙ recipit eas intellectus materialis. secundum hoc igitur est intelligendum de intellectu materiali, & agente. E

Et, cum intellectus materialis fuerit copulatus, * secũdum ꝙ perficitur per intellectum agentem, tunc nos sumus copulati cum intellectu agente. & ista dispositio dicitur adeptio, & intellectus adeptus, vt post videbitur. Et iste modus, secundum quem posuimus essentiam intellectus materialis, dissoluit omnes quęstiones contingentes huic, ꝙ ponimus, ꝙ intellectus est vnus & multa quoniam, si * res intellecta apud me, & apud te fuerit vna omnibus modis, continget ꝙ, cum ego scirem aliquod intellectum vt tu scires etiam illud ipsum, & alia multa impossibilia. Et, si posuerimus eum esse multa, continget vt res intellecta apud me & apud te sit vnum in spetię, & duę in indiuiduo. & sic res intellecta habebit rem intellectam. & sic procedit in infinitum. Et sic erit impossibile vt discipulus addiscat a magistro, nisi scientia, quæ est in magistro, sit virtus generans, & creans scientiam, quæ est in discipulo, ad modum, secundum quẽ iste ignis generat alium ignem sibi similem in specie, quod est impossibile. Et hoc, quod * scitur est idem in magistro, & discipulo ex hoc modo fecit Pla. credere ꝙ disciplina esset rememoratio. Cum igitur posuerimus rem intelligibilem, quę est apud me & apud te multa in subiecto, secundum ꝙ est vera, scilicet formam imaginationis vnam in subiecto, secundum ꝙ est vna, per quod est intellectus * ens, & est materialis. dissoluuntur istę quæstiones perfecte. F

Modus autem, quem existimauit Auempace dissoluere quęstiones aduenientes super hoc, ꝙ intellectus est vnus aut multa, scilicet modum, quem dedit in sua epistola intitulata Continuatio intellectus cum homine, non est modus conueniens ad dissoluendum istam quęstionem. Intellectus enim, quem demonstrauit in sua epistola esse vnum, quando laborauit in dissoluendum istam quęstionem, alius est ab intellectu, quem * demonstrare etiam illic multa; cum intellectus, quem demonstrauit esse vnum, est intellectus agens, inquantum est forma necessario intellectus speculatiui, intellectus vero, quem demonstrauit esse multa in specie est

A intellectus ſpeculatiuus: Hoc autem nomen, ſcilicet intellectus, equiuoce dicitur de ſpeculatiuo, & agente.

Et ideo, ſi illud, quod intelligitur de hoc nomine intellectus in duobus ſermonibus oppoſitis, ſcilicet concludenti intellectum eſſe multa, & concludenti intellectum eſſe vnum, eſt intentio non ęquiuoca, tunc, illud, quod poſt dedit in hoc, ſcilicet ꝙ intellectus agens eſt vnus, & ſpeculatiuus multi, non diſſoluit hanc quæſtionem. Et, ſi illud, quod intelligitur in illis duobus ſermonibus oppoſitis de hoc nomine intellectus, ſit intentio ęquiuoca, tunc dubitatio erit ſophiſtica, non * diſputatiua. Et ideo credendum eſt ꝙ quęſtiones, quas dedit ille vir in illa epiſtola, nō * diſſoluūt, niſi ex hoc modo. ſi illæ dubitationes non ſunt ſophiſticę, ſed diſputatiuę. Et per iſtum modum diſſoluetur quęſtio, in qua dubitabat in intellectu materiali, vtrum ſit extrinſecus aut copulatus. Et, cum hoc ſit declaratum reuertamur ad exponendum ſermonem Ariſto. *2 .l. dialectica. * .l. ſoluuntur niſi.

Vnde neque rationabile eſt ipſum miſtum eſſe cum corpore. qualis enim quidam vtique fieret, calidus aut frigidus, & ei inB ſtrumentum aliquod eſſet ſicut ſenſitiuo, nunc autem nullum eſt. Et bene vtique, qui dicunt animam eſſe locum formarum. niſi quòd non tota ſed intellectiua. neque actu, ſed potentia formę.

Et ideo fuit neceſſe vt non ſit mixtus cum corpore ſi enim eſſet ad admixtus cum corpore, tunc eſſet in aliqua diſpoſitione, aut calidus, aut frigidus, aut haberet aliquod inſtrumentum ſicut habet ſentiens. ſed non eſt ita. Recte igitur dixerunt dicentes animam eſſe locum formarum. ſed non vniuerſa, ſed intelligens. & formę non in perfectione, ſed in potentia.

Hęc eſt alia demonſtratio ꝙ intellectus materialis non eſt aliquid hoc, neque corpus, neque virtus in corpore. Et dicit, Et ideo fuit neceſſe, &c. ideſt &, quia natura eius eſt iſta, quam narrauimus recte, & neceſC ſe fuit vt non admiſceretur cum corpore, ideſt ꝙ non eſt uirtus in eo ſecundum ꝙ admiſcetur cum corpore, ut declaratum eſt. Deinde dicit, ſecundum rationem ſuper hoc. & dicit ſi enim eſſet admixtus, &c. ideſt ſi enim eſſet virtus in corpore, tunc eſſet aliqua diſpoſitio, & aliqua qualitas, &, ſi haberet qualitatem, tunc illa qualitas, aut attribueretur calido, aut frigido, ſcilicet complexioni in eo ꝙ eſt complexio: aut eſſet qualitas exiſtens in complexione * tantum addita complexioni, ſicut eſt de anima ſenſibili, & ſibi ſimilibus: & ſic haberet inſtrumentum corporale. Deinde dicit, ſed non eſt ita, ideſt ſed non habet qualitatem attributam calido & frigido, neque habet inſtrumentum: ergo non eſt mixtum cum corpore. Et conſyderare debemus in conſecutione, & deſtructione vtrū indigeant demonſtratione, aut non. Dicamus igitur. quoniam conſecutio conſequentis ad pręcedens eſt vera, manifeſtum eſt ex prędictis, Declaratum enim eſt ꝙ omnis virtus in corpore cōpoſito aut attribuitur primis qualitatibus, ſcilicet formę complexionis, aut erit virtus exiſtens in forma complexionali, & ſic neceſſario erit anima organica. Deſtructio vero manifeſta eſt ex predictis etiam. Declaratum eſt enim ꝙ nullum eſt inſtrumentum aliud ab inſtrumentis quinque ſenſuum, vbi fuit declaratum 2. de Anima t.c.130.

tatum ꝙ nullus est sensus sextus. & vniuersaliter, si intellectus esset virtus animalis in corpore, tunc aut esset sextus sensus, aut consequens sextum sensum, scilicet aliq̃ id, cuius proportio ad sextum sensum esset sicut imaginatio ad communem sentientem. Quoniam autem intellectus materialis non est virtus attributa complexioni, manifestum est ex predictis, quoniam, cum anima sensibilis non est virtus attributa complexioni, quanto magis intellectus. Et, si esset attributa complexioni, tunc, sicut dicit Aristote esse formę lapidis in anima esset idem cum eius esse extra animam, & sic lapis esset comprehendens. & alia multa impossibilia contingentia huic positioni. Et quidam dubitauit in hoc, quod fuit dictum, scilicet ꝙ intellectus non habet instrumentum, ex hoc, quod dicitur, ꝙ virtus imaginatiua est in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, rememoratiua in posteriori. & hoc non tantum dictum est a Medicis, sed dictum est in Sensu & sensato. Galenus autem, & alii medici ratiocinantur super hoc, ꝙ istę virtutes sunt in istis locis per locum concomitantię, & est locus faciens existimare non verus Sed declaratum est in lib. de sensu, & sensato, ꝙ talis est ordo istarum virtutum in cerebro per demonstratiõnẽ dãtẽ esse & cãm. Sed istud non contradicit illi, qđ dictum est hic. * Virtus enim cogitatiua apud Aristote. est virtus distinctiua indiuidualis; scilicet quod non distinguit nisi indiuidualiter, non vniuersaliter. Declaratum est enim illic ꝙ virtus cogitatiua non est nisi virtus, quę distinguit intentionem rei sensibilis a suo idolo imaginato. & ista virtus est illa, cuius propositio ad has duas intentiones, scilicet ad idolum rei, & ad intentionem sui idoli, est sicut proportio sensus communis ad intentiones quinque sensuum. virtus enim cogitatiua est de genere virtutum existentium in corpore. Et hoc aperte dixit Aristote. in illo libro, cum posuit virtutes indiuiduales distinctas in quatuor ordinibus. In primo posuit sensum communem, deinde virtutem imaginatiuam, deinde cogitatiuam, & postea rememoratiuam. Et posuit rememoratiuam magis spiritualem, deinde cogitatiuam, deinde imaginatiuam, & postea sensibilem. Licet igitur homo proprie habeat virtutem cogitatiuam, tamen hoc non facit hanc virtutem esse rationabilem distinctiuam. illa enim distinguit intentiones vniuersales non indiuiduales. & hoc fuit aperte dictum ab Aristote. in illo libro. Virtus igitur distinctiua rationalis, si esset virtus in corpore, contingeret vt esset vna istarum virtutum quatuor, quapropter haberet instrumentum corporale: aut esset alia virtus indiuidualis distincta ab istis quatuor. sed iam declaratum est illic hoc esse impossibile. Et, quia Gal. existimauit ꝙ virtus cogitatiua est rationalis materialis, fecit ipsum errare in hoc locus consequentis, quia enim virtus rationalis appropriatur homini; & cogitatiua appropriatur ei: existimatur propter conuersionem affirmatiuę vniuersalis ꝙ cogitatiua est rationalis. & vnus eorum, qui errauerunt in hoc, est Albefarag Babyloniensis in suo commento in libr. de Sensu & sensato. Deinde dicit Recte igitur dixerunt dicentes animam esse locum formarum, id est cum declaratum sit ꝙ non est mixtus alicui corpori, tunc recte dixerunt describentes animam esse locum formarum, cum non acceperunt in notificando substantiam eius propinquam, istam consimilitudinem, & conuenientiam, quæ est inter ipsam ad species, & locum ad locatũ. Deinde dicit, sed non vniuersa, sed intelligens id est, sed ista consimilitudo non debet accipi in intelligendo omnes partes animæ, sed tantum in anima rationali. alię enim partes animæ sunt formę in materiis, rationalis autem non Deinde dicit. & Formę non in perfectione, sed in potentia. sed locus differt ab anima distinctiua intelligente in hoc, ꝙ lo-

D

Dubiũ. an intellectus sit virtus organica.

Solutio. Vide pro illa demonstratione dante causam & esse Auer. sup. 2 cõ. lib. de memoria et reminiscẽtia.

* Virtus cogitatiua distĩguit indiuidualiter. Idẽ infra. c. 20. & 33. Idẽ. 2. de Aia co. 63.

E

Error Gal.

K

Secũda ps expositiua t.

A cus nihil est eorum, quę sunt in eo, anima autem rationalis materialis est formę existentes in ea non actu, sed potentia. Et fecit hoc, ne aliquis intelligat ex hac descriptione ꝙ genus acceptum in ea sit genus verum, nõ Rhetoricum. sed cogetur homo in talibus rebus, quę non intelliguntur nisi per consimilitudinem, vt notificet ea per talia genera Rhetorica.

Res, quę nõ intelligũtur nisi p cõsimilitudinẽ, notificari pñt p gña rhetorica. cõsimile. ifra. c. 14. &. 1. Ph 81. Idẽ. 4. ph. c. 84. &. 2. de anima. 149.

Quòd autem non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui manifestum est ex sensoriis, & sensu. Sensus enim non potest sentire ex vehementi sensibili: vt sonum ex magnis sonis, neque ex fortibus odoribus & coloribus videre, aut odorari. Sed intellectus, cum aliquid intellexerit valde intelligibile, non minus intelligit inferiora, sed & magis sensitiuum enim non sine corpore est, hic autem separabilis est.

Quoniam autem priuatio passionis in sentiente, & in formatione per intellectum non est consimilis, manifestum inest sensu enim non potest sentire post forte sensatum verbi gratia B post sonos maximos, aut post colores fortes, aut post odores fortes. Sed intellectus, quando intellexerit aliquod forte intelligibilium, tunc non minus intelliget illud quod est sub primo, immo magis. sentiens enim non est extra corpus: iste autem est abstractus.

7 Cum declarauit ꝙ intellectus materialis non admiscetur materię incępit notificare ꝙ hoc conuenit apparentibus. Hęc enim est conditio necessaria necessariis demonstrationibus, scilicet vt apparentia sensu non differant ab eo, quod videtur per rationem. Et dixit Quoniam autem priuatio passionis, & cętera idest quoniam priuatio transmutationis existentis in sensu non est similis priuationi transmutationis existentis in intellectu, vt demonstratum fuit ratione, manifestum est ex apparentibus. Priuatio enim trasmutationis in intellectu debet esse pura. & non est ita priuatio transmutationis in sensu, cum sensus sit virtus materialis. Deinde dicit sen C sus enim non potest sentire, & cętera idest & signum eius est, quoniam sensus non potest sentire sua sensibilia conuenientia sibi, quando senserit aliquod forte, & recesserit ab eo subito ad illud aliud sensibile verbi gratia quando sensus auditus recesserit a magno sono, aut visus a forti colore, & olfactus a forti odore. Et causa in hoc est passio, & transmutatio, quę accidunt sentienti a forti sensato. Et causa huius transmutationis est, quia est virtus in corpore. Et cum demonstrauit hoc, quod videtur de transmutatione in sensu, incępit notificare quod contrarium est de intellectu, & dixit Sed intellectus, quando intellexerit aliquod forte, & cętera idest intellectus, quando intellexerit aliquod forte intelligibile, tunc facilius intelliget intelligibile non forte, Vnde scimus ꝙ non patitur, neque transmutatur a forti intelligibili. Et, cum demonstraui eos esse diuersos, in hoc dedit causam, & dicit sentiens enim non est extra corpus: iste autem est abstractus. idest & causa in hoc est, ꝙ prius fuit declaratum, scilicet ꝙ sentiens non est extra corpus, intellectus autem est abstractus. Et possumus ponere hunc sermonẽ demonstrationem tertiam per se, s. demonstrationẽ, ꝙ, cum diximus ꝙ si intellectus transmutatur essentialiter, non accidentaliter, & mediante alio, hoc. n. concessum est in intellectu, necesse est vt transmutatio cõtingat ei apud suam actionẽ propriã, quę est in-

Hęc est cõditio necessaria dmõstrationibus necessariis, vt apparentia sensui nõ differant ab eo qđ vr̃ p rõnẽ. Idẽ. 1. Cœ. cõ. 22. &. 8. ph. 22. &. 26.

Ois uirtus reci piens in aliquo corpore debet transmutari secūdum ꝙ est re cipiens. Idem 2. de Aia. t. c. 123, 143.

telligere, sicut est in sensu. Et, si non transmutatur per se & essentialiter, necesse est vt non sit virtus in corpore omnino. omnis enim virtus recipiens in aliquo, corpore, debet transmutari secundum ꝙ est recipiens. Et ideo non oportet obijcere huic argumento ex eo, quod accidit in intellectu de transmutatione propter transmutationem virtutum imaginationis, & maxime cogitatione. in intellectu enim existimatur accidere fatigatio hoc modo. Et non est ita, nisi accidentaliter. Virtus enim cogitatiua est de genere virtutum sensibilium. Imaginatiua autem, & cogitatiua, & rememoratiua non sunt nisi in loco virtutis sensibilis, & ideo non indigetur eis nisi in absentia sensibilis, & omnes iuuant se ad repręsentandum imaginem rei sensibilis, vt aspiciat eam virtus rationalis abstracta, & extrahat intentionem vniuersalem, & postea recipiat eam, idest compręhendat eam. Et forte, sicut diximus, inducit hunc sermonem ad verificandum prędictas demonstrationes. D

Cum autem sic singula factus est, vt sciens dicitur qui secundum actum: hoc autem tum accidit, cum potest operari per seipsum: est quidem & tunc potentia, quodammodo. non tamen similiter, vt & erat antequam addisceret, aut inueniret. Et ipse autem seipsum tunc potest intelligere. E

Et, cum quodlibet eorum fuerit sic, scilicet sicut dicitur scientia in actu: & hoc continget, quando poterit intelligere per se: tunc etiam erit in potentia quoquo modo, sed non eodem modo, quo ante erat antequam sciuit, aut inuenit. Et ipse tunc potest intelligere per se.

Differētia inter virtutes agētes propinquas & remotas.

Intellect' intelligit seipsū mō accidentali. vide pro hoc cō. 51. 12. Met. Vide infra cō. 15. & 36.

8 Et cum in eo fuerit vnunquodque intellectorum tali modo, sicut dicitur in sciente ꝙ est sciens in actu, idest quando intellecta fuerint in eo entia in actu. & hoc continget intellectui, quando poterit intelligere per se, non quando intellexerit per aliud. Et hoc, quod dixit, est differentia inter virtutes agentes propinquas & remotas. Propinquę enim actui sunt, quę agunt per se: & non indigent extrahente eas de potentia in actum: remotę autem indigent. & ideo dixit ꝙ, cum intellectus fuerit in hac dispositione, tunc erit potentia quoquo modo idest tunc dicetur de eo hoc nomen potentia non vere, sed modo simili. Deinde dicit, Et ipse tunc poterit intelligere per se idest &, cum intellectus fuerit in hac dispositione, tunc intelliget se, secundum ꝙ ipse non est aliud nisi formę rerum, inquantum extrahit eas a materia, quasi igitur se intelligit ipse modo accidentali, vt dicit Alex. idest secundum ꝙ accidit intellectis rerum ꝙ fuerint ipse, idest essentia eius. Et hoc est econtrario dispositioni in formis abstractis: illę enim, cum intellectus earum non est aliud ab eis in intentione, per quam sunt intellecta istius intellectus, ideo intelligunt se essentialiter, & non accidentaliter. & hoc perfectius inuenitur in primo intelligente, quod nihil intelligit extra se. Et possumus exponere istum locum secundum ꝙ Alfarabius dicit in suo tractatu de intellectu, & intellecto. & est ꝙ cum intellectus fuerit in actu, erit vnum entium, & poterit intelligere seipsum per intentionem, quam abstrahet a se, secundum ꝙ abstrahit intentiones rerum, quę sunt extra animam, & sic intellectum habebit intellecta. & nos perscrutabimur de hoc, vtrum sit possibile, aut non. F

A

Caput Secundum. Quo pacto intellectus potestatis materialia, ac eorum formas, similiter & ea, quæ sunt in abstractione intelligat. Quo etiam pacto intelligat, si est impassibilis. Quo modo se ipsum intelligit. Et cur nō semper intelligat.

QVoniam autem aliud est magnitudo & magnitudini esse, & aqua & aquæ esse, sic autem et in multis aliis: sed non in omnibus, in quibusdam enim idem est esse carni & carnem: B aut alio, aut aliter habente discernit. Caro enim non sine materia est sed sicut simum, hoc in hoc.

Et, quia magnitudo est aliquid & esse magnitudinis aliud, & aqua est aliquid & esse aquæ aliud, & sic in multis aliis: sed non in omnibus, in quibusdam enim esse carnis idem est cum carne: necesse est vt experimentetur aut per duo, aut per diuersam dispositionem. Caro enim non est extra materiam, sicut simitas est aliquid hoc, & in aliquo hoc.

Cum compleuit sermonem de notificatione substantię intellectus materialis, et dedit differentiam inter ipsam & substantiam sentientis materialis, incępit dare etiam differentiam inter intellectum in actu, & imaginationem in actu. C Existimatur enim ꝙ imaginatio ipsa est intellectus: & pręcipue, cum dicimus ꝙ proportio eius ad intellectum est sicut proportio sensibilis ad sensum, scilicet ꝙ mouet ipsum: & existimatur ꝙ motor & motum debent esse eiusdem speciei. Et incępit dicere, Et, quia magnitudo est aliquid, &c. idest &, quia hoc indiuiduum est aliquid, & intentio per quam hoc indiuiduum est ens, scilicet quiditas, & forma eius est aliud, verbi gratia ꝙ hęc aqua est aliquid, & intentio, idest forma, per quam hęc aqua est ens, aliud est ab aqua. Deinde dicit, & sic in multis aliis, idest & hoc accidit similiter in multis rebus, scilicet in omnibus compositis ex materia & forma. & dixit. sed non in omnibus ad excipiendum res abstractas. & quę sunt res simplices, & non compositæ. Deinde dicit, in quibusdam enim esse carnis idem est cum, carne, idest & causa, propter quam hę duę intentiones non inueniuntur in omnibus entibus, est ꝙ quiditas & esse essentia in entibus simplicibus est idem verbi gratia ꝙ esse carnis idem est cum carne: quia intentio carnis in eis non est in materia. Et, cum induxit præcedens in hoc sermone, dedit consequens, & dixit necesse est vt experimentetur, &c, idest &, cum fuerit declaratum ꝙ entia sensibilia diuidun 9

* Quod comprehendit alietatem inter duo necesse est vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. 2. de Anima 149.

† Aduerte hic quia videtur cō. dicere ꝙ intellectus nō cōprehendit singulare, nisi in comparatione ad vniuersale.

tur in duplex esse scilicet in hoc singulare, & suam formam, necesse est vt virtus experimentatiua, idest comprehensiua comprehendat eam, aut per duas virtutes, aut per vnam, sed duabus dispositionibus diuersis. cum duabus autem virtutibus erit, quando comprehenderit vtrunque per se, scilicet formam singulariter, & indiuiduum singulariter. per vnam vero virtutem & dispositionem diuersam erit, quando comprehenderit alietatem, quę est inter has duas intentiones * Quod enim comprehendit alietatem inter duo, necesse est, vt declaratum est, vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. † & ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietatem, quę est inter formam & indiuidum, comprehendit enim formam per se, & comprehendit indiuiduum mediante sensu. Comprehendit igitur alietatem inter ea per dispositionem, quę diuersatur, quemadmodum sensus communis comprehendit alietatem inter sensibilia per dispositionem diuersam scilicet sensus pluralitatem. sed, quia istas formas non comprehendit intellectus nisi cum materiis, ideo comprehendit eas per dispositionem, quę diuersatur. Et, cum notificauit ꝙ necesse est vt anima comprehendat has duas intentiones per virtutem diuersam, & comprehendat alietatem earum per vnicam virtutem, sed secundum diuersam dispositionē, dedit causam, propter quam indiget anima in comprehendendo has duas intentiones diuersa dispositione, & dixit. Caro enim non est extra materiam. i. causa propter quam forma non comprehenditur ab intellectu nisi cum materia ꝙ facit ipsum intellectum comprehendere eam diuersa dispositione, est ꝙ formę non sunt extra materiam. Forma enim carnis non denudatur a materia, sed semper intelligitur cum materia: sicut simitas cum naso, cum simitas sit aliquid hoc in aliquo hoc. & sic est de formis sensibilibus, scilicet ꝙ sunt aliquid hoc in aliquo hoc.

Sensitiuo igitur calidum, & frigidum iudicat, & quorum ratio quędam ipsa caro. Alio autem, aut separabili, aut vt circumflexa se habet ad seipsam, cum extensa fuerit carni esse discernit.

Ipsa igitur per sentiens experimentatur calidum & frigidum. & res, quæ sunt in carne, assimilantur eis quę sunt illins. Et experimentatur per aliud, aut secundum dispositionem lineæ sphæralis, quamdiu durat quid est esse carnis.

10 Dicit. Ipsa igitur, &c. i. &, cum necesse est experimentare res diuersas, & per virtutes diuersas, & per sentiens autem, & per sibi similia experimentatur anima calidum & frigidum, & sibi similia, necesse est secundum exemplum vt res existens in carne, per quam caro est quod est, & non illud, per quod est calida aut frigida, sit similis virtuti comprehendenti eam, & vt experimentetur per aliam virtutem. Et dixit assimilantur eis, quæ sunt illius, quia necesse est vt proportio quę est intentionis ad intentionem scilicet indiuidualis ad vniuersalem, si sicut proportio virtutis comprehendentis alteram earum ad virtutem comprehendentem alteram. Et, cum necesse est vt duę intentiones sint diuersæ, necesse est vt virtutes sint diuersę. Intelligens igitur non est imaginatiua: cum iam declaratū est ꝙ comprehensio virtutis imaginatiuæ & sensibilis idem est. Deinde dicit & experimentatur per aliud, aut secundum dispositionem lineę &c. idest & necesse est vt forma experimentetur per aliquam virtutem. & hoc erit ex hac virtute, aut per dispositionem similem lineę rectę, cum intellexerit primam formam existentem in hac re singulari; aut secundum

Cum duæ intentiones sint diuersæ, necesse est vt virtutes sint diuersę. Idē 2. de Anima t. co 33.

A dum dispositionem similem lineę sphærali, quando fuerit reuersa, quærendo intelligere etiam quiditatem illius formę, deinde quiditatem illius quiditatis, quousque perueniat ad simplicem quiditatem in illa re verbi gratia ꝙ primo intelligit quiditatem carnis, deinde querit intelligere quiditatem istius quiditatis, deinde quiditatem istius quiditatis: & hoc erit, dum inuenier quiditatem in quiditate, & non cessabit, quousque perueniat ad formam simplicem. Et hoc intendebat, cum dixit quandiu durat, idest ꝙ istud intelligere intellectum erit similiter in carne, dum erit possibile in carne ꝙ quiditas habeat quiditatem.

Iterum autem in iis, quæ in abstractione sunt, rectum vt simum. cum continuo enim est. Ipsum autem quid erat esset, si est alterum recto esse & rectum, alio. fit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter se habente iudicat. Omnino ergo, vt separabile sunt res a materia, sic & quæ circa intellectum.

B Et etiam in rebus existentibus in Mathesi, rectum est sicut simitas. est enim cum quanto continuo. Secundum autem esse, esse recti aliud est ab eo. Si igitur experimētatur, tunc igitur p aliud, & quia dispositio eius sit alia. Et vniuersaliter dispositio rerum, quæ sunt in intellectu, currit sicut res abstractæ a materia.

D. Et istud intelligere intellectus non tantum inuenitur in rebus * materialibus, sed in mathematicis. Rectum enim quia est in continuo, sicut simitas in naso, necesse est quemadmodum intellectus intelligat simitatē compositam ex naso, ita intelligat quiditatem recti compositam cum continuo. Et dixit, Et etiam in rebus, &c, idest & rectum, & esse eius similis ex rebus mathematicis est simile ad esse simitatis in naso, rectum enim est in continuo, sicut simitas in naso. Deinde dicit Secundum autē esse, esse in recto est aliud a quiditate continui: licet alterum eorum non inueniatur nisi in alio. Deinde dicit. Si igitur, &c. idest cum igitur posuerimus ꝙ in mathematicis etiam sunt duo, quorum vnum est in altero, tunc anima non experimentat ea, nisi per aliam virtutem: aut per eandem, sed tamen per dispositionem, quę diuersatur, cum non intelligit ea nisi cum re: licet non intelligat ea cum materia sensibili. Sciendum est enim, ꝙ dispositio habita ab intellectu, quę diuersatur in eo, quando comprehendit formas rerum primas sensibiles, est et per sensus: & dispositio, quę diuersatur in eo per comprehensionem quiditatis & formę, est ei dispositio diuersa in se non per sensus. Et ideo assimilat Aristo. ipsum lineę spherali in hac dispositione: Plato autem lineę gyratiuę. & per hanc dispositionem intelligit formas rerum mathematicarum, cum non accepit intelligendo eas * magnitudinem sensibilem. Deinde dicit, Et vniuersaliter dispositio rerum, &c. idest vt mihi videtur, & vniuersaliter dispositio rerum, quas comprehendit intellectus, inuenitur in eo in modo, secundum quem sunt in se in propinquitate, & distantia, ab abstractione a materia. Quod igitur eorum fuerit remotum a materia, poterit abstrahi ab intellectu absque materia: licet non habeat esse nisi in materia: sicut est in mathematicis. & quod eorum fuerit propinquum materię non poterit. cum igitur dixit secundum ꝙ res abstractę a materia, intendit secundum modum essendi in rebus abstractis a materia in ordine, in quo sunt de abstractione, si iste sermo sit completus in scripto. 11

C

* a.l. naturalibus.

* a.l. materiam,

Quod fuerit motum a materia, poterit abstrahi ab intellectu a materia, licet non habeat eē nisi in materia, sicut est i mathematicis, & quod fuerit propinquū materię non poterit.

Dubitabit autem utique aliquis, si intellectus simplex est, & impassibilis, & nulli quicquam habet commune, sicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget si intelligere pati quoddam est: in quantum enim aliquid commune utrique inest, hoc quidem agere, aliud vero pati videtur. D

Et dubitet homo quòd intellectus est simplex, non patiens, & quòd impossibile est ut habeat aliquam communicationem cum alio, sicut dixit Anaxag. quo modo igitur intelligit, cum formare per intellectum est aliqua passio. quoniam propter hoc, quòd aliquid est commune utrique, existimatur q alterum eorum agit & alterum patitur.

12 [illegible] E

[illegible]

[illegible] F

[illegible]

13 [illegible]

[illegible]

A intelligibilem; ſicut eſt diſpoſitio in rebus, quę ſunt extra animam. & tacuit, vt videtur, illud, quod conſequitur poſitionem, & eſt quod intellectus in ſe eſt non intelligens. Et abbreuiatio dubitationis eſt talis, vt videtur, aut enim erit intellectum ſicut alię res, abſtractæ intellecte; & ſic res, quę ſunt extra animam, erunt intelligentes; aut erit intellectum, ſicut alię res, quę ſunt extra animam; & ſic erit in ſe non intelligens, neque comprehendens.

Intellectus potentia quodammodo eſt intelligentia.

An pati quidem ſecundum commune aliquid diuiſum eſt prius: quoniam potentia quodammodo eſt intelligibilia intellectus, ſed actu nullum, antequam intelligat. Oportet autem ſic, vt in tabula. in qua nihil eſt ſcriptum actu. quod quidem accidit in ipſo intellectu.

Dicamus igitur ꝙ paſſio, ſecundum ꝙ prius vtebatur, eſt vniuerſalis: & ꝙ intellectus eſt in potentia quoquo modo intellecta,
B perfectione autem non eſt quouſque intelligat Et ꝙ accidit in intellectu, debet currere tali curſu, ſcilicet ſicut tabula eſt aptata picturæ, non picta in actu omnino.

Cum dedit has duas quęſtiones de intellectu materiali, incepit diſſol- 14
uere eas, & primo primam dicens, quomodo intelligimus ꝙ intellectus materialis eſt aliquid ſimplex, & non mixtum cum aliquo, opinando ꝙ intelligere eſt aliqua paſſio: & iam declaratum eſt in vniuerſalibus ſermonibus ꝙ ea, quę agunt, & patiuntur communicant in ſubiecto. Et dixit Dicamus igitur ꝙ paſſio, & cętera ideſt iſta quæſtio diſſoluetur in ſciendo ꝙ paſſio, qua prius vtebamur in quęſtione, eſt magis vniuerſalis, quam aliquod dictum in rebus naturalibus ꝙ ſit paſſiuum. Deinde expoſuit quid ſignificat hoc nomen paſſio in intellectu, ꝙ dixit ꝙ intellectus eſt in potentia, & cętera ideſt & iſta intentio vniuerſalis de paſſione in intellectu nihil aliud eſt niſi quod eſt in potentia intellectum, non in actu quouſque intelligat. Et dicere etiam ipſum eſſe in potentia eſt alio modo ab eis, ſecundum quod dicitur ꝙ res materiales ſunt in poten-
C tia. & hoc eſt, quod diximus prius, ꝙ intelligendum eſt hic ꝙ hęc nomina, ſcilicet potentia, & receptio, & perfectio modo ęquiuoco dicuntur cum eis in rebus materialibus. Diuerſitas enim iſtius intentionis, ſcilicet receptioni, quę in intellectu, a receptione. quę eſt in rebus materialibus, res eſt, ad quam ducit ratio, Vnde non eſt opinandum ꝙ prima materia eſt cauſa receptionis, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis; & eſt receptio huius ſingularis. cauſa autem receptionis ſimpliciter eſt iſta natura. Et ex hoc modo fuit poſſibile ꝙ corpora cęleſtia reciperent formas aſtractas, & intelligerent eas: & fuit poſſibile vt intelligentię abſtractę † perficerentur per ſe ad inuicem, Et, ſi non, non eſſet poſſibile vt illic intelligeretur recipiens, neque receptibile. vnde videmus ꝙ illud, ꝙ eſt liberatum ab hac natura eſt, primum intelligens. Et ponendo iſtam naturam, diſſoluetur quæſtio, dicens quomodo intelligitur multitudo, & quomodo intelliguntur multę ex formis abſtractis. & intellectus idem eſt eis cum intellecto. Et, cum notificauit modum paſſionis in intellectu, & ꝙ ęquiuoce dicitur in intellectu & in rebus materialibus, incæpit dare ex rebus ſenſibilibus exemplum, per quod intelligitur iſta intentio in intellectu materiali, &, licet non ſit verum, tamen eſt via

1. de generatione, T. c. 43.

Potentia, receptio, & pfectio ęquiuoce dñr, in rebus materialibus, & abſtractis.

Nō ē opinandū ꝙ pria materia eſt cā receptionis, ſed cā receptionis tranſmutabilis; & eſt receptio huius ſingularis. ſed cā receptionis ſimpliciter eſt iſta nã idē ſupra. c. 5. idē infr. c. 28.

ad intelligendum. Et iste modus doctrinę necessarius est in talibus rebus, licet sit rethoricus. Et dicit. Et quod accidit in intellectu, & cętera idest, & intelligendum est hoc, quod diximus de hac intentione vniuersali, scilicet passione, quę est in intellectu, quę est tantum receptio sine trasmutatione, sicut receptio picturæ in tabula. Quemadmodum enim non patitur a pictura neque accidit ei ab hac transmutatio: sed tantum inuenitur in ea de intentione passionis, quod perficitur per picturam, postquam erat in potentia picta, ita est dispositio in intellectu materiali. Et hoc exemplum, quod induxit, valde est simile dispositioni intellectus, qui est in potentia, cum intellectu, qui est in actu. Quemadmodum enim tabula nullam picturam habet in actu, neque in potentia propinqua actui: ita in intellectu materiali non est aliqua formarum intellectarum, quas recipit, neq; in actu, neque in potentia propinqua actui. Et voco hic potentiam propinquam actui dispositionem mediam inter remotam potentiam & postremam perfectionē. & hoc est vt sit in eo intentio, quę sit in potentia intellecta, & hoc est proprium soli intellectui. Perfectio enim prima sentientis est aliquid in actu respectu potentię remotę: & est aliquid in potentia respectu postremæ perfectionis. Et ideo assimilauit Aristote. primam perfectionem sensus Geometrę, quando non vtitur Geometria. scimus enim certe ꝙ habemus virtutem sensibilem existentem in actu, licet tunc nihil sentiamus. Declaratus est igitur modus consimilitudinis istius exempli huic, quod dictum fuit ab Aristote. in intellectu materiali. Dicere autem ꝙ intellectus materialis est similis pręparationi, quę est ī tabula. non tabulę secundum ꝙ est pręparata, vt exposuit Alexand. hunc sermonem, falsum est. Pręparatio enim est priuatio aliqua, & nullā habet naturam propriam nisi propter naturam subiecti. & propter hoc fuit possibile vt pręparationes diuersentur in vnoquoque ente. O Alexand. reputas Aristotelem intendere demonstrare nobis naturam pręparationis tantum, non naturam pręparati, & non est natura istius pręparationis propria ei, si fuerit possibile cognosci sine cognitione naturę pręparati: sed naturam pręparationis simpliciter in quocunque sit. Ego autem verecundior ex hoc sermone, & ex hac mirabili expositione. Si enim Aristote. intendebat demonstrare naturam præparationis, quæ est in intellectu per omnes sermones prædictos in intellectu materiali, necesse est aut vt intendat demonstrare per eos naturam pręparationis simpliciter, aut naturam preparationis proprię. Naturam autem pręparationis proprie in intellectu impossibile est demonstrare sine natura subiecti: cum pręparatio propria vnicuique subiecto currit cursu perfectionis, & formę ex eo: sed oportet necessario per cognitionem naturę pręparationis scire naturam, præparati. Et, si intendebat per illos sermones demonstrare naturam pręparationis simpliciter, tunc illud non est proprium intellectui, & omne hoc est perturbatio. Omnis enim pręparatio, in eo quod est pręparatio, vere dicitur, nihil esse in actu ex eis, quę recipit & ꝙ est non passibile: & vere dicitur esse non corpus, neque virtus in corpore: quomodo igitur possumus exponere illud quod Aristoteles intendebat hic demonstrare nobis de natura intellectus materialis, illud, quod est commune omnibus recipientibus, scilicet in quibus est pręparatio ad recipiendum vnumquodq; genus formarum, non ad demonstrandum naturam pręparati per cognitionem naturæ pręparationis proprie ei * nisi intellectus materialis esset solummodo pręparatio sine aliquo subiecto: quod est impossibile. pręparatio enim ostendit pręparatum. Vnde Aristote. cum inuenit pręparationem, quę est in intellectu, esse diuersam ab aliis, iudicauit pręcise ꝙ natura subiecta ei differt ab aliis naturis præparatis: & quod est proprium

† Q̄uō formæ abstractę ad īuicē ꝑficātur. Vide. c. 44. 12. M.

Sermo rethoricus ī rebus difficilibus est necessarius. 1. Ph. 81. & 4. Ph. 84. idē supra. c. 6.

Digressio cōtra Ale. de eo ꝙ intellectus non sit ꝑparatio tantū,

* a. l. si. n. intellectus materialis esset solūmō ꝑparatio, eēt sine aliquo subiecto.

A istis subiecto preparationis, scilicet intellectui, est quod non est in alia intentionum intellectorum in potentia, aut in actu. Unde necesse, fuit ipsum non esse corpus, neque formam in corpore. &, cum non fuerit corpus, neque virtus in corpore non erit etiam formę imaginationis ille enim sunt virtutes in corporibus, & sunt intentiones intellectę in potentia. Et, cum subiectum istius pręparationis neque est forma imaginationis, neque mixtum ex elementis, vt Alexand. intendit: neque possumus dicere quod alia pręparatio denudetur a subiecto, recte videmus quod Theophrastus, & Themistius, & Nicolaus, & alii Antiquorum Peripateticorum magis retinent demonstrationem Aristote. & magis conseruant verba eius. Cum enim intuerentur sermones Aristote. & eius verba, nullus potuit ferre ea super ipsam praeparationem tantum, neque super rem subiectam praeparationi: si posuerimus ipsam esse virtutem in corpore, dicendo eam esse simplicem, & abstractam, & nō passibilem, & non mixtam corpori. Et, si istud non esset opinio Aristote. oporteret opinari eam esse opinionem veram, sed propter hoc, quod dico, nullus debet dubitare quin ista sit opinio Aristote. Omnes enim hęc opinantes non credunt nisi B propter hoc, quod dixit Aristote. quoniam ita est difficile hoc: adeo quod, si sermo Aristote. non inueniretur in eo, tunc valde esset difficile cadere super ipsum, aut forte impossibile, nisi inueniretur aliquis talis, vt Aristotel. credo enim quod iste homo fuerit regula in natura, & exemplar, quod natura inuenit ad demonstrandum vltimam perfectionem humanam in materiis. Et forte opinio attributa Alexand. fuit ficta ab eo solo: & in tempore eius erat opinabilis, & abiecta ab omnibus. Et ideo videmus Themistium dimittentem eam omnino, & fugere eam, sicut cauentur inopinabilia. Et est contrarium ei, quod contingit modernis. nullus enim est sciens. & perfectus apud eos, nisi qui est Alexandreus. & causa in hoc est famositas istius viri. & quia credimus, & vere scimus quod fuit vnus de bonis expositoribus. Licet Alfarabius, cum hoc quod maximus erat in istis, sequitur Alexand. in hac intentione & addidit huic opinioni quoddam inopinabile. In li. enim de Nicomachia videtur negare continuationem esse cum intelligentiis abstractis: & dicit hanc esse opinionem Alexand. & quod non est opinandum quod finis humanus sit aliud quam perfectio speculatiua. Auempace autem exposuit sermonem eius, & dicit quod opinio eius est opinio omnium Peripateticorum, scilicet quod continuatio C est possibilis, & quod est finis. Et forte hęc est vna causarum, propter quam videmus quod consuetudo. & mos plurium dantium se Philosophię in hoc tempore sunt corrupti. & hoc habet alias causas non latentes considerantes in Philosophia operatiua.

Laus magna de Ari. vid. csimi le in proęmio Aue. sup. 1. Ph. &. 1. de Generatione cō. 38. &. 3. Meteorotorum ca. de Iride.

De opiniōe Alfarabii vide infra. c. 36. de Auēpace & ibidē &. 9. Me. c. 22.

Et ipse etiam intelligibilis est, sicut ipsa intelligibilia. In his enim, quæ sunt sine materia, idem est quod intelligit, & quod intelligitur. Scientia nanque speculatiua, & ipsum scibile idem est.

In his, quę sunt sine materia, idē est intelligēs & quod intelligitur.

Et est etiam intellectum, sicut intellecta. Formare enim per intellectum, & formatum per intellectum, quæ sunt extra materiam, idem sunt. Scientia enim speculatiua, & scitum secundū hunc modum idem sunt.

Cum dubitauit de intellectu materiali, vtrum intellectum ex eo est ipse intellectus, aut aliud aliquo modo, & oportet, si intellectus in eo 15

est ipsum intellectum, vt sit intellectum per se non per intentionem in eo, & si fuerit aliud aliquo modo vt sit intellectum per intentionem in eo, incępit declarare ꝙ est intellectum per intentionem, in eo, sicut aliæ res intellectæ: sed differt ab eis in hoc, ꝙ illa intentio est in se intellectus in actu, & in aliis rebus est intellectus in potentia. Et dixit, Et est etiam intellectum, sicut intellecta. idest & est intellectum per intentionem in eo, sicut res alię intellectę. Deinde dedit demonstrationem super hoc, & dicit, Formare enim per intellectum, &c. idest & necesse est vt intellectum sit per intentionem in eo, quia formare per intellectum, & formatum idem sunt in rebus non materialibus. Et, si iste intellectus esset intellectus per se, contingeret vt scientia speculatiua, & scitum essent idem: quod est impossibile. D

Cur autem non semper intelligat, causa cousyderanda est. In habentibus autem materiam potentia solum vnumquodque est intelligibilium. Quare illis quidem non inerit intellectus. sine materia enim potentia est intellectus talium. ille autem intelligibile erit. E

Et perscrutandam est causa, propter quam non semper intelligit. In eo aut, quod habet materiam, quodlibet intellectorum est in potentia tantum. Istis igitur, non est intellectus, intellectus enim ad ista non est nisi potentia illorum abstracta a materia. isti autem, quia est intellectum.

16 Et oportet perscrutari de causa, propter quam non semper intelligit, ita ꝙ intellecta eius sint in se. Et causa in hoc est, ꝙ illud est intellectis, quod non habet materiam, suum intellectum est intellectus in se, & ipse semper intelligit: ꝙ autem habet materiam, vnumquodque intellectorum est in ipso in potentia: & ideo res intellectę materiales non intelligunt. Et hoc intendebat. cum dicit. Istis igitur non est intellectus. idest & ideo intellecta materialia non habent intellectum. & quod diminuitur a sermone intelligitur per suum oppositum, & per hanc particulam, aut quę notat diuisionem. & quasi dicit & causa in hoc est, quia intellectum eius, quod non habet materiam, est semper, & in actu, intellectum autem eius, quod habet materiam, est in potentia. D.d. Istis igitur non est intellectus, &c. idest ista igitur intellecta propter hoc scilicet quia sunt intellecta in potentia, non habent intellectum. Intellectus enim attributus istis non est nisi formę istorum abstractę a materia. & ideo istę formę respectu eorum non erunt intellectę in actu, idest non comprehense ab eis, neque per eas erunt intelligentia: & in respectu illius, quod abstrahat eas a materiis suis erunt intellecta in actu, & per ea erit intelligens, & illa per illam eandem intentionem erunt non intelligentia. Et hoc est complementum sermonis in dissolutione prædictę quęstionis. Ille enim sermo coegit nos ad alterum duorum. Si enim intellectus fuerit idem cum intellecto in intellectu materiali, necesse est vt sint alię res, quę sunt extra animam intelligentes. Si vero aliud, vt sit intellectum per intentionem in eo, quapropter indiget in essendo intellectum intellectu. & hoc procedit in infinitum. Dissolutio igitur istius quęstionis est, quoniam intentio, per quam intellectus materialis fit intellectus in actu, est quia est intellectum in actu. Intentio vero, per quam res, quę sunt extra animam, sunt entia F

Resumit quæstionem propositam supra.t.c. 13.

Solutio eiusdē.

A est quia sunt intellectę in potentia, &, si essent in actu, tunc essent intelligentes.

Caput Tertium. De intellectu agente.

Voniam autem in omni natura est aliquid hoc quidem materia vnicuique generi, id autem est, quod potentia omnia illa: alterum autem causa, & factiuum, quod faciendo omna, quod ars ad materiam passa est: necesse & in anima has existere differẽtias. Et, quia, quemadmodum in natura est aliquid in vnoquoque genere, quod est materia, & est illud, quod est illa omnia in potentia: & aliud, quod est causa, & agens, & hoc est illud,
B propter quod agit quidlibet, sicut dispositio artificii apud materiam. necesse est vt in anima existant hæ differentiæ.

Cum declarauit naturam intellectus, qui est in potentia, & qui est in actu, & dedit differentiam inter ipsum & virtutem imaginationis, incępit declarare ꝙ necessarium est tertium genus intellectus esse; & est intelligentia agens, quę facit intellectum, qui est in potentia, esse intellectum in actu. Et dicit. ꝙ ita est in ponendo intelligentiam agentem in hoc genere entium, sicut est dispositio in omnibus rebus naturalibus. quemadmodum enim necesse est in vnoquoque genere rerum naturalium generabilium & corruptibilium esse tria ex natura illius generis, & et attributa agens, scilicet patiens, & factum, ita debet esse in intellectu. Et dixit, Et quia, quemadmodum in natura idest & quia ita est hoc sicut in rebus naturalibus idest & quia consyderatio de anima est consyderatio naturalis, quia anima est vnum entium naturalium: rebus autem naturalibus commune est vt: habeant in vnoquoque genere materiam, & est illud, quod est in potentia omnia, quę sunt in illo genere, & aliud, ꝙ est causa
C & agens, & est illud, propter quod generatur omne, quod est illius generis, sicut est artificium apud materiam: necesse est vt hę tres differentiæ sint in anima. 17

Et est quidam talis intellectus, quia omnia fit quidam vero, quia omnia facit, vt habitus quidam. quale est lumen. quodam enim modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.

Oportet igitur vt in ea sit intellectus, qui est intellectus secundum ꝙ efficitur omne: & intellectus, qui est intellectus, secundum quod facit ipsum intelligere omne. & intellectus, secundum ꝙ intelligit omne, est quasi habitus, qui est quasi lux. lux enim quoquo modo etiam facit colores, qui sunt in potentia, colores in actu.

D, Et, cum necesse est inueniri in parte animę, quæ dicitur intellectus, 18
istas

Intellectus possibilis efficitur oia modo similitudinis, et receptionis. Idē supra t.c.6.&infra 38.

istas tres differentias, necesse est vt in eo sit pars, quę dicitur intellectus, secundum ꝙ efficitur omne modo similitudinis, & receptionis: & ꝙ in ea sit etiam secunda pars, quæ dicitur intellectus, secundum ꝙ facit istum intellectum, qui est in potentia, intelligere omnia in actu. Causa enim propter quam facit intellectum, qui est in potentia, intelligerere omnia in actu, nihil aliud est nisi ꝙ sit in actu. hoc enim, quia est in actu, est causa vt intelligat in actu omnia, & ꝙ in ea etiam sit tertia pars quę dicitur intellectus, secundum ꝙ facit omne intellectum in potentia esse intellectum in actu. Et dixit, Oportet igitur, & cætera, & intendit per istum intellectum materialem. hęc igitur est sua descriptio prędicta. Deinde dicit, & intellectus, secundum ꝙ facit ipsum intelligere omne. & intendit per istum, illud quod fit, quod est in habitu. Et hoc pronomen, ipsum, pōt referri ad intellectū materialem, sicut diximus: & potest referri ad hoīem intelligentem. & oportet addere in sermone secundum ꝙ facit ipsum intelligere omne ex se, & quando voluerit. hęc enim est definitio huius habitus, scilicet vt habens habitum intelligat per ipsum illud, quod est sibi proprium ex se, & quando voluerit, absque eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco. Deinde dicit, & intellectus, secundum ꝙ intelligit, & cętera, & intendit per istum intelligentiam agentem. & per hoc, quod dixit intelligit omne, quasi aliquis habitus, intendit ꝙ facit omnē rē intellectā in actu, postquam erat in potentia, quasi habitus & forma. Deinde dicit qui est quasi lux, & cętera modo dat modum, ex quo oportuit ponere in anima intelligentiam agentem. non enim possumus dicere ꝙ proportio intellectus agentis in anima ad intellectum generatum est, sicut proportio artificij ad artificiatum omnibus modis. ars enim imponit formam in tota materia absque eo ꝙ in materia sit aliquid existētes de intentione formę, antequā artificiū fecerit eam. & non est ita in intellectu. quoniam, si ita esset in intellectu, tunc homo non indigeret in comprehendendo intelligibilia sensu, neque imaginatione: immo intellecta peruenirent in intellectum materialem ab intellectu agente, absque eo ꝙ intellectus materialis indigeret aspicere formas sensibiles. Neque etiam possumus dicere ꝙ * intentiones imaginatę sint solę mouentes intellectum materialem, & extrahentes eum de potentia in actum. Quoniam, si ita esset, tunc nulla differentia esset inter vniuersale, & indiuiduum: & tunc intellectus esset de genere virtutis imaginatiuę. Vnde necesse est cū hoc, quod posuimus, ꝙ proportio intentionum imaginatarum ad intellectum materialem est sicut proportio sensibilium ad sensus, vt Aristote. post dicet, ponere alium motorem esse, qui facit eas mouere in actu intellectum materialem: & hoc nihil est aliud quam facere eas intellecta in actu, abstrahendo eas a materia. Et quia hęc intentio cogens ad ponendum intellectum agentem alium a materiali, & formis rerum, quas intellectus materialis comprehendit, est similis intentioni, propter quam visus indiget luce; cum hoc ꝙ agens & recipiens alia sunt a luce: contentus fuit in notificādo hunc modum per hoc exemplum. & quasi dicat & modus, qui coegit nos ad ponendum intellectum agentem, idē est cum modo propter quem indiget visus luce. Quemadmodum enim visus non mouetur a coloribus, nisi quando fuerit in actu, quod non completur nisi luce pręsente, cum ipsa sit extrahens eos a potentia in actum: ita etiam intentiones imaginatæ non mouent intellectum materialem, nisi quando fuerint intellectę in actu: quod non perficitur eis nisi aliquo pręsente, quod sit intellectus in actu. Et fuit necesse attribuere has duas actiones in nobis animę, s. recipere intellectum, & facere eum, quamuis agens & recipiens sint substantię ęternę, pp̄ hoc, quia hę duę actiones reductę sunt ad nostram voluntatem, s. abstrahe

D

Definitio habitus.

E

Ars imponit formam in tota materia, absque eo ꝙ ī materia sit aliquid exñs de ītētiōe formę, añq̄ artificium fecerit eā. Idē. 6. Ethi. c. 5. & 2. Ph. 1. 2. & 3. & 86. cō. Idē. 12. Me. c. 13. idē, 7. Me. cō. 29.

* Intentiones imaginatæ non sunt solę mouētes īellectum.

F

Digressio.

A re intellecta, & intelligere ea. Abstrahere enim nihil est aliud quam facere intentiones imaginatas in actu, post quam erant in potentia. Intelligere autem nihil est aliud quam recipere has intentiones. Cum enim inuenimus idem transferri in suo esse de ordine in ordinem, s. intentiones imaginatas, diximus ꝙ necesse est vt hoc sit a causa agente, & recipiẽte. recipiens igitur est materialis, & agens est efficiens. Et, cum inuenimus nos agere per has duas virtutes, cum voluerimus: & † nihil agit nisi per suam formam; ideo fuit necesse attribuere nobis has duas virtutes intellectus. Et intellectus, qui est abstrahere intellectum, & creare eum, necesse est vt precedat in nobis intellectum, qui est recipere eum. Et Alex. * dixit ꝙ rectius est describere intellectum, qui est in nobis, per suam virtutem agentem, non per patiẽtem; cũ passio, & receptio cõe sint intellectui, & sensibus, & virtutibus distinctiuis, actio enim est propria ei: & est melius vt res describatur per suam actionem. Dico etiam hoc non esse necesse omni modo: nisi hoc nomen passio diceretur in eis modo vniuoco: non enim dicitur nisi modo equiuoco. † Et omnia dicta ab Aristotelis in hoc sunt ita, ꝙ vniuersalia nullum habent esse extra animam: quod intendit Plato, quoniam si ita esset, non indigeret ponere intellectum agentem.

B

Et hic intellectus separabilis est, & immistus, & impassibilis, substantia actio existens. Semper enim honorabilius est agens patiente, & principium materia. Idem autẽ est secundum actum scientia cum re ipsa.

Et iste intellectus etiam est abstractus, non mixtus, neque passibilis, & est in sua substantia actio. Agens enim semper est nobilius patiente, & principium nobilius materia. Et scientia in actu eadem est cum re,

19 Cum declarauit secundum genus esse intellectus, & est agens, incœpit facere comparationem inter eum & materialem, & dixit. Et iste intellectus etiam, & cetera, idest, & iste etiam intellectus est abstractus, sicut materialis: & est etiam non passibilis, neque mixtus, sicut ille. Et, cum narrauit ea, in quibus communicat intellectui materiali, dedit dispositionem propriam intellectui agenti, & dixit & est in sua substantia actio idest ꝙ non est in eo potentia ad aliquid, sicut in intellectu recipiente est potentia ad recipiendum formas. * intelligentia enim agens nihil intelligit ex eis, que sunt hic. Et fuit necesse vt intelligentia agens sit abstracta, & non mixta, neque passibilis, secundum ꝙ est agens omnes formas intellectas. Si igitur esse mixta, non esset agens omnes formas: sicut fuit necesse vt intellectus materialis, secundum ꝙ est recipiens omnes formas, sit etiam abstractus, & non mixtus. quoniã, si non esset abstractus, haberet formam hanc singularem: & tunc necesse esset alterum duorum, scilicet aut vt recipere se, & tunc motor in eo esset motum; aut non reciperet omnes species formarum. Et similiter, si intelligentia agens esset mixta cum materia, tunc necesse esset aut vt intelligeret & crearet se, aut non crearet omnes formas. Quæ igitur est differentia inter has duas demostrationes in considerando per eas; sunt enim valde consimiles, & mirum est quomodo omnes concedunt hanc demostrationem esse veram de intellectu, scilicet agente, & non conueniunt in demonstratione de intellectu materiali, & licet etiam sint valde consimiles, ita ꝙ oportet conceden-

C

He due actiones reducte sũ ad nr̃am voluntatẽ, s. abstrahere ĩtellecta & intelligere ea. idẽ 2. de aia. 60, & hic. 36.

† Nihil agit nisi p suam formã. idẽ. 3. Phy. 17. 2. de Gñatione. 53. 9. Me. 20 vide pro hoc 2. de aia cõ. 24. idẽ ĩfra ĩ hoc. 3. ca. 36,

* Idẽ ĩfra. 36.

† Oĩa dicta ab Ari. sunt ita, ꝙ vl'ia nullũ hñt eẽ extra aĩam. qd ĩtẽdit plato. idẽ. j. d aia. c. 8. 2. d aia. c. 60. 7. Me. 6. 26. et 27 3. Met. c. 20. 7. Me. 75. 12. Me. 4. & . 14. 21. 27. & . 28. idem. 10. Me. 20, 6,

* Intelligentia agens nihil intelligit ex eis, que sũt hic. Idẽ The. hic, c. 51.

ratum ꝙ nullus est sensus sextus. & vniuersaliter, si intellectus esset virtus animalis in corpore, tunc aut esset sextus sensus, aut consequens sextum sensum, scilicet aliquid, cuius proportio ad sextum sensum esset sicut imaginatio ad communem sensientem. Quoniam autem intellectus materialis non est virtus attributa complexioni, manifestum est ex predictis, quoniam, cum anima sensibilis non est virtus attributa complexioni, quanto magis intellectus. Et, si esset attributa complexioni, tunc, sicut dicit Aristote esse formę lapidis in anima esset idem cum eius esse extra animam, & sic lapis esset comprehendens. & alia multa impossibilia contingentia huic positioni. Et quidam dubitauit in hoc, quod fuit dictum, scilicet ꝙ intellectus non habet instrumentum, ex hoc, quod dicitur, ꝙ virtus imaginatiua est in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, rememoratiua in posteriori. & hoc non tantum dictum est a Medicis, sed dictum est in Sensu & sensato. Galenus autem, & alii medici ratiocinantur super hoc, ꝙ istę virtutes sunt in istis locis per locum concomitantię, & est locus faciens existimare non verus. Sed declaratum est in lib. de sensu, & sensato, ꝙ talis est ordo istarum virtutum in cerebro per demonstrationē dātē esse & cām. Sed istud non contradicit illi, qđ dictum est hic. * Virtus enim cogitatiua pud Aristote. est virtus distinctiua indiuidualis; scilicet quod non distinguit nisi indiuidualiter, non vniuersaliter. Declaratum est enim illic ꝙ virtus cogitatiua non est nisi virtus, quę distinguit intentionem rei sensibilis a suo idolo imaginato. & ista virtus est illa, cuius propositio ad has duas intentiones, scilicet ad idolum rei, & ad intentionem sui idoli, est sicut proportio sensus communis ad intentiones quinque seu suum. virtus enim cogitatiua est de genere virtutum existentium in corpore. Et hoc aperte dixit Aristote. in illo libro, cum posuit virtutes indiuiduales distinctas in quatuor ordinibus. In primo posuit sensum communem, deinde virtutem imaginatiuam, deinde cogitatiuam, & postea rememoratiuam. Et posuit rememoratiuā magis spiritualem, deinde cogitatiuam, deinde imaginatiuam, & postea sensibilem. Licet igitur homo proprie habeat virtutem cogitatiuam, tamen hoc non facit hanc virtutem esse rationabilem distinctiuam. illa enim distinguit intentiones vniuersales non indiuiduales. & hoc fuit aperte dictum ab Aristote. in illo libro. Virtus igitur distinctiua rationalis, si esset virtus in corpore, contingeret vt esset vna istarum virtutum quatuor. quapropter haberet instrumentum corporale: aut esset alia virtus indiuidualis distincta ab istis quatuor. sed iam declaratum est illic hoc esse impossibile. Et, quia Gal. existimauit ꝙ virtus cogitatiua est rationalis materialis, fecit ipsum errare in hoc locus consequentis, quia enim virtus rationalis appropriatur homini; & cogitatiua appropriatur ei: existimatur propter conuersionem affirmatiuę vniuersalis ꝙ cogitatiua est rationalis. & vnus eorum, qui errauerunt in hoc, est Albefarag Babyloniensis in suo commento in libr. de Sensu & sensato. Deinde dicit Recte igitur dixerunt dicentes animam esse locum formarum, id est cum declaratum sit ꝙ non est mixtus alicui corpori, tunc recte dixerunt describentes animam esse locum formarum, cum non acceperunt in notificando substantiam eius propinquam, istam consimilitudinem, & conuenientiam, quæ est inter ipsam ad species, & locum ad locatū. Deinde dicit, sed non vniuersa, sed intelligens id est, sed ista consimilitudo non debet accipi in intelligendo omnes partes animæ, sed tantum in anima rationali. aliæ enim partes animæ sunt formę in materiis, rationalis autem non Deinde dicit. & Formę non in perfectione, sed in potentia, sed locus differt ab anima distinctiua intelligente in hoc, ꝙ locus

Dubiū. an intellectus sit virtus organica.

Solutio. Vide pro illa demonstratione dante causam & esse Auer. super cō. lib. de memoria et reminiscētia.

* Virtus cogitatiua distīguit indiuidualiter. Idē infra. c. 20. & 33. Idē. 2. de Aīa. co. 63.

Error Gal.

Secūda ps expositiua t.

D

E

F

A cus nihil est eorum, quę sunt in eo, anima autem rationalis materialis est formę existentes in ea non actu, sed potentia. Et fecit hoc, ne aliquis intelligat ex hac descriptione ꝙ genus acceptum in ea sit genus verum, nō Rhetoricum. sed cogetur homo in talibus rebus, quę non intelliguntur nisi per consimilitudinem, vt notificet ea per talia genera Rhetorica.

Res, quę nō intelligūtur nisi ꝑ cōsimilitudinē, notificati pñt ꝑ gña rhetorica. cōsimile. isra. c. 14. &. 1. Ph 81. Idē. 4. ph. c. 84. &. 2. de anima. 149.

Quòd autem non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui manifestum est ex sensoriis, & sensu. Sensus enim non potest sentire ex vehementi sensibili: vt sonum ex magnis sonis, neque ex fortibus odoribus & coloribus videre, aut odorari. Sed intellectus, cum aliquid intellexerit valde intelligibile, non minus intelligit inferiora, sed & magis sensitiuum enim non sine corpore est, hic autem separabilis est.

Quoniam autem priuatio passionis in sentiente, & in formatione per intellectum non est consimilis, manifestum inest sensu

B enim non potest sentire post forte sensatum verbi gratia post sonos maximos, aut post colores fortes, aut post odores fortes. Sed intellectus, quando intellexerit aliquod forte intelligibilium, tunc non minus intelligit illud quod est sub primo, immo magis. sentiens enim non est extra corpus: iste autem est abstractus.

7 Cum declarauit ꝙ intellectus materialis non admiscetur materię incœpit notificare ꝙ hoc conuenit apparentibus. Hęc enim est conditio necessaria necessariis demonstrationibus, scilicet vt apparentia sensu non differant ab eo, quod videtur per rationem. Et dixit Quoniam autem priuatio passionis, & cętera idest quoniam priuatio transmutationis existentis in sensu non est similis priuationi transmutationis existentis in intellectu, vt demonstratum fuit ratione, manifestum est ex apparentibus. Priuatio enim trasmutationis in intellectu debet esse pura. & non est ita priuatio transmutationis in sensu, cum sensus sit virtus materialis. Deinde dicit sen

C sus enim non potest sentire, & cętera idest & signum eius est, quoniam sensus non potest sentire sua sensibilia conuenientia sibi, quando senserit aliquod forte, & recesserit ab eo subito ad illud aliud sensibile verbi gratia quando sensus auditus recesserit a magno sono, aut visus a forti colore, & olfactus a forti odore. Et causa in hoc est passio, & transmutatio, quę accidunt sentienti a forti sensato. Et causa huius transmutationis est, quia est virtus in corpore. Et cum demonstrauit hoc, quod videtur de transmutatione in sensu, incœpit notificare quod contrarium est de intellectu, & dixit Sed intellectus, quando intellexerit aliquod forte, & cętera idest intellectus, quando intellexerit aliquod forte intelligibile, tunc facilius intelliget intelligibile non forte, Vnde scimus ꝙ non patitur, neque transmutatur a forti intelligibili. Et, cum demonstraui eos esse diuersos, in hoc dedit causam, & dicit sentiens enim non est extra corpus: iste autem est abstractus. idest & causa in hoc est, ꝙ prius fuit declaratum, scilicet ꝙ sentiens non est extra corpus, intellectus autem est abstractus. Et possumus ponere hunc sermonē demonstrationem tertiam per se, s. demonstrationē, ꝙ, cum diximus ꝙ si intellectus transmutatur essentialiter, non accidentaliter, & mediante alio, hoc. n. concessum est in intellectu, necesse est vt transmutatio cōtingat ei apud suam actionē propriā, quę est in-

Hęc est cōditio necessaria dmōstrationibus necessariis, vt apparentia sensui nō drant ab eo qđ vr̄ ꝑ rōnē. Idē. 1. Cœ. cō. 22. &. 8. ph. 22. &. 26.

Ois uirtus recipiens in aliquo corpore debet transmutari secũdum ꝙ est recipiens. Idem 2. de Aïa. t. c. 123. 143.

telligere, sicut est in sensu. Et, si non transmutatur per se & essentialiter, necesse est vt non sit virtus in corpore omnino. omnis enim virtus recipiens in aliquo, corpore, debet transmutari secundum ꝙ est recipiens. Et ideo non oportet obijcere huic argumento ex eo, quod accidit in intellectu de transmutatione propter transmutationem virtutum imaginationis, & maxime cogitatione. in intellectu enim existimatur accidere fatigatio hoc modo. Et non est ita, nisi accidentaliter. Virtus enim cogitatiua est de genere virtutum sensibilium. Imaginatiua autem, & cogitatiua, & rememoratiua non sunt nisi in loco virtutis sensibilis, & ideo non indigetur eis nisi in absentia sensibilis, & omnes iuuant se ad representandum imaginem rei sensibilis, vt aspiciat eam virtus rationalis abstracta, & extrahat intentionem vniuersalem, & postea recipiat eam, idest comprehendat eam. Et forte, sicut diximus, induxit hunc sermonem ad verificandum prędictas demonstrationes. D

Cum autem sic singula factus est, vt sciens dicitur qui secundum actum: hoc autem tum accidit, cum potest operari per seipsum: est quidem & tunc potentia, quodammodo. non tamen similiter, vt & erat antequam addisceret, aut inueniret. Et ipse autem seipsum tunc potest intelligere. E

Et, cum quodlibet eorum fuerit sic, scilicet sicut dicitur scientia in actu: & hoc continget, quando poterit intelligere per se: tunc etiam erit in potentia quoquo modo, sed non eodem modo, quo ante erat antequam sciuit, aut inuenit. Et ipse tunc potest intelligere per se.

Differẽtia inter virtutes agẽtes propinquas & remotas.

Intellect' intelligit seipsũ mõ accidentali. vide pro hoc cõ. 51. 12. Met. Vide infra cõ. 15. & 36.

8 Et cum in eo fuerit vnumquodque intellectorum tali modo, sicut dicitur in sciente ꝙ est sciens in actu, idest quando intellecta fuerint in eo entia in actu. & hoc continget intellectui, quando poterit intelligere per se, non quando intellexerit per aliud. Et hoc, quod dixit, est differentia inter virtutes agentes propinquas & remotas. Propinquę enim actui sunt, quę agunt per se: & non indigent extra hente eas de potentia in actum: remotę autem indigent. & ideo dixit ꝙ, cum intellectus fuerit in hac dispositione, tunc erit potentia quoquo modo idest tunc dicetur de eo hoc nomen potentia non vere, sed modo simili. Deinde dicit. Et ipse tunc poterit intelligere per se idest &, cum intellectus fuerit in hac dispositione, tunc intelliget se, secundum ꝙ ipse non est aliud nisi formę rerum, inquantum extrahit eas a materia, quasi igitur se intelligit ipse modo accidentali, vt dicit Alex. idest secundum ꝙ accidit intellectis rerum ꝙ fuerint ipse, idest essentia eius. Et hoc est econtrario dispositioni in formis abstractis: illę enim, cum intellectus earum non est aliud ab eis in intentione, per quam sunt intellecta istius intellectus, ideo intelligunt se essentialiter, & non accidentaliter. & hoc perfectius inuenitur in primo intelligente, quod nihil intelligit extra se. Et possumus exponere istum locum secundum ꝙ Alfarabius dicit in suo tractatu de intellectu, & intellecto. & est ꝙ cum intellectus fuerit in actu, erit vnum entium, & poterit intelligere seipsum per intentionem, quam abstrahet a se, secundum ꝙ abstrahit intentiones rerum, quę sunt extra animam. & sic intellectum habebit intellecta. & nos perscrutabimur de hoc, vtrum sit possibile, aut non. F

A

Caput Secundum. Quo pacto intellectus poteſtatis materialia, ac eorum formas, ſimiliter & ea, quæ ſunt in abſtractione intelligat. Quo etiam pacto intelligat, ſi eſt impaſſibilis. Quo modo ſe ipſum intelligit. Et cur nõ ſemper intelligat.

B Voniam autem aliud eſt magnitudo & magnitudini eſſe, & aqua & aquæ eſſe, ſic autem et in multis aliis: ſed non in omnibus, in quibuſdam enim idem eſt eſſe carni & carnem: aut alio, aut aliter habente diſcernit. Caro enim non ſine materia eſt ſed ſicut ſimum, hoc in hoc.

Et, quia magnitudo eſt aliquid & eſſe magnitudinis aliud, & aqua eſt aliquid & eſſe aquæ aliud, & ſic in multis aliis: ſed non in omnibus, in quibuſdam enim eſſe carnis idem eſt cum carne: neceſſe eſt vt experimentetur aut per duo, aut per diuerſam diſpoſitionem. Caro enim non eſt extra materiam, ſicut ſimitas eſt aliquid hoc, & in aliquo hoc.

Cum compleuit ſermonem de notificatione ſubſtantię intellectus materialis, et dedit differentiam inter ipſam & ſubſtantiam ſentientis materialis, incępit dare etiam differentiam inter intellectum in actu, & imaginationem in actu. C Exiſtimatur enim ꝙ imaginatio ipſa eſt intellectus: & pręcipue, cum dicimus ꝙ proportio eius ad intellectum eſt ſicut proportio ſenſibilis ad ſenſum, ſcilicet ꝙ mouet ipſum: & exiſtimatur ꝙ motor & motum debent eſſe eiuſdem ſpeciei. Et incępit dicere, Et, quia magnitudo eſt aliquid, &c. ideſt &, quia hoc indiuiduum eſt aliquid, & intentio per quam hoc indiuiduum eſt ens, ſcilicet quiditas, & forma eius eſt aliud, verbi gratia ꝙ hęc aqua eſt aliquid, & intentio, ideſt forma, per quam hęc aqua eſt ens, aliud eſt ab aqua. Deinde dicit, & ſic in multis aliis, ideſt & hoc accidit ſimiliter in multis rebus, ſcilicet in omnibus compoſitis ex materia & forma. & dixit. ſed non in omnibus ad excipiendum res abſtractas. & quę ſunt res ſimplices, & non compoſitæ. Deinde dicit, in quibuſdam enim eſſe carnis idem eſt cum, carne, ideſt & cauſa, propter quam hę duę intentiones non inueniuntur in omnibus entibus, eſt ꝙ quiditas & eſſe eſſentia in entibus ſimplicibus eſt idem verbi gratia ꝙ eſſe carnis idem eſt cum carne: quia intentio carnis in eis non eſt in materia. Et, cum induxit præcedens in hoc ſermone, dedit conſequens, & dixit neceſſe eſt vt experimentetur, &c. ideſt &, cum fuerit declaratum ꝙ entia ſenſibilia diuidun

tur in duplex esse scilicet in hoc singulare, & suam formam, necesse est vt virtus experimentatiua, idest comprehensiua comprehendat eam, aut per duas virtutes, aut per vnam, sed duabus dispositionibus diuersis. cum duabus autem virtutibus erit, quando comprehenderit vtrunque per se, scilicet formam singulariter, & indiuiduum singulariter. per vnam vero virtutem & dispositionem diuersam erit, quando comprehenderit alietatem, quę est inter has duas intentiones * Quod enim comprehendit alietatem inter duo, necesse est, vt declaratum est, vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. † & ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietatem, quę est inter formam & indiuidum, comprehendit enim formam per se, & comprehendit indiuiduum mediante sensu, Comprehendit igitur alietatem inter ea per dispositionem, quę diuersatur, quemadmodum sensus communis comprehendit alietatem inter sensibilia per dispositionem diuersam scilicet sensus pluralitatem. sed, quia istas formas non comprehendit intellectus nisi cum materiis, ideo comprehendit eas per dispositionem, quę diuersatur. Et, cum notificauit ꝙ necesse est vt anima comprehendat has duas intentiones per virtutem diuersam, & comprehendat alietatem earum per vnicam virtutem, sed secundum diuersam dispositionē, dedit causam, propter quam indiget anima in comprehendendo has duas intentiones diuersa dispositione, & dixit. Caro enim non est extra materiam, i. causa propter quam forma non comprehenditur ab intellectu nisi cum materia ꝙ facit ipsum intellectum comprehendere eam diuersa dispositione, est ꝙ formę non sunt extra materiam. Forma enim carnis non denudatur a materia, sed semper intelligitur cum materia: sicut simitas cum naso, cum simitas sit aliquid hoc in aliquo hoc. & sic est de formis sensibilibus, scilicet ꝙ sunt aliquid hoc in aliquo hoc. D E

* Quod comprehendit alietatem inter duo necesse est vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. 2. de Anima 149.

† Aduerte hic quia videtur cō. dicere ꝙ intellectus nō cōprehendit singulare, nisi in comparatione ad vniuersale.

Sensitiuo igitur calidum, & frigidum iudicat, & quorum ratio quędam ipsa caro. Alio autem, aut separabili, aut vt circumflexa se habet ad seipsam, cum extensa fuerit carni esse discernit.

Ipsa igitur per sentiens experimentatur calidum & frigidum. & res, quæ sunt in carne, assimilantur eis quę sunt illins. Et experimentatur per aliud, aut secundum dispositionem lineæ sphæralis, quamdiu durat quid est esse carnis. F

10 Dicit. Ipsa igitur, &c. i. &, cum necesse est experimentare res diuersas, & per virtutes diuersas, & per sentiens autem, & per sibi similia experimentatur anima calidum & frigidum, & sibi similia, necesse est secundum exemplum vt res existens in carne, per quam caro est quod est, & non illud, per quod est calida aut frigida, sit similis virtuti comprehendenti eam, & vt experimentetur per aliam virtutem. Et dixit assimilantur eis, quæ sunt illius, quia necesse est vt proportio quę est intentionis ad intentionem scilicet indiuidualis ad vniuersalem, si sicut proportio virtutis comprehendentis alteram earum ad virtutem comprehendentem alteram, Et, cum necesse est vt duę intentiones sint diuersæ, necesse est vt virtutes sint diuersę. Intelligens igitur non est imaginatiua: cum iam declaratū est ꝙ comprehensio virtutis imaginatiuæ & sensibilis idem est. Deinde dicit & experimentatur per aliud, aut secundum dispositionem lineę &c. idest & necesse est vt forma experimentetur per aliquam virtutem. & hoc erit ex hac virtute, aut per dispositionem similem lineę rectę, cum intellexerit primam formam existentem in hac re singulari; aut secundum

Cum duæ intētiones sint diuersæ, necesse est vt virtutes sint diuersę. Idē 2. de Anima t. co 33.

A dum dispositionem similem lineę sphærali, quando fuerit reuersa, quærendo intelligere etiam quiditatem illius formę, deinde quiditatem illius quiditatis, quousque perueniat ad simplicem quiditatem in illa re verbi gratia ꝙ primo intelligit quiditatem carnis, deinde quęrit intelligere quiditatem istius quiditatis, deinde quiditatem istius quiditatis: & hoc erit, dum inueniet quiditatem in quiditate, & non cessabit, quousque perueniat ad formam simplicem. Et hoc intendebat, cum dixit quandiu durat, idest ꝙ istud intelligere intellectum erit similiter in carne, dum erit possibile in carne ꝙ quiditas habeat quiditatem.

Iterum autem in iis, quæ in abstractione sunt, rectum vt simum. cum continuo enim est. Ipsum autem quid erat esset, si est alterum recto esse & rectum, alio. sit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter se habente iudicat. Omnino ergo, vt separabile sunt res a materia, sic & quæ circa intellectum.

B Et etiam in rebus existentibus in Mathesi, rectum est sicut simitas. est enim cum quanto continuo. Secundum autem esse, esse recti aliud est ab eo. Si igitur experimẽtatur, tunc igitur ꝑ aliud, & quia dispositio eius sit alia. Et vniuersaliter dispositio rerum, quæ sunt in intellectu, currit sicut res abstractæ a materia.

D. Et istud intelligere intellectus non tantum inuenitur in rebus * materialibus, sed in mathematicis. Rectum enim quia est in continuo, sicut simitas in naso, necesse est quemadmodum intellectus intelligat simitatẽ compositam ex naso, ita intelligat quiditatem recti compositam cum continuo. Et dixit, Et etiam in rebus, &c, idest & rectum, & esse eius similis ex rebus mathematicis est simile ad esse simitatis in naso, rectum enim est in continuo, sicut simitas in naso. Deinde dicit Secundum autẽ esse, esse in recto est aliud a quiditate continui: licet alterum eorum non inueniatur nisi in alio. Deinde dicit. Si igitur, &c. idest cum igitur posuerimus ꝙ in mathematicis etiam sunt duo, quorum vnum est in altero, tunc anima non experimentat ea, nisi per aliam virtutem: aut per eandem, sed tamen per dispositionem, quę diuersatur, cum non intelligit ea nisi cum re: licet non intelligat ea cum materia sensibili. Sciendum est enim, ꝙ dispositio habita ab intellectu, quę diuersatur in eo, quando comprehendit formas rerum primas sensibiles, est et per sensus: & dispositio, quę diuersatur in eo per comprehensionem quiditatis & formę, est ei dispositio diuersa in se non per sensus. Et ideo assimilat Aristo. ipsum lineę spherali in hac dispositione: Plato autem lineę gyratiuę. & per hanc dispositionem intelligit formas rerum mathematicarum, cum non accepit intelligendo eas * magnitudinem sensibilem. Deinde dicit, Et vniuersaliter dispositio rerum, &c. idest vt mihi videtur, & vniuersaliter dispositio rerum, quas comprehendit intellectus, inuenitur in eo in modo, secundum quem sunt in se in propinquitate, & distantia, ab abstractione a materia. Quod igitur eorum fuerit remotum a materia, poterit abstrahi ab intellectu absque materia: licet non habeat esse nisi in materia: sicut est in mathematicis. & quod eorum fuerit propinquum materię non poterit. cum igitur dixit secundum ꝙ res abstractę a materia, intendit secundum modum essendi in rebus abstractis a materia in ordine, in quo sunt de abstractione, si iste sermo sit completus in scripto.

C (margin, beside "dem, sed tamen per dispositionem")

11

* a.l. naturalibus.

* a.l. materiam.

Quod fuerit motum a materia, poterit abstrahi ab intellectu a materia, licet non habeat eẽ nisi in materia, sicut est ĩ mathematicis, & quod fuerit propinquũ materię non poterit.

Dubitabit autem vtique aliquis, si intellectus simplex est, & impassibilis, & nulli quicquam habet commune, sicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget si intelligere pati quoddam est: inquantum enim aliquid commune vtrisque inest, hoc quidem agere, illud vero pati videtur. D

Et dubitat homo quòd intellectus est simplex, non patiens. & quòd impossibile est vt habeat aliquam communicationem cum alia re, sicut dixit Anaxag. quo modo igitur intelligitur ꝙ formare per intellectum est aliqua passio. quoniam propter hoc, quòd aliquid est commune vtrique, existimatur ꝙ alterum eorum agit & alterum patitur.

12 Cum dedit differentiam inter intelligere & imaginari, reuersus est ad dubitandum de intellectu passibili. & dixit, Et dubitat homo, &c. id est & dubitat homo in hoc, quod dictum est, ꝙ intellectus materialis est simplex & non passibilis: quia non existimatur ipsum habere communicationem aliquam cum re materiali, sicut dix. Anaxa. & sicut declaratum fuit prius. Quęstio autem est quomodo intelligitur ꝙ formare per intellectum sit passio, id est de genere virtutum passiuarum, & nullam habeat communicationem cum re, a qua patitur: quoniam per aliquod cõe agenti & patienti existimatur hoc agere, & hoc pati. Nisi enim esset materia non esset passio. &, cum posuerimus intellectum non esse materiam neque in materia: quomodo igitur intelligemus cum hoc ꝙ intelligere est passio, non actio. Sumus igitur inter duo, aut vt non ponamus ꝙ intelligere est in capitulo passionis: aut ponamus ꝙ intellectus materialis communicat corpori, quemadmodum forma imaginationis mouens ipsum communis est corpori. E

Nisi esset materia nõ esset passio, sed quõ hoc sit intelligendũ vide infra. c. 28 & in com. 14.

Amplius autem, si intelligibilis & ipse. aut enim & aliis inerit intellectus, si non secundum aliud ipse intelligibilis sit. vnum autem quoddam specie ipsum intelligibile, aut aliquid mistum habebit, quod ipsum facit intelligibilem, sicut alia. F

Et etiam verum est in se intelligibile, quoniam autem intellectus erit aliarum rerum, si non est intellectum alio modo, sed illud formatum per intellectum fuerit vnum in sua forma, aut erit mixtio in eo ab aliquo, quod ipsum fecit intellectum, sicut est de aliis.

13 Ista est secunda dubitatio de intellectu materiali: & est verum est in se intelligibilis, non per naturam existentem in eo, adeo quod intellectus & intellectum in eo idem erit omnibus modis, sicut est dispositio in rebus abstractis: aut intellectum ex eo est aliud quoquo modo ab ipso. Et, dicit. Et etiam verum, est in se, & cętera id est & etiam verum ipsum est illud, quod est intellectum ex eo, necesse est enim alterum duorum. aut vt alię res, quæ sunt extra animam, habeant intellectum, si intellectus est intellectum ex eo omnibus modis, & non est alius modus de intelligere res, sed intelligere est idem in omnibus rebus; aut vt non sit intellectum per se, sed per intentionem in eo, quæ fecit ipsum intelligi-

Intelligens, & intellectũ sunt idem in abstractis oĩbus modis. Idem. 12. Me. 19. 51.

A intelligibilem; sicut est dispositio in rebus, quę sunt extra animam. & tacuit, vt videtur, illud, quod consequitur positionem, & est quod intellectus in se est non intelligens. Et abbreuiatio dubitationis est talis, vt videtur, aut enim erit intellectum sicut alię res, abstractæ intellecte; & sic res, quę sunt extra animam, erunt intelligentes; aut erit intellectum, sicut alię res, quę sunt extra animam; & sic erit in se non intelligens, neque comprehendens.

An pati quidem secundum commune aliquid diuisum est prius: quoniam potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu nullum, antequam intelligat. Oportet autem sic, vt in tabula. in qua nihil est scriptum actu. quod quidem accidit in ipso intellectu. Intellectus potentia quodammodo est intelligentia.

Dicamus igitur ꝙ passio, secundum ꝙ prius vtebatur, est vniuersalis: & ꝙ intellectus est in potentia quoquo modo intellecta, B perfectione autem non est quousque intelligat Et ꝙ accidit in intellectu, debet currere tali cursu, scilicet sicut tabula est aptata picturæ, non picta in actu omnino.

Cum dedit has duas quęstiones de intellectu materiali, incepit dissoluere eas, & primo primam dicens, quomodo intelligimus ꝙ intellectus materialis est aliquid simplex, & non mixtum cum aliquo, opinando ꝙ intelligere est aliqua passio: & iam declaratum est in vniuersalibus sermonibus ꝙ ea, quę agunt, & patiuntur communicant in subiecto. Et dixit Dicamus igitur ꝙ passio, & cętera idest ista quæstio dissoluetur in sciendo ꝙ passio, qua prius vtebamur in quęstione, est magis vniuersalis, quam aliquod dictum in rebus naturalibus ꝙ sit passiuum. Deinde exposuit quid significat hoc nomen passio in intellectu, ꝙ dixit ꝙ intellectus est in potentia, & cętera idest & ista intentio vniuersalis de passio ne in intellectu nihil aliud est nisi quod est in potentia intellectum, non in actu quousque intelligat. Et dicere etiam ipsum esse in potentia est alio modo ab eis, secundum quod dicitur ꝙ res materiales sunt in potentia. & hoc est, quod diximus prius, ꝙ intelligendum est hic ꝙ hęc nomina, scilicet potentia, & receptio, & perfectio modo ęquiuoco dicuntur cum eis in rebus materialibus. Diuersitas enim istius intentionis, scilicet receptioni, quę in intellectu, a receptione. quę est in rebus materialibus, res est, ad quam ducit ratio. Vnde non est opinandum ꝙ prima materia est causa receptionis, sed causa receptionis transmutabilis; & est receptio huius singularis. causa autem receptionis simpliciter est ista natura. Et ex hoc modo fuit possibile ꝙ corpora cęlestia reciperent formas astractas, & intelligerent eas: & fuit possibile vt intelligentię abstractę † perficerentur per se ad inuicem. Et, si non, non esset possibile vt illic intelligeretur recipiens, neque receptibile. vnde videmus ꝙ illud, ꝙ est liberatum ab hac natura est, primum intelligens. Et ponendo istam naturam, dissoluetur quæstio, dicens quomodo intelligitur multitudo, & quomodo intelliguntur multę ex formis abstractis, & intellectus idem est eis cum intellecto. Et, cum notificauit modum passionis in intellectu, & ꝙ ęquiuoce dicitur in intellectu & in rebus materialibus, incæpit dare ex rebus sensibilibus exemplum, per quod intelligitur ista intentio in intellectu materiali. &, licet non sit verum, tamen est via

14

1. de generatione, T. c. 43.

C

Potentia, receptio, & pfectio ęquiuoce dñr in rebus materiali bus, & abstractis.

Nõ ẽ opinandũ ꝙ pria materia est cã receptionis, sed cã receptionis transmutabilis; & est receptio huius singularis. sed cã receptionis simpliciter est ista nã. Idẽ supra. c. 5. idẽ infr. c. 28.

ad intelligendum. Et iste modus doctrinę necessarius est in talibus rebus, licet sit rethoricus. Et dicit. Et quod accidit in intellectu, & cętera idest, & intelligendum est hoc, quod diximus de hac intentione vniuersali, scilicet passione, quę est in intellectu, quę est tantum receptio sine trasmutatione, sicut receptio picturæ in tabula. Quemadmodum enim non patitur a pictura neque accidit ei ab hac transmutatio: sed tantum inuenitur in ea de intentione passionis, quod perficitur per picturam, postquam erat in potentia picta, ita est dispositio in intellectu materiali. Et hoc exemplum, quod induxit, valde est simile dispositioni intellectus, qui est in potentia, cum intellectu, qui est in actu. Quemadmodum enim tabula nullam picturam habet in actu, neque in potentia propinqua actui: ita in intellectu materiali non est aliqua formarum intellectarum, quas recipit, neq; in actu, neque in potentia propinqua actui. Et voco hic potentiam propinquam actui dispositionem mediam inter remotam potentiam & postremam perfectionē. & hoc est vt sit in eo intentio, quę sit in potentia intellecta, & hoc est proprium soli intellectui. Perfectio enim prima sentientis est aliquid in actu respectu potentię remotę: & est aliquid in potentia respectu postremæ perfectionis. Et ideo assimilauit Aristote. primam perfectionem sensus Geometrę, quando non vtitur Geometria, scimus enim certe ꝙ habemus virtutem sensibilem existentem in actu, licet tunc nihil sentiamus. Declaratus est igitur modus consimilitudinis istius exempli huic, quod dictum fuit ab Aristote. in intellectu materiali. Dicere autem ꝙ intellectus materialis est similis prępara tioni, quę est ī tabula, non tabulę secundum ꝙ est pręparata, vt exposuit Alexand. hunc sermonem, falsum est. Pręparatio enim est priuatio aliqua, & nullā habet naturam propriam nisi propter naturam subiecti. & propter hoc fuit possibile vt pręparationes diuersentur in vnoquoque ente. O Alexand. reputas Aristelem intendere demonstrare nobis naturam pręparationis tantum, non naturam pręparati, & non est natura istius pręparationis propria ei, si fuerit possibile cognosci sine cognitione naturę pręparati: sed naturam pręparationis simpliciter in quocunque sit. Ego autem verecundior ex hoc sermone, & ex hac mirabili expositione, Si enim Aristote. intendebat demonstrare naturam præparationis, quæ est in intellectu per omnes sermones prædictos in intellectu materiali, necesse est aut vt intendat demonstrare per eos naturam pręparationis simpliciter, aut naturam preparationis proprię. Naturam autem pręparationis proprie in intellectu impossibile est demonstrare sine natura subiecti: cum pręparatio propria vnicuique subiecto currit cursu perfectionis, & formę ex eo: sed oportet necessario per cognitionem naturę pręparationis scire naturam, præparati. Et, si intendebat per illos sermones demonstrare naturam pręparationis simpliciter, tunc illud non est proprium intellectui, & omne hoc est perturbatio. Omnis enim pręparatio, in eo quod est pręparatio, vere dicitur, nihil esse in actu ex eis, quę recipit & ꝙ est non passibile: & vere dicitur esse non corpus, neque virtus in corpore: quomodo igitur possumus exponere illud quod Aristoteles intendebat hic demonstrare nobis de natura intellectus materialis, illud, quod est commune omnibus recipientibus, scilicet in quibus est pręparatio ad recipiendum vnumquodq; genus formarum, non ad demonstrandum naturam pręparati per cognitionem naturæ pręparationis proprie ei * nisi intellectus materialis esset solummodo pręparatio sine aliquo subiecto: quod est impossibile. pręparatio enim ostendit pręparatum. Vnde Aristote. cum inuenit pręparationem, quę est in intellectu, esse diuersam ab aliis, iudicauit pręcise ꝙ natura subiecta ei differt ab aliis naturis præparatis: & quod est proprium

† Q. uo formæ abstractę ad sui cē pficātur. Vide.c.44.12. M. Sermo rethoricus ī rebus difficilibus est necessarius.1.Ph.81. &.4.Ph.84.idē supra.c.6.

Digressio cōtra Ale.de eo ꝙ intellectus non sit pparatio tantū.

* a.l. si.n.intellectus materialis esset solūmō p̄paratio, etī sine aliquo subiecto.

D E F

A isti subiecto preparationis, scilicet intellectui, est quod non est in alia intentionum intellectorum in potentia, aut in actu. Vnde necesse, fuit ipsum non esse corpus, neque formam in corpore. &, cum non fuerit corpus, neque virtus in corpore non erit etiam formę imaginationis ille enim sunt virtutes in corporibus, & sunt intentiones intellectę in potentia. Et, cum subiectum istius preparationis neque est forma imaginationis, neque mixtum ex elementis, vt Alexand. intendit: neque possumus dicere quod alia preparatio denudetur a subiecto, recte videmus quod Theophrastus, & Themistius, & Nicolaus, & alii Antiquorum Peripateticorum magis retinent demonstrationem Aristote. & magis conseruant verba eius. Cum enim intuerentur sermones Aristote. & eius verba, nullus potuit ferre ea super ipsam praeparationem tantum, neque super rem subiectam praeparationi: si posuerimus ipsam esse virtutem in corpore, dicendo eam esse simplicem, & abstractam, & nō passibilem, & non mixtam corpori. Et, si istud non esset opinio Aristote. opporteret opinari eam esse opinionem veram, sed propter hoc, quod dico, nullus debet dubitare quin ista sit opinio Aristote. Omnes enim hęc opinantes non credunt nisi B propter hoc, quod dixit Aristote. quoniam ita est difficile hoc: adeo quod, si sermo Aristote. non inueniretur in eo, tunc valde esset difficile cadere super ipsum, aut forte impossibile, nisi inueniretur aliquis talis, vt Aristotel. credo enim quod iste homo fuerit regula in natura, & exemplar, quod natura inuenit ad demonstrandum vltimam perfectionem humanam in materiis. Et forte opinio attributa Alexand. fuit ficta ab eo solo: & in tempore eius erat opinabilis, & abiecta ab omnibus. Et ideo videmus Themistium dimittentem eam omnino, & fugere eam, sicut cauentur inopinabilia. Et est contrarium ei, quod contingit modernis. nullus enim est sciens. & perfectus apud eos, nisi qui est Alexandreus. & causa in hoc est famositas istius viri. & quia credimus, & vere scimus quod fuit vnus de bonis expositoribus. Licet Alfarabius, cum hoc quod maximus erat in istis, sequitur Alexand. in hac intentione & addidit huic opinioni quodam inopinabile. In li. enim de Nicomachia videtur negare continuationem esse cum intelligentiis abstractis: & dicit hanc esse opinionem Alexand. & quod non est opinandum quod finis humanus sit aliud quam perfectio speculatiua. Auempace autem exposuit sermonem eius, & dicit quod opinio eius est opinio omnium Peripateticorum, scilicet quod continuatio C est possibilis, & quod est finis. Et forte hęc est vna causarum, propter quam videmus quod consuetudo. & mos plurium dantium se Philosophię in hoc tempore sunt corrupti. & hoc habet alias causas non latentes considerantes in Philosophia operatiua.

Laus magna de Ari, vide cōsimile in proęmio Aue. sup. 1. Ph. & 1. de Generatione cō. 38. & 3. Meteororum ca. de Iride.

De opiniōe Alfarabii vide infra. c. 36. de Auēpace & ibidē & 9. Me. c. 22.

Et ipse etiam intelligibilis est, sicut ipsa intelligibilia. In his enim, quæ sunt sine materia, idem est quod intelligit, & quod intelligitur. Scientia nanque speculatiua, & ipsum scibile idem est.

In his, quę sunt sine materia, idē est intelligēs & quod intelligitur.

Et est etiam intellectum, sicut intellecta. Formare enim per intellectum, & formatum per intellectum, quæ sunt extra materiam, idem sunt. Scientia enim speculatiua, & scitum secundū hunc modum idem sunt.

Cum dubitauit de intellectu materiali, vtrum intellectum ex eo est ipse intellectus, aut aliud aliquo modo, & opportet, si intellectus in eo 15

est ipsum intellectum, vt sit intellectum per se non per intentionem in eo, & si fuerit aliud aliquo modo vt sit intellectum per intentionem in eo, incepit declarare q; est intellectum per intentionem, in eo, sicut aliæ res intellectæ: sed differt ab eis in hoc, q; illa intentio est in se intellectus in actu, & in aliis rebus est intellectus in potentia. Et dixit, Et est etiam intellectum, sicut intellecta. idest & est intellectum per intentionem in eo, sicut res alie intellecte. Deinde dedit demonstrationem super hoc, & dicit, Formare enim per intellectum, &c. idest & necesse est vt intellectum sit per intentionem in eo, quia formare per intellectum, & formatum idem sunt in rebus non materialibus. Et, si iste intellectus esset intellectus per se, contingeret vt scientia speculatiua, & scitum essent idem: quod est impossibile. D

Cur autem non semper intelligat, causa cousyderanda est. In habentibus autem materiam potentia solum vnumquodque est intelligibilium. Quare illis quidem non inerit intellectus. sine materia enim potentia est intellectus talium. ille autem intelligibile erit. E

Et perscrutandam est causa, propter quam non semper intelligit. In eo aut, quod habet materiam, quodlibet intellectorum est in potentia tantum. Istis igitur, non est intellectus, intellectus enim ad ista non est nisi potentia illorum abstracta a materia. isti autem, quia est intellectum.

16 Et oportet perscrutari de causa, propter quam non semper intelligit, ita q; intellecta eius sint in se. Et causa in hoc est, q; illud est intellectis, quod non habet materiam, suum intellectum est intellectus in se, & ipse semper intelligit: q; autem habet materiam, vnumquodque intellectorum est in ipso in potentia: & ideo res intellectę materiales non intelligunt. Et hoc intendebat. cum dicit. Istis igitur non est intellectus. idest & ideo intellecta materialia non habent intellectum. & quod diminuitur a sermone intelligitur per suum oppositum, & per hanc particulam, aut quę notat diuisionem. & quasi dicit & causa in hoc est, quia intellectum eius, quod non habet materiam, est semper, & in actu, intellectum autem eius, quod habet materiam, est in potentia. D.d. Istis igitur non est intellectus, &c. idest ista igitur intellecta propter hoc scilicet quia sunt intellecta in potentia, non habent intellectum. Intellectus enim attributus istis non est nisi formę istorum abstractę a materia. & ideo istę formę respectu eorum non erunt intellectę in actu, idest non comprehense ab eis, neque per eas erunt intelligentia: & in respectu illius, quod abstrahat eas a materiis suis erunt intellecta in actu, & per ea erit intelligens, & illa per illam eandem intentionem erunt non intelligentia. Et hoc est complementum sermonis in dissolutione prædictę quęstionis. Ille enim sermo coegit nos ad alterum duorum. Si enim intellectus fuerit idem cum intellecto in intellectu materiali, necesse est vt sint alię res, quę sunt extra animam intelligentes. Si vero aliud, vt sit intellectum per intentionem in eo, quapropter indiget in essendo intellectum intellectu. & hoc procedit in infinitum. Dissolutio igitur istius quęstionis est, quoniam intentio, per quam intellectus materialis fit intellectus in actu, est quia est intellectum in actu. Intentio vero, per quam res, quę sunt extra animam, sunt entia F

Resumit quæstionem propositam supra. t. c. 13.

Solutio eiusdẽ.

A est quia sunt intellectę in potentia, &, si essent in actu, tunc essent intelligentes.

Caput Tertium. De intellectu agente.

Voniam autem in omni natura est aliquid hoc quidem materia vnicuique generi, id autem est, quod potentia omnia illa: alterum autem causa, & factiuum, quod faciendo omna, quod ars ad materiam passa est: necesse & in anima has existere differētias.

Et, quia, quemadmodum in natura est aliquid in vnoquoque genere, quod est materia, & est illud, quod est illa omnia in potentia: & aliud, quod est causa, & agens, & hoc est illud,
B propter quod agit quidlibet, sicut dispositio artificii apud materiam. necesse est vt in anima existant hæ differentiæ.

Cum declarauit naturam intellectus, qui est in potentia, & qui est in actu, & dedit differentiam inter ipsum & virtutem imaginationis, incępit declarare ꝙ necessarium est tertium genus intellectus esse; & est intelligentia agens, quę facit intellectum, qui est in potentia, esse intellectum in actu, Et dicit. ꝙ ita est in ponendo intelligentiam agentem in hoc genere entium, sicut est dispositio in omnibus rebus naturalibus. quemadmodum enim necesse est in vnoquoque genere rerum naturalium generabilium & corruptibilium esse tria ex natura illius generis, & ei attributa agens, scilicet patiens, & factum, ita debet esse in intellectu. Et dixit, Et quia, quemadmodum in natura idest & quia ita est hoc sicut in rebus naturalibus idest & quia consyderatio de anima est consyderatio naturalis, quia anima est vnum entium naturalium: rebus autem naturalibus commune est vt: habeant in vnoquoque genere materiam, & est illud, quod est in potentia omnia, quę sunt in illlo genere, & aliud, ꝙ est causa 17
C & agens, & est illud, propter quod generatur omne, quod est illius generis, sicut est artificium apud materiam: necesse est vt hę tres differentiæ sint in anima.

Et est quidam talis intellectus, quia omnia fit quidam vero, quia omnia facit, vt habitus quidam. quale est lumen. quodam enim modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.

Oportet igitur vt in ea sit intellectus, qui est intellectus secundum ꝙ efficitur omne: & intellectus, qui est intellectus, secundum quod facit ipsum intelligere omne. & intellectus, secundum ꝙ intelligit omne, est quasi habitus, qui est quasi lux. lux enim quoquo modo etiam facit colores, qui sunt in potentia, colores in actu.

D, Et, cum necesse est inueniri in parte animę, quæ dicitur intellectus, 18 istas

istas tres differentias, necesse est vt in eo sit pars, quę dicitur intellectus, secundum quod efficitur omne modo similitudinis, & receptionis: & quod in ea sit etiam secunda pars, quæ dicitur intellectu, secundum quod facit istum intellectum, qui est in potentia, intelligere omnia in actu. Causa enim propter quam facit intellectum, qui est in potentia, intelligerete omnia in actu, nihil aliud est nisi quod sit in actu. hoc enim, quia est in actu, est causa vt intelligat in actu omnia, & quod in ea etiam sit tertia pars quę dicitur intellectus, secundum quod facit omne intellectum in potentia esse intellectum in actu. Et dixit. Oportet igitur, & cætera, & intendit per istum intellectum materialem. hęc igitur est sua descriptio prędicta. Deinde dicit, & intellectus, secundum quod facit ipsum intelligere omne. & intendit per istum, illud quod fit, quod est in habitu. Et hoc pronomen, ipsum, pōt referri ad intellectū materialem, sicut diximus: & potest referri ad hoīem intelligentem. & oportet addere in sermone secundum quod facit ipsum intelligere omne ex se, & quando voluerit. hęc enim est definitio huius habitus, scilicet vt habens habitum intelligat per ipsum illud, quod est sibi proprium ex se, & quando voluerit, absque eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco. Deinde dicit, & intellectus, secundum quod intelligit, & cętera, & intendit per istum intelligentiam agentem. & per hoc, quod dixit intelligit omne, quasi aliquis habitus, intendit quod facit omnē rē intellectā in actu, postquam erat in potentia, quasi habitus & forma. Deinde dicit qui est quasi lux, & cętera modo dat modum, ex quo oportuit ponere in anima intelligentiam agentem. non enim possumus dicere quod proportio intellectus agentis in anima ad intellectum generatum est, sicut proportio artificij ad artificiatum omnibus modis. ars enim imponit formam in tota materia absque eo quod in materia sit aliquid existētes de intentione formę, antequā artificiū fecerit eam. & non est ita in intellectu. quoniam, si ita esset in intellectu, tunc homo non indigeret in comprehendendo intelligibilia sensu, neque imaginatione: immo intellecta peruenirent in intellectum materialem ab intellectu agente, absque eo quod intellectus materialis indigeret aspicere formas sensibiles. Neque etiam possumus dicere quod * intentiones imaginatę sint solę mouentes intellectum materialem, & extrahentes eum de potentia in actum. Quoniam, si ita esset, tunc nulla differentia esset inter vniuersale, & indiuiduum: & tunc intellectus esset de genere virtutis imaginatiuę. Vnde necesse est cū hoc, quod posuimus, quod proportio intentionum imaginatarum ad intellectum materialem est sicut proportio sensibilium ad sensus, vt Aristote. post dicet, ponere alium motorem esse, qui facit eas mouere in actu intellectum materialem: & hoc nihil est aliud quam facere eas intellecta in actu, abstrahendo eas a materia. Et quia hęc intentio cogens ad ponendum intellectum agentem alium a materiali, & formis rerum, quas intellectus materialis comprehendit, est similis intentioni, propter quam visus indiget luce: cum hoc quod agens & recipiens alia sunt a luce: contentus fuit in notificādo hunc modum per hoc exemplum. & quasi dicat & modus, qui cogit nos ad ponendum intellectum agentem, idē est cum modo propter quem indiget visus luce. Quemadmodum enim visus non mouetur a coloribus, nisi quando fuerit in actu, quod non completur nisi luce pręsente, cum ipsa sit extrahens eos a potentia in actum: ita etiam intentiones imaginatæ non mouent intellectum materialem, nisi quando fuerint intellectę in actu: quod non perficitur eis nisi aliquo pręsente, quod sit intellectus in actu. Et fuit necesse attribuere has duas actiones in nobis animę, s. recipere intellectum, & facere eum, quamuis agens & recipiens sint substantię ęternę, ꝓꝑ hoc, quia hę duę actiones reductę sunt ad nostram voluntatem, s. abstrahe

Intellectus possibilis efficitur oīa modo similitudinis, et receptionis. Idē supra t.c.6. & infra 38.

Definitio habitus.

Ars imponit formam in tota materia, absque eo quod ī materia sit aliquid existēs de intētiōe formę, anteq̄ artificium fecerit eā. Idē. 6. Ethi. c. 5. & .2. Ph. 1. 2. & .3. & .86. cō. Idē .12. Me. c.13. idē. 7. Me. cō. 29.

* Intentiones imaginatæ non sunt solę mouētes intellectum.

Digressio.

D

E

F

A re intellecta, & intelligere ea. Abstrahere enim nihil est aliud quam facere intentiones imaginatas in actu, post quam erant in potentia. Intelligere autem nihil est aliud quam recipere has intentiones. Cum enim inuenimus idem transferri in suo esse de ordine in ordinem, s. intentiones imaginatas, diximus ꝙ necesse est vt hoc sit a causa agente, & recipiēte. recipiens igitur est materialis, & agens est efficiens. Et, cum inuenimus nos agere per has duas virtutes, cum voluerimus: & † nihil agit nisi per suam formam; ideo fuit necesse attribuere nobis has duas virtutes intellectus. Et intellectus, qui est abstrahere intellectum, & creare eum, necesse est vt pręcedat in nobis intellectum, qui est recipere eum. Et Alex. * dixit ꝙ rectius est describere intellectum, qui est in nobis, per suam virtutem agentem, non per patiētem; cũ passio, & receptio cōe sint intellectui, & sensibus, & virtutibus distinctiuis. actio enim est propria ei: & est melius vt res describatur per suam actionem. Dico etiam hoc non esse necesse omni modo: nisi hoc nomen passio diceretur in eis modo vniuoco: non enim dicitur nisi modo ęquiuoco. † Et omnia dicta ab Aristotelis in hoc sunt ita, ꝙ vniuersalia nullum habent esse extra animam: quod intendit Plato, quoniam si ita esset, non indigeret ponere intellectum agentem.

B

Et hic intellectus separabilis est, & immistus, & impassibilis, substantia actio existens. Semper enim honorabilius est agens patiente, & principium materia. Idem autē est secundum actum scientia cum re ipsa.

Et iste intellectus etiam est abstractus, non mixtus, neque passibilis, & est in sua substantia actio. Agens enim semper est nobilius patiente, & principium nobilius materia. Et scientia in actu eadem est cum re,

Cum declarauit secundum genus esse intellectus, & est agens, incœpit facere comparationem inter eum & materialem, & dixit. Et iste intellectus etiam, & cętera: idest, & iste etiam intellectus est abstractus, sicut materialis: & est etiam non passibilis, neque mixtus, sicut ille. Et, cum narrauit ea, in quibus communicant intellectui materiali, dedit dispositionem propriam intellectui agenti, & dixit & est in sua substantia actio idest ꝙ non est in eo potentia ad aliquid, sicut in intellectu recipiente est potentia ad recipiendum formas. * intelligentia enim agens nihil intelligit ex eis, quę sunt hic. Et fuit necesse vt intelligentia agens sit abstracta, & non mixta, neque passibilis, secundum ꝙ est agens omnes formas intellectas. Si igitur esse mixta, non esset agens omnes formas: sicut fuit necesse vt intellectus materialis, secundum ꝙ est recipiens omnes formas, sit etiam abstractus, & non mixtus. quoniã, si non esset abstractus, haberet formam hanc singularem: & tunc necesse esset alterum duorum, scilicet aut vt recipere se, & tunc motor in eo esset motum; aut non reciperet omnes species formarum. Et similiter, si intelligentia agens esset mixta cum materia, tunc necesse esset aut vt intelligeret & crearet se, aut non crearet omnes formas. Quæ igitur est differentia inter has duas demonstrationes in considerando per eas; sunt enim valde consimiles, & mirum est quomodo omnes concedunt hanc demonstrationem esse veram de intellectu, scilicet agente, & non conueniunt in demonstratione de intellectu materiali, & licet etiam sint valde consimiles, ita ꝙ oportet conceden-

C

Hę duę actiones reductę sũt ad nr̃am voluntatē, s. abstrahere ītellecta & telligere ea. idē 2. de aīa. 60. & hic. 36.

† Nihil agit nisi p suam formã. idē. 3. Ph. 17. 2. de Gñatione. 53. 9. Me. 20 vide pro hoc 2. de aīa cō. 24. idē īfra ī hoc. 3. ca. 36.

* Idē īfra. 36.

† Oīa dicta ab Ari. sunt ita, ꝙ vl̃ia nullũ hñt eē extra aīam. qđ ītēdit plato. idē. j. đ aīa. c. 8. 2. đ aīa. c. 60. j. Me. 6. 26. et 27 3. Met. c. 20. 7. Me. 75. 12. Me. 4. & . 14. 21. 27. & 28. idem. 10. Me. 60, 6.

19

* Intelligentia agens nihil intelligit ex eis, quę sũt hic. Idē The. hic. c. 5 t.

Per intellectū materialē indicamus infinita in propositione vñi. Vide pro hoc.2.Met.11. &.13.cō.&.12. Met.14.&.51.

tem alteram etiam concedere aliam. Et possumus scire ꝙ intellectus materialis debet esse non mixtus ex iudicio, & eius comprehensione. Quia enim iudicamus per ipsum res infinitas in numero in propositione vniuersali: & est manifestum ꝙ virtutes animę iudicantes, scilicet indiuiduales, & mixtę non iudicant nisi intentiones infinitas, contingit secundum conuersionem oppositi ꝙ illud, qđ non iudicat intentiones finitas, necesse est vt non sit virtus animę mixta. &, cum huic coniunxerimus ꝙ intellectus materialis iudicat res infinitas & non acquisitas a sensu, & ꝙ non iudicat intētiones finitas: continget vt sit virtus non mixta. Auēpace autem videtur cōcedere hanc propositionē esse veram in epistola expeditionis, s. ꝙ virtus, per quā iudicamus iudicio vniuersali est infinita: sed existimauit hanc virtutem esse in intellectum agentem secundum manifestum sui sermonis illic. Et non est ita. iudicium enim, & distinctio non attribuitur in nobis nisi intellectui materiali. & Auicen. certe vtebatur hac propositione: & est vera in se. Et, cū notificauit ꝙ intellectus agens differt a materiali, in eo ꝙ agens semper est pura actio, materialis autem est vtrumque, propter res quę sunt hic dedit causam finalem in hoc, & dicit, Agens enim semper est nobilius patiente idest, & iste semper est in sua substantia actio: & ille inuenitur in vtraque dispositione. Quia, iam declaratum est ꝙ proportio intellectus agentis ad intellectum patientem est sicut proportio principij mouentis quoquo modo ad materiam motam. agens enim semper nobilius est patiente, & principium nobilius materia. Et ideo opinandum est secundum Aristote. ꝙ vltimus intellectus abstractorum in ordine est iste intellectus materialis. Actio, enim eius est diminuta ab actione illorum: cum actio eius magis videtur esse passio quam actio; non quia est aliud, per quod differat iste intellectus ab intellectu agente, nisi per hanc intentionem tantum. Quoniam, quemadmodum non scimus multitudinem intellectum abstractorum, nisi per diuersitatem actionum eorum, ita etiam non scimus diuersitatem istius intellectus materialis ab intellectu agente, nisi per diuersitatem suarum actionum. Et, quemadmodum intellectui agenti accidit vt quandoque agat in res existentes hic, & quandoque non, ita isti accidit vt quandoque iudicet res existentes hic, & quandoque non. sed differunt tantum in hoc, ꝙ iudicium * est aliquid in capitulo perfectionis iudicis: actio autem non est secundum illum modum in capitulo perfectionis agentis. Considera igitur hoc, quoniam est differentia inter hos duos intellectus. &, nisi hoc esset, nulla esset alteritas inter eos. O Alexand. si hoc nomen intellectus materialis non significasset apud Aristote. nisi preparationem tantum, quomodo faceret hanc comparationem inter ipsum & intellectum agentem, scilicet in dando ea in quibus conueniunt, & ea in quibus differunt? Deinde dicit. Et scientia in actu idem est cum re. & innuit, vt reputo, aliquod proprium intellectui agenti, in quo differt a materiali, scilicet ꝙ in intelligentia agente scientia in actu eadem est cum scito. & non est sic in intellectu materiali, cum suum intellectum est res, quę non est in se intellectus. Et, cum notificauit quod sua substantia est sua actio, dedit causam super hoc, & dixit.

*Iudiciū est aliquid ī c. pfectionis iudicis: actio vero nō est ī ca. pfectionis agētis. cōsimile 3.Ph. 19. &.2. de Anima.139.

Exclamatio cōtra Alex.

D

B

F

Quæ vero secundum potentiam tempore prior in vno est. omnino autem neque tempore. sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit. Separatus autem est solum hoc, quod quidem est, & hoc solum immortale est, & perpetuum. Non reminiscimur autem, quia hoc quidem impassi

A bile est. passiuus vero intellectus corruptibilis est, & sine hoc nihil intelligit.

Et quod est in potentia, est prius tempore indiuiduo. vniuersaliter autem non est neque in tempore. neque est quandoque intelligens, & quandoq; non intelligens. Et, cum fuerit abstractus, est quod est tantum, non mortalis. Et non rememoramur, quia iste est non passibilis. & intellectus passibilis est corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit.

Istud capitulum potest intelligi tribus modis. Quorum vnus est secundum opinionem Alexand. Et secundus secundum opinionem Theophrasti, & aliorum expositorum, Et tertius secundum opinionem, quam nos narrauimus: & est magis manifestum secundum verba. Potest enim intelligi secundum Alexand. ꝙ intendebat per intellectum in potētia preparationem existentem in cōplexione humana, scilicet ꝙ potentia & preparatio, que est in homine ad recipiendum intellectum in respectu vniuscuiusque indiuidui, est prior tempore intellectu agente: simpliciter autem intellectus agens est prior. Et, cum dixit, neque est quandoque intelligens, & quandoque non intendit intellectum agentem. Et, cum dixit. Et, cum fuerit abstractus, est quod est tantum, non mortalis. intendit ꝙ iste intellectus, cum fuerit copulatus in nobis, & intellexerimus per illum alia entia, secundum ꝙ est forma nobis ipse solus, tunc inter partes intellectus est non mortalis. Deinde dicit, Et non rememoramur, & cetera, hec est questio circa intellectum agentem, secundum ꝙ copulatur nobis, & intelligimus per illum. Potest enim quis dicere ꝙ, cum intellexerimus per aliquod eternum, necesse est vt intelligamus per illud idem post mortem, sicut ante, & dixit respondendo ꝙ intellectus iste non copulatur nobis, nisi mediante esse intellectus materialis generabilis & corruptibilis in nobis: & ; cum iste intellectus fuerit corruptus in nobis, neque rememorabimur. Forte igitur Alexand. ita exposuit hoc capitulum: licet non viderimus expositionem suam in hoc libro. Themistius autem intelligit per intellectum, qui est in potentia, intellectum materialem abstractum, cuius esse demonstratum est. Et intelligit per intellectum, cuius fecit comparationem cum hoc intellectum agentem, secundum ꝙ continuatur cum intellectu, qui est in potentia, & hoc quidem est intellectus speculatiuus apud ipsum. Et, cum dixit & non quandoque intelligit, & quandoque non intelligit. intelligit agentem, secundum ꝙ non tangit intellectum materialem. Et, cum dixit. Et, cum fuerit abstractus, est ꝙ est tantum non mortalis, intendit intellectum agentem, secundum ꝙ est forma intellectui materiali. & hoc est ītellectus speculatiuus apud ipsum. & erit ista questio contra intellectum agentem, secundum ꝙ tangit intellectum materialem: & est speculatiuus, secundum ꝙ est forma intellectui materiali: & hoc est intellectus speculatiuus. Sed, cum dixit. Et non rememoramur. dicit ꝙ remotum est vt ista dubitatio ab Aristotele sit circa intellectum, nisi secundum ꝙ intellectus agens est forma in nobis, Dicit enim ꝙ ponenti intellectum agentem esse eternum, & intellectum speculatiuum esse non eternum, non contingit hec questio, scilicet quare non rememoramur post mortem, quod intelligimus in vita. Et est, sicut dixit. ponere enim istam questionem circa intellectum agentem, secundum ꝙ est adeptus, vt Alexand. dicit, remotum est. Scientia enim existens in nobis in dispositione adeptionis equiuoce dicitur cum scientia

20 Expositio. Alexand.

B

Expō. The. 3. de Aīa. c. 26.

C

Scīa exñs ī nobis ī dispōne adeptionis equiuoce dr̄ cū scīa existente in nobis p naturā & disciplinam.

in nobis existente per naturam, & disciplinam. Ista igitur questio, vt apparet, non est nisi in scientia existente per naturam, Impossibile est enim vt ista quæstio sit nisi circa cognitionem eternam, existentem in nobis, aut per naturam, vt dicit Themistius, aut per intellectum adeptum in postremo. Quia igitur hec quæstio apud Themistium est circa intellectum speculatiuum, & initium sermonis Aristote. est de intellectu agente, ideo opinatus fuit ꝙ intellectus speculatiuus est agens apud Aristote. secundũ ꝙ tangit intellectũ materialem. Et testatur super omnia ista ex hoc, quod dixit in primo tractatu de intellectu speculatiuo, Fecit enim illic eãdem quæstionem, quam hic, & dissoluit eam per hanc eandem dissolutionem. Dicit enim in principio istius libri. Intellectus autem videtur esse aliqua substantia existens in re, & non corrumpi. quoniam, si corrumperetur, tunc magis esset hoc apud fatigationem senectutis. Et postea dedit modum, ex quo possibile est vt intellectus sit non corruptibilis, & intelligere per ipsum erit corruptibile. & dixit Et formare per intellectum, & considerare sunt diuersa, ita ꝙ intus corrumpetur aliquod aliud, ipsum autem in se nullam habet occasionem. Distinctio autem & amor non sunt causę illius, sed istius, cuius est hoc secundum ꝙ est eius. Et ideo etiam, cum iste corrumperetur, non rememorabimur, neque diligemus. Themistius igitur dicit ꝙ sermo eius in illo tractatu, & in quo dicit, intellectus autem videtur esse substantia aliqua existens in re & non corrumpi, idem est cum illo, in quo dixit hoc, & cum fuerit abstractus est quod est tantum non mortalis, æternus. & quod dixit hic, & non rememoramur, quia iste est non passibilis. & intellectus passibilis est corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit, idem est cum eo, quod ille dixi, scilicet & formare per intellectum, & considerare diuersantur, & cętera. Et dixit propter hoc ꝙ intendebat hic per intellectum passibilem partem cõcupiscibilem animę. ista enim pars videtur habere aliquam rationem. auscultat enim ad concedendum illud, quod respicit anima rationalis. Nos autem, cum videmus opinionem Alexand. & Themistij esse impossibiles, & inuenimus verba Aristot. manifesta secundum nostram expositionem, credimus ꝙ ista est opinio Aristote. quam nos diximus, & sunt verba in se vera. Quoniam autem verba eius apparentia sunt in hoc capitulo declarabitur sic. Cum enim dixit, Et iste intellectus etiam est abstractus, non mixtus, neque passibilis, loquitur in intellectu agente. & non possumus aliud dicere, & hęc particula etiam ostendit alium intellectum esse non passibilem, neque mixtum. Et similiter comparatio inter eos est, vt manifestum est, secundum ꝙ est inter intellectum agentem & intellectum materialem, secundum ꝙ intellectus materialis communicat agenti in multis istarum dispositionum. & in hoc conuenit nobiscum Themistius, & differt Alex. Et, cum dixit, Et quod est in potentia, est prius tempore indiuiduo. potest intelligi per tres opiniones eodem modo. Secundum enim nostram opinionem, & Themistij intellectus, qui est in potentia prius continuatur cum nobis, quam intellectus agens: secundum Alexand. intellectus, qui est in potentia erit prior in nobis secundum esse aut generationem. & non secundum continuationem. Et, cum dixit. vniuersaliter autem non est neque in tempore loquitur de intellectu, qui est in potentia. quoniam, cum fuerit acceptus simpliciter non respectu indiuidui, tunc non erit prior intellectu agente aliquo modo prioritatis, sed posterior ab eo omnibus modis & iste sermo conuenit vtrique opinioni, scilicet dicenti ꝙ intellectus, qui est in potentia, est generabilis, aut non generabilis * Et, cum dixit. neque est quandoque intelligens, & quandoque non intelligens. impossibile est vt iste sermo intelligitur secundum suum manifestum, neque secundum

Margin notes:

D

Prio de aia te. cõ.65.&.66.

E

Vide The.l.3. de Aia.c.35.

Expositio Cõ,

Expõ t.19.

F

Expositio t.20.

Intellectus, qui est in potentia, prius continuatur cũ nobis ꝙ intellectus agẽs, oppositũ dixit supra in co.18. & infra.36.

Vide contra. Zim.

*pria expõ super illis verbis neq; est qñq; intelligens, &c.

A dum Themistium, neque secundum Alex. Quoniam hoc verbum est, cum dixit, neque quandoque est intelligens, & quandoq; non intelligens, secundum eos refertur ad intellectum agentem. sed Themistius, sicut diximus, opinatur quod intellectus agens est speculatiuus, secundum quod tangit intellectum materialem. Alex. autem opinatur quod intellectus, qui est in habitu, & est speculatiuus, est alius ab intellectu agente. & hoc oportet credere. † Artificium enim aliud est ab artificiato: & agens aliud ab acto. Secundum autem quod nobis apparuit sermo, est iste secundum suum manifestum: & erit illud verbum, est, relatum ad propinquissime dictum: & est intellectus materialis, cum fuerit * actu simpliciter non in respectu indiuidui. * Intellectus enim qui dicitur materialis, secundum quod diximus, non accidit ei vt quandoque intelligat, quandoque non nisi in respectu formarum imaginationis existentium in vnoquoque indiuiduo, non in respectu speciei, verbi gratia quod non accidit ei, vt quandoque intelligat intellectum equi, & quandoque non, nisi in respectu Socratis, & Platonis. simpliciter autem & respectu speciei semper intelligit hoc vniuersale nisi species humana deficiat omnino. quod est impossibile. & secundum hoc ser

B mo erit secundum suum manifestum. Et, cum dixit, vniuersaliter autem non est neque in tempore, intendit quod intellectus, qui est in potentia, cum non fuerit acceptus in respectu alicuius indiuidui, sed fuerit acceptus simpliciter, & in respectu cuiuslibet indiuidui, tunc non inuenitur aliquando intelligens & aliquando non, sed semper inuenitur intelligens. Quemadmodum intellectus agens, cum non fuerit acceptus in respectu alicuius indiuidui, tunc non inuenitur quandoque abstrahens & quandoque non abstrahens: sed semper inuenitur abstrahere, cum acceptus fuerit simpliciter. idem enim modus est in actione duorum intellectuum. Et secundum hoc, cum d. dixit, Et, cum fuerit abstractus, est illud, quod est tantum non mortalis, intendit, &, cum fuerit abstractus secundum hunc modum, ex hoc modo est tantum non mortalis, non secundum quod accipitur in respectu indiuidui. Et erit sermo eius, in quo dixit, Et non rememoramur, &c. secundum suum manifestum. Contra enim hanc opinionem surgit quæstio perfecte. Dicet enim quærens, Cum intellecta communia, sint non generabilia, neque corruptibilia secundum hunc modum, quare non rememoramur post mortem cognitionum habitarum in hac vita. Et dicetur dis-

C soluendo, quia rememoratio fit per virtutes comprehensiuas passibiles, scilicet materiales: & sunt tres virtutes in hominem, quarum esse declaratum est in Sensu & sensato, scilicet imaginatiua, & cogitatiua, & rememoratiua. istæ enim tres virtutes sunt in homine ad præsentandam formam rei imaginatæ, quando sensus fuerit absens. Et ideo dictum fuit illic, quod cum istæ tres virtutes adiuuerint se adinuicem, forte repræsentabunt indiuiduum rei, secundum quod est in suo esse, licet autem non sentiamus ipsum. Et intendebat hic per intellectum passibilem formas imaginationis, secundum quod in eas agit virtus cogitatiua propria homini. Ista enim virtus est aliqua ratio: & actio eius nihil est aliud quam ponere intentionem formæ imaginationis cum suo * indiuiduo apud rememorationem, aut distinguere eam ab eo apud formationem. Et manifestum est quod intellectus, qui dicitur materialis, recipit intentiones imaginatas post hanc distinctionem. Iste igitur intellectus passibilis necessarius est in formatione. Recte igitur dixit, Et non rememoramur, quia iste est non passibilis. & intellectus passibilis est corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit. & sine virtute imaginatiua, & cogitatiua nihil intelligit intellectus, qui dicitur materialis. hæ enim virtutes sunt quasi res, quæ præparant materiam artifici ad recipiendum actionem artificij. hæc igitur est vna expositio. Et potest expo

† Artificiū aliud est ab artificiato, & agens aliud ab acto.

* a.l. acceptus.
* Intellectus materialis, vt diximus, nō accidit ei qnq; intelligere, & qñque non, nisi respectu indiuidui, nō respectu speciei. Idem supra cō. 5. & 19.

Virtus cogitatiua est aliqua ratio, & actio ei' est ponere intētionem formæ imaginationis cum suo indiuiduo apud rememoratione, aut distiguere eam apud formationem. Vide con sile supra. cō. 6.
* a.l. idolo.

Scda expō.

ni alio modo, & est quod, cum dixit, & non est quandoque iste intelligēs, D
& quandoque non intelligens, intendit cum non fuerit acceptus, secundum quod intelligit, & formatur a formis materialibus & generabilibus & corruptibilibus, sed fuerit acceptus simpliciter, & secundum quod intelligit formas abstractas liberatas a materia, tunc non inuenitur quandoque intelligens, quod quandoque non intelligens, sed inuenietur in eadem forma verbi gratia in modo, per quem intelligit intellectum agentem. cuius proportio est ad ipsum, sicut diximus, sicut lucis ad diaphanum. Opinandum est enim quod iste intellectus, qui est in potentia, cum declaratum est quod est ęternus, & quod innatus est perfici per formas materiales, dignior est vt sit innatus perfici per formas non materiales, quę sunt intellectę in se: sed non in primo copulatur nobiscum ex hoc modo, sed in postremo, quando perficitur generatio intellectus, qui est in habitu, vt declarabimus post. Et secundum hanc expositionem, cum dixit, Et, cum fuerit abstractus est, quod est tantum non mortalis, innuit, intellectum materialē secundum quod perficitur per intellectum agentem, quando fuerit copulatus nobiscum ex hoc modo, deinde abstrahitur. Et forte innuit intellectum materialem in sua continuatione prima nobiscum, scilicet continuatione, E
quę est per naturam. & appropriauit ipsum per hanc particulam tantum, annuendo ad corruptionem intellectus, qui est in habitu ex modo, per quem est corruptibilis. Et vniuersaliter, quando quis intuebitur intellectum materialem cum intellectu agentē, apparebunt esse duo vno modo, & vnum alio modo. Sunt enim duo per diuersitatem actionis eorum. actio enim intellectus agentis est generare: istius autem informari. Sunt autem vnum, quia intellectus materialis perficitur per agentem, & intelligit ipsum. Et ex hoc modo dicimus quod intellectus cō tinuatus nobiscum apparent in eo duæ virtutes. quarum vna est actiua, & alia est de genere virtutum passiuarum. Et quam bene assimilat illum Alex. igni. Ignis enim est innatus alterare omne corpus per virtutem existentem in eo: sed tamen cum hoc patitur quoquo modo ab eo, quod alterat & assimilatur cum eo aliquo modo similitudinis, idest acquirit ab eo formam igneam minorem forma ignea alterante. hęc enim dispositio valde est similis dispositioni intellectus agentis cum passibili, & cum intellectis, quæ generat. est enim agens ea vno modo, & recipiens ea alio modo. Et secundum hoc erit sermo, in quo dixit, & non rememoramur, &c. dissolutio quęstionis, quę fecit Antiquos expositores credere intellectum, qui est in habitu, esse eternum: & fecit Alex. opinari intellectum materialem esse generabilem & corruptibilem, in qua dicebatur quomodo intellecta a nobis sunt non ęterna cum hoc quod intellectus est ęternus, & recipiens est ęternum. Et quasi dicit respondendo quod causa in hoc est, quia intellectus materialis nihil intelligit sine intellectu passibili, licet sit agens, & recipiens sit sicut comprehendere colorem. color enim non est, licet lux sit & visus sit, nisi coloratum sit. Et tunc secundum quam istarum expositionum dicatur, litera erit conueniens verbis Aristo. & suis demostrationibus sine aliqua contradictione, aut exitu a manifesto sui sermonis. Et ideo non est recte vt in doctrina verbis æquiuocis, nisi in eis, quo licet sint diuersa. tamen conueniunt in omnibus intentionibus, de quibus possunt dici. Et demonstrat quod intendebat hic per intellectum passibilem virtutem imaginatiuam humanam hoc, quod cecidit in alia translatione loco eius, quod dixit, quod est non passibilis. & intellectus passibilis est corruptibilis. Dicit enim in illa translatione, & quod induxit nos ad dicendum quod iste intellectus non alteretur, neque patitur, est quod existimatio est imaginatio intellectus passibilis, & quod cor-

Hic innuit dari reactionē Idē, 1, de Generatione, 53. & 3. Ph. 8. & 4. Meteororū, cō. 10.

Nō est rectū m vti in doctrina verbis ęquiuocis, nisi in eis, quę licet sint diuersa tamen cōueniunt in omnibus intentio-

A rumpitur & non comprehendit intellectum, & nihil intelligit sine imaginatione. Hoc nomen igitur intellectus secundum hoc dicitur in hoc li. quatuor modis, dicitur enim de intellectu materiali t. & de intellectu, qui est in habitu: & de intellectu agente: & virtute imaginatiua. Et debes scire ꝙ nulla differentia est secundum expositionem Themistii, & Antiquorum expositorum, & opinionem Platonis in hoc ꝙ intellecta existentia in nobis sunt aeterna, & addiscere est rememorari, sed Plato dixit ꝙ ista intellecta sunt in nobis quandoque, & quandoque non, propter hoc, ꝙ subiectum praeparatur quandoque ad recipiendum ea quandoque, & quandoque non: & ipsa in se ita sunt, antequam recipiamus, sicut post: & ita sunt extra animam, sicut in anima. Themistius autem dixit, & hoc, scilicet ꝙ quandoque sunt copulata, & quandoque non, accidit eis propter naturam recipientis f Opinatur enim ꝙ intellectus agens non est innatus continuari nobiscum in primo, nisi secundum ꝙ tangit intellectum materialem, & ideo accidit ei ex hoc modo diminutio ista, cum continuatio cum intentionibus imaginatis est vno modo quasi receptio, & alio modo quasi actio, & ideo intellecta sunt in eo in dispositione diuersa a suo esse in intellectu agente. Et fiducia in intelligendo hanc opinionem est ꝙ causa mouēs Aristo. ad ponendum intellectum materialem esse non est, quia

B est hic intellectum factum: sed causa in hoc est, aut quia, cum fuerit inuenta intellecta, quę sunt in nobis secundum dispositiones non conuenientes intellectibus simplicibus, tunc fuit dictum ꝙ iste intellectus, qui est in nobis, est compositus ex eo, quod est in actu, scilicet intellectu agente, & ex eo, quod est in potentia: aut quia continuatio eius secundum hanc opinionem est similis generationi, & assimilatur agenti & patienti, scilicet in sua continuatione cum intentionibus imaginationis. Secundum igitur hanc opinionem agens, & patiens, & factum erunt idem, & est dictum ab istis tribus dispositionibus per diuersitatem, quę accidit ei. Nos autem opinamur ꝙ non mouit ipsum ad ponendum intellectum agentem nisi hoc ꝙ intellecta speculatiua sunt generata secundum modum, quem diximus. Consydera ergo hoc quoniam est differentia inter istas tres opiniones, s. Platonis, & Themi. & opinionem nostram. & secundum expositionem Themi. non indigetur in istis intellectis nisi ad ponendum intellectum materialem tm̄, aut intellectum materialem, & agentem secundū modum similitudinis, vbi. n. non est vera generatio, non est agens. Et nos

C conuenimus cum Alex. in modo ponendi intellectum agentem: & differimus ab eo in natura intellectus materialis. & differimus a Themi. in natura intellectus, qui est in habitu, & in modo ponendi intellectum agentem, & nos ēt quoquo modo conuenimus cum Alex. in natura intellectus, qui est in habitu, & alio modo differimus. Hę igitur sunt dr̄ię, quibus diuidūtur opiniones attributę Arist. Et debes scire ꝙ vsus, & exercitium sunt causae eius, quod apparet de potentia intellectus agentis, qui est in nobis ad abstrahendum, & intellectus materialis ad recipiendum: sunt dico causę propter habitū existentem per vsum, & exercitiū in intellectu passibili, & corruptibili, quem vocauit Ari. passibilem. & dicit aperte ipsum corrūpi. &, si non, contingeret vt virtus, quę est in nobis agens intellecta, esset materialis, & similiter virtus passibilis. Et ideo nullus potest rationari per hoc super hoc ꝙ intellectus materialis admisceatur corpori. † Illud. n. quod dixit opinans ipsum esse admixtū in respōsione istius sermonis in intellectu agente, diximus nos in responsione eius in intellectu materiali. * Et per istū intellectum, quem vocat Arist. passibilem, diuersantur homines in quatuor virtutibus dictis in Topicis, quas Alfarabius numerauit in Elēchis, Et per istum intellectū differt homo ab alijs aīalibus.

nibus, de quibus possunt dici. cōsimile 2. de Anima c. 30. Hoc nomen intellectus dr̄ quatuor modis.

Secūdum Themis. idem est agens, patiens, & factum. Vide 3. d Aia. c. 25. in Them.

† Primo Topica. j. vbi numerantur quatuor gradus probabilium. vel. j. Topic. 12. & 3. Topic. 3. vbi numerantur quatuor virtutes morales,

* Per intellectum, quem vocat Ari. passibilem diuersantur in quatuor virtutibus dictis in Topicis. & per istum intellectū etiam homo differt ab alijs aīalibus.

bus, &c, si non tunc necesse esset vt continuatio intellectus agentis & recipientis cum animalibus esset eodem modo. Intellectus quidem operatiuus differt a speculatiuo per diuersitatem præparationis existentis in hoc intellectu. His igitur declaratis reuertamur ad nostram viam, & dicamus. D

Caput Quintum. De intelligibilibus, ipsius intellectus obiectis: quibusque ipsius intellectus operationibus intelliguntur.

INdiuisibilium igitur intellectio in iis est, circa quę non est falsum. In quibus autem falsum iam & verum est, compositio quædam iam est conceptuum, tanquam vnum existentium. Et sicut Empedocles dixit, Vere multorum quidem capita sine ceruice germinauerunt, postea composita sunt concordia: sic & hæc separata componuntur, vt incommensurabile & diameter. E

Formare autem res indiuisibiles erit in istis rebus, scilicet in quibus non est falsitas. Res autem, in quibus est verum, & falsum illud est aliqua compositio tunc ad res intellectas, secūdum q sunt entia. Sicut dixit Empedocles, quòd multa capita, & colla disponuntur in postremo per compositionem amicitiæ: ita etiā sunt separata per compositionem, verbi gratia dicere asimetrum & dicere diametrum.



F

A Cum compleuit notificare substantiam trium intellectuum, scilicet materialis, & eius, qui est in habitu, & agentis, incępit consyderare de actionibus, & proprietatibus intellectus. & hoc est, quod remansit de cognitione istius virtutis. Et quia famosior differentiarum, per quas diuiditur actio intellectus, sunt duę actiones, quarum vna dicitur formatio, & alia fides. incępit hic notificare differentiam inter has duas actiones, & dixit Formare autem res indiuisibiles, &c. idest apprehendere autem res simplices non compositas erit per intellecta, quæ non falsantur neque verificantur: quę dicuntur informatio. comprehendere autem ab eo res compositas erit per intellecta, in quibus est falsitas, & veritas, & contentus fuit prima diuisione sine secunda: cum oppositum intelligatur per suum oppositum. Deinde dicit, Res autem, in quibus inuenitur verum & falsum, &c. idest intellecta autem, in quibus inuenitur veritas & falsitas, est in eis aliqua compositio ab intellectu materiali. Intellectus quidem primo intelligit simplicia. Si igitur hęc compositio fuerit conueniens enti, erit vera: si non, erit falsa. Et ista actio intellectus ad intellecta similis est ei, quod Empedocles dicit de actione amicitię in entia. Quemadmodum B enim dixit Empedoc. ꝙ multa capita erant separata a collis, deinde amicitia congregauit ea. & composuit simile cum simili: ita intellecta existunt primo diuisa in intellectu materiali. verbi gratia dicere diametrum quadrari, & dicere asimetrum laterum. intellectus enim intelligit ista primo simplicia, deinde componit ea, scilicet simetrum, aut asimetrum, si igitur composuerit secundum ens, est verum, si non, falsum.

21 Famosior dria. tū, per quas diuiditur actio intellectus, sunt duę actiones: quarum vna dicitur formatio, & alia fides. Idē.5.Met.34. Oppositum intelligitur per suum oppositum. Idē primo Cęl. 101.&.2.Cęli. 40. cōsimile. 1. de Aia. 85.

Si autem factorum aut futurorum, tempus cointelligens est, & componens. Falsum enim in compositione semper est. etenim si album, non album dixerit, ipsum non album composuit. Cōtingit autem & diuisionem dicere omnia. Attamen non solum falsum est aut verum, ꝙ albus Cleon est, sed quod erat, aut erit. Quod autem quodque vnum facit, hoc intellectus est.

Et fuerint præterita aut futura, tunc cum hoc intelligit tempus, & componit ipsum. Falsitas enim semper est in compositio C ne. quoniam cum dixeris album esse non album, iam composuisti non album cum albo, sicut dicens non album. Et possibile est dicere omnia esse diuisionem. sed non istud solum est verum & falsum, scilicet Socratem esse album, sed cum hoc fuit, aut erit. Et ꝙ facit hoc, & suum simile vnum est intellectus.

Idest &, si illa intellecta simplicia fuerint rerum, quæ innatę sunt esse aut in præterito tempore, aut in futuro, tunc intellectus intelligit cum illis rebus tempus, in quo sunt, & postea componet ipsum cum eis, & iudicabit ꝙ illę res fuerunt, aut erunt, sicut iudicat ꝙ diametrum est assimetrum costę. Et, quia narrauit primo ꝙ veritas & falsitas inueniuntur in compositione, incæpit declarare ꝙ falsitas est compositio, & non inuenitur in aliqua actionum intellectus, & dicit, Falsitas enim semper est in compositione. & ratiocinatio super hoc est, quoniam, cum dicitur hoc in re alba ꝙ non est alba, est compositio similis ad dicere in re alba ꝙ est alba: licet illud sit falsum, & hoc verum. Et, quia apparet ꝙ affirmatio est magis digna compositioni, & negatio diuisioni, dixit, Et 22

possibile est dicere in eis omnibus, ꝙ sunt diuisio idest, & sic possumus dicere negationem & affirmitionem esse compositionem, sicur possumus dicere. vtrũque esse diuisionem: licet affirmatio magis videarur habere hoc nomen compositio, & negatio hoc nomen diuisio. quoniam in affirmatione componitur prędicatum cum subiecto: in negarione autem primo diuidit intellectus prędicatum a subiecto, & post componit ea. Et, cum declarauit ꝙ veritas, & falsitas accidunt compositioni rerum ad inuicem, declarauit etiam ꝙ hoc idem accidit, quando componit eas cum tempore, & dixit. Sed non illud solum est verum & falsum, & cętera. i. et veritas falsitas non accidunt solum compositioni in propositionibus, in quibus prædicatum est nomen, sed etiam in eis, in quibus prædicatum est verbum, verbigratia, Socrates fuit aut erit. Deinde dicit. Et ꝙ facit hoc, & cætera idest, & facit hęc intellecta singularia esse vnum per compositionem, postquam erant multa, est intellectus materialis. Iste enim distinguit intellecta simplicia, & componit consimilia, & diuidit diuersa. Oportet enim vt virtus comprehendens simplicia & composita sit eadem, quoniam proportio istius virtutis ad intentiones formarum imaginatarum debet esse sicut proportio sentientis communis ad sensibilia diuersa, non secundum ꝙ apparet de verbis Auempace in initio sui sermonis de virtute rationali, scilicet ꝙ virtus compositiua debet esse alia ab imaginatiua. D E

Oportet vt virtus cõprehẽdẽs simplicia, & cõposita sit eadẽ.

Indiuisibile aũt qm̃ dupliciter dicitur, aut potentia, aut actu, nihil prohibet intelligere indiuisibile, cum longitudinem intelligit (indiuisibilis enim actu est) & in tempore indiuisibili similiter enim tempus diuisibile & indiuisibile est, atque longitudo. Non igitur est dicere quid in vtroque dimidio intelligebat. non enim est, si non diuisa sit, nisi potentia. Scorsum autem vtrumq; intelligens dimidiorum diuidit, & tempus simul, tunc autem vt longitudines. Si verò vt ex vtrisque, & in tempore, quod in vtrisque est.

Et, quia indiuisibile est duobus modis, aut in potentia, aut in actu, nihil prohibet hoc, quod quando intellexerit longitudinem, vt intelligat indiuisibile, & illud indiuisibile in actu, & in tempore indiuisibili. tempus enim, secundum hunc modum est diuisibile, & indiuisibile in longitudine. Nullus enim, potest dicere ꝙ intelligit vtrumque modum esse aliquod, cum non sit, quousque diuidatur, sed in potentia. Sed, cum intellexerit vtrumque duorum per se, tunc diuidetur tempus etiam. & tunc erunt quasi duæ longitudines: congregatæ autem in tempore, quod est super eas. F

23 Cum declarauit ꝙ actio intellectus indiuisibilis est in rebus indiuisibilibus, incœpit hic declarare ex quo modo contingit ei intelligere diuisibilia habentia quantitatem intellectione indiuisibili: & in tempore indiuisibili, & ex quo modo contingit ei vt intelligat ea indiuisibiliter, & in tempore diuisibili, sicut est dispositio in intelligendo res multas, & dixit. Et, quia indiuisibile est, & cætera idest, & quia indiuisibile dica-

A tur duobus modis, potentia, & actu, possibile est dicere quod intellectus intelligit res ex rebus diuisibilibus potentia, indiuisibilibus actu, sicut longitudo, & tempus latens, quod est in eis, est indiuisibile in actu: & hoc in intellectione indiuisibili, & in tempore indiuisibili: quemadmodum intelligit res indiuisibiles vtroque modo: necesse enim vt intelligat intentionem indiuisibilem indiuisibiliter: siue illa intentio fuerit diuisibilibus aliquo modo, aut nullo modo. Et, cum dixit vt intelligat indiuisibile, & cætera intendit vt intelligat intentionem indiuisibilem: & illud intellectum est indiuisibile, & in tempore indiuisibili. Deinde dicit tempus.n. secundũ hunc modũ est diuisibile, & indiuisibile.i.tempus.n. inuenitur etiam vno modo diuisibile, & alio modo indiuisibile, sicut in longitudine. Et, cum declarauit ꝙ intellectus intelligit magnitudinem & tempus, & vniuersaliter omne, quod est indiuisibile in actu, & diuisibile potentia per intellectionem indiuisibilem, & in tempore indiuisibili: declarauit etiam ꝙ impossibile est aliquem dicere ꝙ intelligere fit per intellectionem diuisibilem, & in tempore diuisibili, & dicit. Nullus enim potest dicere, & cętera idest nullus igitur potest dicere ꝙ, cum

B intellectus intelligit lineam, non subito intelligit eam, sed primo aliquam partem, & secundo aliam, illę enim duę partes non sunt duę actu in linea, & donec linea diuidatur, sed tantum sunt duę in potentia. & cũ dicit vtrunque modum, intendit vtranque partem lineę. & quasi dicat nullus igitur potest dicere ꝙ quando intellectus intelligit lineam, primo intelligit vtranque partem per se, deinde totum: illę enim, duę partes non sunt in actu quousque linea diuidatur sed sunt duę in potentia. Deinde dicit. Sed, cum intellexerit vtrumque, & cętera idest, sed accidit ei vt intelligat vtranque partem longitudinis per se quando diuidit longitudinem. & tunc ita intelligit illam longitudinem, sicut intelligit duas longitudines hoc intellexit, cum dicit, & tunc erunt quasi duę longitudines. Deinde dicit congregatę autem, & cętera idest quando enim intelligit eas congregatas, idest partes, & quasi vnam longitudinem, intelligit eas in eodem tempore indiuisibili in eodem instanti, in quo sunt insimul, non in duobus instantibus diuersis. & hoc intendebat, cum dicit, vt mihi videtur, in tempore, quod est super ea.

C Quod aũt non secundum quantitatẽ in indiuisibile est sed forma intelligit in indiuisibili tpe, & indiuisibili animæ intellectione. secundum accidens autem, & non inquantum illa diuisibilia sunt id, quod intelligit, & tempus, in quo, sed inquantum indiuisibilia. Inest autem & in his aliquid indiuisibile, sed forte non separabile, quod vnum facit tempus, & longitudinem. & hoc similiter in omni est continuo & tempore, & longitudine.

Illud autem, quod non est indiuisibile per quantitatem, sed per formam, intelligit ipsum in tempore indiuisibili, & per indiuisibile animæ, sed accidẽtaliter. sed ista duo sunt diuisibilia, scilicet illud per quod intelligit, & temporis, in quo intelligit, quia sunt indiuisibilia. In his etiam est aliquod indiuisibile, sed dignum est vt sit non separabile ab eis & est illud, quod facit tempus esse vnum, & longitudine esse vnam. & hoc eodem modo est in omni continuo, & in tempore, & in longitudine.

24 Cum declarauit modum, secundum quem intelligit intellectus quod est indiuisibile per quantitatem, & est illud, quod est indiuisibile in actu, & diuisibile potentia, incępit etiam declarare modum, secundum quem intelligit illud, quod est indiuisibile per formam, & hoc est indiuisibile actu, et potentia, nisi accidentaliter. & dixit. Illud autem, quod non est indiuisibile, & cętera idest, quod autem est indiuisibile. forma & qualitate, non quantitate, quoniam indiuisibile dicitur duobus modis comprehenditur ab intellectu in tempore indiuisibili, & per intellectionem indiuisibilem. Deinde dicit, sed accidentaliter, & cętera idest & iste sermo est diminutus & transpositus, & sic debet legi, sed ista duo sunt diuisibilia non essentialiter, sed accidentaliter, scilicet tempus in quo intelligit, & res qua intelligit, aut per quod intelligit. Deinde dedit causam in hoc, ꝙ sunt diuisibilia accidentaliter, & dicit, quia sunt indiuisibilia, & cætera idest, &, quia tempus, in quo intelligit, & res, quam intelligit, sunt indiuisibilia in se. sed tamen sunt indiuisibilibus, scilicet instās, in quo intelligit, & formam, quam intelligit. instans enim, est indiuisibile, & est in tempore, quod est diuisibile, & forma etiam est indiuisibilis, & est in magnitudine, quæ est diuisibilis. Deinde dicit. In his etiam est aliquod indiuisibile idest in magnitudine & in tempore. Deinde dicit, sed dignius est vt sit nō separabile ab eis. E sed illud, quod est indiuisibile in tempore, & in magnitudine. est non separabile ab eis: & ideo fuit diuisibile per accidens: Deinde dicit, & est illud, quod facit tempus esse, vnum, & cętera idest, & hoc indiuisibile existens in istis rebus facit longitudinem esse vnam, & tempus esse vnum. &, si non. non intelligeretur hæc vna longitudo, neque vnum tempus, si non esset hęc natura in eis. Hęc igitur natura est causa in hoc, ꝙ istę res sunt vnę, cum hoc ꝙ sunt diuisibiles. & quia sunt in istis rebus, ideo contingit eis vt sint diuisibiles per accidens. & hoc, ꝙ hęc natura est existens in rebus materialibus, est causa ꝙ intelligere fuit in non tempore. hoc est summa eius, quod intendebat in hoc capitulo. Et deinde dicit, & hoc eodem modo est in omni continuo, & cætera idest, & ista natura existit eodem modo, scilicet in tempore, & in longitudine, & in aliis speciebus, non separabilis ab eo, in quo existit, quoniam, si separaretur, tunc diuisio per accidens non accideret.

Punctum autem, & omnis diuisio, & sic indiuisibile mostratur, sicut priuatio. & similis ratio in aliis est, vt quomodo malum cognoscit, aut nigrum, contrario enim quodammodo cognoscit. Oportet autem potentia esse quod cognoscit, & inesse in ipso. Si vero alicui non inest contrarium causarum. ipsa seipsam cognoscit, & actu est, & separabilis. F

Punctus autem, & omnis differentia, & quod est indiuisibile hoc modo intelligitur, quasi accidens. & sic de aliis. & secundum hunc modum cognoscit nigredinem, & nigrum. quoniam, quasi per contrarium cognoscit ipsum. Et cognoscens potentia debet esse vnum in se. Si igitur aliquod rerum est, in quo non est contrarietas, illud intelligit se tantum, & est in actu abstractum.

25 Cum declarauit quomodo intellectus intelligit indiuisibilia in actu, & diuisibilia potentia, scilicet magnitudines, & quomodo etiam intelligit indiuisibilia essentialiter diuisibilia accidentaliter, scilicet qualitates, & for-

A mas, incępit hic declarare etiam quomodo intelligit indiuisibilia neque essentialiter, neque accidentaliter, neque potentia, neque actu verbi gratia punctum, & instans, & vnitatem, ei dixit punctus autem, & cętera id est intelligere autem punctum, & sibi simile ex eis, quę dicuntur esse indiuisibilia, & vniuersaliter omnem differentiam priuatiuam, est per accidēs, scilicet secundum ꝙ ei accidit carere re priuatiua, punctus enim non intelligitur, nisi ꝙ contingit ei de priuatione diuisibilitatis existentis in magnitudine, & similiter de instanti, & aliis. Deinde dicit, & secundum hunc modum cognoscit nigredinem, & nigrum. ipse enim, quasi per contrarium cognoscit. hic cecidit ablatio in exemplari, scilicet inter hanc particulam secundum modum, & hanc particulam cognoscit, & est sermo completus per se. sed si aliquid deficit forte est sic. secundum hunc modū intellectus, aut visus cognoscit nigredinem aut nigrum: & vniuersaliter omnes priuationes non cognoscuntur nisi per contraria, scilicet per cognitionem habitus, & per cognitionem defectus habitus. Et hic intendebat per nigredinem priuationem albedinis. ita enim est de sensibus in istis rebus sicut de intellectu. Quemadmodum enim dictum fuit illic ꝙ visus comprehendit
B obscuritatem per comprehensionem defectus lucis, ita intellectus comprehendit priuationem per comprehensionem defectus formę. Deinde dicit, Et cognoscens potentia debet esse vnū in se. idest & oportet vt intellectus cognoscens habitum, & suam priuationem, sit eadem virtus in se. quemadmodum cognoscens obscuritatem, & lucem est eadem virtus visus: & ꝙ ista virtus cognoscens comprehendat priuationem comprehendendo se esse in potentia, cum fuerit in potentia, comprehendit ex se vtrunque, scilicet esse potentia & esse actu. & ista est dispositio intellectus materialis. Possumus igitur dicere talem esse præparationem tantum, & nihil aliud, vt dicit Alexand. Deinde dicit. Si igitur aliquod rerum, & cętera idest si igitur fuerit aliquis intellectus, in quo non est potentia contraria actui existenti in eo idest si fuerit aliquis intellectus, qui non inuenitur quandoque intelligens in potentia, & quandoque intelligens in actu, tunc ille intellectus non intelligeret priuationem omnino. immo nihil intelligeret extra se. & hoc est vnum eorum, quibus diuiditur iste intellectus ab intellectu agente, scilicet ꝙ in hoc intellectu inuenitur vtrunque, in agente autem actus tantum, non potentia. & ideo recte vocauit Aristote. istum intellectum materialem, non quia est mixtus, & habens materiam, vt Alexand. opinabatur.
C

Est autem dictio quidem aliquid de aliquo, sicut affirmatio. atque vera est, aut falsa omnis. Intellectus autem non omnis, sed qui est ipsius quid est, secundum ipsum quid erat esse, verus est, & non aliquid de aliquo. Sed vt visio proprii vera est, si autem album homo aut non, non verum semper est, sic se habent quæcunque sine materia sunt. **Intellectus non oīs sed ipsius qd erat esse est verus.**

Et dicere aliquid de aliquo, sicut affirmatio, & omne compositum est verum vel falsum. Et non omnis intellectus, sed qui dicit quiditatem rei est verus, non qui dicit aliquid de aliquo. Sed quemadmodum actiones propriæ sunt veræ, verum autem nigrum, aut album est homo, non semper est verum, ita etiam est dispositio eius, quod est abstractum a materia.

26 Idest & prędicare per intellectum aliquid de aliquo, sicut affirmatio, & negatio, est compositio per actionem intellectus. & omne compositum est verum, aut falsum in intellectu idest in materiali semper inueniuntur veritas & falsitas admixtę. & hoc est proprium huic intellectui. Deinde incępit declarare quod hoc non est proprium omnibus actionibus istius intellectus, sed tantum actioni, quę dicitur fides, non formatio, & dixit. Et non omnis intellectus, & caetera. i. & non in omni actione istius intellectus inueniuntur falsitas, & veritas admixtę: * sed actio, quae est informatio, est semper vera, non actio, quę est praedicare aliquid de aliquo. Deinde incaepit narrare quod hoc, quod accidit intellectui, est simile, quod accidit sensui, & quod eadem est causa in hoc, & dicit. Sed quemadmodum actiones, & cętera idest, sed causa in hoc est eadem cum causa in sensu. † Quemadmodum enim, actiones proprię visui, scilicet comprehendere colorem sunt verę in maiori parte: sentire autem album esse Socratem, aut Platonē non semper est verum, sed multotiens accidit in eo falsitas: ita erit dispositio intellectus, scilicet quod semper est verus in sua actione propria. fides enim accidit ei, nisi quia intellectum eius est materiale, idest compositum. * Et, cum dicit ita est dispositio eius, quod est abstractum a materia. intendebat ita est dispositio intellectus materialis, qui est abstractus a materia in suis comprehensionibus, scilicet quia veridicat in propriis sibi scilicet in formatione, & falsas in eis, quę non sunt propria. Et potest intelligi sic. ita est dispositio intellectum, quorum intellectum est abstractum a materia est in hoc, quod semper veridicat: cum non inueniatur in eis actio, quę est per accidens: quia suum intellectum est abstractum a materia.

*Actio intellus, quę ē formatio est semper vera Sed vide oppo. supra. c. 21. vbi d. quod nō est vera, neq; falsa. Similr vid oppo. 5. Me. t. cō. 34. vbi dr quod ē aliqua rō ī se falsa non solū de aliquo falsa.
† Idē. 2. de aīa. cō. 134. 152. 161 Vide cō. Zim.
* Prima exp.
† Secūda exp.

Idem autem est quę secundum actum scientia, ipsi rei. quae vero secundum potentiam, tempore prior est in vno. Omnino autem neque tempore. sunt enim ex actu existente omnia quę fiunt.

Et scientia, quae est in actu, est ipsa res scita. & quae est in potentia, est prior tempore indiuiduo. Sed vniuersaliter, neque in tempore. omne enim quod generatur, generatur ab eo, quod est in actu.

27 Idest & scientia, quę est in actu, est ipsum scitum: & scientia, quę est in potentia, est prior tempore indiuiduo, quam scientia, quę est in actu. vniuersaliter, autem & simpliciter scientia, quę est potentia, non est prior scientia, quae est in actu: cum scientia exiens de potentia in actum, est generata: & omne generatur ab eo, quod est in actu speciei illius generati. Vnde necesse est vt scientia, quae est in actu, sit prior omnibus modis scientia, quę est in potentia. Et forte intendebat hic per hunc sermonem inuenire causam, propter quam comprehensio intellectuum separatorum est formatio tantum, & veritas in eo nunquam admiscetur cum falsitate: & est quod scientia illorum est ipsum scitum omnibus modis, econtra dispositioni in scitis intellectus materialis.

Scīa gnalr a scia in actu. Oppositū. 3. de aīa t. c. 5. i. solutione tertię qōnis. Vide Zim.

A

Caput Quintum. In multis intellectum ſenſumq; conuenire. De intellectu practico, ac ipſius a ſpeculatiuo differentia. Quo etiam pacto ea, quæ abſtractione dicuntur, intelligantur.

Idetur autem ſenſibile ex ſenſitiuo, quod potentia eſt, ſenſitiuum actu facere. non enim patitur, neq; alteratur. Vnde alia eſt hæc ſpecies motus. motus enim actus erat imperfecti. ſimpliciter autem actus, qui perfecti eſt, alius eſt. Sentire igitur ſimile eſt
B ipſi dicere ſolum, & intelligere. Cum autem iucundum, aut moleſtum, vt affirmãs, aut negãns perſequitur, aut fugit.

Et videmus ſenſibile facere ſentiens in actu, poſtquam erat in potentia, neque patiendo alterationem Et ideo iſte eſt alius modus motus. motus enim eſt actio non perfecta. actio autem ſimpliciter eſt alius motus, & eſt actio perfecti. Sentire igitur ſimile eſt vt tantum dicatur verbis, & vt intelligatur per intellectum. Si igitur fuerit delectabile aut triſtabile, ſicut affirmatio & negatio eius, quæretur, aut fugietur.

Plus, quod hic vult dare de diſpoſitione iſtius virtutis], ſcilicet rationalis, eſt propter aſſimilationem eius ſenſui. hęc enim, in quibus aſſimilatur, manifeſtiora ſunt in ſenſu, quam in intellectu. Et primo incępit comparare inter eas in re, quę dicitur in eis motus, & paſſio. & dicit. Et videmus ſenſibile facere, & cętera idest &, quia videmus ſenſibile facere ſentiens in actu, poſtquam fuit in potentia: non ita quod ſentiens apud exitum de poten- 28 Senſibile facit ſentiens ĩ actu, poſtq̃ fuit ĩ potentia. Idẽ. 2. de aĩa. 60.
C tia in actũ tranſmutatur, aut alteratur, ſecundum quod res materiales exeuntes de potentia in actum tranſmutãtur, aut alterantur: ſed quod res materiales exeuntes de potentia in actum tranſmutãtur: ideo opinandum eſt alium modum eſſe motus, & paſſionis a modo, qui eſt in rebus mobilibus, quapropter non eſt inopinabile hoc. quod dictũ eſt in intellectu, ſcilicet quod eſt exitus de potentia ad actum ſine tranſmutatione, & alteratione. Deinde dicit motus enim eſt actio non perfecta, & cętera idest, & cauſa, propter quam iſti motui contingit tranſmutatio & alteratio, illi autem non, eſt quia iſte motus, cui accidit tranſmutatio, eſt actio non perfecta, & via ad complementum, ille autem eſt actio perfecta, immo complementum. Et quaſi intendebat quod cum ita ſit, motum eſſe actionem imperfectam, accidit ei propter materiam, non ſecundum quod eſt actio. Et cum hoc accidit actioni, neceſſe eſt aliquam actionem eſſe liberatam ab hoc accidente, quod enim accidit alicui per accidens, neceſſe eſt vt non ſit ei ſcd̃m quod eſt. & ſi non fuerit ei ſcd̃m quod eſt, neceſſe eſt vt ſeparetur ab eo. Et hoc, quod induxit hic, quaſi eſt diſſolutio q̃onis, maxime omnium quęſtionum aduenientiũ in hac opinione. Poteſt. n. aliquis dicere quomodo poſſumus imaginari receptionẽ in ſubſtantiã non mixtã cum materia: cũ declaratũ eſt quod cau-

Vide cõſimilẽ diſtõnẽ de motu. 2. de aĩa. tex. cõ. 57. Idẽ. 3. phi. 4. & 6. Idẽ. 5. ph. 4. & 9.

vide pro illo. 1. Cœ. 14. & 4. ph. 31. 43. 67. & 2. de aĩa. 17

Materia nõ est causa receptionis simplr: sed solum est causa receptionis trãsmutabile. Idẽ supra cõ. 5.

sa receptionis est materia. Et quasi innuit dissolutionem, dicendo ꝙ materia non est causa receptionis simpliciter, sed causa receptionis transmutabilis, scilicet receptionis huius entis indiuidualis. vnde necesse est vt illud, quod non recipit receptione indiuiduali, non sit materiale aliquo modo. & sic non remanet locus quęstioni. Et, cum declarauit modum consimilitudinis inter sensum & intellectum, in hoc modo passionis, & motus, scilicet ꝙ in vtroque est actio perfecta, incœpit notificare consimilitudinem inter sentire & intelligere, & dicit. Sentire igitur simile est vt tantum dicatur verbis, & vt intelligatur per intellectum, idest & hoc, ꝙ sentire fit per se actio perfecta, & sine tempore, & absque eo ꝙ pręcedat ipsum actio diminuta, simile est ad intelligere intentionem intellectam, quando illa intentio pronunciatur ab aliquo, scilicet quia fit ab hoc actio perfecta, absque eo ꝙ pręcedat ipsum actio diminuta. & quasi intendit cum hoc declarare causam, propter quam intellectus intelligit sine tempore. Deinde dixit, Si igitur fuerit delectabile, &c. idest si igitur illud comprehensum fuerit delectabile apud sensum, aut tristabile, erit quasi intellectum affirmare hoc esse hoc, aut negare hoc non esse hoc: & tunc aut quęretur, aut fugietur per comprehensionem intellectualem, sicut quęretur aut fugietur per comprehensionem sensibilem. E

Et est delectari, aut dolere agere sensitiua medietate ad bonum aut malum, inquantum talia. & fuga quoque, & appetitus, qui est secundum actum, * hoc sunt. & non aliud est appetitiuum & fugitiuum, neque ab inuicem, neque a sensitiuo, sed esse aliud est.

! 8.1. idem,

Et delectatio, & contristatio sunt actio mediante sensibili circa bonum aut malum, secundum ꝙ sunt sic. & hoc est fugere & desyderare quæ sunt in actu. & desyderans, & fugiens non sunt diuersa vnum ab altero, neque a sentiente, sed esse differt.

29 Idem infra te. cõ. 51. Proprium desyderio sensibili ꝙ nõ mouetur, nisi cum pręsentia sensati in actu, econtrario desyderio intellectuali. Vide tamen instantiam. 2. de Aĩa c. 20.

Et contristatio, & delectatio animæ est actio ei mediante virtute sensibili. & motus eius ex hoc modo circa bonum, aut malum est, secundum ꝙ malum est contristabile, & bonum delectabile: non secundum ꝙ bonum est bonum, aut malum est malum: sicut est dispositio in quærere aut fugere intellectus. Deinde dicit & hoc est fugere, & desyderare quæ sunt in actu, idest in hoc est desyderare rem pręsentem, secundũ ꝙ est pręsens & indiuidualis, & fugere eam, scilicet desyderium sensibile. quoniam hoc est proprium desyderio sensibili, scilicet ꝙ non mouetur nisi cum pręsentia sensati in actu, e contrario desyderio intellectuali. Deinde dicit, * & desyderans & fugiens non sunt diuersa, &c. idest & pars animæ, quæ quærit, & fugit, est eadem pars, non duę diuersæ, neque in intellectu, neque in sensu: sed est eadem pars in subiecto &, diuersę in actione. & hoc intendebat, cum dicit, sed esse differt. & intendit per hoc animam concupiscibilem. F

* Pars desyderans & fugiens non sunt duæ diuersę neque in sensu, neque in intellectu: sed

* Cogitatiuæ autem animæ phantasmata vt sensibilia sunt. cum autem bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit, tunc fugit, aut persequitur. Quapropter nunquam sine phantasmate intelligit anima.

A Et in anima sensibili inueniuntur imagines secundum modos sensuum. &, cum diximus in aliquo ipsum esse malum, aut bonum non secundum affirmationem, & negationem, tunc aut quærimus, aut fugimus. Et ideo nihil intelligit anima sine imaginatione.

est eadem pars in subiecto, & diuersę in actione.

Idest & in anima sensibili, idest in sensu communi inueniuntur imagines, quarum modi sunt secundum modos sensuum, & sensibilium: ita quod proportio istarum imaginum ad intellectum materialem est sicut proportio sensibelium ad sensus. & hoc inuenitur in alia translatione manifestius, dicit enim apud autem animam rationalem imago est quasi res sensibiles. Deinde dicit, & cum diximus, &c. idest, & cum anima rationalis distinguit imaginem, & iudicat eam esse bonam, aut malam; non secundum quod est nota esse talis, aut non talis tantum. & est differentia propria intellectui speculatiuo: tunc anima concupiscibilis, aut quæret illud, si anima rationalis iudicauerit imaginem eius esse bonam, aut fugiet, si B malam, & hoc est simile ei, quod accidit sensui de contristabili, aut delectabili. Deinde dicit, Et ideo nihil intelligit anima sine imaginatione idest & quia proportio imaginum ad intellectum materialem est, sicut proportio sensibelium ad sensum, ideo necesse fuit vt intellectus materialis non intelligat aliquod sensibile absque imaginatione. Et in hoc dicit, expresse quod intellecta vniuersalia colligata sunt cum imaginibus, & corrupta per corruptionem earum. Et expresse etiam, dicit quod proportio intelligibilium ad imagines non est sicut proportio coloris ad corpus coloratum: sed sicut proportio coloris ad sensum visus: non sicut existimauit Auempace. Sed intellecta sunt intentiones formarum imaginationis abstractæ a materia. & ideo, & indigent necessario in hoc habere materiam aliam a materia, quam habeant in formis imaginationis, & hoc manifestum est per se intuentibus. Et, si intentiones imaginatę essent recipientes intellecta, tunc res reciperet se, & motor esset motum. Et declaratio Arist. quod necesse est vt in intellectu materiali non sit aliqua intentionum existentium in actu, siue fuerit intentio intellecta in actu, aut in potentia, sufficit in destructione opinionis. Sed illud, quod fecit istum hominem errare, & nos etiam longo tempore est, quia moderni dimittunt C lib. Arist. & consyderant li. expositorum, & maxime in anima, credendo quod iste liber impossibile est vt intelligatur. & hoc est propter Auic. qui non immitatus est Aristo. nisi in Dialectica: sed in aliis errauit, & maxime in Metaphysica, & hoc, quia incępit quasi a se.

Digressio.

Contra dimittẽtes textus Ari. pro quo vi. tẽ. 8 Ph. cõ. 78. Vide cõsilĩe cõtra Aui. 3, Cę. com, 67.

Sicut enim aer pupillam huiusmodi fecit ipsum autem aliud. & auditus similiter. vltimum autem vnum est, & vna medietas esse autem ipsi plura. Quo autem discernit quo differt dulce & calidum, dictum est quidem & prius, dicendum autem & hic est enim vnum quid, sic autem vt terminus.

Et quemadmodum aer est illud, quod facit visum talis dispositionis, & hoc ab alio, & similiter auditus. vltimum enim est vnum, & medium vnum, in esse autem multa. Et iam dictum est prius per quod iudicamus illud, per quod dulce differt a cali-

51 do aeri. dicamus igitur etiam secundum hunc modum, quoniã D
sicut in esse est vnum, ita in definitione.

Cum demonstrauit similitudinem intellectum, & sensum in indigentia subiecti, a quo recipiunt intentiones, quas comprehendunt, incępit modo declarare ꝙ proportio istius intellectus materialis ad imagines numeratas secundum species sensibilium est, sicut proportio sensus communis ad diuersa sensibilia, & dicit. Et quemadmodum aer. & cętera idest, & sicut declaratum est ꝙ aer mouet visum. & mouetur ab alio: & similiter auditus mouetur ab aere, & aer ab alio: quousque perueniat motus in omnibus sensibus ad vnum finem, qui est in illis motibus, quasi punctus, qui est medium circuli de lineis exeuntibus a circũferentia. ita est de intellectu materiali cum intentionibus imaginantium intellectis. Deinde dicit. vltimum enim est vnum, & medium vnum idest vltimus enim, motuum sensibiliũ est vnus. & illud, quod est ex eis quasi medium de circulo, est etiam vnũ, & hic est sensus communis. Deinde dicit. Et iam dictum est prius, & cętera idest & vniuersaliter dictum est prius quid est illud, per quod iudicamus diuersitatem sensibilium diuersorum, verbi gratia diuersitatem dulcis a calido, & coloris a sono. ergo secundum illum modum quos conpcebatur illic tale esse in sensu, oportet hic esse in comprehendendo res diuersarum imaginum ab intellectu. Et hoc intendebat, cum dicit quoniam sicut in esse est vnum, ita est in definitione, idest quoniam demonstratum est a sermone prędicto ꝙ sicut iudicans esse diuersum apud sensum debet esse vnum ita iudicans imagines rerum diuersarum debet esse vnum. Et potest intelligi sic. & sicut in esse rerũ diuersarũ est vna intentio, q̃ facit vt comprehendens eas sit vnum: & est proportio. quam accipit virtus comprehensiua, quando facit comparationẽ inter duas res diuersas: ita in imaginibus diuersis est vna intentio, quæ facit ꝙ iudicans eas sit vnum. Et potest intelligi sic. idest & causa in hoc, scilicet in similitudine inter intellectum & sensum in hoc est. quoniam sicut in hoc esse singulari est vnum, quod est ens apud sensum, ita imaginatio est vnum apud intellectum, quod est imaginatum. &, cum multa fuerint apud imaginatum, erunt multa apud imaginationem & hoc conuenientius est sermoni sequenti.

Vide. 2. li. cõ. 149.

Pria expositio.

Vide. 2. de anima. 19.

Secunda expõ. pro qua vide. 2. de aia. 146.

Tertia expositio. pro qua vide. 2. de aia. 33.

E

Et hæc vnum proportione, aut numero, quem habent ad vtrunque, vt illa adinuicem. Quid enim refert id dubitare, quomodo ea, quæ eiusdem generis iudicat, aut contraria, vt album & nigrum? Sit igitur vt A, quod album, ad B, quod nigrum, sic C ad D. quare & permutatim. Si igitur C D vni insint, sic habebunt sicut & A B, idem quidem & vnum esse autem non idem. & illud similiter. Eadem autem ratio est, & si A quidem dulce sit, B vero album. Formas igitur intellectiuũ in phantasmatibus intelligit. F

Et hoc inuenitur in numeris proportionalibus: & dispositio eius apud eos est sicut dispositio eorum adinuicem. Nulla enim, est differentia inter figuram, & qualitatem considerationis rerum inæqualium in genere, aut rerum contrariarum. verbigratia albi & nigri. Sicut igitur dispositio A albi ad B nigrum, & C ad D, sicut dispositio illorum adinuicem, vt inuenitur in rebus contrariis. Si igitur C, & D, existentes in eadem in re non inueniuntur

A nisi per A, & B, & sunt in hoc idem Et, si A fuerit quasi dulce, & B quasi album, tunc intellectus erit quasi intelligens. Intelligit enim formas per primas imaginationes. 12

Ideſt & hęc conſecutio manifeſta inuenitur in eis ſecundum proportionalitatem eorum in numero, & diſpoſitio iudicantis ex anima apud vtrunque eſſe, ſcilicet ſenſibile & imaginabile eſt ſicut diſpoſitio vtriuſque eſſe adinuicem. Deinde dicit nulla enim, eſt differentia, & cętera ideſt & indifferenter, ſiue iudicium fuerit de rebus contrariis, aut diuerſis. figura enim, & qualitas conſiderationis debet eſſe vna eadem apud virtutem ſenſibilem, & rationalem in diuerſis in genere, & in contrariis. Et, cum declarauit ꝙ nulla eſt differentia in conſideratione iſtorum duorum generum apud virtutem ſenſibilem & rationalem, dedit demonſtrationem ſuper hoc ex proportionalitate, & ęqualitate, quam habent in numero ſecundum imagines rerum cum ſuis indiuiduis, & dicit. Sit igitur diſpoſitio A. albi ideſt ſit igitur A album, & B nigrum, & C imago albi, & D. imago nigri. erit igitur proportio A ad B, ſicut album ad nigrum: & proportio C ad D, ſicut imago albi ad imaginem nigri. & hoc intendebat, cum dicit vt B mihi videtur, diſpoſitio C apud D, eſt ſicut diſpoſitio illorum adinuicem. vt inuenitur, in duobus contrariis. ideſt, vt inuenitur in duobus contrariis ex imaginibus veris. Et, cum declarauit ꝙ talem proportionalitatem debent habere, dedit conſequens concluſionē, et dicit. Si igitur C, & D. &c. i. & cum proportio A ad B eſt ſicut C ad D: & A & B comprehenduntur ab eadem virtute: ergo C & D debent comprehendi ab eadem virtute. & iſtam concluſionem diminuit ex ſuo ſermone. Deinde dicit conſequens illam, & dicit. Si igitur C & D, & cętera ideſt ſi igitur C & D comprehenduntur ab eadem virtute, quia A, & B ſunt eiuſdem virtutis, tunc duę virtutes in hac intentione, & ex hoc modo ſunt idem. & non diuerſantur omnino: licet diuerſentur in ſuis naturis. & per hanc ſimilitudinem inter virtutem rationalem, & ſenſibilem exiſtimauerunt plures Antiquorum, ſecūdum ꝙ Ariſtot. narrauit in ſecundo tractatu ꝙ duę virtutes ſunt eędem. Et, cum declarauit ꝙ diſpoſitio earum in comprehendendo res contrarias eſt eadem, declarauit etiam ꝙ ita eſt in comprehendendo res diuerſas in genere, & dicit. Et, ſi A fuerit quaſi dulce, & cætera ideſt, & poſuerimus loco contrariorum duas res diuerſas in genere, verbi gratia dulce & al- C bum tunc etiam intellectus comprehēdet eas modo ſimili comprehenſioni earum a ſenſu. tunc enim intelliget formas earum mediantibus primis ſuis imaginibus, ideſt veris: quemadmodum ſenſus comprehendit intentiones earum per pręſentiam indiuiduorum ipſorum ſenſibilium.

Figura, & qualitas conſideratiōnis debet eē vna, & eadem apud virtutem ſenſibilē rōnalē ī rebus diuerſis gn̄e, & ī cōtrariis. Idem ſupra cō. pcedēti.

In. 2. d aĩa, tex. cō. 152.

Et ſicut in illis determinatum eſt ipſi perſequendum & fugiendum, ſic & extra ſenſum, cum in phantaſmatibus fuerit, mouetur vt ſentiens ſignum face datum, ꝙ ignis, communi cognoſcit, videndo eum, qui ſe mouet, ꝙ hoſtis eſt. aliquando autem iis, quæ ſunt in anima, phantaſmatibus, aut intelligentiis, tanquam videns, ratiocinatur, & deliberat futura ad præſentia.

Et iſta eſt de quęſito, & fugito ſecundum hunc curſum determinatum in his rebus, & quandoque mouetur ſine vſu ſenſus, cū fuerit exiſtens in maginatione vt quando imaginatur ꝙ ignis inflammatur in turribus ciuitatum. commune eſt enim, ꝙ mouens

est ignis,& ipse nuuciat præliatori.cogitat enim, quasi videns rē D
per modos imaginationis,& cogitatio eius in rebus futuris est se
cundum res præsentes.

Idest & ita est de quęsito, & de fugito apud intellectum sicut de comprehensione, quoniam, quemadmodum comprehendit res med antibus formis imaginum, & sensus comprehendit per pręsentiam rerum sensibilium,ita intellectus mouetur a rebus quærendo aut fugiendo quando formę imaginum earum sunt pręsentes: quemadmodum sensus quęrit, aut fugit apud præsentiam ipsius sensibilis. Deinde dicit, & quandoque mouetur sine vsu sensus,& cætera idest & quandoque mouetur homo ad aliquid licet non sentiat ipsum, quando imaginabitur ipsum: sicut pręliator mouetur quando imaginatur ignem inflammatu in turribus,licet ignis nondum inflammatus sit. Deinde dicit commune enim est ꝙ mouens est ignis. & est principum pręliationis, idest &, cum præliator intrinsecus imaginabitur ignem in turribus,statim cogitabit in destruendo illum ignem,& pręliator oppositus in inflammando ipsum. & communem habent cogitationem in E hoc.scilicet ꝙ ignis est finis positus,& quęsitus apud ipsos, sed secundum modos duos diuersos. Et potest intelligi hoc,quod dixit, commune enim, idest propositio enim communis,ex qua possumus scire omnia consequētia,est primum consequens existentiam ignis in turribus. & ideo dicit est principium per experientias pręliatoris,idest principium cōsiderationis. Deinde dicit cogitat enim,quasi videns.idest principium enim suę cogitationis in rebus erit pręsentando modos imaginum imaginationum possibilium esse in illa re,de qua cogitat,adeo ac si videret illud, de quo cogitat. Deinde dicit,& cogitatio eius in rebus futuris,& cętera, idest & causa in hoc est, quia homo ponit principium suę considerationis in rebus possibilibus de rebus præsentibus,quas videt.& ideo possibile est vt homo cogitet in alia re, adeo ꝙ inueniet ex eo aliquod indiuiduum, quod ante non sensit sed sensit ei simile,non ipsum idem.Et innuit per hoc modum,secundum quem potest inueniri per cognitionem imago vera: cuius indiuiduū nunquam fuit sensatum aliquo cogitante. Iam enim posuerat ꝙ imagines verę sunt numerataę secundum indiuidua sensibilia. & quasi declarauit ꝙ iste modus imaginationum inuenitur a cogitatione ex imaginationibus, F quę sunt indiuidua sensibilia. Virtus enim cogitatiua,sicut declaratum est in li.de Sensu & sensato,quando iuuabit se cum informatiua,& rememoratiua innata est pręsentare ex imaginibus rerum aliquam, quuam nunquam sensit in ea dispositione,secundum quam esset, si sensisset eam fide, & in formatione,tunc intellectus iudicabit illas magines iudicio vniuersali.Et intentio cogitationis nihil est aliud quam hoc,scilicet vt virtus cogitatiua ponat rem absentem a sensu, quasi rem sensatam. & ideo comprehensibilia humana diuiduntur in hęc duo,scilicet in comprehensibile, cuius principium est sensus,& comprehesibile,cuius principium est cogitatio. Et iam diximus ꝙ virtus cogitatiua non est intellectus materialis, neq; intellect' qui est in actu,sed est virtus particularis mālis,& hoc manifestum est ex dictis in Sensu & sensato.& oportet scire hoc:quoniam consuetudo est attribuere intellectui virtutem cogitatiuam. Et non debet aliquis dicere ꝙ virtus cogitatiua componit intelligibilia singularia: & iam declaratum est ꝙ intellectus materialis componit ea. Cogitatio enim non est,nisi in distinguendo indiuidua illorum intelligibilium,& pręsentare ea in actu, quasi essent apud sensum, Et ideo, quando fuerint pręsentia apud sensum, tunc cadet cogitatio, & remanebit actio intellectus in eis.

Pria expositio.

Scunda expō. *a,i,propositio.

Hō ponit principiū suę cōsiderationis de reb' possib'ex rebus pñtibus, quas videt.

Digressio.

Virtus cogitatiua, qñ iuuabit se cū informatiua,& rememoratiua inata est pñtare ex imaginibus rerū aliquā, quā nunꝙ sensit tūc itellectus iudicat illas imagines iudicio vniuersali.

Idē cō.5.& 20. tertii huius.

Cōprehēsibilia hūana diuiduntur in duo.

Cogitatiua non componit opposititum vt dicer cō.2. Vide cōtra Zim.

Hō nō est gñabilis et corruptibil',nisi per hāc virtutē,i.cogitatiuam.

H ... ,sicut dicit Aristote.non tamen rememoramur post mortem,non quia intellectus est generabilis & corruptibilis,sicut aliquis potest existimare,

Et cum dixerit ꝙ ibi iucundum aut molestum, hic fugit aut per sequitur,& omnino in actione est. Et quod sine actione est & verum & falsum,in eod enim genere est cum bono & malo: sed ipso simpliciter,& aliquo differt.

Et,cum iudicamus ꝙ delectabile est illic aut hic, tunc co tristabile erit aut fugitum,aut quæsitum & sic vniuersaliter in actionibus. Falsitas,enim & veritas sunt sine operatione, & sunt ambo in eodem genere,& in bono & in malo: sed differunt quia dicitur simpliciter,& per terminum.

Idest Et,cum iudicaueris per sensum ꝙ delectabile est illic aut hoc tūc contristabile apud intellectum erit aut fugitum,si intellectus existimauerit illud esse malum,aut quęsitum,si existimauerit illud esse bonum,& sic B vniuersaliter accidit intellectui cū sensu ī omnibus actionibus,scilicet aut contradicere ei dicendo ꝙ contristabile est bonum,& quærendo illud,qđ fugit sensus,aut conuenire in eo dicendo delectabile esse bonum. Deinde dicit. †Falsitas enim & veritas sunt sine operatione,& sunt in eodem genere.ita, cecidit ablatio in scriptura.& potest esse.falsitas enim, & veritas sunt,& cętera idest falsitas enim,& veritas existētes in intellectu speculatiuo,sunt alia a falsitate,& veritate existentibus in intellectu operatiuo. Deinde dicit,& sunt ambo in eodem genere,& in bono & in malo.potest intelligi ꝙ hęc duo sunt in eodem genere,quia vtrunque est cognitio, & quia veritas est in genere boni,& falsitas in genere mali. Et potest intelligi hoc,quod dicit in bono & malo, vt sit expositio eius, quod dixit, & sunt in eodem genere.& qua dicit,& sunt in eodem genere, idest in bono & malo. Et cum declarauit ꝙ ambo collocantur sub bono, & malo,declarauit illud,per quod diuiduntur,& dicit, sed differunt, & cętera idest sed tamen diuiduntur,quia veritas est in intellectu speculatiuo bonum absolute,& falsitas est in eo malo simpliciter,in operatiuo autem veritas est bonum in respectu,& secundum conditionem.& hoc intendebat, cum dixit & per terminum.falsitas vero est malum in respectu illius finis.qui est C inueniendus. Et potest intelligi per hoc.quod dixit & per terminum idest per finem.scilicet & diuiduntur, quia hoc est bonum simpliciter, & hoc bonum in respectu finis positi, & intentio propinqua est in istis duabus.

34 †Falsitas & veritas sunt. sine opatiōe. Idē.2 me.t.cō.3. Falsitas, & veritas exñtes in intelľu speculatiuo alię sunt ab his,q̄ sunt ī intelľu practico. Bonū & malū. & verū & falsum sunt ī eodē gñe. vide opposituū.6.me.t. cō. vltimi, vbi hr ꝙ bonū & malum sunt in rebus. Vide cōt. Zim.

Quæ vero abstractione dicuntur,intelligit. Vt enim simū, secundum quod simum, non separatim: inquantum autem cauum si quis intelligeret actu, sine carne vtique intelligeret, in qua cauum est:sic mathematica non separata,tanquam separata intelligit,cum intelligit illa.

Et sciuntur etiam res, quæ dicuntur negatiue. Vt simus,in eo quod est simus,nō diuiditur: in eo autem quod est concauum, si intellectus intellexerit, tunc intelliget intentionem concauitatis denudatam a carne. sed intentiones mathematicæ non sunt singularia hoc modo; & sicut res abstracta intelligitur, intelligit istas res.

 D

55 Intendit per res, quę dicuntur negatiue, res mathematicas, & intendit per negationem abstractionem a materia. & intendit ꝙ, quando intellectus intelligit res secundum abstractionem a materia, non facit hoc, quia sunt in se, non in materia, sicut quidam existimauerunt. sed hoc, quod facit, scilicet ꝙ intelligit ea non in materia, licet sint in materia, est ac si intelligeret simum, in eo ꝙ est simum. diuisum a materia. sed simus, in eo ꝙ est simus, impossibile est vt diuidatur a materia. genus autem eius, quod est concauitas, possibile est vt diuidatur a materia. Et innuit per hoc ꝙ ista possibilitas in abstractione istorum ab intellectu est consequens naturas, & quiditates earum: non quia accidit eis, quia sunt non in materia. Deinde dicit. sed intentiones mathematicę, &c. idest & modus essendi intentionum mathematicarum extra animam, non est sicut modus, secundum quem sunt in anima. Et iste sermo potest legi sic. & intellectus etiam potest scire res mathematicas per aliquem modum definitionis. Intelligere enim diuersatur secundum diuersitatem naturę intellecti, verbi gratia ꝙ simus, in eo ꝙ est simus, non diuiditur quando intelligitur: in eo autem ꝙ est concauitas, tunc, si intellectus intellexerit eum singularem per se, non intelliget intentionem concauitatis, nisi denudatam a carne. Et exemplum, quod induxit, supplet illud, quod diminuitur a sermone. E

Pythagoras 1. Me.19. vł Plato, 1. Meta.35.

Intelligere diuersatur secundum diuersitatē naturę intellecti.

Omnino autem intellectus, qui secundum actum intelligit, res ipsæ est. Vtrum autem contingat aliquid separatorum intelligere ipsum existente non separatum a magnitudine, an non, consyderandum est posterius.

Illud enim quod est in actu vniuersaliter, est intellectus, qui est in actu. Et cogitatio nostra in postremo erit, vtrum possit intelligere aliquas rerum abstractarum, cum hoc quòd ipse * est abstractus a magnitudine, aut non.

* a.l. non est abstractus.

Intellectus autem est omnino, qui actu res intelligit. Vtrum autem contingat ipsum intelligere aliquid separatorum, ipso non existente separato a magnitudine, vel ne, post hoc consyderabitur. F

56 Dicendo & quemadmodum res, quam intellectus abstrahit, fit intellectus, quando abstrahit, & intelligit ipsam, cum necesse est vniuersaliter in intellectu vt illud, quod est intellectum in actu, sit intellectus in actu, oportet nos perscrutari, & cogitare in postremo, vtrum iste intellectus, qui est in nobis, possit intelligere aliquid, quod est in se intellectus, & abstractus a materia: sicut intelligit illud, quod facit ipsum intellectum in actu, postquam erat intellectum in potentia. Et dicit, cum hoc, ꝙ ipse est abstractus a magnitudine. ita cecidit in hac scriptura. &, si est vera, sic debet intelligi, idest debemus in postremo cogitare, vtrum sit possibile ꝙ intellectus, qui est in nobis, intelligat res abstractas a materia, secundum ꝙ sunt abstractę a magnitudine, non secundum comparationem ad alterum. Et cecidit in alia scriptura loco istius sermonis sic. Et in postremo perscrutabimur vtrum intellectus * essendo in corpore, nō separatus possit comprehendere aliquod eorum, * que separantur a corporibus, aut non. & ista quæstio est alia prędicta. Ista enim quæstio est concedentis ꝙ intellectus, qui est in potentia, intelligit formas abstractas

* a.l. ꝙ est in nobis.
* a.l. quod fit de se intellectus quidam.

A a materia simpliciter, non secundum ꝙ est copulatus nobiscum, & secundum hãc intentionem erit perscrutatio vtrum potest intelligere formas, secundum ꝙ est copulatus nobiscum: non vtrum possit intelligere formas simpliciter, & illa intentio est dicta a Themistio in suo libro de Anima, & prima quęstio, quam intendebat in postremo, * est dimissa. * adde scrutari. 3. de Aia. c. 51.

Oportet igitur prius perscrutari vtrum sit possibile ꝙ intellectus materialis intelligat res abstractas, aut non. Et, si intelligit eas, vtrum est possibile vt intelligat eas, secundum ꝙ est copulatus nobiscum, aut non. Et ideo possibile est ꝙ in exemplari, a quo transtulimus hunc sermonem, ceciderit hęc particula, non, ita ꝙ sic debeat legi. Et cogitatio nostra erit in postremo vtrum possit intelligere aliquem rerum abstractarum cum hoc ꝙ * est non abstractus a magnitudine, idest secundum ꝙ est tangens magnitudinem, & copulatus nobiscum, ita ꝙ nos intelligamus illum intellectum, quem ipse intelligit. & ista perscrutatio, quam intendit, valde est difficilis, & ambigua. & oportet nos perscrutari de hoc secundum nostrum posse. Digressio, & ẽ prima pars tanquã procemiũ, vtrũ sit possibile intelligere intellectum materialẽ res abstractas. * a.l. qđ ipse est

Dicamus igitur ꝙ, qui ponit intellectum materialem esse generabilem B & corruptibilem, nullum modum, vt mihi videtur, potest inuenire naturalem, quo possumus continuari cum intellectibus abstractis. Intellectus enim debet esse * intellectum omnibus modis, & maxime in rebus liberatis a materia. Si igitur possibile esset ꝙ substantia generabilis, & corruptibilis intelligeret formas abstractas, & reuerteretur idem cum eis, tunc possibile esset vt natura possibilis fieret necessaria: vt Alfarabius dixit in Nicomachia. & hoc necessariũ est sedm fundamenta sapientũ. * a. l. vndique intelligibilis. Scda pars, in qua incipit soluere questionẽ sedm opinionẽ aliorũ et primo secundum Ale.

* Si igitur aliquis dixerit ꝙ illa intentio, quam intendit Alexan. scilicet de existentia intellectus adepti, non est * informatio facta de nouo in intellectu materiali, * quæ ante non erat. sed ipse copulatur nobiscum copulatione, adeo ꝙ sit forma nobis, per quam intelligimus alia entia, sicut apparet ex sermone Alexan. licet non appareat ex eo modus, ex quo ista continuatio sit possibilis. Quoniam, si posuerimus ꝙ ista continuatio est facta postquam non erat, sicut est necessarium, continget vt in illa hora, in qua ponitur esse, sit transmutatio in recipiente, aut in recepto, aut in vtroque. &, cum impossibile est vt sit in recepto, remanet vt sit in recipiente. &, cum in recipiente fuerit transmutatio existens, postquam non erat, necessario erit illic receptio facta de nouo, & substan- C tia recipiens facta de nouo postquam non erat. Cum igitur posuerimus receptionem factam de nouo, continget prędicta quęstio. Et, si non posuerimus receptionem propriam nobis, non erit differentia inter continuationem eius nobiscum, & continuationem eius cum omnibus entibus, & inter continuationem eius nobiscum in hac hora, & in alia hora: nisi ponamus continuationem eius nobiscum esse secundum modum alium a modo receptionis. quis igitur est iste modus? * a. l. nisi aliquis dixerit. * a. l. conceptus factus. * a. l. qui. Pro hoc vide. 8 Ph. 6. 7. & 8. cõ Occurit tacitæ responsioni.

Et propter latentiam istius modi secundum Alexand. videmus ipsum ambigere in hoc. quandoque igitur dicit ꝙ illud, quod intelligit intellectum abstractum, non est intellectus materialis, neque intellectus, qui est in habitu. Et hęc sunt verba eius in libro de Anima. Intellectus igitur, qui intelligit hoc, est ille, qui non corrumpitur: non intellectus subiectus, & materialis. intellectus enim materialis corrumpitur per corruptionem animæ, qui est vna virtus illius. &, cum iste intellectus fuerit corruptus, corrumpetur sua virtus, & sua perfectio. Deinde, postq̃ declarauit ꝙ necesse est vt intellectus, qui est in nobis, qui intelligit formas abstractas, sit non generabilis neque corruptibilis, narrauit ꝙ iste intellectus est intellectus adeptus secundum opinionem Aristo, & dixit Intellectus igi- Ostendit cõtra dictionem in dictis Alex. In cap. de intellectu agente. * a. l. adeptum

tur, qui non corrumpitur, est iste itelle ctus, qui est in nobis abstractus, quē vocat Aristote. * de foris qui est in nobis ab extrinseco: non virtus, quę est in anima, neque habitus per quem, aut per quam intelligimus alias res, & intelligimus etiam istum intellectum, D

*a.l.adeptum,

Si igitur intendebat per intellectum adeptum, per quem intelligimus intelligentias abstractas intelligentiam agentem, tunc sermo in modo continuationis istius intellecti nobiscum adhuc remanet. * Et, si intendebat intellectum abstractum alium ab agente, vt apparet ex opinione Alfarabii in sua epistola de intellectu, & secundum etiam ꝙ possimus intelligere ex manifesto istius sermonis, tunc quęstio etiam in modo continuationis istius intellectus nobiscum eadem est cum quęstione in modo continuationis intellectus agentis apud opinantem ꝙ * agens* est idem cum adepto. & hoc est manifestius de sermone Alex. Hæc igitur dixit de modo continuationis intellectus, qui est in actu nobiscum, in suo lib. de Anima.

*a.l.Indeterminatus,

*a.l.Intells ē ipsemet itellus adeptus.

Quod autem dixit in quodam tractatu, quem fecit de intellectu secundū opinionem Aristo. videtur contradicere ei, quod dixit in li. de Anima. Et hęc sunt verba eius. Et intellectus, qui est in potentia, cum fuerit completus, aut augmentatus, tunc intelliget agentem, quoniam, quemadmodum potentia ambulandi, quam homo habet in natiuitate, venit ad actum post tempus, quando perficitur illud, per quod fit ambulatio, ita intellectus, cū fuerit perfectus, intelliget ea, quę sunt per suam naturam intellecta, & faciet * sensata esse intellecta, quia est agens. Et manifestum istius sermonis contradicit sermoni eius in libro de Anima, & est ꝙ intellectus, qui est in potentia, intelligit illum, qui est in actu. E

*a.l.ex sensibilibus itelligibilia.

Remouet Ale. a cōtradictione colligendo oīa dicta sua,

Sed, cum aliquis inuenerit omnes sermones istius viri, & congregabit eos, videbit opinari ipsum ꝙ quando intellectus, qui est in potentia, fuerit perfectus tunc intelligentia agens copulabitur nobiscum, per quam intelligemus alias res abstractas, & per quam faciemus res sensibiles esse intellectas in actu, secundum ꝙ ipse efficitur forma in nobis. Et quasi intendit per hunc sermonem ꝙ intellectus, qui est in potentia, quando fuerit perfectus & completus, tunc copulabitur cum eum eo * iste intellectus, & fiet forma in eo, & tunc intelligemus per ipsum alias res: non ita ꝙ intellectus materialis intelligat ipsum, & propter illud intelligere fiat continuatio cum hoc intellectu: sed continuatio istius intellectus nobiscum est causa eius, quod intelligit ipsum, & intelligimus per ipsum alias res abstractas.

*a.l.itells agēs

Cōfirmat illud p verba Alex.

Et potes scire ꝙ ista est opinio istius hominis per hoc, quod dicit in illo tractatu. Illud igitur * intellectum per suam naturam, quod est intellectus in actu, cum fuerit causa intellectus materialis in abstrahendo, & * in formando vnamquamque formarum materialium ascendendo apud illam formam, tunc dicetur ꝙ est adeptus * agens & non pars animę, neque virtus animę, sed fit in nobis ab extrinseco, quando nos intellexerimus per ipsum. Manifestum est igitur ꝙ intelligit per hunc sermonem, ꝙ quando intellectus, qui est in actu, fuerit causa * secundum formam intellectus materialis in actione eius propria, & hoc erit per ascensionem intellectus materialis apud illam formam, tunc dicetur intellectus adeptus: qm̄ in illa dispositione erimus intelligentes per ipsum, quoniam est forma nobis: quoniam tunc erit vltima forma nobis. F

*a.l.itelligibile.
*a.l.cōcipiēdo.
*a.l.actu.
Expō verborū Alexand.
*a.l.formalis.

Sustentatio igitur istius opinionis est ꝙ itellectus agēs est primo cā *agēs intellectum materialē, & intellectum, qui est in habitu: & ideo non copulatur nobiscum primo: & intelligemus per ipsum res abstractas. Cum igr̄ intellectus materialis fuerit perfectus, tunc agens fiet forma materialis, & copulabitur nobiscū, & intelligemus per ipsum alias res abstractas: nō ita

Sūma et epilogus opīonis Alexand.
*a.l. efficiens,

A ꝙ intellʼs,qui eſt ĩ habitu,ĩtelligat hũc intelĺm;* cũ ĩtellectus,qui eſt ĩ habitu,eſt gñabilis et corruptibilis,iſte aũt nõ ẽ gñabilis neq; corruptibilis. *a Adde.ſ.agẽtem.

Sed huic accidit qđ prędicta,& eſt ꝙ hoc,quod modo eſt forma intellectui,qui eſt in habitu,poſtquã non erat,prouenit ab aliqua diſpoſitione facta de nouo in intellectu,qui eſt in habitu,quę eſt cã,quare ille intellectus eſt forma intellectui,qui eſt in habitu,poſtꝙ nõ erat. Et, ſi iſta diſpõ non eſt receptio in intellectu,qui eſt in habitu*ad intelĺm agentem,quid ergo eſt iſta diſpõ,quoniã,ſi fuerit receptio,continget vt generatũ recipiat ęternum,& aſſimiletur ei. & ſic generatũ fiet ęternũ;quod eſt impoſſibile. Q ō illi opĩonĩ contingens. * a.l.in quo.ſ: recipiatur ĩtellectus agens.

Et ideo videmus Alfarabium in poſtremo,cum credidit opinionẽ Ale. eſſe veram in gñatione intellectus materialis,ꝙ fuit neceſſe apud ipſum ſecundum hanc opinionẽ opinari ꝙ intelligentia agens non eſt niſi cã agẽs *nos tm.& hoc manifeſte d.in Nicomachia. Et eſt contra ſuam opinionẽ in ep̃la de Intellectu.illic.n.dixit eſſe poſſibile,vt intellectus materialis intelligat res abſtractas:& eſt opinio Auẽp. Iſtę igitur ſunt q̃ones ponẽtibus intelĺm materialem eſſe gñatũ: & ꝙ finis eſt cõtinuari cũ abſtractis. Cõfirmatio qđ-nis argumento. Alfa. contradictio in dictis Alfara. *a.l.In nobis.

B Et videmus etiam ꝙ ſequuntur ponentibus ipſam eſſe virtutem abſtractã quęſtiones non minores iſtis. Quoniam,ſi natura iſtius intellectus materialis eſt ꝙ intelligat res abſtractas,neceſſe eſt vt ſemper in futuro,& in pręterito ſit intelligens eas. Exiſtimatur igitur ꝙ ſequitur hanc poſitionẽ, ꝙ ſtatim , cum intellectus materialis continuatur nobiſcum,ſtatim continuabitur nobis intellectus agens:quod eſt impoſſibile,& contrarium ei, ꝙ homines ponunt. Sẽda ꝑs digreſſiõis, ĩ qua põit dubitatiões cõtingẽtes ponẽtibus ĩ intellectũ ęternum.

Sed iſta quęſtio poteſt diſſolui per illud,quod ante poſuimus,ſcilicet ꝙ intellectus materialis non copulatur nobiſcum per ſe ; & primo : ſed non copulatur nobiſcum niſi per ſuam copulationem cum formis imaginalibus . Et,cum ita ſit,poſſibile eſt dicere ꝙ modus,ſecundum quem copulatur nobiſcum intellectus materialis,eſt alius a modo , ſecundum quem copulatur ipſe cum intellectu agente. Et,ſi eſt alius modus,tunc nulla eſt cõtinuatio omnino . Et,ſi idem,ſed primo eſt in aliqua diſpoſitione , & poſt in alia , quid igitur eſt iſta diſpoſitio ? Si autem poſuerimus ꝙ intellectus materialis abſtractus non habet naturam intelligendi res abſtractas, tunc ambiguitas erit maior. Iſtę igitur ſunt omnes quęſtiones contingentes ponentibus ꝙ perfectio humana eſt intelligere res abſtractas. Põit rñſionem quã ĩprobat.

C Et oportet nos etiam narrare ſermones,ex quibus exiſtimatur nos conſequi ꝙ habemus naturam intelligendi in vltimo res abſtractas,iſti enim, ſermones ſunt valde oppoſiti illis:& forte per hoc poterimus videre veritatem. Cauſa autem iſtius ambiguitatis,& laboris eſt, quia nullum ſermonem ab Ariſtote. inuenimus in hac intentione:ſed tamen Ariſtote. promiſit declarare hoc,

Dicamus igitur ꝙ Auempace multum perſcrutabatur in hac quęſtione , & laborauit declarando hanc continuationem eſſe poſſibilem in ſua epiſtola,quam vocauit Continuationis intellectus cum homine,& in lib. de Anima , & in aliis multis libris videbatur ꝙ iſta quęſtio non receſſit ab eius cogitatione,neque per tempus motus vnius oculi . Et nos iam expoſuimus illam epiſtolam ſecundum noſtrum poſſe . hoc enim quęſitum valde eſt difficile. Et,cum talis fuerit diſpoſitio Auempace in hac quęſtione,quanto magis alterius hominis . Et verbum Auempace in hoc eſt firmius verbis aliorum : ſed tamen occurrunt ei quęſtiones, quas narrauimus.& oportet nos narrare hic vias iſtius hominis:ſed primo quid expoſitores dixerunt in hoc. Decio Ethi.c. 8.9.10.

Dicamus igitur & Themiſtius ſuſtentatur in hoc per locum a * minori, Dicit enim ꝙ,cũ intellectus materialis habet potentiam ad abſtraben- * a.l.maiori:

Opio The.3.d aia c.51.
Impugnatio ex hoc patet ꝙ sufficiētia est ifra ꝓbabilitatem.

dum formas a materijs,& intelligendi eas,quanto magis habet in actu intelligendi ea,quę sunt primo denudata a materia. Et iste sermo aut fiet ita, ꝙ intellectus materialis est corruptibilis,aut non corruptibilis,s.separabilis,aut non separabilis. Scdm autem opinionē dicentiū ꝙ intellectus materialis est virtus in corpore & gñatus, iste sermo erit sufficiens quoquomō, nō ꝓbabilis. Nō enim,sequitur vt illud,quod est visibile in se,sit magis visibile apud nos: verbi gratia,color,& lumen Solis. Color enim,minus habet de intentione visibilitatis quam Sol,cum color nō sit visibilis nisi per Solem: sed non possumus ita aspicere Solem sicut colorem , & hoc accidit visui propter mixtionem materiæ. D

Si ponamus intellēm esse ęternū,tūc verū est ꝙ illud,quod ē magis visibile magis cōpręhēditur. Sed vide oppositū huius. 2. Met.c.1,vid cō.Zim.
†Ex eis cōphēdētibus , q̄ non sunt admixta materię. qđ cōphēdit min' pfectū,necesse ē vt cōp̄hendat pfectius: s3 nō ecōtrario.
* a.l. nisi forte hoc sit necessariū ex natura illius rei, atq; ei' essentia & subiecta & tūc.
* a.l. ītelligibilia.

Si vero posuerimus ꝙ intellectus materialis non est admixtus materię, tunc ille sermo erit verus: scilicet ꝙ illud,quod est magis visibile , magis comprehenditur † quoniam quod comprehendit minus perfectum ex eis comprehendentibus, quæ sunt non admixta materię , necesse est vt comprehendat perfectius: & non econtrario. * Sed , si hoc est necessarium de natura eius & substantia , continget quęstio prędicta, quæ est , quomodo non continuatur nobiscum in principio, vt statim quando intellectus materialis continuatur nobiscum. Si igitur posuerimus ꝙ in postremo continuatur nobiscum,non in primo,debemus reddere causam. B

Alexan. autem sustentatur in hoc quæstio super hoc , quod dico. & est ꝙ omne ens, quod generatur,quādo peruenerit ad finem in generatione, & ad vltimam perfectionem,tunc perueniet ad complementum , & ad finem in sua actione,si fuerit ex entibus agentibus: aut in sua passione,si fuerit ex entibus passibilibus: aut in vtroque ,'si fuerit vtriusque. verbi gratia non venit ad finem in actionem eius,quę est ambulare,nisi quando venerit ad finem in generationem. Et , quia intellectus , qui est in habitu,est vnum entium generabilium,necesse est vt,quando venerit ad finem in generatione , veniat ad finem in sua actione , & , quia actio eius est creare * intellecta.& intelligere ea,necesse est vt cum fuerit in vltima perfectione,vt habeat has duas actiones perfecte.& perfectio in creando intellecta est facere omnia intellecta in potentia esse intellecta in actu : & complementum in intelligendo est intelligere omnia abstracta,& non abstracta: necesse esse igitur est ꝙ , quando intellectus , qui est in habitu venerit ad complementum in sua generatione,vt habeat has duas actiones.

Pria rō contra Ale. Scda rō,
a.l. ipsius itellectionis.
a.l. cōcept' seu imaginationis.
a.l. itelligibilia

Et in hoc sunt quęstiones non paruę. Non enim est manifestum per se ꝙ complementum actionis * eius, quæ est intelligere,est intelligere res abstractas: nisi hoc nomen , * quod est imaginari diceretur de eis & rebus materialibus vniuoce: sicut dicitur hoc nomē ambulare de imperfectiori, & perfectiori. F

Tertia rō. Hic ponit itelligentiā abstractā ēe cōplemētū generabile.
a.l. huius ītlłus.
a.l. itelligibilia

Et etiam quomodo attribuitur actio propria intellectui agenti, quę est facere * intellecta intellectui generabili & corruptibili, scilicet qui est in habitu: nisi quis ponat ꝙ intellectus,qui est in habitu,sit intellectus agens compositus cum intellectu materiali,vt dicit Themistius: aut ponat ꝙ forma postrema nobis,qua abstrahimus intellecta,& intelligimus ea, est cōposita ex intellectu,qui est in habitu, & intellectu agente: vt Alexand.& Auempace ponunt , sicut nos reputamus etiam esse apparēs ex sermone Aristotelis.

Et,si etiam hoc posuissemus esse ita, non contingeret ex complemento actionis * eius , quę est creare intellecta,nisi complemētum actionis eius, quę est in intelligendo ea,non intelligendo res abstractas: cum intelligere eas impossibile est vt attribuatur generationi aut fieri ab aliquo ente generatio,verbi gratia ab intellectu,qui est in habitu,nisi per accidens.&,si non , tunc generabile efficietur ęternum,sicut diximus.

A Et contingit etiam sermoni dicenti ꝙ forma, qua extrahimus intellecta est intellectus, qui est in habitu compositus cum intellectu agente, magna quęstio. ęternum enim, non indiget in sua actione generabili & corruptibili. quomodo igitur componitur ęternum cum corruptibili, ita ꝙ ex eis fiat vna actio. sed post loquemur de hoc. Videtur enim ꝙ ista positio est quasi principium, & fundamentum eius quod volumus dicere de possibilitate continuationis cum rebus abstractis secundum Aristote. scilicet positio, ꝙ forma postrema nobis, qua extrahimus intellecta, & facimus ea per voluntatem nostram, est composita ex intellectu agente & intellectu, qui est in habitu. Hoc igitur vidimus de sermone expositorum Peripateticorum in hunc finem esse possibile, scilicet intelligere in postremo res abstractas.

✱ Auempace autem multum loquebatur in hoc, & maxime in epistola, quam appellauit Continuationem intellectus cum homine. Et illud, super quod sustentatus est in hac quęstione est hoc. Primo enim, posuit ꝙ ✱ intellecta speculatiua sunt facta. Deinde posuit ꝙ omne factum habet quiditatem. Deinde posuit ꝙ omne habens quiditatem, intellectus innatus est extrahere illam quiditatem. B Ex quibus concluditur ꝙ intellectus innatus est extrahere formas ✱ intellectorum, & quiditates eorum. & in hoc conuenit cum ipso Alfa. in lib. de Intellectu & intellecto. & inde extraxit hoc Auempace, & cum hoc conclusit ꝙ intellectus innatus est extrahere formas ✱ intellectorum, & quiditates eorum.

Et iuit in hoc per duas vias, quarum vna est in epistola. secunda autem in libro de anima. & sunt vicinantes se. in libro autem de Anima coniunxit huic ꝙ ✱ intellectis rerum non contingit multitudo, nisi per multiplicationem formarum spiritualium, cum quibus sustinebuntur in vnoquoque indiuiduo: & per hoc fuit ✱ intellectum equi apud me aliud, quam intellectum eius apud te. Ex quo consequitur ✱ secundum conuersionem oppositi ꝙ omne ✱ intellectum non habens formam spiritualem, a qua sustentatur illud intellectum, est vnum apud me, & apud te. Deinde contingit huic ꝙ quiditas ✱ intellecti, & forma eius non habet formam spiritualē, neq; indiuidualem, cui sustentatur: cum quiditas intellecti non est quiditas indiuidui singularis, neque spiritualis, neque corporalis. intellectum enim declaratum est ꝙ non est indiuiduum. Ex quo consequitur vt intellectus sit C innatus intelligere quiditatem intellecti, cuius ītellectus est vnus omnibus hominibus: & ꝙ est tale est substantia abstracta.

In libro vera de anima posuit primo ꝙ quiditas ✱ intellecti, secundum ꝙ est intellectum, si non fuerit concessum nobis ꝙ non habet quiditatem, & ꝙ non est simplex sed composita, sicut dispositio in omnibus quiditatibus factis & fuerit dictum ꝙ quiditas illius ītellecti, secundum ꝙ est intellectum habet etiam quiditatem, scilicet intellectum istius quiditatis, tunc iste intellectus etiā erit innatus reuerti, & extrahere illam quiditatem.

Et, si non fuerit concessum nobis ꝙ ista quiditas est simplex, & ꝙ ✱ ens ex ea est idem cū ✱ intellecto, continget in ea ꝙ contingit in primo, & est ꝙ etiam habeat quiditatem factam. Et necesse est tunc, aut vt hoc procedat in infinitum aut vt intellectus ✱ secetur ibi. Sed impossibile est hoc procedere in infinitum: quia faceret quiditates, & intellectus infinitos diuersos ✱ in specie esse, scilicet secundum ꝙ quidam eorum sunt magis liberati a materia quam quidam: necesse est igitur vt intellectus ✱ secetur. Et, cum ✱ secabitur, tūc aut perueniet ad quiditatem, quæ non habet quiditatem, aut ad aliquid habens quiditatem, sed intellectus non habet naturam extrahendi illam, aut ad aliquid non habens quiditatem, neq; est quiditas. Sed impossibile est inuenire quiditatem, quam intellectus non est innatus

a Quarta rō.
Hic vr̄ Cō. negare ꝙ ęternū īdigeat corruptibili, ad hoc vt ex eis fiat vna actio. Sed vide oppositū. 2. ph. t. cō. 26. & octauo. ph. 15. 1. cœ. 22. 7. me. 31. & 3. đ aīa. 18. đ intellectu agente, & phātasmatibus.
✱ Tertia pars digressionis, in qua ponitur opinio Auēpacis, & prio pria eius ratio.
✱ a. l. intelligibilia.
✱ a. l. intelligibilium.
✱ a. l. intelligibilium.
✱ a. l. in intelligibilibus entiū.
✱ a. l. intelligibile.
✱ a. l. oppositū cōtradictorii.
✱ a. l. intelligibile.
✱ a. l. ītelľibilis.
Secūda ratio.
✱ a. l. ītelľibilis
✱ a. l. id ꝙ ex ea reperitur.
✱ a. l. intelligibili.
✱ a. l. si statur.
✱ a. l. gn̄e essendi.
✱ a. l. si statur.
✱ a. l. si stetur.
✱ a. l. ab hn̄t eā.
Quod nō ē quiditas, nec quidditatē hn̄s ē pura priuatio.
Scdo đ aīa tex. c. 136. et 1. đ aīa

90.&.91.&.1. de Generatio. animalium capit.1.

extrahere a * quiditate: quoniam istæ intellectus tunc non diceretur intellectus, nisi ęquiuoce: cum sit positum ꝙ intellectus innatus est abstrahere quiditatem, in eo ꝙ est quiditas: & impossibile est etiam vt intellectus perueniat ad aliquid non habens quiditatē, priuatio simpliciter. Remanet igitur tertia diuisio: & ꝙ est intellectus peruenit ad quiditatem non habentem quiditatem: & ꝙ est tale est forma abstracta. Et confirmauit hoc per illud, quod consuetus est Aristote. dicere in talibus demonstrationibus, scilicet quoniam quādo necesse est abscindere infinitum, melius est abscindere eum in principio. D

*a.l.ab habere eam.

* a.l. Intelligibili.

Erit igitur conclusio istius demonstrationis eadem cum conclusione demonstrationis prędictę. Quoniam, si non addiderit hoc, poterit aliquis dicere multos intellectus esse medios inter intellectum, qui est in habitu, & inter intellectum agentem: aut vnum; vt intendit Alfarabi. in suo tractatu de Intellectu & * intellecto, quem vocauit illic adeptum: aut plures vno. * Et existimatur ꝙ Alfarabius concedit hoc in suo libro de Generatione & corruptione, vbi dicit quomodo consumentur isti intellectus medii, scilicet quorum esse posuimus inter intellectum speculatiuum, & inter intellectum agentem. Istę igitur sunt vię magis firmę, per quas fuit iste homo in hac intentione. E

*Adde ꝙ intercedunt.

Manifestum est per se ꝙ hoc nomen quiditas non dicitur de abstractis & materialib' pure vniuoce, nec pure ęquiuoce. Vide pro hoc.12 me.ca.30.&.10 Met.tra. com. vltimi.

Nos autem dicamus, si hoc nomen quiditas dicatur de quiditatibus rerum materialium, & de quiditatibus * in intellectum abstractorum modo vniuoco, tunc propositio dicens ꝙ intellectus natus est abstrahere quiditates in eo ꝙ sunt quiditates, erit vera: & similiter dicere * ꝙ intellecta esse composita, & indiuidua esse composita fuerit vniuocum. si autem ęquiuocum, tunc demonstratio non erit vera. * Quomodo autem, est valde difficile. manifestum est enim per se quod hoc nomen quiditas non dicitur de eis pure vniuoce, neque pure ęquiuoce. Vtrum autem dicatur multipliciter, quod est medium, * indiget consideratione.

* a.l.intelligentiarum abstractarum.

Sed, si concesserimus hoc dici vniuoce, hic continget prędicta quęstio: & est quomodo corruptibile intelligit quod non est corruptibile secundum opinionem dicentium quod intellectus materialis est corruptibilis, & est opinio Auempace, aut quomodo intelligit intellectione noua, & quod innatum est semper intelligere ea in futuro & in pręterito. secundum opinionem dicentium quod intellectus materialis non est generabilis neque corruptibilis. Et etiam. si posuerimus quod intelligere res abstractas est in substantia, & in natura intellectus materialis, F quare, igitur ista intellectio * non currit cursu intellectionum materialium nobis ita ꝙ hoc intelligere sit pars partium scientiarum speculatiuarum, & erit vnum quęsitorum in scientia speculatiua.

*a.l.ipa intelligibilia.

*a.l.sed vtcunque res se habet tandem hoc negotium.

*Adde īter vniuocū et equiuocum.

Et Auempace videtur ambigere in hoc loco. Dicit enim in epistola, quam vocauit * Expeditionis, ꝙ possibilitas est duobus modis naturalis, & diuina, idest ꝙ intellectio istius intellectus est de possibilitate diuina, non de possibilitate naturę. In epistola autem Continuationis dicit. Et, cum Philosophus ascenderit alia ascensione, considerando * in intellecto inquantum intellectum, tunc intelliget substantiam * abstractam. Et manifestum est ex hoc ꝙ intelligere intellectum secundum illum est pars scientiarum speculatiuarum, scilicet * scientia Naturali. & hoc apparuit etiam in illa perscrutatione ab eo.

*a.l.non se habet vt se habent alię intellectionis materiales in nobis.

* a.l.de perfectione.

* a.l. intelligibilia inquantum intelligibilia.

* a.l.intelligentiarum separatarum.

Et, cum ita sit, * nos omnes homines, quod accidit nobis de ignorantia istius scientię, aut erit quia adhuc

*a.l.sequeretur quod nos omnes hominees, si ignoraremus hanc sententiam.

* a.l. pars sentētię naturalis.

K non scimus propositiones quę inducunt nos ad hanc scientiam, vt dicitur de multis artificus, quę videntur esse possibilia, sed * sunt causarum ignoratarum, verbi gratia Archimię, aut hoc * intelligere hoc acquiritur per exercitium,& vsum in rebus naturalibus, sed nondum habemus de exercitio & vsu tñ, per quod possumus hoc acquirere hanc intellectionem, aut erit hoc * propter diminutionem nostrę naturæ naturaliter.

Si igitur hoc acciderit propter diminutionem in natura, tunc nos, & omnes, qui innati sunt acquirere hanc scientiam, dicimur homines ęquiuoce. Et, si hoc accidat propter ignorantiam propositionum inducentium in hanc scienntiam, tunc scientia speculatiua nondum est perfecta. Et forte Auempace dicit hoc esse inopinabile, sed * non impossibile. Et, si hoc accidit propter * consuetudinem, tunc iste sermo erit propinquus sermoni dicenti ꝙ causa in hoc est ignorantia propositionum, inducentium in hanc scientiam, & omne hoc, quod dicitur, videtur esse remotum, licet non impossibile. quomodo ig..ur potest euadere ab illis quęstionibus prędictis.

Istę igitur omnes quęstiones sunt contingentes huic quęsito, & sunt ita difficiles, sicut tu vides. oportet nos dicere quod apparuit nobis in

B hoc Dicamus igitur quoniam intellectus existens in nobis habet duas actiones, secundum quod attribuitur nobis. Quarum vna est de genere passionis, & est intelligere. Et alia in gñe actionis, & est extrahere foras & denudare eas a materiis, quod nihil est aliud nisi facere eas * intellectas in actu, postquam erant in potentia, manifestum est quoniam in voluntate nostra est, cum habuerimus intellectum, qui est in habitu, intelligere quodcunque * intellectum voluerimus, & extrahere quantcunque formam voluerimus.

Et ista actio, scilicet creare * intellecta, & facere ea est prior in nobis quam actio quæ est intelligere, sicut dicit Alexander. Et ideo dicit ꝙ dignius est describere intellectum per hanc actionem, non per passionem, cum in passione * communiter ei * aliud ex virtutibus * animalibus. Sed hoc est de opinione dicentium ꝙ passio in eis non dicitur ęquiuoce.

Et propter istam actionem, scilicet extrahere quodcunque * intellectum voluerimus, & facere ipsum in actu, postquam fuit in potentia, opinatus est Temistius quod intellectus, qui est in habitu, est

C compositus ex intellectu materiali & agente. Et hoc idem facit Alexander credere ꝙ intellectus, qui est in nobis, aut est compositus, aut quasi compositus ex intellectu agente, & ex eo qui est in habitu, cum opinetur ꝙ substantia eius, quæ est in habitu, debet esse alia a substantia intellectus agentis.

Et, cum hæc duo fundamenta sint posita, scilicet quod intellectus, qui est nobis, habet duas actiones, scilicet comprehendere * intellecta, & facere ea, Intellecta autem duobus modis fiunt in nobis, aut naturaliter. & sunt primę propositiones, quas nescimus quando extiterunt, & vnde, aut quomodo, aut voluntarie, & sunt intellecta acquisita ex primis, propositionibus. Et fuit declaratum quod necesse est vt intellecta * habita a nobis naturaliter sint ab aliquo, quod est in se intellectus liberatus a materia, & est intellectus agens, Et, cum hoc declaratum est, necesse est vt intellecta, habita a nobis a primis propositionibus sint aliquid factum ex congregato ex propositionibus notis, & intellectu agente. Non enim, possumus dicere ꝙ propositiones * non habent introitum in esse intellectorum acquisitorum. Neq; etiã

*a.l.sunt ocultę quia cognitio cãrũ earum est occulta.
* a.l.contingit quia hmõi itellectio acquirit.
*a.l.quare natura nr̃a ẽ nãtr im potẽs vt possit id adipisci.
*a.l.sed re vera nõ ẽ iopinabile
* a.l.exercitationem:

Digressio ĩ qua põit opio Auer.d vltima hoĩs beatitudine.
* a.l.itelligibiles
* a.l. itelligibile.
Hic cõ.attribuit extractionẽ cuiusl3 forę intellectui ĩ habitu,& tamen.
*a.l.itelligibilia.
*a.l.cõicet cum aliqua.
* a.l.animãtib.
*a.l. itelligibile.

Intellcta duobus mõis fiũt in nobis.Idẽ.1.Cę.2. &.2.Me. cõ.1.
*a.l.itelligibilia.
*a.l.q̃ a nã rdipiscimur.
* Adde primę.
* a.l.nihil facere ad iuentionẽ itelligibiliũ acquisitorũ et adeptorum.

possumus dicere ꝙ propositiones ipsę solę sit agentes eas.iam enim decla ratum est agens esse vnum,& ęternum, vt intendebāt quidam Antiquorum, & opinati sunt ꝙ eas intendebat Aristote.per intellectum agentem. D

Et,cum ita sit,necesse est vt intellectus speculatiuus sit aliquid generatum ab intellectu agente,& in primis propositionibus.& contingit ꝙ iste modus * intellectorum sit voluntarie:econuerso intellectis primis naturalibus.Et omnis actio facta ex congregato duorum diuersorum , necesse est vt alterum duorum illorum sit quasi materia & instrumentum,& aliud sit quasi forma,aut agens.Intellectus igitur,qui est in nobis, componitur ex intellectu,qui est in habitu,& intellectu agente : aut ita, ꝙ propositiones sint quasi materia,et intellectus agens est quasi forma,aut ita,ꝙ ꝓpositiones sint quasi instrumentum,& intellectus agens ,est quasi efficiens. dispositio enim in hoc est consimilis.

Oīs actio facta ex congregatio duorū. diuersorū, necesse ē vt alterū duorū sit quasi materia, & alterū quasi forā. Cōsi. fe.2. de aīa.24.

* a.l.ītelligibiliū sit voluntariū, intelligibilia vero prima naturalia cōtrario modo se habent.

Sed,si posuerimus ꝙ propositiones sunt quasi instrumentum contingit vt actio ęterna proueniat a duobus, quorum vnum est ęternum , & aliud non ęternum.aut ponatur ꝙ instrumentum sit ęternum:& sic intellecta speculatiua erunt ęterna . Et hoc etiam magis contingit , si posuerimus eas propositiones quasi mām impossibile est enim vt aliquod gñabile& corruptibile sit materia ęterni.Quō igitur poterimus euadere abhac qōne. E

Dicamus igitur ꝙ,si hoc,quod dicimus , ꝙ necesse est ꝙ propositiones sint de intellectu agente,aut quasi materia , aut quasi instrumentum, si habent ingressum in esse*intellectorum sepeculatiuorum,non fuit sermo necessarię consequentię.secūdū ꝙ materia est materia & instrūm ē instrūm, sed secundum ꝙ necesse est hic esse proportionem, & dispositionem inter intellectum agentem & propositiones, quæ assimillantur materię , & instrumentum aliquod,non quia est materia vera,aut instrumentum verū. & tūc videtur nobis ꝙ possumus scire modum,scdm quem est intellectus, qui est in habitu quasi materia,& subiectum agentis . Et cum iste modus fuerit positus nobis , forte facile poterimus scire modum,secundum quem continuatur cum * intellectis saparabilibus..

* a.l.ipsorū intelligibiliū speculabilium.

* adde ipsius.

* a.l.īntelligētiis seperatis.

Dicamus igitur,sermo autem dicentis ꝙ , si conclusiones acquiruntur a nobis ab intellectu agente,& propositionibus , necesse est vt propositiones sint de intellectu agente quasi materia & verum instrumentum , ille inquam sermo non est necessarius : sed tamen necesse est illic esse respectum,secūdum quem intellectus,qui est ī habitu,assimiletur materię,& intellectus agens assimiletur formę.Quid igitur est iste respectus, & ex quo accidit intellectui agenti habere hunc respectum cum intellectu,qui est in habitu,cum vnus est ęternus,& alius generabilis & corruptilis . Omnes enim horum concedunt hunc respectum esse . & quasi coget eos hoc, ꝙ intellecta speculatiua sunt exīstētia in nobis ex his duobus intellectibus, scilicet qui est in habitu,& intellectu agente. F

Sed Alexand.& omnes opinantes intellectum materialem esse generabilem & corruptibilem , non possunt reddere causam huius respectus.Ponentes autem ꝙ intellectus * operans est intellectiuus, qui est in habitu, continget vt intellecta speculatiua sint ęterna: & alia multa impossibilia consequentia hanc positionem.

* a.l.practicus

Nos autem cum posuerimus intellectum materialē esse ęternum , & intellecta speculatiua esse generabilia & corruptibilia eo modo , quo diximus : & ꝙ intellectus materialis comprehendit vtrunque, scilicet formas materiales,& formas abstractas: manifestum est ꝙ subiectum intellectorum speculatiuorum , & intellectus agentis secundum hunc modum est idem & vnum,scilicet materialis . Et simile huic est diaphanum , quod recipit colorem & lucem insimul:& lux est efficiens colorem.

A Et, cum fuerit verificata nobis hæc continuatio, quę est inter intellectũ agentem, & intellectum * materialem, poterimus reperire modum, secundum quem dicimus ꝙ intellectus agens est similis formę, & ꝙ intellectus in habitu similis est materiæ. Omnia enim duo, quorum subiectum est vnum, & quorum alterum est perfectius alio, necesse est vt respectus perfectioris ad imperfectius sit sicut respectus formę ad materiam. Et secundum hanc intentionem dicimus ꝙ proportio primæ perfectionis virtutis imaginatiuę ad primam perfectionem communis sensus est, sicut proportio formę ad materiam.

Iam igitur inuenimus modum, secundum quem possibile est vt iste intellectus continuetur nobiscum in postremo: & causam, quare non copulatur nobiscum in principio. quoniam hoc posito, continget necessario vt intellectus, qui est in nobis in actu, sit compositus ex intellectis speculatiuis & intellectu agente: ita ꝙ intellectus agens sit quasi forma intellectorum speculatiuorum, & intellecta speculatiua sint quasi materia. Et per hunc modum poterimus generare * intellecta cum voluerimus. Quoniam illud, per quod agit aliquid suam propriam actionem, est forma: nos autem, B quia agimus per intellectum agentem nostram actionem propriam, necesse est vt intellectus agens sit forma in nobis.

Et nullus modus est, secundum quem generatur forma in nobis nisi iste. Quoniam, cum intellectu speculatiua copulantur nobiscum per formas imaginabiles: & intellectus agens copuletur cum intellectis speculatiuis: illud enim quod comprehendit eas, est idem, scilicet intellectus materialis: necesse est vt intellectus agens copuletur nobiscum per continuationem intellectorum speculatiuorum.

Et manifestum est, quando omnia intellecta speculatiua fuerint existentia in nobis in potentia, ꝙ ipsa erit copulatus nobiscum in potentia. &, cũ omnia intellecta speculatiua fuerint existentia in nobis in actu, erit ipse tunc copulatus nobis in actu. & cum quędam fuerint in potentia, & quædam in actu, tunc ipse erit copulatus secundum partem, & secundum partem non: & tunc dicimur moueri ad * continuationem.

Et manifestum est, cum iste motus complebitur, ꝙ statim iste intellectus copulabitur nobiscum omnibus modis. Et tunc manifestum est ꝙ proportio eius ad nos in illa dispositione est sicut proportio intellectus, qui est in habitu, ad nos. Et, cum ita sit, necesse est vt homo intelligat per intel- C lectum sibi proprium omnia entia, & vt agat actionem sibi propriam in omnibus entibus: sicut intelligit per intellectum, qui est in habitu, quando fuerit continuatus cum formis imaginabilibus, omnia entia intellectione propria.

Homo igitur secundum hunc modum, sicut dicit Themistius, assimilatur Deo in hoc, ꝙ est omnia entia quoquo modo, & sciens ea quoquomodo. Entia enim nihil aliud sunt nisi scientia eius, neque causę entium aliud sunt nisi scientia eius. quam mirabilis est iste ordo: & quam extraneus est iste modus essendi.

Et secundum hunc modum verificabitur opinio Alexand. in hoc, quod dicit ꝙ intelligere res astractas fiet per continuationem intellectus nobiscum, non quod copuletur intellectus agens in nobis per nouam intellectionem rerum abstractarum vel aliarum rerum, ea ratione qua coniungitur intellectus materialis cum agente iuxta sententiam Aristotelis per nouam intellectionem rerum imaginatarũ. Immo res opposito modo se habere nempe quod per intellectum agentem qui copulatur cum intellectu materiali per ipsa intelligibilia speculatiua efficientia fit in nobis intellectio formarum abstractarum, & aliarum, non quod nouiter gignatur in no-

* a.l. qui est in habitu,

Oĩa duo, quorũ subiectũ ẽ vnũ, et quorũ vnũ ẽ ꝑfecti⁹ alio, necesse ẽ vt respect⁹ ꝑfectioris ad ĩpfecti⁹ sit sicut respect⁹ forę ad mãm. Cũsi le. 2. hu⁹. c. 24. & 4. Cæ. t. cõ. 34. 5. ph. 17. et. 2. d generat. t. cõ. 53.

* a.l. itellĩbilia

† a.l. cõstat igr ꝙ talis erit tũc rõ ĩtellĩs ad nos ĩ ea re, q̃lis ẽ ipsi⁹ forę acqsitę ĩ ĩtellũ mãli p ĩtellĩbilia speculatiua; q̃ fuit genita et acquisita p foras mãles ĩ ipo ĩtellũ mãli p actionẽ ipsi⁹ agẽtis q̃ nouo in ipm intellĩbilũ hoc. n. vocat ĩtellĩs adept⁹ (seu ĩ habitu) cui ipse ĩtellĩs agẽs ẽ veluti fora propria. et hoc, s. fit qñ ĩtellĩs adept⁹ ẽ pfect⁹. et tũc ĩtellĩs mãlis ĩtelliget oĩa ẽtia p illũ ĩtellĩm agẽtẽ, sicut ĩtellĩgit p ppriã foram. et ob hoc talis erit pportio & rõ fora abstractarũ absolute a mã ad nos ĩ ea te qualis ẽ rõ ipsius in ellectus adepti nos.

* a. l. copulõnẽ.

Primũ corolla.

Materia nō est causa receptionis simpl'r: sed solum est causa receptionis trāsmutabile. Idē supra cō.5.

sa receptionis est materia. Et quasi innuit dissolutionem, dicendo ꝙ materia non est causa receptionis simpliciter, sed causa receptionis transmutabilis, scilicet receptionis huius entis indiuidualis. vnde necesse est vt illud, quod non recipit receptione indiuiduali, non sit materiale aliquo modo. & sic non remanet locus quæstioni. Et, cum declarauit modum consimilitudinis inter sensum & intellectum, in hoc modo passionis, & motus, scilicet ꝙ in vtroque est actio perfecta, incœpit notificare consimilitudinem inter sentire & intelligere, & dicit. Sentire igitur simile est vt tantum dicatur verbis, & vt intelligatur per intellectum, idest & hoc, ꝙ sentire sit per se actio perfecta, & sine tempore, & absque eo ꝙ præcedat ipsum actio diminuta, simile est ad intelligere intentionem intellectam, quando illa intentio pronunciatur ab aliquo, scilicet quia sit ab hoc actio perfecta, absque eo ꝙ præcedat ipsum actio diminuta. & quasi intendit cum hoc declarare causam, propter quam intellectus intelligit sine tempore. Deinde dixit, Si igitur fuerit delectabile, &c. idest si igitur illud comprehensum fuerit delectabile apud sensum, aut tristabile, erit quasi intellectum affirmare hoc esse hoc, aut negare hoc non esse hoc: & tunc aut quæretur, aut fugietur per comprehensionem intellectualem, sicut quæretur aut fugietur per comprehensionem sensibilem. D E

Et est delectari, aut dolere agere sensitiua medietate ad bonum aut malum, inquantum talia. & fuga quoque, & appetitus, qui est secundum actum, * hoc sunt. & non aliud est appetitiuum & fugitiuum, neque ab inuicem, neque a sensitiuo, sed esse aliud est.

† a.l. idem.

Et delectatio, & contristatio sunt actio mediante sensibili circa bonum aut malum, secundum ꝙ sunt sic. & hoc est fugere & desyderare quæ sunt in actu. & desyderans, & fugiens non sunt diuersa vnum ab altero, neque a sentiente, sed esse differt.

29 Idem infra te. cō.51.

Proprium desyderio sensibili ꝙ nō mouetur, nisi cum præsentia sensati in actu, econtrario desyderio intellectuali. Vide tamen instantiam .2. de Aīa c. 20.

Et contristatio, & delectatio animæ est actio ei mediante virtute sensibili. & motus eius ex hoc modo circa bonum, aut malum est, secundum ꝙ malum est contristabile, & bonum delectabile: non secundum ꝙ bonum est bonum, aut malum est malum: sicut est dispositio in quærere aut fugere intellectus. Deinde dicit & hoc est fugere, & desyderare quæ sunt in actu, idest in hoc est desyderare rem præsentem, secundū ꝙ est præsens & indiuidualis, & fugere eam, scilicet desyderium sensibile. quoniam hoc est proprium desyderio sensibili, scilicet ꝙ non mouetur nisi cum præsentia sensati in actu, e contrario desyderio intellectuali. Deinde dicit, * & desyderans & fugiens non sunt diuersa, &c. idest & pars animæ, quæ quærit, & fugit, est eadem pars, non duæ diuersæ, neque in intellectu, neque in sensu: sed est eadem pars in subiecto &, diuersæ in actione. & hoc intendebat, cum dicit, sed esse differt. & intendit per hoc animam concupiscibilem. F

* Pars desyderans & fugiens non sunt duæ diuersæ neque in sensu, neque in intellectu: sed

* Cogitatiuæ autem animæ phantasmata vt sensibilia sunt. cum autem bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit, tunc fugit, aut persequitur. Quapropter nunquam sine phantasmate intelligit anima.

A Et in anima sensibili inueniuntur imagines secundum modos sensuum. &, cum diximus in aliquo ipsum esse malum, aut bonum non secundum affirmationem, & negationem, tunc aut quærimus, aut fugimus. Et ideo nihil intelligit anima sine imaginatione.

est eadem pars in subiecto, & diuersa in actione.

Idest & in anima sensibili, idest in sensu communi inueniuntur imagines, quarum modi sunt secundum modos sensuum, & sensibilium: ita quod proportio istarum imaginum ad intellectum materialem est sicut proportio sensibilium ad sensus. & hoc inuenitur in alia translatione manifestius, dicit enim apud autem animam rationalem imago est quasi res sensibiles. Deinde dicit, & cum diximus, &c. idest, & cum anima rationalis distinguit imaginem, & iudicat eam esse bonam, aut malam; non secundum quod est nota esse talis, aut non talis tantum. & est differentia propria intellectui speculatiuo: tunc anima concupiscibilis, aut quæret illud, si anima rationalis iudicauerit imaginem eius esse bonam, aut fugiet, si malam, & hoc est simile ei, quod accidit sensui de contristabili, aut de- B lectabili. Deinde dicit, Et ideo nihil intelligit anima sine imaginatione idest & quia proportio imaginum ad intellectum materialem est, sicut proportio sensibilium ad sensum, ideo necesse fuit vt intellectus materialis non intelligat aliquod sensibile absque imaginatione. Et in hoc dicit, expresse quod intellecta vniuersalia colligata sunt cum imaginibus, & corrupta per corruptionem earum. Et expresse etiam, dicit quod proportio intelligibilium ad imagines non est sicut proportio coloris ad corpus coloratum: sed sicut proportio coloris ad sensum visus: non sicut existimauit Auempace. Sed intellecta sunt intentiones formarum imaginationis abstractæ a materia. & ideo, & indigent necessario in hoc habere materiam aliam a materia, quam habeant in formis imaginationis, & hoc manifestum est per se intuentibus. Et, si intentiones imaginatæ essent recipientes intellecta, tunc res reciperet se, & motor esset motum. Et declaratio Arist. quod necesse est vt in intellectu materiali non sit aliqua intentionum existentium in actu, siue fuerit intentio intellecta in actu, aut in potentia, sufficit in destructione opinionis. Sed illud, quod fecit istum hominem errare, & nos etiam longo tempore est, quia moderni dimittunt C lib. Arist. & considerant li. expositorum, & maxime in anima, credendo quod iste liber impossibile est vt intelligatur. & hoc est propter Auic. qui non immitatus est Aristo. nisi in Dialectica: sed in aliis errauit, & maxime in Metaphysica, & hoc, quia incæpit quasi a se.

Digressio.

Contra dimittentes textus Ari. pro quo vide.ēt.8 Ph.cō.78. Vide cōsilie cōtra Aui. 3, Cœ. com,67.

Sicut enim aer pupillam huiusmodi fecit ipsum autem aliud. & auditus similiter. vltimum autem vnum est, & vna medietas esse autem ipsi plura. Quo autem discernit quo differt dulce & calidum, dictum est quidem & prius, dicendum autem & hic est enim vnum quid, sic autem vt terminus.

Et quemadmodum aer est illud, quod facit visum talis dispositionis, & hoc ab alio, & similiter auditus. vltimum enim est vnum, & medium vnum, in esse autem multa. Et iam dictum est prius per quod iudicamus illud, per quod dulce differt a cali-

81 do aeri. dicamus igitur etiam secundum hunc modum, quoniã sicut in esse est vnum, ita in definitione. D

Vide.2.h' cõ. 149.

Pria expositio.

Vide.2.de anima. 19.

Secunda expõ. pro qua vide. 2.de aia.146.

Tertia exposi-tio. pro qua vide,2.de aia.33.

Cum demonstrauit similitudinem intellectum, & sensum in indigentia subiecti, a quo recipiunt intentiones, quas comprehendunt, incępit modo declarare φ proportio istius intellectus materialis ad imagines numeratas secundum species sensibilium est, sicut proportio sensus communis ad diuersa sensibilia, & dicit. Et quemadmodum aer. & cętera idest, & sicut declaratum est φ aer mouet visum. & mouetur ab alio: & similiter auditus mouetur ab aere, & aer ab alio: quousque perueniat motus in omnibus sensibus ad vnum finem, qui est in illis motibus, quasi punctus, qui est medium circuli de lineis exeuntibus a circũferentia. ita est de intellectu materiali cum intentionibus imaginantium intellectis. Deinde dicit. vltimum enim est vnum, & medium vnum idest vltimus enim, motuum sensibiliũ est vnus. & illud, quod est ex eis quasi medium de circulo, est etiam vnũ, & hic est sensus communis. Deinde dicit. Et iam dictum est prius, & cętera idest & vniuersaliter dictum est prius quid est illud, per quod iudicamus diuersitatem sensibilium diuersorum, verbi gratia diuersitatem dulcis a calido, & coloris a sono. ergo secundum illum modum quos confessus est iudicans ergo secundum illum modum quos confitebatur illic tale esse in sensu, oportet hic esse in comprehendendo res diuersarum imaginum ab intellectu. Et hoc intendebat, cum dicit quoniam sicut in esse est vnum, ita est in definitione, idest quoniam demonstratum est a sermone prędicto φ sicut iudicans esse diuersum apud sensum debet esse vnum ita iudicans imagines rerum diuersarum debet esse vnum. Et potest intelligi sic. & sicut in esse rerũ diuersarũ est vna intentio, q̃ facit vt comprehendens eas sit vnum: & est proportio, quam accipit virtus comprehensiua, quando facit comparationẽ inter duas res diuersas: ita in imaginibus diuersis est vna intentio, quæ facit φ iudicans eas sit vnum. Et potest intelligi sic. idest & causa in hoc, scilicet in similitudine inter intellectum & sensum in hoc est, quoniam sicut in hoc esse singulari est vnum, quod est ens apud sensum, ita imaginatio est vnum apud intellectum, quod est imaginatum. &, cum multa fuerint apud imaginatum, erunt multa apud imaginationem & hoc conuenientius est sermoni sequenti. B

Et hæc vnum proportione, aut numero, quem habent ad vtrunque, vt illa adinuicem. Quid enim refert id dubitare, quomodo ea, quæ eiusdem generis iudicat, aut contraria, vt album & nigrum? Sit igitur vt A, quod album, ad B, quod nigrum, sic C ad D. quare & permutatim. Si igitur C D vni insint, sic habebunt sicut & A B, idem quidem & vnum esse autem non idem. & illud similiter. Eadem autem ratio est, & si A quidem dulce sit, B vero album. Formas igitur intellectiuũ in phantasmatibus intelligit. F

Et hoc inuenitur in numeris proportionalibus: & dispositio eius apud eos est sicut dispositio eorum adinuicem. Nulla enim, est differentia inter figuram, & qualitatem considerationis rerum inæqualium in genere, aut rerum contrariarum. verbigratia albi & nigri. Sicut igitur dispositio A albi ad B nigrum, & C ad D, sicut dispositio illorum adinuicem, vt inuenitur in rebus contrariis. Si igitur C, & D, existentes in eadem in re non inueniuntur

A nisi per A, & B, & sunt in hoc idem Et, si A fuerit quasi dulce, & 32
B quasi album, tunc intellectus erit quasi intelligens. Intelligit enim formas per primas imaginationes.

Idest & hęc consecutio manifesta inuenitur in eis secundum proportionalitatem eorum in numero, & dispositio iudicantis ex anima apud vtrunque esse, scilicet sensibile & imaginabile est sicut dispositio vtriusque esse adinuicem. Deinde dicit nulla enim, est differentia, & cętera idest & indifferenter, siue iudicium fuerit de rebus contrariis. aut diuersis. figura enim, & qualitas considerationis debet esse vna eadem apud virtutem sensibilem, & rationalem in diuersis in genere, & in contrariis. Et, cum declarauit ꝙ nulla est differentia in consideratione istorum duorum generum apud virtutem sensibilem & rationalem, dedit demonstrationem super hoc ex proportionalitate, & ęqualitate, quam habent in numero secundum imagines rerum cum suis indiuiduis, & dicit. Sit igitur dispositio A. albi idest sit igitur A album, & B nigrum, & C imago albi, & D, imago nigri. erit igitur proportio A ad B, sicut album ad nigrum: & proportio C ad D, sicut imago albi ad imaginem nigri. & hoc intendebat, cum dicit vt
B mihi videtur, dispositio C apud D, est sicut dispositio illorum adinuicem. vt inuenitur, in duobus contrariis. idest, vt inuenitur in duobus contrariis ex imaginibus veris. Et, cum declarauit ꝙ talem proportionalitatem debent habere, dedit consequens conclusionē, et dicit. Si igitur C, & D. &c. i. & cum proportio A ad B est sicut C ad D: & A & B comprehenduntur ab eadem virtute: ergo C & D debent comprehendi ab eadem virtute. & istam conclusionem diminuit ex suo sermone. Deinde dicit consequens illam, & dicit. Si igitur C & D, & cętera idest si igitur C & D comprehenduntur ab eadem virtute, quia A, & B sunt eiusdem virtutis, tunc duę virtutes in hac intentione, & ex hoc modo sunt idem. & non diuersantur omnino: licet diuersentur in suis naturis. & per hanc similitudinem inter virtutem rationalem, & sensibilem existimauerunt plures Antiquorum, secū dum ꝙ Aristo. narrauit in secundo tractatu ꝙ duę virtutes sunt eędem. Et, cum declarauit ꝙ dispositio earum in comprehendendo res contrarias est eadem, declarauit etiam ꝙ ita est in comprehendendo res diuersas in genere, & dicit. Et, si A fuerit quasi dulce, & cætera idest, & posuerimus loco contrariorum duas res diuersas in genere, verbi gratia dulce & al-
C bum tunc etiam intellectus comprehēdet eas modo simili comprehensioni earum a sensu. tunc enim intelliget formas earum mediantibus primis suis imaginibus, idest veris: quemadmodum sensus comprehendit intentiones earum per pręsentiam indiuiduorum ipsorum sensibilium.

Figura, & qualitas considerationis debet eē vna, & eadem apud virtutem sensibilē rōnalē ī rebus diuersis gñe, & ī cōtrariis. Idem supra cō. p̄cedēti.

In. 2. d' aīa. tex. cō. 152.

Et sicut in illis determinatum est ipsi persequendum & fugiendum, sic & extra sensum, cum in phantasmatibus fuerit, mouetur vt sentiens signum face datum, ꝙ ignis, communi cognoscit, videndo eum, qui se mouet, ꝙ hostis est. aliquando autem iis, quæ sunt in anima, phantasmatibus, aut intelligentiis, tanquam videns, ratiocinatur, & deliberat futura ad præsentia.

Et ista est de quęsito, & fugito secundum hunc cursum determinatum in his rebus, & quandoque mouetur sine vsu sensus, cū fuerit existens in maginatione Vt quando imaginatur ꝙ ignis inflammatur in turribus ciuitatum. commune est enim, ꝙ mouens

est ignis,& ipse nuuciat præliatori.cogitat enim, quasi videns rē D
per modos imaginationis,& cogitatio eius in rebus futuris est se
cundum res præsentes.

Idest & ita est de quęsito, & de fugito apud intellectum sicut de comprehensione, quoniam, quemadmodum comprehendit res mediantibus formis imaginum, & sensus comprehendit per pręsentiam rerum sensibilium, ita intellectus mouetur a rebus quærendo aut fugiendo quando formę imaginum earum sunt pręsentes: quemadmodum sensus quęrit, aut fugit apud præsentiam ipsius sensibilis. Deinde dicit, & quandoque mouetur sine vsu sensus,& cætera idest & quandoque mouetur homo ad aliquid licet non sentiat ipsum, quando imaginabitur ipsum: sicut pręliator mouetur quando imaginatur ignem inflammatū in turribus, licet ignis nondum inflammatus sit. Deinde dicit commune enim est ꝙ mouens est ignis. & est principium pręliationis. idest &, cum præliator intrinsecus imaginabitur ignem in turribus, statim cogitabit in destruendo illum ignem,& pręliator oppositus in inflammando ipsum. & communem habent cogitationem in hoc. scilicet ꝙ ignis est finis positus,& quęsitus apud ipsos, sed secundum modos duos diuersos. Et potest intelligi hoc, quod dixit, commune enim, idest propositio enim communis, ex qua possumus scire omnia consequētia, est primum consequens existentiam ignis in turribus. & ideo dicit est principium per experientias pręliatoris, idest principium cōsiderationis. Deinde dicit cogitat enim, quasi videns. idest principium enim suę cogitationis in rebus erit pręsentando modos imaginum imaginationum possibilium esse in illa re, de qua cogitat, adeo ac si videret illud, de quo cogitat. Deinde dicit,& cogitatio eius in rebus futuris,& cętera, idest & causa in hoc est, quia homo ponit principium suę considerationis in rebus possibilibus de rebus præsentibus, quas videt.& ideo possibile est vt homo cogitet in alia re, adeo ꝙ inueniet ex eo aliquod indiuiduum, quod ante non sensit sed sensit ei simile, non ipsum idem. Et innuit per hoc modum, secundum quem potest inueniri per cognitionem imago vera: cuius indiuiduū nunquam fuit sensatum aliquo cogitante. Iam enim posuerat ꝙ imagines verę sunt numeratę secundum indiuidua sensibilia. & quasi declarauit ꝙ iste modus imaginationum inuenitur a cogitatione ex imaginationibus, quę sunt indiuidua sensibilia. Virtus enim cogitatiua, sicut declaratum est in li. de Sensu & sensato, quando iuuabit se cum informatiua,& rememoratiua innata est pręsentare ex imaginibus rerum aliquam, quam nunquam sensit in ea dispositione, secundum quam esset, si sensisset eam fide, & in formatione, tunc intellectus iudicabit illas imagines iudicio vniuersali. Et intentio cogitationis nihil est aliud quam hoc, scilicet vt virtus cogitatiua ponat rem absentem a sensu, quasi rem sensatam. & ideo comprehensibilia humana diuiduntur in hęc duo, scilicet in comprehensibile, cuius principium est sensus,& comprehensibile, cuius principium est cogitatio. Et iam diximus ꝙ virtus cogitatiua non est intellectus materialis, neq; intellect' qui est in actu, sed est virtus particularis mālis,& hoc manifestum est ex dictis in Sensu & sensato. & oportet scire hoc; quoniam consuetudo est attribuere intellectui virtutem cogitatiuam. Et non debet aliquis dicere ꝙ virtus cogitatiua componit intelligibilia singularia: & iam declaratum est ꝙ intellectus materialis componit ea. Cogitatio enim non est, nisi in distinguendo indiuidua illorum intelligibilium,& pręsentare ea in actu, quasi essent apud sensum. Et ideo, quando fuerint pręsentia apud sensum, tunc cadet cogitatio, & remanebit actio intellectus in eis. E (margin) F (margin)

Pria expositio,

Scunda expō. *a,l, propositio.

Nō ponit principiū suę cōsiderationis de reb' posib' ex rebus pñtibus, quas videt.

Digressio.

Virtus cogitatiua, qñ iuuabit se cū informatiua,& rememoratiua īnata est pñtare ex imagibus rerū aliquā, quā nunꝗ̄ sensit tūc iterus iudicat illas imagines iudicio vniuersali.

Idē cō.5.& 20. tertii huius.

Cōprehēsibilia hūana diuiduntur in duo.

Cogitatiua non componit oppositum vt dicer cō.2. Vide cōtra Zim.

Nō nō est gñabilis et corruptibil', nisi per hāc virtutē.i.cogitatiuam.

H ... ,ſicut dicit Ariſtote. non tamen rememoramur poſt mortem, non quia intellectus eſt generabilis & corruptibilis, ſicut aliquis poteſt exiſtimare.

Et cum dixerit ꝙ ibi iucundum aut moleſtum, hic fugit aut per ſequitur, & omnino in actione eſt. Et quod ſine actione eſt & verum & falſum, in eodem genere eſt cum bono & malo: ſed ip ſo ſimpliciter, & aliquo differt.

Et, cum iudicamus ꝙ delectabile eſt illic aut hic, tunc co triſtabile erit aut fugitum, aut quæſitum & ſic vniuerſaliter in actio nibus. Falſitas, enim & veritas ſunt ſine operatione, & ſunt ambo in eodem genere, & in bono & in malo: ſed differunt quia dicitur ſimpliciter, & per terminum.

Ideſt Et, cum iudicaueris per ſenſum ꝙ delectabile eſt illic aut hoc tūc contriſtabile apud intellectum erit aut fugitum, ſi intellectus exiſtimauerit illud eſſe malum, aut quęſitum, ſi exiſtimauerit illud eſſe bonum, & ſic B vniuerſaliter accidit intellectui cū ſenſu i omnibus actionibus, ſcilicet aut contradicere ei dicendo ꝙ contriſtabile eſt bonum, & quærendo illud, qđ fugit ſenſus, aut conuenire in eo dicendo delectabile eſſe bonum. Deinde dicit. †Falſitas enim & veritas ſunt ſine operatione, & ſunt in eodem genere, ita, cecidit ablatio in ſcriptura. & poteſt eſſe. falſitas enim, & veritas ſunt, & cętera ideſt falſitas enim, & veritas exiſtētes in intellectu ſpeculatiuo, ſunt alia a falſitate, & veritate exiſtentibus in intellectu operatiuo. Deinde dicit, & ſunt ambo in eodem genere, & in bono & in malo. poteſt intelligi ꝙ hęc duo ſunt in eodem genere, quia vtrunque eſt cognitio, & quia veritas eſt in genere boni, & falſitas in genere mali. Et poteſt intelligi hoc, quod dicit in bono & malo, vt ſit expoſitio eius, quod dixit, & ſunt in eodem genere. & qua dicit, & ſunt in eodem genere, ideſt in bono & malo. Et cum declarauit ꝙ ambo collocantur ſub bono, & malo, declarauit illud, per quod diuiduntur, & dicit, ſed differunt, & cętera ideſt ſed tamen diuiduntur, quia veritas eſt in intellectu ſpeculatiuo bonum abſolute, & falſitas eſt in eo malo ſimpliciter. in operatiuo autem veritas eſt bonum in reſpectu, & ſecundum conditionem. & hoc intendebat, cum dixit & per terminum. falſitas vero eſt malum in reſpectu illius finis. qui eſt C inueniendus. Et poteſt intelligi per hoc. quod dixit & per terminum ideſt per finem. ſcilicet & diuiduntur, quia hoc eſt bonum ſimpliciter, & hoc bonum in reſpectu finis poſiti, & intentio propinqua eſt in iſtis duabus.

34 †Falſitas & veritas ſunt. ſine opatiōe. Idē. 2 me. 1. cō. 3 Falſitas, & veritas exñtes in intellu ſpeculatiuo alię ſunt ab his, q̄ ſunt ī intellu practico. Bonū & malū. & verū & falſum ſunt ī eodē gñe. vide oppoſitū. 6. me. t. cō. vltimi, vbi hř ꝙ bonū & malum ſunt in rebus. Vide cōt. Zim.

Quæ vero abſtractione dicuntur, intelligit. Vt enim ſimū, ſecundum quod ſimum, non ſeparatim: inquantum autem cauum ſi quis intelligeret actu, ſine carne vtique intelligeret, in qua cauum eſt: ſic mathematica non ſeparata, tanquam ſeparata intelligit, cum intelligit illa.

Et ſciuntur etiam res, quæ dicuntur negatiue. Vt ſimus, in eo quod eſt ſimus, nō diuiditur: in eo autem quod eſt concauum, ſi intellectus intellexerit, tunc intelliget intentionem concauitatis denudatam a carne. ſed intentiones mathematicæ non ſunt ſingularia hoc modo; & ſicut res abſtracta intelligitur, intelligit iſtas res.

55 Intendit per res, quę dicuntur negatiue, res mathematicas, & intendit per negationem abstractionem a materia. & intendit q, quando intellectus intelligit res secundum abstractionem a materia, non facit hoc, quia sunt in se, non in materia, sicut quidam existimauerunt. sed hoc, quod facit, scilicet q intelligit ea non in materia, licet sint in materia, est ac si intelligeret simum, in eo q est simum, diuisum a materia. sed simus, in eo q est simus, impossibile est vt diuidatur a materia. genus autem eius, quod est concauitas, possibile est vt diuidatur a materia. Et innuit per hoc q ista possibilitas in abstractione istorum ab intellectu est consequens naturas, & quiditates earum: non quia accidit eis, quia sunt non in materia. Deinde dicit. sed intentiones mathematicę, &c. idest & modus essendi intentionum mathematicarum extra animam, non est sicut modus, secundum quem sunt in anima. Et iste sermo potest legi sic. & intellectus etiam potest scire res mathematicas per aliquem modum definitionis. Intelligere enim diuersatur secundum diuersitatem naturę intellecti, verbi gratia q simus, in eo q est simus, non diuiditur quando intelligitur: in eo autem q est concauitas, tunc, si intellectus intellexerit eum singularem per se, non intelliget intentionem concauitatis, nisi denudatam a carne. Et exemplum, quod induxit, supplet illud, quod diminuitur a sermone. D E

Pythagoras 1. Me. 19. vel Plato. 1. Meta. 35.

Intelligere diuersatur secundum diuersitatē naturę intellecti.

Omnino autem intellectus, qui secundum actum intelligit, res ipsæ est. Vtrum autem contingat aliquid separatorum intelligere ipsum existente non separatum a magnitudine, an non, consyderandum est posterius.

Illud enim quod est in actu vniuersaliter, est intellectus, qui est in actu. Et cogitatio nostra in postremo erit, vtrum posit intelligere aliquas rerum abstractarum, cum hoc quòd ipse * est abstractus a magnitudine, aut non.

* a.l. non est abstractus.

Intellectus autem est omnino, qui actu res intelligit. Vtrum autem contingat ipsum intelligere aliquid separatorum, ipso non existente separato a magnitudine, vel ne, post hoc consyderabitur. F

56 Dicendo & quemadmodum res, quam intellectus abstrahit, fit intellectus, quando abstrahit, & intelligit ipsam, cum necesse est vniuersaliter in intellectu vt illud, quod est intellectum in actu, sit intellectus in actu, oportet nos perscrutari, & cogitare in postremo, vtrum iste intellectus, qui est in nobis, posit intelligere aliquid, quod est in se intellectus, & abstractus a materia: sicut intelligit illud, quod facit ipsum intellectum in actu, postquam erat intellectum in potentia. Et dicit, cum hoc, q ipse est abstractus a magnitudine. ita cecidit in hac scriptura. &, si est vera, sic debet intelligi. idest debemus in postremo cogitare, vtrum sit possibile q intellectus, qui est in nobis, intelligat res abstractas a materia, secundum q sunt abstractę a magnitudine, non secundum compatationem ad alterum. Et cecidit in alia scriptura loco istius sermonis sic. Et in postremo perscrutabimur vtrum intellectus *essendo in corpore, nō separatus posit comprehendere aliquod eorum, * que separantur a corporibus, aut non, & ista quæstio est alia prędicta. Ista enim quæstio est concedentis q intellectus, qui est in potentia, intelligit formas abstractas

* a. l. q est in nobis.

* a. l. quod sit de se intellectus quidam.

A a materia simpliciter, non secundum ꝙ est copulatus nobiscum, & secundum hãc intentionem erit perscrutatio vtrum potest intelligere formas, secundum ꝙ est copulatus nobiscum: non vtrum possit intelligere formas simpliciter, & illa intentio est dicta a Themistio in suo libro de Anima, & prima quęstio, quam intendebat in postremo, * est dimissa. — * adde scrutari. 3. de Aia, c. 51.

Oportet igitur prius perscrutari vtrum sit possibile ꝙ intellectus materialis intelligat res abstractas, aut non. Et, si intelligit eas, vtrum est possibile vt intelligat eas, secundum ꝙ est copulatus nobiscum, aut non. Et ideo possibile est ꝙ in exemplari, a quo transtulimus hunc sermonem, ceciderit hęc particula, non, ita ꝙ sic debeat legi. Et cogitatio nostra erit in postremo vtrum possit intelligere aliquem rerum abstractarum cum hoc ꝙ * est non abstractus a magnitudine, idest secundum ꝙ est tangens magnitudinem, & copulatus nobiscum, ita ꝙ nos intelligamus illum intellectum, quem ipse intelligit, & ista perscrutatio, quam intendit, valde est difficilis, & ambigua. & oportet nos perscrutari de hoc secundum nostrum posse. — Digressio, & ē prima pars tanquã proœmiũ, vtrũ sit possibile intelligere in intellectum materialē res abstractas. * a.l. qđ ipse est

Dicamus igitur ꝙ, qui ponit intellectum materialem esse generabilem B & corruptibilem, nullum modum, vt mihi videtur, potest inuenire naturalem, quo possumus continuari cum intellectibus abstractis. Intellectus enim debet esse * intellectum omnibus modis, & maxime in rebus liberatis a materia. Si igitur possibile esset ꝙ substantia generabilis, & corruptibilis intelligeret formas abstractas, & reuerteretur idem cum eis, tunc possibile esset vt natura possibilis fieret necessaria: vt Alfarabius dixit in Nicomachia. & hoc necessariũ est secđm fundamenta sapientũ. — * a.l. vndique intelligibilis. Scda pars, in qua incipit soluere questionē scđm opinionē aliorũ et primo secundum Ale.

* Si igitur aliquis dixerit ꝙ illa intentio, quam intendit Alexan. scilicet de existentia intellectus adepti, non est * informatio facta de nouo in intellectu materiali, * quæ ante non erat. sed ipse copulatur nobiscum copulatione, adeo ꝙ sit forma nobis, per quam intelligimus alia entia, sicut apparet ex sermone Alexan. licet non apparet ex eo modus, ex quo ista continuatio sit possibilis. Quoniam, si posuerimus ꝙ ista continuatio est facta postquam non erat, sicut est necessarium, continget vt in illa hora, in qua ponitur esse, sit transmutatio in recipiente, aut in recepto, aut in vtroque. &, cum impossibile est vt sit in recepto, remanet vt sit in recipiente. &, cum in recipiente fuerit transmutatio existens, postquam non erat, necessario erit illic receptio facta de nouo, & substan- C tia recipiens facta de nouo postquam non erat. Cum igitur posuerimus receptionem factam de nouo, continget pędicta quęstio. Et, si non posuerimus receptionem propriam nobis, non erit differentia inter continuationem eius nobiscum, & continuationem eius cum omnibus entibus, & inter continuationem eius nobiscum in hac hora, & in alia hora: nisi ponamus continuationem eius nobiscum esse secundum modum alium a modo receptionis, quis igitur est iste modus? — * a.l. nisi aliquis dixerit. * a.l. conceptus factus. * a.l. qui. Pro hoc vide. 8 Ph. 6. 7. &. 8. cõ Occurit tacitæ responsioni.

Et propter latentiam istius modi secundum Alexand. videmus ipsum ambigere in hoc. quandoque igitur dicit ꝙ illud, quod intelligit intellectum abstractum, non est intellectus materialis, neque intellectus, qui est in habitu. Et hęc sunt verba eius in libro de Anima. Intellectus igitur, qui intelligit hoc, est ille, qui non corrumpitur: non intellectus subiectus, & materialis. intellectus enim materialis corrumpitur per corruptionem animę, qui est vna virtus illius, &, cum iste intellectus fuerit corruptus, corrumpetur sua virtus, & sua perfectio. Deinde, postꝗ declarauit ꝙ necesse est vt intellectus, qui est in nobis, qui intelligit formas abstractas, sit non generabilis neque corruptibilis, narrauit ꝙ iste intellectus est intellectus adeptus secundum opinionem Aristo. & dixit Intellectus igitur — Ostendit cõtradictionem in dictis Alex. In cap. de intellectu agente. * a.l. adeptum

tur, qui non corrumpitur, est iste itellectus, qui est in nobis abstractus, quē vocat Aristote. * de foris qui est in nobis ab extrinseco: non virtus, quę est in anima, neque habitus per quem, aut per quam intelligimus alias res, & intelligimus etiam istum intellectum,

*a.l. adeptum,

Si igitur intendebat per intellectum adeptum, per quem intelligimus intelligentias abstractas intelligentiam agentem, tunc sermo in modo continuationis istius intellecti nobiscum adhuc remanet, * Et, si intendebat intellectum abstractum alium ab agente, vt apparet ex opinione Alfarabii in sua epistola de intellectu, & secundum etiam ꝙ possimus intelligere ex manifesto istius sermonis, tunc quęstio etiam in modo continuationis istius intellectus nobiscum eadem est cum quęstione in modo continuationis intellectus agentis apud opinantem ꝙ * agens* est idem cum adepto, & hoc est manifestius de sermone Alex. Hæc igitur dixit de modo continuationis intellectus, qui est in actu nobiscum, in suo lib. de Anima. D

*a.l. Indeterminatus,

*a.l. Intellus ē ipsemet itellus adeptus.

Quod autem dixit in quodam tractatu, quem fecit de intellectu secundū opinionem Aristo. videtur contradicere ei, quod dixit in li. de Anima. Et hęc sunt verba eius. Et intellectus, qui est in potentia, cum fuerit complectus, aut augmentatus, tunc intelliget agentem, quoniam, quemadmodum potentia ambulandi, quam homo habet in natiuitate, venit ad actum post tempus, quando perficitur illud, per quod fit ambulatio, ita intellectus, cū fuerit perfectus, intelliget ea, quę sunt per suam naturam intellecta, & faciet * sensata esse intellecta, quia est agens. Et manifestum istius sermonis contradicit sermoni eius in libro de Anima, & est ꝙ intellectus, qui est in potentia, intelligit illum, qui est in actu. E

*a.l, ex sensibilibus itelligibilia.

Remouet Ale. a cōtradictione colligendo oīa dicta sua,

Sed, cum aliquis intuebitur omnes sermones istius viri, & congregabit eos, videbit opinari ipsum ꝙ quando intellectus, qui est in potentia, fuerit perfectus tunc intelligentia agens copulabitur nobiscum, per quam intelligemus alias res abstractas, & per quam faciemus res sensibiles esse intellectas in actu, secundum ꝙ ipse efficitur forma in nobis. Et quasi intendit per hunc sermonem ꝙ intellectus, qui est in potentia, quando fuerit perfectus & complectus, tunc copulabitur cum eum eo * iste intellectus, & fiet forma in eo, & tunc intelligemus per ipsum alias res: non ita ꝙ intellectus materialis intelligat ipsum, & propter illud intelligere fiat continuatio cum hoc intellectu: sed continuatio istius intellectus nobiscum est causa eius, quod intelligit ipsum, & intelligimus per ipsum alias res abstractas.

*a.l, itells agēs

Cōfirmat illud p̄ verba Alex,
* a.l. itelligibile.
*a.l. cōcipiēdo,
* a.l. actu.
Expō verborū Alexand.
*a.l, formalis,

Et potes scire ꝙ ista est opinio istius hominis per hoc, quod dicit in illo tractatu. Illud igitur * intellectum per suam naturam, quod est intellectus in actu, cum fuerit causa intellectus materialis in abstrahendo, & * in formando vnamquamque formarum materialium ascendendo apud illam formam, tunc dicetur ꝙ est adeptus * agens & non pars animę, neque virtus animę, sed fit in nobis ab extrinseco, quando nos intellexerimus per ipsum. Manifestum est igitur ꝙ intelligit per hunc sermonem, ꝙ quando intellectus, qui est in actu, fuerit causa * secundum formam intellectus materialis in actione eius propria, & hoc erit per ascensionem intellectus materialis apud illam formam, tunc dicetur intellectus adeptus: qm̄ in illa dispositione erimus intelligentes per ipsum, quoniam est forma nobis: quoniam tunc erit vltima forma nobis. F

Sūma et epilogus opīonis Alexand.
* a.l. efficiens,

Sustentatio igitur istius opīonis est ꝙ itellectus agēs est primo cā *agēs intellectum materialē, & intellectum, qui est in habitu: & ideo non copulatur nobiscum primo: & intelligemus per ipsum res abstractas. Cum igr̄ intellectus materialis fuerit perfectus, tunc agens fiet forma materialis, & copulabitur nobiscū, & intelligemus per ipsum alias res abstractas: nō ita

A ꝙ intellʼs,qui eſt ĩ habitu,ĩtelligat hũc intelľm;* cũ ĩtellectus,qui eſt ĩ habitu,eſt gñabilis et corruptibilis,iſte aũt nõ ẽ gñabilis neq; corruptibilis. *a Adde.ſ.agẽtem.

Sed huic accidit qõ pdicta.& eſt ꝙ hoc,quod modo eſt forma intellectui,qui eſt in habitu,poſtquã non erat,prouenit ab aliqua diſpoſitione facta de nouo in intellectu,qui eſt in habitu,quę eſt cã,quare ille intellectus eſt forma intellectui,qui eſt in habitu,poſtq̃ nõ erat. Et, ſi iſta diſpõ non eſt receptio in intellectu,qui eſt in habitu*ad intellm agentem,quid ergo eſt iſta diſpõ,quoniã,ſi fuerit receptio,continget vt generatũ recipiat ęternum,& aſſimiletur ei. & ſic generatũ fiet ęternum;quod eſt impoſſibile. Q̃ ö illi opĩoni contingẽs. * a.l.in quo.ſ.recipiatur ĩtellectus agens.

Et ideo videmus Alfarabium in poſtremo,cum credidit opinionẽ Ale. eſſe veram in gñatione intellectus materialis,ꝙ fuit neceſſe apud ipſum ſecundum hanc opinionẽ opinari ꝙ intelligentia agens non eſt niſi cã agẽs *nos tm.& hoc manifeſte d.in Nicomachia. Et eſt contra ſuam opinionẽ in epľa de Intellectu.illic.n.dixit eſſe poſſibile,vt Intellectus materialis intelligat res abſtractas:& eſt opinio Auẽp. Iſtę igitur ſunt qõnes ponẽtibus intellm materialem eſſe gñatũ: & ꝙ finis eſt cõtinuari cũ abſtractis. Cõfirmatio qõnis argumento. Alfa. contradictio in dictis Alfara. *a.l.In nobis.

B Et videmus etiam ꝙ ſequuntur ponentibus ipſam eſſe virtutem abſtractã queſtiones non minores iſtis. Quoniam,ſi natura iſtius intellectus materialis eſt ꝙ intelligat res abſtractas,neceſſe eſt vt ſemper in futuro,& in preterito ſit intelligens eas. Exiſtimatur igitur ꝙ ſequitur hanc poſitionẽ, ꝙ ſtatim, cum intellectus materialis continuatur nobiſcum,ſtatim continuabitur nobis intellectus agens:quod eſt impoſſibile,& contrarium ei, ꝙ homines ponunt. Sc̃da ps digreſſiõis, ĩ qua põit dubitatiões cõtingẽtes ponẽtibus ĩ intellectũ ęternum.

Sed iſta queſtio poteſt diſſolui per illud,quod ante poſuimus,ſcilicet ꝙ intellectus materialis non copulatur nobiſcum per ſe; & primo: ſed non copulatur nobiſcum niſi per ſuam copulationem cum formis imaginalibus. Et,cum ita ſit,poſſibile eſt dicere ꝙ modus,ſecundum quem copulatur nobiſcum intellectus materialis,eſt alius a modo, ſecundum quem copulatur ipſe cum intellectu agente. Et,ſi eſt alius modus,tunc nulla eſt cõtinuatio omnino. Et,ſi idem,ſed primo eſt in aliqua diſpoſitione, & poſt in alia, quid igitur eſt iſta diſpoſitio? Si autem poſuerimus ꝙ intellectus materialis abſtractus non habet naturam intelligendi res abſtractas, tunc ambiguitas erit maior. Iſtę igitur ſunt omnes queſtiones contingentes ponentibus ꝙ perfectio humana eſt intelligere res abſtractas. Põit rñſionem quã ĩprobat.

C Et oportet nos etiam narrare ſermones,ex quibus exiſtimatur nos conſequi ꝙ habemus naturam intelligendi in vltimo res abſtractas,iſti enim, ſermones ſunt valde oppoſiti illis:& forte per hoc poterimus videre veritatem. Cauſa autem iſtius ambiguitatis,& laboris eſt, quia nullum ſermonem ab Ariſtote.inuenimus in hac intentione:ſed tamen Ariſtote.promiſit declarare hoc,

Dicamus igitur ꝙ Auempace multum perſcrutabatur in hac queſtione, & laborauit declarando hanc continuationem eſſe poſſibilem in ſua epiſtola,quam vocauit Continuationis intellectus cum homine,& in lib. de Anima, & in aliis multis libris videbatur ꝙ iſta queſtio non receſſit ab eius cogitatione,neque per tempus nutus vnius oculi. Et nos iam expoſuimus illam epiſtolam ſecundum noſtrum poſſe. hoc enim queſitum valde eſt difficile. Et,cum talis fuerit diſpoſitio Auempace in hac queſtione,quanto magis alterius hominis, Et verbum Auempace in hoc eſt firmius verbis aliorum: ſed tamen occurrunt ei queſtiones, quas narrauimus.& oportet nos narrare hic vias iſtius hominis:ſed primo quid expoſitores dixerunt in hoc. Decio Ethi,c. 8.9,10.

Dicamus igitur & Themiſtius ſuſtentatur in hoc per locum a * minori,Dicit enim ꝙ,cũ intellectus materialis habet potentiam ad abſtrahen- * a.l.maiori:

Opio The.3.ꝗ aia c.5r. Impugnatio ex hoc patet ꝙ suf ficiētia est ifra ꝓbabilitatem.

dum formas a materijs,& intelligendi eas,quanto magis habet in actu intelligendi ea,quę sunt primo denudata a materia. Et iste sermo aut fiet ita, ꝙ intellectus materialis est corruptibilis, aut non corruptibilis, s.separabilis, aut non separabilis. Scdm autem opinionē dicentiū ꝙ intellectus materialis est virtus in corpore & gńatus, iste sermo erit sufficiens quoquomō, nō ꝓbabilis. Nō enim, sequitur vt illud, quod est visibile in se, sit magis visibile apud nos: verbi gratia, color, & lumen Solis. Color enim, minus habet de intentione visibilitatis quam Sol, cum color nō sit visibilis nisi per Solem: sed non possumus ita aspicere Solem sicut colorem. & hoc accidit visui propter mixtionem materiæ. D

Si ponamus in tellm esse ęternū, tūc verū est ꝙ illud, quod ē magis visibile magis cōprehēditur. Sed vide oppositū huius. 2. Met.c.1.vid cō.Zim.

Si vero posuerimus ꝙ intellectus materialis non est admixtus materię, tunc ille sermo erit verus: scilicet ꝙ illud, quod est magis visibile, magis comprehenditur † quoniam quod comprehendit minus perfectum ex eis comprehendentibus, quæ sunt non admixta materię, necesse est vt comprehendat perfectius: & non econtrario. * Sed, si hoc est necessarium de natura eius & substantia, continget quęstio prędicta, quæ est, quomodo non continuatur nobiscum in principio, vt statim quando intellectus materialis continuatur nobiscum. Si igitur posuerimus ꝙ in postremo continuatur nobiscum, non in primo, debemus reddere causam. E

†Ex eis cōphēdētibus, ꝗ non sunt admixta materię, qđ cōphēdit minꝰ pfectū, necesse ē vt cōphendat pfectius: s3 nō ecōtrario.

Alexan. autem sustentatur in hoc quæstio super hoc, quod dico. & est ꝙ omne ens, quod generatur, quādo peruenerit ad finem in generatione, & ad vltimam perfectionem, tunc perueniet ad complementum, & ad finem in sua actione, si fuerit ex entibus agentibus: aut in sua passione, si fuerit ex entibus pasbbilibus: aut in vtroque, si fuerit vtriusque. verbi gratia non venit ad finem in actionem eius, quę est ambulare, nisi quando venerit ad finem in generationem. Et, quia intellectus, qui est in habitu, est vnum entium generabilium, necesse est vt, quando venerit ad finem in generatione, veniat ad finem in sua actione, &, quia actio eius est creare * intellecta, & intelligere ea, necesse est vt cum fuerit in vltima perfectione, vt habeat has duas actiones perfecte. & perfectio in creando intellecta est facere omnia intellecta in potentia esse intellecta in actu: & complementum in intelligendo est intelligere omnia abstracta, & non abstracta: necesse esse igitur est ꝙ, quando intellectus, qui est in habitu venerit ad complementum in sua generatione, tunc habebit has duas actioues.

* a.l. nisi forte hoc sit necessariū ex natura illius rei, atq; eiꝰ essentia & subiecta & tūc.

Et in hoc sunt quęstiones non paruę. Non enim est manifestum per se ꝙ complementum actionis * eius, quæ est intelligere, est intelligere res abstractas: nisi hoc nomen, * quod est imaginari diceretur de eis & rebus materialibus vniuoce: sicut dicitur hoc nomē ambulare de imperfectiori, & perfectiori. F

* a.l. itelligibilia.

Pria rō contra Ale. Scda rō, a.l. ipsius itellectionis. a.l. cōcepiꝰ seu imaginationis. a.l. itelligibilia

Et etiam quomodo attribuitur actio propria intellectui agenti, quę est facere * intellecta intellectui generabili & corruptibili, scilicet qui est in habitu: nisi quis ponat ꝙ intellectus, qui est in habitu, sit intellectus agens compositus cum intellectu materiali, vt dicit Themistius: aut ponat ꝙ forma postrema nobis, qua abstrahimus intellecta, & intelligimus ea, est cōposita ex intellectu, qui est in habitu, & intellectu agente: vt Alexand. & Auempace ponunt, sicut nos reputamus etiam esse apparēs ex sermone Aristotelis.

Tertia rō. Hic ponit itelligentiā abstractā ēe cōplemētū generabile. a.l. huiusm̄ itllus. a.l. itelligibilia

Et, si etiam hoc posuissemus esse ita, non contingeret ex complemento actionis * eius, quę est creare intellecta, nisi complemētum actionis eius, quę est in intelligendo ea, non intelligendo res abstractas: cum intelligere eas impossibile est vt attribuatur generationi aut fieri ab aliquo ente generato, verbi gratia ab intellectu, qui est in habitu, nisi per accidens. &, si non, tunc generabile efficietur ęternum, sicut diximus.

A Et contingit etiam sermoni dicenti ꝙ forma, qua extrahimus intellecta est intellectus, qui est in habitu compositus cum intellectu agente, magna quæstio. æternum enim, non indiget in sua actione generabili & corruptibili. quomodo igitur componitur æternum cum corruptibili, ita ꝙ ex eis fiat vna actio. sed post loquemur de hoc. Videtur enim ꝙ ista positio est quasi principium, & fundamentum eius quod volumus dicere de possibilitate continuationis cum rebus abstractis secundum Aristote. scilicet positio, ꝙ forma postrema nobis, qua extrahimus intellecta, & facimus ea per voluntatem nostram, est composita ex intellectu agente & intellectu, qui est in habitu. Hoc igitur vidimus de sermone expositorum Peripateticorum in hunc finem esse possibile, scilicet intelligere in postremo res abstractas.

* Auempace autem multum loquebatur in hoc, & maxime in epistola, quam appellauit Continuationem intellectus cum homine. Et illud, super quod sustentatus est in hac quæstione est hoc. Primo enim, posuit ꝙ * intellecta speculatiua sunt facta. Deinde posuit ꝙ omne factum habet quiditatem. Deinde posuit ꝙ omne habens quiditatem, intellectus innatus est extrahere illam quiditatem. Ex quibus concluditur ꝙ intellectus

B innatus est extrahere formas * intellectorum, & quiditates eorum. & in hoc conuenit cum ipso Alfa. in lib. de Intellectu & intellecto, & inde extraxit hoc Auempace, & cum hoc conclusit ꝙ intellectus innatus est extrahere formas * intellectorum, & quiditates eorum.

Et iuit in hoc per duas vias, quarum vna est in epistola. secunda autem in libro de anima. & sunt vicinantes se. in libro autem de Anima coniunxit huic ꝙ * intellectis rerum non contingit multitudo, nisi per multiplicationem formarum spiritualium, cum quibus sustinebuntur in vnoquoque indiuiduo: & per hoc fuit * intellectum equi apud me aliud, quam intellectum eius apud te. Ex quo consequitur * secundum conuersionem oppositi ꝙ omne * intellectum non habens formam spiritualem, a qua sustentatur illud intellectum, est vnum apud me, & apud te. Deinde contingit huic ꝙ quiditas * intellecti, & forma eius non habet formam spiritualẽ, neq; indiuidualem, cui sustentatur: cum quiditas intellecti non est quiditas indiuidui singularis, neque spiritualis, neque corporalis. intellectum enim declaratum est ꝙ non est indiuiduum. Ex quo consequitur vt intellectus sit

C innatus intelligere quiditatem intellecti, cuius itellectus est vnus omnibus hominibus: & ꝙ est tale est substantia abstracta.

In libro vero de anima posuit primo ꝙ quiditas * intellecti, secundum ꝙ est intellectum, si non fuerit concessum nobis ꝙ non habet quiditatem, & ꝙ non est simplex sed composita, sicut dispositio in omnibus quiditatibus factis & fuerit dictum ꝙ quiditas illius itellecti, secundum ꝙ est intellectum habet etiam quiditatem, scilicet intellectum istius quiditatis, tunc iste intellectus etiã erit innatus reuerti, & extrahere illam quiditatem.

Et, si non fuerit concessum nobis ꝙ ista quiditas est simplex, & ꝙ * ens ex ea est idem cũ * intellecto, continget in ea ꝙ contingit in primo, & est ꝙ etiam habeat quiditatem factam. Et necesse est tunc, aut vt hoc procedat in infinitum aut vt intellectus * feceturibi. Sed impossibile est hoc procedere in infinitum: quia faceret quiditates, & intellectus infinitos diuersos * in specie esse, scilicet secundum ꝙ quidam eorum sunt magis liberati a materia quam quidam: necesse est igitur vt intellectus * feceturibi. Et, cum * fecabitur, tũc aut perueniet ad quiditatem, quæ non habet quiditatem, aut ad aliquid habens quiditatem, sed intellectus non habet naturam extrahendi illam, aut ad aliquid non habens quiditatem. neq; est quiditas. Sed impossibile est inuenire quiditatem, quam intellectus non est innatus

Marginal notes:

a Quarta rõ. Hic vr̃ Cõ. negare ꝙ æternũ ĩdigeat corrupti bili, ad hoc vt ex eis fiat vna actio. Sed vide oppositũ. 2. ph. t.cõ.26.& octauo.ph.15.1.cœ. 22.7.me.31. & 3. ꝺ aĩa.18. ꝺ in tellu agente, & phãtaimatibus.

* Tertia pars digressionis, in qua ponitur opinio Aucpacis, & prio pria eius ratio.

* a.l. intelligibilia.

* a.l. intelligibilium.

* a.l. intelligibilium.

* a.l. in intelligibilibus entiũ.

* a.l. intelligibile.

* a.l. oppositũ cõtradictorii.

* a.l. intelligibile.

* a.l. itelligibilis. Secũda ratio.

* a.l. itelligibilis

* a.l. id ꝙ ex ea reperitur.

* a.l. intelligibile.

* a.l. si statur.

* a.l. gñe essendi.

* a.l. si statur.

* a.l. si stetur.

* a.l. ab bñt eã. Quod nõ ẽ quiditas, nec quidditatẽ hñs ẽ pura priuatio.

Scdo ꝺ aĩa test. c.136. et 1. ꝺ aĩa

extrahnre a * quiditate : quoniam istæ intellectus tunc non diceretur intellectus, nisi ęquiuoce: cum sit positum ꝙ intellectus innatus est abstrahere quiditatem, in eo ꝙ est quiditas : & impossibile est etiam vt intellectus perueniat ad aliquid non habens quiditatē, priuatio simpliciter. Remanet igitur tertia diuisio: & ꝙ est intellectus peruenit ad quiditatem non habentem quiditatem: & ꝙ est tale est forma abstracta. Et confirmauit hoc per illud, quod consuetus est Aristote. dicere in talibus demonstrationibus, scilicet quoniam quādo necesse est abscindere infinitum, melius est abscindere eum in principio. D

Erit igitur conclusio istius demonstrationis eadem cum conclusione demonstrationis prędictę. Quoniam, si non addiderit hoc, poterit aliquis dicere multos intellectus esse medios inter intellectum, qui est in habitu, & inter intellectúm agentem: aut vnum; vt intendit Alfarabi. in suo tractatu de Intellectu & * intellecto, quem vocauit illic adeptum: aut plures vno. * Et existimatur ꝙ Alfarabius concedit hoc in suo libro de Generatione & corruptione, vbi dicit quomodo consumentur isti intellectus medii, scilicet quorum esse posuimus inter intellectum speculatiuum, & inter intellectum agentem. Istę igitur sunt vię magis firmę, per quas iuit iste homo in hac intentione. E

Nos autem dicamus, si hoc nomen quiditas dicatur de quiditatibus rerum materialium, & de quiditatibus * in intellectum abstractorum modo vniuoco, tunc propositio dicens ꝙ intellectus natus est abstrahere quiditates in eo ꝙ sunt quiditates, erit vera: & similiter dicere * ꝙ intellecta esse composita, & indiuidua esse composita fuerit vniuocum. si autem ęquiuocum, tunc demonstratio non erit vera. * Quomodo autem, est valde difficile. manifestum est enim per se quod hoc nomen quiditas non dicitur de eis pure vniuoce, neque pure ęquiuoce. Vtrum autem dicatur multipliciter, quod est medium, * indiget consideratione.

Sed, si concesserimus hoc dici vniuoce, hic continget prędicta quęstio: & est quomodo corruptibile intelligit quod non est corruptibile secundum opinionem dicentium quod intellectus materialis est corruptibilis, & est opinio Auempace, aut quomodo intelligit intellectione noua, & quod innatum est semper intelligere ea in futuro & in preterito. secundum opinionem dicentium quod intellectus materialis non est genetabilis neque corruptibilis. Et etiam, si posuerimus quod intelligere res abstractas est in substantia, & in natura intellectus materialis, F quare, igitur ista intellectio * non currit cursu intellectionum materialium nobis ita ꝙ hoc intelligere sit pars partium scientiarum speculatiuarum, & erit vnum quęsitorum in scientia speculatiua.

Et Auempace videtur ambigere in hoc loco. Dicit enim in epistola, quam vocauit * Expeditionis, ꝙ possibilitas est duobus modis naturalis, & diuina, idest ꝙ intellectio istius intellectus est de possibilitate diuina, non de possibilitate naturę. In epistola autem Continuationis dicit. Et, cum Philosophus ascenderit alia ascensione, considerando * in intellecto inquantum intellectum, tunc intelliget substantiam * abstractam. Et manifestum est ex hoc ꝙ intelligere intellectum secundum illum est pars scientiarum speculatiuarum, scilicet * scientia Naturali. & hoc apparuit etiam in illa perscrutatione ab eo.

Et, cum ita sit, * nos omnes homines, quod accidit nobis de ignorantia istius scientię, aut erit quia adhuc

90. & 91. & 1. de Generatio. animalium capit. 1.

* a. l. ab habere eam,

* a. l. Intelligibili.

* Adde ꝙ intercedunt.

Manifestum est per se ꝙ hoc nomen quiditas non dicitur de abstractis & materialib' pure vniuoce, nec pure ęquiuoce. Vide pro hoc. 1 me. ca. 30. & . 10 Met. tra. com. vltimi.

* a. l. intelligentiarum abstractarum.

* a. l. ipa intelligibilia.

* a. l. sed vtcunque res se habet tandem hoc negotium,

* Adde īter vniuocū et equiuocum.

* a. l. non se habet vt se habent alię intellectionis materiales in nobis.

* a. l. sequeretur quod nos omnes hominees, si ignoratemus hanc sententiam.

* a. l. de perfectione.

* a. l. intelligibilia īquantum intelligibilia.

* a. l. intelligentiarum separatarum.

* a. l. pars sentētię naturalis.

A non scimus propositiones quę inducunt nos ad hanc scientiam, vt dicitur de multis artificiis, quę videntur esse possibilia, sed * sunt causarum ignoratarum, verbi gratia Archimię, aut hoc * intelligere hoc acquiritur per exercitium. & vsum in rebus naturalibus, sed nondum habemus de exercitio & vsu tm̃, per quod possumus hoc acquirere hanc intellectionem, aut erit hoc * propter diminutionem nostrę naturæ naturaliter.

Si igitur hoc acciderit propter diminutionem in natura, tunc nos, & omnes, qui innati sunt acquirere hanc scientiam, dicimur homines ęquiuoce. Et, si hoc accidat propter ignorantiam propositionum inducentium in hanc scientiam, tunc scientia speculatiua nondum est perfecta. Et forte Auempace dicit hoc esse inopinabile, sed * non impossibile. Et, si hoc accidit propter * consuetudinem, tunc iste sermo erit propinquus sermoni dicenti ꝙ causa in hoc est ignorantia propositionum, inducentium in hanc scientiam, & omne hoc, quod dicitur, videtur esse remotum, licet non impossibile. quomodo ig..ur potest euadere ab illis quęstionibus prędictis.

Iste igitur omnes quęstiones sunt contingentes huic quęsito, & sunt ita difficiles, sicut tu vides. oportet nos dicere quod apparuit nobis in

B hoc Dicamus igitur quoniam intellectus existens in nobis habet duas actiones, secundum quod attribuitur nobis. Quarum vna est de genere passionis, & est intelligere. Et alia in gn̄e actionis, & est extrahere foras & denudare eas a materiis, quod nihil est aliud nisi facere eas * intellectas in actu, postquam erant in potentia, manifestum est quoniam in voluntate nostra est, cum habuerimus intellectum, qui est in habitu, intelligere quodcunque * intellectum voluerimus, & extrahere quantcunque formam voluerimus.

Et ista actio, scilicet creare * intellecta, & facere ea est prior in nobis quam actio quæ est intelligere, sicut dicit Alexander. Et ideo dicit ꝙ dignius est describere intellectum per hanc actionem, non per passionem, cum in passione * communiter ei * aliud ex virtutibus * animalibus. Sed hoc est de opinione dicentium ꝙ passio in eis non dicitur ęquiuoce.

Et propter istam actionem, scilicet extrahere quodcunque * intellectum voluerimus, & facere ipsum in actu, postquam fuit in potentia, opinatus est Temistius quod intellectus, qui est in habitu, est

C compositus ex intellectu materiali & agente. Et hoc idem facit Alexander credere ꝙ intellectus, qui est in nobis, aut est compositus, aut quasi compositus ex intellectu agente, & ex eo qui est in habitu, cum opinetur ꝙ substantia eius, quæ est in habitu, debet esse alia a substantia intellectus agentis.

Et, cum hæc duo fundamenta sint posita, scilicet quod intellectus, qui est nobis, habet duas actiones, scilicet comprehendere * intellecta, & facere ea, Intellecta autem duobus modis fiunt in nobis, aut naturaliter. & sunt primę propositiones, quas nescimus quando extiterunt, & vnde, aut quomodo, aut voluntarie, & sunt intellecta acquisita ex primis, propositionibus. Et fuit declaratum quod necesse est vt intellecta * habita a nobis naturaliter sint ab aliquo, quod est in se intellectus liberatus a materia, & est intellectus agens, Et, cum hoc declaratum est, necesse est vt intellecta, habita a nobis a primis propositionibus sint aliquid factum ex congregato ex propositionibus notis, & intellectu agente, Non enim, possumus dicere ꝙ propositiones * non habent introitum in esse intellectorum acquisitorum. Neq; etiā

Marginalia:

* a.l. sunt occulte quia cognitio cār̄ū earum est occulta.
* a.l. contingit quia hmōi ītellectio acquirit.
* a.l. quare natura nr̄a ē nāl'r impotēs vt possit id adipisci.
* a.l. sed re vera nō ē īopinabile
* a.l. exercitationem.

Digressiōis pars q̄rta, i qua pōit opīo Auer. d vltima hoīs beatitudine.
* a.l. ītelľibiles.
* a.l. ītelľibile.
Hic cō. attribuit extractionē cuiusl3 forę intellectui ī habitu, & tamen.
* a.l. ītelľibilia.
* a.l. cōicet cum aliqua.
* a.l. animāliū.
* a.l. ītelľibile.

Intelľa duobus mōis fiūt in nobis. Idē. 4. Cę. 2. & 2. Me. cō. 1.
* a.l. ītelľibilia.
* a.l. q̄ a nā rdipiscimur.
* Adde primę.
* a.l. nihil facere ad īuentionē ītelligibiliū acquisitorū et adeptorum.

A Et, cum fuerit verificata nobis hæc continuatio, quę est inter intellectũ agentem, & intellectum * materialem, poterimus reperire modum, secundum quem dicimus ꝙ intellectus agens est similis formę, & ꝙ intellectus in habitu similis est materiæ. Omnia enim duo, quorum subiectum est vnum, & quorum alterum est perfectius alio, necesse est vt respectus perfectioris ad imperfectius sit sicut respectus formę ad materiam. Et secundum hanc intentionem dicimus ꝙ proportio primæ perfectionis virtutis imaginatiuę ad primam perfectionem communis sensus est, sicut proportio formę ad materiam.

Iam igitur inuenimus modum, secundum quem possibile est vt iste intellectus continuetur nobiscum in postremo: & causam, quare non copulatur nobiscum in principio. quoniam hoc posito, continget necessario vt intellectus, qui est in nobis in actu, sit compositus ex intellectis speculatiuis & intellectu agente: ita ꝙ intellectus agens sit quasi forma intellectorum speculatiuorum, & intellecta speculatiua sint quasi materia. Et per hunc modum poterimus generare * intellecta cum voluerimus. Quoniam illud, per quod agit aliquid suam propriam actionem, est forma: nos autem, B quia agimus per intellectum agentem nostram actionem propriam, necesse est vt intellectus agens sit forma in nobis.

Et nullus modus est, secundum quem generatur forma in nobis nisi iste. Quoniam, cum intellectu speculatiua copulantur nobiscum per formas imaginabiles: & intellectus agens copuletur cum intellectis speculatiuis: illud enim quod comprehendit eas, est idem, scilicet intellectus materialis: necesse est vt intellectus agens copuletur nobiscum per continuationem intellectorum speculatiuorum.

Et manifestum est, quando omnia intellecta speculatiua fuerint existentia in nobis in potentia, ꝙ ipse erit copulatus nobiscum in potentia. &, cũ omnia intellecta speculatiua fuerint existentia in nobis in actu, erit ipse tunc copulatus nobis in actu. & cum quędam fuerint in potentia, & quædam in actu, tunc ipse erit copulatus secundum partem, & secundum partem non: & tunc dicimur moueri ad * continuationem.

Et manifestum est, cum iste motus complebitur, ꝙ statim iste intellectus copulabitur nobiscum omnibus modis. Et tunc manifestum est ꝙ proportio eius ad nos in illa dispositione est sicut proportio intellectus, qui est in habitu, ad nos. Et cum ita sit, necesse est vt homo intelligat per intel-
C lectum sibi proprium omnia entia, & vt agat actionem sibi propriam in omnibus entibus: sicut intelligit per intellectum, qui est in habitu, quando fuerit continuatus cum formis imaginabilibus, omnia entia intellectione propria.

Homo igitur secundum hunc modum, sicut dicit Themistius, assimilatur Deo in hoc, ꝙ est omnia entia quoquo modo, & sciens ea quoquomodo. Entia enim nihil aliud sunt nisi scientia eius, neque causę entium aliud sunt nisi scientia eius. quam mirabilis est iste ordo! & quam extraneus est iste modus essendi.

Et secundum hunc modum verificabitur opinio Alexand. in hoc, quod dicit ꝙ intelligere res abstractas fiet per continuationem intellectus nobiscum, non quod copuletur intellectus agens in nobis per nouam intellectionem rerum abstractarum vel aliarum rerum, ea ratione qua coniungitur intellectus materialis cum agente iuxta sententiam Aristotelis per nouam intellectionem rerum imaginatarũ. Immo res opposito modo se habere nempe quod per intellectum agentem qui copulatur cum intellectu materiali per ipsa intelligibilia speculatiua efficienter fit in nobis intellectio formarum abstractarum, & aliarum, non quod nouiter gignatur in no-

* a.l. qui est in habitu,

Oĩa duo, quorũ subiectũ ẽ vnũ, et quorũ vnũ ẽ pfecti' alio, necesse ẽ vt respectꝰ pfectioris ad ipsectiꝰ sit sicut respect' forę ad mãm. Cũsi se. 2. hu'. c. 24. & 4. Cæ. t. cõ. 34. 5. ph. 17. et. 2. d generat. t. cõ. 53.

* a.l. itelligibilia

† a.l. cõstat igr ꝙ talis erit iũc rõ ĩ tells ad nos ĩ ea re, q̃lis ẽ ipsi' forę acqsitę ĩ itellu mãli p ĩ tellibilia speculatiua, q fuit genita et acquisita p foras mãles ĩ tpo ĩtellu mãli p actionẽ ipsi' agẽtis ḋ nouo in ipm intellibil. hoc. n. vocat ĩtells adept' (seu ĩ habitu) cui ipse ĩtells agẽs ẽ veluti fora propria. et hoc, s. fit qñ ĩtells adept' ẽ pfect'. et tũc ĩ tells mãlis ĩtelliget oĩa ẽtia p illũ itellm agẽtẽ, sicut ĩtelligit p ppriã forãm, et ob hoc talis erit pportio & rõ fora abstractarũ absolute a mã ad nos ĩ ea re qualis ẽ rõ ipsius in ellectus adepti nos.

*a.l. copulõnẽ.

Primũ corolla.

Secundū coro. nobis ipsa intellectio postquam non erat. Illud enim non est causa ob quā intellectus agens copuletur nobiscum vt voluerit Auempace. Imo ipsa copulatio est causa ipsius intellectionis & non econtra. D

Tertium coro. Et per hoc dissoluitur quęstio Antiquorum, quomodo * intelligit in intellectione noua. * Et est etiam manifestum ex hoc, quare non continuamur cum hoc intellectu in principio, sed in postremo. quoniam dum fuerit forma nobiscum in potentia. erit continuatus nobiscum in potentia: & dum fuerit continuatus nobiscum in potentia impossibile est vt intelligamus per illum aliquid. * cum igitur efficietur forma nobis in actu, quod erit apud continuationem eius in actu, tunc intelligemus per illum omnia, quę intelligimus, & agemus per illum actionem sibi propriam.

* a. l. posset intelligere.

* a. l. nisi.

Quartū cor. Intellectio ī statu adeptionis non currit cursu sciarū speculatiuarum Idē supra i hoc. c. &. 6. me. cō. vltimum.

Et ex hoc apparet ꝙ sua intellectio nō est aliquid sciarū speculatiuarū, sed est quod procedens cursu rei genitę naturaliter ex disciplina sciarum speculatiuarum, & ille scientię speculatiuę proficiunt intellectum adeptū per ipsa intelligibilia speculatiua adepta & genita in intellectu materiali virtute illa efficiente illa intelligibilia, quę sunt potentia vt efficiantur intelligibilia in actu, quę cum fuerint in intellectu adepto profecte, tunc efficietur intellectus agens forma in actu. per illum intellectum agentem ipsa anima intelligit separata & nō separata. Et ideo non est remotum vt homines adiuuent se in hac intentione, sicut scientiis speculatiuis: sed necesse est vt inueniatur illud currens a scientiis speculatiuis non ab aliis. in tellecta enim falsa impossibile est vt habeant continuationem: quoniam non sunt aliquid currens cursu naturali: sed sunt aliquid, quod non intendebatur, sicut digitus sextus, & monstrum in creatura. E

Quintū corol.

Sextum coro.

Et est etiam manifestum ꝙ, cum posuerimus Intellectum materialem esse generabilem & corruptibilem, tunc nullam viam inueniemus, secundum quam intellectus agens copuletur cum intellectu, qui est ī habitu copulatione propria, s. copulatione simili continuationi formarum cū materiis.

Et, cum ista continuatio non fuerit posita, nulla erit diuersitas inter cōparare ipsum ad hominem, & ad omnia entia, nisi per diuersitatem suæ actionis in eis. Et secundum hunc modum respectus eius ad hominem non erit nisi respectus agentis ad hominem, non respectu formę. & contingit quęstio Alfarabii, quam dicit in Nicomachia. Fiducia enim impossibilitate continuationis intellectus nobiscum est in declarando, ꝙ respectus eius ad hominem est respectus formę & agentis, non respectus agentis tātum. Hoc igitur apparuit nobis in hoc quęsito modo, &, si post apparuerit nobis plus describemus. F

Caput Quintum. Animam quodammodo esse omnia, & rerum formas: ipsamque non sine phantasmatibus intelligere.

NVnc autem quæ de anima dicta sunt recapitulantes, dicamus iterum ꝙ anima entia quodammodo est omnia. Aut enim sunt sensibilia ea, quæ sunt, aut intelligibilia. Est autem scientia quidem scibilia quodammodo, sensus autem sensibilia.

Congregemus igitur secundum summam ea, quæ dicta sunt in anima. Dicamus igitur quòd anima est quoquomō alia entia.

A Entia enim, aut sunt intellecta, aut sensata. Scire vero res intellectas est secundum modum sentiendi rem sensatam.

Et, cum declaratum est quæ sunt genera virtutum comprehensiuarum animę, & ꝙ sunt duo modi, s. sensus, & intellectus, oportet nos modo facere vnam summã de ãnima, & dicere secundum descriptionẽ ꝙ est quoquo modo oĩa entia. Omnia. n. entia aut sunt sensibilia, aut itelligibilia. Dispõ autẽ sensibiliũ ad sensum est sicut dispõ intelligibiliũ ad intellectũ, & sensus ad sensatum, ergo contingit necessario vt anima sit entia omnia vno modorum, secundum quos possibile est dicere animam esse omnia entia.

17 Dispõ sẽsibiliũ ad sensum est sicut dispõ itelligibiliũ ad itellectũ. Idẽ. 5. huius te. cõ. 3.

Quomodo autẽ hoc sit, oportet inquirere. Secatur igitur scientia, & sensus in res. qui quidem potentia est, in eas, quæ sunt potentia, qui vero actu, in eas, quæ sunt actu. Animę autem sensitiuum, & id, quod scire potest, potentia hęc sunt, hoc quidem scibile, illud vero sensibile. Necesse est autem aut ipsas, aut formas esse. ipsas igitur non enim lapis in anima est, sed forma. Quare a-

B nima sicut manus est. manus enim instrumentum instrumentorum, & intellectus forma formarum, & sensus forma sensibiliũ.

Lapis nõ est in ãia, sed forma. Manus est instrũ instrũorum vide. 4. de pibus aia. c. x.

Et sciendum est quomodo. Dicamus igitur quòd scire, & sentire diuiduntur secundum diuisionem entium. si igitur fuerint in potentia, erunt potentia, si actu, intellectum, & sensatum. Necesse est enim, vt entia sint aut ista, aut formæ. & non sunt iste. lapis enim, non existit in anima, sed forma. Et ideo anima est quasi manus. manus enim est instrumentum instrumentis, & intellectus forma formis, & sensus forma sensatis.

Cum declarauit ꝙ anima est quoquo modo omnia entia, incępit declarare illum modum, & dicit. Dicamus igitur ꝙ scire, & cętera, idest ꝙ differentię entium, quibus diuiduntur, sunt eędem cũ differentiis animę: & sunt potentia & actus. Quemadmodum enim, sensus, & intellectus aut sunt potentia aut actu, ita omne sensibile, et intelligibile aut est in potentia, aut in

C actu. Et cum ita sit, si sentiens fuerit in potentia sensatum erit in potentia: &, si fuerit in actu, sensatum erit in actu: & similiter est de intellectu cum intellecto: necesse est vt vere dicatur ꝙ illa pars animę est illa pars entiũ. Res enim, quarum differentię sunt eędem ipsæ sunt eędem in illo modo, secundum quem habent easdem differentias. Intellectus igitur est intellectum: & sensus est sensatum. Deinde dicit, Necesse est enim, & cętera, idest quia non sunt nisi duo modi, aut vt intellectus sit intellectum existens extra animam, aut forma eius: & similiter sensus cum sensato, & est impossibile vt ipsum ens sit intellectum aut sensatum, scilicet per suam formam, & suam materiam, vt Antiqui opinabantur, tunc enim quando lapidem intelligeret, anima esset lapis, & si lignũ, esset lignũ, remanet igitur vt illud, quod existit in anima de entibus, sit forma tantum, non materia. Et hoc intendebat, cum dicit lapis enim non existit in anima, sed tm̃ forma eius. Dicit narrauit ꝙ ista est cã, quare anima recipit multas formas diuersas, vt manus, quę est instrumentum recipiens omnia instrumenta, & dicit. Et ideo anima est quasi manus, & c.

18 De sensu in potẽtia & actu. vide. 2. de aia. 53. & 55. De itellu vero vide hic a 6. & 18. Res, quarũ differẽtie sunt eędẽ, ipsę sunt eędẽ i illo modo, scdm quem hñt easdẽ drias. vid opionẽ antiquorũ. 1. de anima 25. & 27.

Quoniam autem neque res vlla est præter magnitudines, vt videntur, sensibilia separata, in formis sensibilibus intelligibilia

sunt.& quæ in abstractione dicuntur, & quæcunque sensibilium habitus, & passiones sunt. Et ob hoc qui non sentit aliquid, nihil vtique addiscet, nec intelliget. Et, cum speculetur, necesse est simul phantasma aliquod speculari. phantasmata autem, velut sensibilia sunt, præterquam quòd sunt sine materia. Est autem imaginatio, aliud a dictione & negatione. complexio enim, intellectionum est verum, aut falsum. Primæ autem intellectionis, quo different vt nõ phātasmata sint? An neque hæ phantasmata sunt, sed non sine phantasmatibus. D

Et quia secundum quòd existimatur magnitudo extra sensibilia esse sensibilium, & est species sensibilium singulariter. & intelligibilia sunt, quæ dicuntur modo velocis. res autem existētes in sensibilibus sunt secundum modum habitus, & passionis. Et ideo qui nihil sentit, nihil addiscit, & nihil intelligit. Si igitur viderit necessario, videt imagines aliquas. imagines enim similes sunt sensibilibus, sed sine materia. Imago enim aliud est ab affirmatione. fides enim, & non fides inueniuntur per compositionem quarundam creditionum cum quibusdam. Primæ autem creditiones per quid distinguuntur, ita quòd non sunt imagines? Istæ enim et si non sint imagines, tamen non fiunt sine imaginibus. E

39 Corp' qđ ē vlīº gen' rerū sensibiliū, existit in sensibilibus. * a.l. sensibiliū.

Et quia secundum quam existimatur ꝙ corpus, quod est vniuersalius genus rerum sensibilium, existit in ipsis sensibilibus, & est vniuersalis forma sensibilibus, secundum ꝙ intellectus distinguit, & abstrahit eam a sensibilibus. Deinde dicit, & intelligibilia sunt, & cętera. i. &, cum corpus, qđ est vniuersalius * intelligibilium, abstrahitur ab intellectu, sed est existēs in rebus sensibilibus, necesse est vt formę sint existentes in intellectu secundum velocitatem, & rem, velocis transmutationis non fixam, & ꝙ illę eędem formę sint existentes extra animam in rebus sensibilibus, secundum ꝙ habitus existit in habente habitum, & rex fixa in re patiente. Deinde dicit. Et ideo qui nihil addiscit idest &, quia intentio intellecta eadē est cū re, ꝙ̄ sensus cõprehendit in sensato, necesse est vt qui nihil sentit nil addiscat secundum cogitationem, & distinctionem per intellectum. Deinde dicit, Si igitur viderit, & cętera idest & ista eadem est causa, quare intellectus, qui est in nobis, cum viderit aliquid, aut viderit aliqua, & intellexerit, ipse non intelliget ipsum nisi coniunctum cum sua imagine. †imagines enim sunt aliqua sensibilia intellectui, & sunt ei loco sensibilium apud absentiam sensibilium: sed sunt sensibilia non materialia. Deinde dicit. Imago enim aliud est, & cętera idest & diximus ꝙ imagines sunt de genere rerum sensibilium, & non sunt intellectus, quia intellectus habet propriam affirmationem & negationem. affirmatio autem & negatio est aliud ab imaginatione: fides autem, & incredulitas existentes in intellectu non a sensu, sed a ratione fiunt secundum compositionem creditionum habitarum a sensu adinuicem. Et dicit hoc, quia est dubium de propositionibus naturalibus, quas nescimus vnde veniant, aut quando, vtrum sint prouenientes a sensu, aut non, & dicit forte non proueniunt a sensu, sicut multę conclusiones. Deinde dicit. Prime autem creditiones per quid distinguuntur. idest, vt mihi videtur, per quid potest aliquis dicere ꝙ primę propos- F

† Imagīes sunt aliqua sēsibilia itellectui, et sūt ei loco sēsibiliū apud absentiā sensibiliū. Idē supra cõ.33. Vtrū primę ꝓpositiones sint a sensu.

A tiones distinguuntur a sensibilibus, & non indiget eis omnino. & ideo sunt aliꝗ ab imaginatione. primæ enim, propositiones, & si concesserimus ꝙ non sunt imaginatio, tamen videntur esse cum imaginatione, & ostendit eas indigere sensu. Et hic est completus sermo de rationali.

Summa Secunda. De potentia Animæ motiua.

Caput Primum. Redarguitur quædam animæ diuisio: ac dubitatur quid id esse possit, quod motu locali animal mouet.

B Voniam autem animalium anima secundum duas definita est potentias, & discretiuo, quod * intelligentię opus est sensus, & ad hoc ipso mouere motu secundum locum, de sensu quidem & intellectu determinata sint tot. De mouente autem quidnam sit animæ, speculandum est, vtrum vna quædam pars ipsius sit separabilis aut magnitudine aut ratione, an tota anima. &, si pars aliqua, vtrum propria quædam sit pręter consuetas dici & dictas, an harum vna aliqua. * διανοίᾳ

Et quia animæ animalium definiuntur per duas virtutes, quarum vna est distinguens, quod est ad actionem sensus & intellectus, & alia ad motum localem, & iam distinximus sermonē de sensu, & intellectu, & modo oportet loqui in more, quid sit de anima, & vtrum sit pars vna eius distincta per magnitudinem, C aut per definitionem, aut est tota anima. & si est pars eius, vtrū est aliquod proprium aliud a rebus assuetis dici, aut ista dicta non sunt aliquid istorum.

Cum compleuit sermonem de virtutibus distinguentibus, reuersus est ad sermonem de virtute motiua in loco, & incœpit dare causam, quare incæpit loqui de hac virtute, & dicit. Et quia animę animalium, & cętera id est, & quia Antiqui asueti sunt definire animas animalium duabus virtutibus: quarum vna, est comprehensiua distincta, alia autem motiua in loco: & iam determinauimus sermonem de virtute distinctiua per hoc, quod diximus de virtute sensus & intellectus: oportet nos modo dicere de motore in loco quid sit de anima. Deinde dicit & vtrum est pars, & cętera id est, & quęrendum est etiam de hac virtute, vtrum sit pars animę, aut tota anima. &, si est pars animę, vtrum est separata ab alijs in quiditate & loco, vt multi Antiqui opinabantur: aut tantum differt in quiditate, & definitione Deinde dicit, & si est pars eius, & cętera id est & si ista virtus est pars animę, vtrum est pars earum partium, quę dictę sunt ab Antiquis: aut non est aliqua illarum, sed alia.

40 Vide, 1. de Aīa 19.

Quęstio ista ētmota fuit. 1. de aīa, 90. et ī hoc 3. t. cō. 1.

Partes aīę. quo dā mō infinitę videntur.

Habet autem dubitationem mox, quomodo oporteat partes animæ dicere, & quot. Quodam enim modo infinitæ videntur, & non eæ solum, quas dicunt quidam determinantes ratiocinatiuã & irascitiuam, & concupiscitiuam. alii autem eam, quæ rationem habet, & eam, quæ ratione caret. Secundum enim differentias, per quas has separant, & aliæ videntur esse partes, maiorem his distantiam habentes, de quibus & nunc quidem dictum est. Nutritiua, scilicet, quæ & plantis in est, & omnibus animalibus. Et sensitiua, quam neque vt irrationabilem, neque vt rationem habentem ponet quis vtique facile. Adhuc autem & imaginatiua, quæ ipso esse quidem ab omnibus alia est. D

Et cum hoc sermone etiam oritur quæstio, & est quomodo sunt partes animę & quot sunt. Videntur enim quoquo modo esse infinitæ, & ꝙ non sunt illæ partes, quas homines numerant apud definitionem scilicet rationabilis, & irrascibilis, & desiderabilis, & quidam diuidunt eas in rationabilem, & non rationabilem. Diuiduntur enim secundum differentias diuidentes eam etiam in partes diuersas, inter quas existit diuersitas maior quam inter istas, de quibus loquimur, scilicet virtutem Nutritiuam existentem in vegetabilibus, & virtutem Sensibilem, quam nullus vult numerare. non est enim irrationabilis, neque etiam rationabilis. Et virtus etiam, per quam fit imaginatio, differt per se ab aliis. E

41 Sĩ quis nu meraret aiam cõcupiscibilẽ scd̃m numerũ rerum, quas cõcupiscit inueniret cã infinitã esse.

In hac perscrutatione oritur quæstio communis omnibus virtutibus animę: & est quomodo partes animę sunt plures, & vnde, & quot sunt. Deinde dicit modum ex quo difficile cognoscitur quot sunt partes eius, et dicit. Videntur enim, & cętera, idest videntur enim, quando aliquis voluerit numerare eas, ꝙ magis sunt infinitę q̃ finite, partes enim eius non sunt partes illę, quas homines assueti sunt numerare, quãdo definiunt animam. F Et dicit quoquo modo, quia, si aliquis voluerit numerare animam concupiscibilem secundum numerum rerum, quas concupiscit, tunc videtur esse illam infinitam, & innuit Platonem dicentem partes esse treș, rationabilẽ, & irascibilem, & desideratiuam. & posuit irascibilem & desideratiuam duas: & sunt vnius virtutis, scilicet animę concupiscibilis. Deinde dicit, quidam diuidunt, & cætera, idest & faciunt in hoc errorem, & peccatum videtur enim ꝙ anima diuiditur secundum differentias habendas in partes, inter quas est maior diuersitas quam, inter istas partes, in quas diuidunt animã. D. numerauit illas partes, & dixit, scilicet virtutem nutritiuam, & cęterã; idest verbi gratia hoc. ꝙ anima diuiditur in virtutem nutritiuam, & sensibilem. nullus enim potest ponere animam sensibilem in virtutem rationabilem, neque in virtutem irrationabilem, cum non sit de eis, quę carent ratione, quia est aliquid comprehendens, neque de habentibus rationem, ratio enim non existit in omnibus animalibus. Et intendebat per hoc notificare errorem duorum diuidentium, scilicet diuidentis eam in rationabilem, & irascibilem, & desideratiuam: & diuidentium, scilicet diuidentis, eam in rationabilem, & non rationabilem, Qui enim di-

uidit

A uidit eam in hęc duo, difficile poteſt ponere in vtraque illarum virtutes multas, verbi gratia ſenſum, & imaginationem. Qui autem diuidit eam in illas tres, peccauit duobus modis. dimiſit enim multas differentias, verbi gratia nutriri, & imaginari. & etiam diuiſit eandem virtutem, ſcilicet concupiſcibilem in plures vna. &, cum anima fuerit diuiſa tali diuiſione, tunc partes animę erunt infinitę, ſicut innuit primo.

Cui autem harum eadem, vel alia ſit habet multam dubitationem, ſi quis ponat ſeparatas partes animæ A dhæc autem appetitiua, quæ & ratione, & potentia alia videbitur vtique eſſe ab omnibus. Et inconueniens vtique eſt hanc diuellere. in ratiocinatiua enim voluntas fit, & in irrationabili concupiſcentia, & ira. Si autem tria ſit anima, in vnoquoque erit appetitus.

Et contingit magna quæſtio in quacunque iſtarum fuerit accepta, & vtrum eſt eadem, aut diuerſa: & maxime, ſi aliquis poſuerit ꝙ tres partes animæ ſunt diuerſæ. Et inopinabile eſt etiã cum hoc, quod diximus, diſtinguere, hoc, quod exiſtimatur eſſe diuerſum ab omnibus in definitione, & actione principale enim exiſtit in parte cogitatiua deſiderium autem, & ira inueniuntur in non rationabili. Si igitur anima habet tres partes, tunc deſiderium inuenitur in vnaquaque illarum,

B

Et cõtingit nobis quęſtio in quacunque iſtarũ triũ virtutum, aut duarũ numerauerimus virtutem imaginationis, ſcilicet vtrũ iſta virtus ſit vna illarum virtutum, & in quas diuiſimus partes animę, aut eſt diuerſa ab eis. & maxime, ſi aliquis poſuerit ꝙ partes animę ſunt diuerſę ĩ definitione, & loco. Deinde dicit. Et inopinabile eſt, & cętera id eſt & inopinabile eſt diuidere hanc virtutem, quę exiſtimatur eſſe diuerſa ab omnibus in actione: & definitione: & intendit virtutem deſideratiuam: & ponere eam in habente rationem, & in carente ratione, & non ponere eam propriam alteri duorum modorum, ſicut eſt diſpoſitio de aliis virtutibus animę, ſed in vtroque. Virtus enim principalis non exiſtit niſi in * anima rationali. & hoc intendebat, cum dixit, in parte cogitatiua: & non principali ſicut deſiderium, & ira exiſtit in non rationabili. Sed nos videmus iſtam virtutem numerari ſecundum numerum virtutum: ita ꝙ ſi partes animę fuerint tres, tunc deſiderium inuenietur in omnibus earum. Et hoc intendebat, cum dicit, Si igitur anima &c. 41

C

*a, l, animali

Et etiam de quo nunc ſermo inſtabat, quid eſt mouens ſecundum locum animal. Motu enim ſecundnm augmentum, & decrementum, qui omnibus ineſt, ꝙ omnibus ineſt, videbitur vtique mouere, generatiuum, & nutritiuum. De reſpiratione, & ſomno & vigilia poſterius perſpiciendum. habent enim & hæc dubitationem multam.

Illud autem, ad quod peruenimus in ſermone, eſt quid eſt illud, quod mouet animalia de loco in locum. Et exiſtimatur ꝙ

A neque deficit in necessariis, nisi in orbatis, & imperfectis, huius modi autem animalium perfecta, & nõ orbata sunt, signum autem est, ꝙ generatiua sunt, & augmentũ habent et decrementum, fit vt haberent vtiq; & partes instrumẽtales progressionis.

Et etiam secundum hunc modum est aliud a sensu. multa animalia enim, habent sensum, & sunt quiescentia in eodem loco, & non mouentur omnino. Si igitur natura nihil facit ociose, & perfecte operatur in rebus necessariis, nisi sit in rebus monstruosis, quę non sunt perfecte, talia enim animalia sunt perfecta, nõ monstruosa, & signum eius est, quòd generant, & habent ascensum & descensum: & ideo non habent membra organica, per quę fit motus localis.

Dicit Et oportet etiam secundum hunc modum vt ista virtus mouens 45
B **in loco sit alia a sensu. multa enim, animalia sentiunt, sed non mouẽtur omnino. Et necesse est vt ista animalia non moueantur omnino. quoniã, cum natura nihil facit ociose, idest nullum membrum facit sine iuuamento, neque diminuit in rebus necessariis, idest neque abstulit animali membrum, in quo habet iuuamentum necessarium, nisi hoc sit propter occasiones contingentes in minori parte. vt digitus sextus. Et ista animalia non mota non habent instrumentum ambulandi, & sunt cum hoc perfecta non monstruosa. & signum eius est, ꝙ generant sibi similia, & habent in sua vita ascensum & descensum, sicut alia entia naturalia, quorum esse est naturale, ergo necesse est vt sint animalia non mota: & ideo non habent membra motus. Et debes scire. ꝙ non vtitur in loco communicantię in destruendo has virtutes esse motiuas, nisi ita, quia suum quæsitum est causa propinqua motus, &, si non, tunc sensus est vna causarum istius motus, sed causa remota.**

Oĩa entia naturalia, quorũ eẽ est nãle, hñt ascẽsum.

Vide ꝓ hoc secũdo de gene. et cor. t. cõ. 57. & 12. Meteo. ca. 1. Auer.

At vero neque raticinatiuum, & vocatus intellectus est mouens. Speculatiuus enim nihil speculatur agibile, neque dicit de
C fugiendo & persequendo quicquam. semper autem motus aut fugientis aut persequentis aliquid est. Sed neque cum speculatur aliquid huiusmodi, iam præcipit aut persequi aut fugere. quemadmodum sæpe intelligit terribile aliquid, non iubet autem timere, sed cor mouetur, si autem delectabile, pars aliqua alia.

Sed illud, quod mouet, non est pars cogitatiua, neque illa, quæ dicitur intellectus. Pars enim cogitatiua non videt illud, quod facit neque dicit aliquid in fugito, neque in quæsito, motus enim, semper inuenitur aut in fugiente, aut in quærente. Neque est etiam ex eis, quæ quando viderint rem talem, mittent ad quęrendum, aut fugiendum. vt multotiens opinamur aliquid esse delectabile, aut timorosum, & non mittimus ad timorem. cor autem mouetur, quando aliud membrum delectatur.

46 Poteſt intelligi per partem cogitatiuam, intellectus ſpeculatiuus: & p D
Id. 2. met. tex. com. 3. partem, quę dicitur intellectus, intellectus operatiuus. Et ideo dicit. Pars enim cogitatiua non videt, & cętera ideſt pars ſpeculatiua non conſiderat de rebus operatiuis, neque de aliqua re vtili quęſita, neque de aliqua re, nocente fugita: motus autem in loco non inuenitur niſi aut in quęrente, aut in fugiente. Deinde dicit. Neque eſt etiam ex eis, & cętera ideſt etiam pars intellectus, qui innatus eſt conſiderare in quęſito, & fugito: et excitat membrum mobile ad motum ad rem delectabilem, aut membrũ mobile in timore ad motũ: vt accidit nobis, quando imaginamur aliquod delectabile aut timoroſum, ꝙ membrum proprium illi delectabili mouetur in nobis, & cor conſtringitur tunc ex illo timoroſo, & intellectus nihil videt ex hoc. ſed videmus ipſum moueri ex illo timoroſo, aut ad aliud delectabile. Et hoc intendebat cum dicit cor autem, & cętera ita cecidit in ſcriptura. Et forte diminuitur ex ea tantum, ꝙ intentio eſſet iſta, ſcilicet cor autem mouetur ex timore, aut ex delectatione, quando aliud mẽbrum delectatur, & demonſtrat hoc ꝙ inuenimus in alia tranſlatione. ſcilicet multotiens cogitat intellectus in aliquo timoroſo, aut in aliquo delectabili, ſed non propter hoc erit timor, aut delectatio. cor autem mouetur motu timoris, ſed non ex intellectu. &, cum cogitauerit in aliquo delectabili, tunc membrum aliud a corde mouetur motu delectationis. E

Amplius & præcipiente intellectu, & dicente ratiocinatione fugere aliquid, aut perſequi, non mouetur, ſed ſecundum concupiſcentiam agit, vt incontinens. Et omnino autem videmus ꝙ qui medendi artem habet, non medetur: tanquam aliud quidpiam principatum obtineat agendi per ſcientiam, ſed non ſcientia.

Et, cum intellectus miſerit, & cognitio affirmauerit fugere aliquid, aut quęrere aliquid, nõ mouebitur, ſed facit illud, quod conuenit delectationi, ſcilicet quòd non poteſt ſe retinere. Et vniuerſaliter videmus habentem artem Medicinæ non ſanare: quia aliud eſt principale actionum, quæ fiunt per cognitionem. F

Et videmus etiam ꝙ intellectus multotiens mittit ad quęrendum aliquid aut fugiendum, ſed tamen homo non mouetur ab eo, quod affirmat intellectus, ſed ex eo, quando conuenit delectationi vt accidit viro voluptuoſo, qui nõ refrenat ſe vt deberet. Deinde dicit. Et vniuerſaliter, &c. ideſt & vniuerſaliter videmus multotiens ꝙ multi ſcientes aliquam artẽ, non agunt per illam artem, ſicut videmus multos Medicos, qui non curant ſe, cum infirmantur. & hoc non eſt, niſi quia alius motor eſt principalis actionis illarum actionum, quę aguntur per cognitionem. & artem, & ſi non contingeret vt omne habens cognitionem alicuius operationis, non ageret niſi illam rem, quam ſcit.

At vero neque appetitus huius motus dominus eſt continentes enim appetentes, & concupiſcentes non operantur ea, quorũ appetitum habent, ſed ſequuntur intellectum.

A

Caput Secundum, Quòd intellectus, ac voluntas causa sint localis motus in animalibus. Item quo pacto fiat iste motus.

Identur autem duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, si quis imaginationem ponat ut intellectionem quandam. multa enim præter scientiam sequuntur imaginationes. & in aliis animalibus non intellectio, neque ratio est, sed imaginatio. Vtraque ergo hæc motiua sunt secundum locum, intellectus, & appetitus.

B Principalitas igitur in hoc motu non est cognitionis, neque etiam desiderii. eremitæ enim desiderant, & concupiscunt, sed non agunt ea, ad quæ mouentur per desiderium, quia consequũtur intellectum. Apparet igitur ꝙ illud, quod facit motũ, est hæc duo, desideriũ s. & intellectus, & si aliquis posuerit ꝙ imaginatio est similis desiderio. in pluribus enim rebus consequimur imaginationẽ sine cognitione. alia. n. aĩalia non habẽt existimationẽ, neq; cognitionẽ, sed imaginationẽ. Hæc igitur duo, scilicet desiderium, & intellectus sunt mouentia de loco in locum.

Quid igitur nominatur in isto motu, & appropriatur ei non est cognitio, cum multotiens moueamur a desiderio licet intellectus videat nos nõ debere moueri. Neque etiam ꝙ dominatur in isto motu est desiderium: quia multi homines desiderãt sed non prosequuntur desiderium sed intellectum. Et cum declarauit ꝙ motus localis, impossibile est attribui alteri istarum virtutum singulariter, ꝙ apparet etiam ꝙ vtraque illarum habet introitum in mouendo: motus enim non fit sine desidero, neque sine
C intellectu, aut imaginatione, deinde dicit. Apparet, & cętera id est apparet igitur ex hoc, quod diximus, ꝙ agens motum est duo intellectus, scilicet & desiderium, aut imaginatio, quæ est similis desiderio. In pluribus enim rebus mouemur ab imaginatione sine aliqua cogitatione, sicut animalia mouentur. alia enim animalia non habent cogitationem, sed in loco cogitationis habent imaginationem. Iste igitur duę virtutes sunt mouentes de loco in locum scilicet desideriũ, aut intellectus, aut imaginatio.

intellectus autem, qui propter aliquid ratiocinatur, qui actiuus est, differt autem a speculatiuo, fine. Et appetitus propter aliquid omnis est. cuius enim appetitus hic, id principium actui intellectus. vltimum autem principium actionis est. Quare rationabiliter hæc duo videntur mouentia, appetitus, & † intelligẽtia actiua. appetibile enim mouet: & propter hoc intelligentia mouet, quia appetibile principium ipsius est.

Intellectus practicus differt a speculatiuo, fine. Vltimũ intellectionẽ ẽ primum in actione. Id. 2. ph. tex. 89. † διάνοια

Et intellectus operatiuus, & est cogitans in re, differt a specu-

latiuo in perfectione. Et omne desiderium est desiderium ad aliquid. desiderium enim non est principium intellectus speculatiui, sed ille alius est principium intellectus. Et ideo necessario apparet ꝙ hæc duo alius mouentia, scilicet desiderium, & cogitatio apud actionem desideratum enim mouet: & ideo cogitatio mouet, quia est desideratiua. D

49 D. & intellectus, per quem agitur, & est cogitatiuus, operatiuus, differt a speculatiuo in perfectione, & fine. finis enim speculatiui est scire tantum, operatiui autem operari. Deinde dicit. Et omne desiderium, & cetera, idest & quia omne desiderium est desiderium ad aliquid, ideo desiderium non est principium mouens intellectum operatiuum, sed illud desideratum mouet intellectum, & tunc desiderabit intellectus, &, cum desiderauit, tunc mouebitur homo, scilicet a virtute desideratiua, quę est intellectus, aut imaginatio. Deinde dicit. Et ideo necessario, & cętera, id est & quia principiū motus est ex desiderato, apparet ꝙ hęc duo mouent hominem, scilicet desiderium, & consensus, qui sunt erga operationem secundum hunc modum, scilicet ꝙ faciens desiderare, & mouere, quod est intellectus, idem sunt, sed est mouens, quia facit desiderare rem. Et hoc intendebat, cum dicit desideratum enim, & cętera idest, * desideratum enim, quia ipsum est quod mouetur ad rem, quam comprehendit, & est intellectus operans aut imaginatio, & intellectus, quando comprehendit aliquid desiderabit per scientiam, & mouebit per desiderium, necesse est vt ipse intellectus sit mouens, secundum ꝙ est desiderans, non secundum ꝙ est comprehendens, neque secundum ꝙ desiderium est alia virtus ab intellectu; quę est etiam mouens, secūdum ꝙ ipse declarabit post: Et hoc, quod ipse dicit de intellectu operatiuo, intelligendum est de imaginatione. animalia enim, vniuersaliter mouentur ab imaginatione. si igitur forma fuerit imaginata ex cogitatione, tunc motus attribuetur intellectui operatiuo. &, si non fuerit ex cogitatione, tunc attribuetur ipsi virtuti imaginatiuę. E

Finis itell's speculatiui ē scire tm: practici vero opari. vide. 2 meta. t. ca. 3. & hic supra text. cō. 34.

* a. l, desideriū.

Intell's ē mouēs scđm ꝙ ē desiderās nō scđm ꝙ ē cōprehēdens. Idē supr, cō. 29.

Et imaginatio quoque cum moueat, non mouet sine appetitu. Vnum quid igitur mouens ipsum appetitium. si enim duo, intellectus & appetitus mouerent, secundum communem vtique aliquam formam mouerent. nunc autem intellectus non videtur mouere sine appetitu. volnntas enim appetitus est. Cum autem secundum rationem mouetur, secundum voluntatem mouetur. appetitus autem mouet præter ratione concupiscentia enim appetitus quidam est. F

Volūtas & appetitus.

Et principium huius erit in tempore, in quo mouetur imaginatio. nullus igitur motus erit extra desiderium. Motor igitur est vnus, scilicet desiderans. mouens enim, si esset duo, scilicet intellectus, & desiderium, tuuc mouerent modo communi. modo autem intellectus non videtur mouere post desiderium. voluntas enim, & desiderium, quando mouentur in cogitatione, tunc voluntas mouet & desiderium mouet motu, qui non intrat cogitationem. & desiderium est aliquis appetitus.

A Idest. Et principiũ huius motus, qui est ex re desiderata, erit in tempore, in quo imaginatio mouetur a re desiderata sine appetitu. Imaginatio, enim primo comprehendit desideratum, scilicet patitur ab eo secundum comprehensionem, &, cum comprehenderit ipsum, forte desiderabit, & cum desiderauerit, & non erit illic aliqod desiderium contrarium, neque alia virtus animæ contraria, tunc mouebit animal in loco ad illud ad desideratum. Deinde dicit. Motor igitur est vnus, idest motor igitur, qui est desideratum, quia est vnus continget vt illud, quod mouetur ab ea, quod est mouens animal, scilicet virtus desideratiua, sit vna etiam, & hoc est aut intellectus, aut imaginatio, secundum ꝙ vtrunque est desiderans. &, si mouens animal esset duo, scilicet intellectus per se, & virtus desideratiua per se, secundum ꝙ sunt diuersa, tunc motus animalis non proueniret ab eis nisi accidentaliter, scilicet per naturam cõmunem istis duabus virtutibus, quę esset alia ab vtraque illarum. Deinde dicit modo autem intellectus, idest &, si ita esset, contingeret vt intellectus per se moueret animal, & etiam desiderium per se. & non est ita. intellectus enim non videtur mouere nisi voluntarię, sicut imaginatio non videtur moueri sine desiderio. Et differẽtia inter voluntatẽ & desideriũ est, quia, qñ volun-

B tas, & desiderium tunc voluntas mouet secundum cogitationem, desiderium autem mouet non secundum cogitationem. Deinde dicit, & desiderium est aliquis appetitus. ita cecidit in scriptura, & est falsum, & debet legi, & appetitus est aliquod desiderium idest, ꝙ pars animę desiderans est mouens vniuersaliter. Si igitur desiderauit per cogitationem, dicetur voluntas, &, si fuerit sine cogitatione, dicetur appetitus. & demonstrat hunc errorem alia translatio, in qua dicitur appetitus autem mouet sine cogitatione, quia appetitus est modus desiderii. Diff̃ria inter volũtatẽ et appetitũ.

Intellectus igitur omnis rectus est: appetitus autem & imaginatio recta & non recta. Vnde semper quidem mouet appetibile. sed hoc, autem bonum, aut apparens bonum. non omne autẽ, sed agibile bonũ. agibile autẽ est, quod potest & aliter se habere.

Omnis igitur intellectus est rectus: appetitus autẽ & imaginatio quandoque sunt recti & quandoque non. Et ideo pars appetitiua mouet semper. sed hoc aut est bonum, aut existimabi-

C tur esse bonũ, sed non in oĩbus illud, enim actuale est laudabile & actuale illud, quod est possibile ẽ vt habeat rem alio modo. ft.

D. & omnis actio ex intellectu est recta actiones autem quę fiunt ex appetitu & imaginatione quandoque sunt rectę, quandoque non. Et ideo pars appetitiua mouet semper, quia mouet ad rectum, & non rectum. intellectus aũt nõ mouet nisi ad rectum tantũ, & ideo non mouet semper, Deinde dicit, sed hoc aut est bonum, & cętera, sed hoc erga quod mouet virtus appetitiua, aut est bonum, aut existimatur esse bonum, sed non est. Et hoc bonum, ad quod mouetur ista virtus, non est bonum commune omnibus. illud enim bonum, quod est in actu semper, est laudabile simpliciter. Et hoc intendebat, cum dicit, sed non in omnibus, illud enim actuale est laudabile idest, & illud bonum existens in omnibus. illud enim bonum, quod semper est actuale, est laudabile. Deinde dicit, & actuale est illud, quod possibile est, et cętera idest et bonum, quod est pura actio, est bonum, quod mouet alio modo, a modo, secundum quem mouẽt ista bona, quę quandoque sunt potentia, quandoque actu. Et potest intelligi Bonũ, qđ sp est actuale ẽ laudabile. oppositũ. 2. Ethi. c. 16. vide cõt. Zim.

per hoc, quod dicit, sed non in omnibus idest, et bonum, ad quod mouetur ista virtus, non est bonum secundum totum idest, semper & simpliciter illud enim bonum, quod est actu, ponitur esse laudabile. Vel aliter, sed non in omnibus idest sed bonum, quod comprehendit ista virtus, non est bonum existens laudabile ab omnibus, scilicet dicit bonum intellectui operatiuo est laudabile apud illam virtutem: & bonum quod potest inueniri alio, modo ab eo, secundum quem est bonum. bonum autem commune omnibus est bonum purum. Et intentio in istis est propinqua: & quasi ista postrema videtur conuenientior. D

Quòd igitur huiusmodi potentia animę, quæ vocatur appetitus mouet, manifestum est. Diuidentibus autem animæ partes, si secundum potentias diuidant & separent, valde multæ fiunt, nutritiuum sensitiuum, intellectiuum, deliberatiuum, appetitiuum. hæc enim plus differunt abinuicem quam cōcupiscitiuum & irascitiuum.

Iam igitur apparuit quòd talis virtus animæ mouet, & est, quæ dicitur appetitiua. Et diuidentes animam, si diuidunt eam secundum virtutes, tunc inueniunt multas partes valde, s. nutritiuam & sensibilem, & intelligentem, & cogitatiuam, & desideratiuam. istæ enim distinctæ sunt abinuicem, & magis desideratiua, & similiter irascibilis. E

52 Idest iam apparuit ex hoc sermone ꝙ talis virtus virtutum animæ, quę comprehendit rem, & desiderat ipsam, est virtus mouens animal, & est quę dicitur appetitiua. Et illi, qui solent diuidere animam in tres, aut in duas partes, oportebat eos, si intendebant diuidere illam secundum virtutes habendas, diuidere eas in plures partes: cum plures habeant partes illis tribus, verbi gratia nutritiuam, sensibilem intelligibilem, & cogitatiuam.

Quoniam autem appetitus fiunt contrarii adinuicem: hoc autem accidit cum ratio & concupiscentia contrariæ sunt, fit autē in temporis sensum habentibus (intellectus enim propter futurum retrahere iubet. concupiscentia autem propter præsens. videtur enim quod iam delectabile & est, & simpliciter, propterea ꝙ non videtur futurum.) F

Et propter diuersitatem appetitus contrariantur sibi adinuicem. & accidit hoc quando modi appetitus fiunt oppositi. & hoc nō erit nisi habenti sensum per tempus. & intellectus coget nos ad prohibendum propter rem futuram. & appetitus propter rem pręsentis voluptatis. existimatur igitur ꝙ res pręsentis voluptatis est voluptas simpliciter, quia non aspicit rem futuram.

53 Potest intelligi & propter diuersitatem appetituum, qui sunt in anima concupiscibili, contradicunt sibi in motu abinuicem. Vel aliter idest & propter diuersitatem appetitus animę concupiscibilis ab intellectu contradicunt sibi adinuicem, & hoc est manifestius. Deinde dicit & accidit

A hoc, & cętera idest & hoc accidit in eadem re, quādo modi appetituum in ea fuerint oppositi. & iste modus contrarietatis non inuenitur nisi in animali, quod comprehendit tempus, quia comprehendit aliquid magis ex re in pręsenti tempore, quam illud, quod est ex ea in futuro verbi gratia, ꝙ in eadem re iudicat quod modo est voluptabile, & in futuro contristabile. Deinde dicit, & intellectus coget ad prohibendum. & intēdebat demonstrare diuersitatē duorū modorū in appetitu, s. appetitū intellēs, & appetitū animę concupiscibilis. Anima.n.concupiscibilis mouet ad rem, quę est in actu voluptuosa, anima autem rationalis multotiens prohibet, & hoc propter nocumentum futurum, verbi gratia coitus & crapula. Deinde dicit. existimatur igitur, & cętera idest multi igitur existimāt ꝙ res pręsentis voluptatis est voluptuosa simpliciter, & nunquam contristabilis, quia virtus concupiscibilis non inspicit contristationem contingentē in futuro.

Aīa cōcupiscibilis mouet ad rē, q̄ ē actu voluptuosa: sed rōnalis multotiēs prohibet.

In aīa.ū motu tria.

Specie quidem vnum erit mouens, appetituum inquatum appetituum, primum, autem omnium appetibile (hoc enim mouet, & non mouetur, eo quòd sit intellectum aut imaginatum)
B numero autem plura mouentia. Quoniam autem tria sunt, vnū quidem mouens, secundum autem quo mouet, & tertium, quod mouetur. mouens autem duplex, aliud quidem immobile, aliud autem mouens & motum, est vtique immobile quidem agibile bonum, mouens autem & motum appetitiuum (mouetur enim quod appetit, secundum ꝙ appetit. & appetitus motus quidam est, aut actus) quod autem mouetur est animal, quo vero mouet instrumento appetitus, iam hoc corporeum est, Vnde incōmunibus animæ & corporis operibus cōsiderandum est de ipsis.

Et mouens est appetitum, secundum ꝙ est appetitum. appetitum enim, pręcedit alia. hoc enim mouet & non mouetur, quia mouet imaginationem, & intellectum. Mouentia autē sunt multa in numero, quia res, per quas fit motus, sunt tres. Quarum
C vna est motor, & alia res, per quam mouet, & tertia motum. & motor est duobus modis, iste autem est non mobilis, ille vero est mobilis. Non motum autem est bonum intellectum. motor autem & motum est appetituum mouet enim illud, quod mouetur, secundum quòd est appetituum: quia appetitus est motus. scilicet qui in actu. & quod mouetur est animal, & instrumentū mouens est appetitus, & ista sunt corporalia. Et ideo quærenda sunt in actionibus communibus animæ & corpori.

74

Idest & primus motor in hoc motu est res apetita, secundum ꝙ est appetita. res enim appetita p̄cedit alia mouentia animal in hoc motu: quia ista mouet, & non mouetur. & ista est dispositio primi motoris. Deinde dicit, quia mouet imaginationem, & intellectum. id est & est motor, quia mouet imaginationem, quando appetitus fuerit partis imaginatiuę: aut intellectum, si appetitus fuerit istius partis animę. Deinde dicit. Mouentia autem sunt multa in numero. i. mouentia autem, quibus fit iste motus sunt plura vno, D, dicit, quia res per quas fit motus, & c. i, & cū contingit,

Ex hoc patet obiectū 3 mēte mouere vt efficiēs. idē. 12. me c. 36. Dispēsatio mi motoris e vt moueat. Idē. 8. ph. 42. 2. 78.

A instrumento. omnis enim motus compositus ex attractione & expulsione, necesse est vt principium, a quo est expulsio, sit finis, ad quem est attractio. Et ideo dicit sicut motus gyratiuus, motus enim gyratiuus compositus est ex attractione & expulsione. Quoniam autem motus animalis compositus ex attractione expulsione, manifestum est quoniam, quando pars dextra mouetur a nobis, & sustentati fuerimus super sinistram, tunc quędam partes illius partis erunt expulsę ad interius, & quędã attractę. & sunt partes, quę sunt posterius, & attractio & expulsio earum non est rectitudine, sed secundum lineas nõ rectas, magis curuas quã rectas. & iõ assimilatur gyro. & instrumentum, per quod corpus desiderat primo, & vniuersaliter, non est cognitum a nobis. Et in loco huius sermonis inueni mus in alia translatione sermonẽ manifestiorem sic. Dicamus igitur breuiter ꝙ motor est quasi habẽs eandem dispositionem in suo principio, & suo fine, sicut illud, quod dicitur, Gręce giggismus. est enim in eo gibbositas, & concauitas, & vnum eorum est finis, & aliud principium. Deinde dicit, in hoc enim inuenitur gibbositas, & concauitas idest in omni.n. quod mouetur secundum expulsionem & attractionem, non recte conuenit esse concauitatem & gibbositatem, ita ꝙ gibbosum sit quiescens, a

B quo erit principium expulsionis, & ad quod sit finis attractionis, & concauum sit motum, sicut est dispositio corporis moti circulariter. Omne.n. corpus, quod mouetur circulariter, motus eius componitur ex attractione, & expulsione, sicut dictum est in Septimo Phy. Deinde dicit illud autem est finis, hoc autem principiũ, &c.i. & ista pars quiescens est per motum attractionis finis, & per motum expulsionis principium. & ideo necesse est vt gibbosum, aut illud, quod est loco gibbosi sit quiescens aut cõcauum, aut illud, quod est loco concaui, sit motum, licet principium & finis in hoc motu sint diuersa in definitione, in magnitudine aũt idẽ sunt, sicut centrum. & hoc est contrario de motu recto, s. ꝙ principium, & finis sint in eo diuersa in definitione, & in magnitudine. & membrũ quod est tale in animali, est cor secundum ipsum. Deinde dicit omne.n. quod mouetur, mouetur secundum aliquam gibbositatem.i. & fuit necesse vt in animali sit tale membrum quiescẽs, quia est principium motus expulsionis, & finis attractionis, propter hoc, ꝙ omne, quod mouetur secundum attractionem & expulsionem, necesse est vt sit secundum aliquod gibbosum quiescens, ad quod peruenit motus attractiuus, & a quo incepit motus

C expulsiuus. & ideo necesse est vt in omni tali sit aliquod fixum, quod sit principium & finis, sicut centrum in circulo. Et iste sermo ędificatur sup duas propositiones, quarum vna est ꝙ motus animalis in loco componitur ex expulsione & attractione, secunda est ꝙ omnis motus cõpositus ex attractione expulsione habeat rem quiescentem, ex qua sit principiũ motus expulsiui & ad quem sit finis. Apparet enim, ꝙ necesse est in omni motu vt illud, a quo est motus, & ad quod est motus, sit quiescens, cum igitur motus fuerit compositus ex expulsione et attractione, continget vt hoc quiescens sit idem. Cum igitur hę duę propositiones fuerint cõcessę, consequitur ex eis, ꝙ in aĩali est membrũ quiescens, a quo incipit motus expulsiuus, et ad quod peruenit. Et, quia videmus ꝙ vltimum membrum, quod quiescit in motu locali, est cor, necesse est vt eius principium sit ex eo. Sic igitur est intelligendus iste locus, & istę propositiones sunt manifestę & apparẽtes, sed verificare eas per inductionem, & dare causas apparentium in hoc proprium est sermoni de motu animalium locali.

Oẽ corp' quod mouetur circulariter, mot' ei' cõponitur ex atteratiõe & expulsiõe. cõsidera de motu cęli. In motu recto principiũ & finis sunt diuersa i definitiõe, & i magnitudine, in circulari definitiõe tm. Cõsimi le.8.ph. cõ.73. & .2.cę.tex.cõ.35. Documentũ appet ꝙ necesse est in oĩ motu, vt id,

Caput Tertium. Quid sit mouens in imperfectis animalibus: & quando eius insit. D

Mnino igitur, sicut dictum est, inquantum animal appetitiuum est sicut sui ipsius motiuum est. appetitiuum autem non sine imaginatione: imaginatio autem omnis aut rationalis est, aut sensitiua: hac igitur & alia animalia participant. Considerandum autem & de imperfectis quid est mouens, quibus sensus solum inest tactus, vtrum contingat imaginationem inesse his, aut non, & concupiscentiam. Videtur enim dolor, & voluptas inesse. si autem hæc, & concupiscentiam inesse necesse est. Imaginatio autem quomodo vtique inerit? An sicut mouentur indeterminate, & hæc insunt quidem, indeterminate antem insunt. E

In aïalibus imp̄fectis ē īdeterminata imaginatio.

Et vniuersaliter sicut diximus, quia res, secundum quòd est animal habet appetitum, sic per illam intentionem mouet. se & desiderium non est extra imaginationem: omne enim imaginatum, aut est sensibile, aut cogitabile: hoc enim inuenitur in aliis animalibus. Consideremus igitur in animalibus non perfectis quid moueat ea, in quibus sensus non est nisi per tactum tātum. Dicamus igitur vtrum sit possibile vt habeant tristitiam & delectationem. & si hęc duo habent, de necessitate, habent appetitum. Quomodo igitur erit imaginatio? Aut forte, sicut mouentur motu interminato, sic etiam existit in eis. est enim in eis, sicut diximus cum imaginatione sensāti non terminati.

D. & quia res, secundum ꝙ est animal, habet appetitum, necesse est vt per illam intentionem moueat se. & omnis appetitus non est sine imaginatione: omne enim imaginans aut habet illam formam imaginatiuam, a qua mouetur ex sensu, aut habet eam ex cogitatione, in homine autem B
56 habetur ex cogitatione: in aliis vero animalibus ex sensu. Et, cum posuerimus ꝙ ois appetitus fit ex imaginatione: imaginatio aūt fit ex quinque sensibus in animalibus perfectis. oportet considerare quomodo mouentur animalia imperfecta, quę non habent nisi tactum tantum. Et manifestum est ꝙ, si ista habent delectationem & tristitiam, necesse est vt habeant appetitum. sed si posuerimus ea habere appetitum, necesse erit vt habeant imaginationem. sed ista existimantur non habere imaginationē, cum non moueantur ad sensibilia nisi apud pręsentiam eorum, aut moueantur motu non terminato. Sed quocunque modo sit, dicamus ꝙ quemadmodum mouentur motu non terminato, idest ad intentionem non terminatam, ita videtur ꝙ imaginantur imaginationem nō terminatā, cum sentiant sensu non terminato.

Dubiū. idē secū do de aīa. 20.

Solutio.

Sensitiua igitur imaginatio, sicut dictū est, & in aliis animalibus inest. Deliberatiua autem in rationalibus. vtrum enim

A aget hoc, an hoc, iam rationis est opus. & necesse est vno'men surare. maius enim persequitur, quare potest vnum ex pluribus phanthasmatibus facere. Et causa hęc est, ꝙ opinionem non uidetur habere, quoniam eam, quæ est syl logismo, non habet. hęc autem illam. Quapropter deliberatiuum non habet appetitus. Vincit autem aliquando, & mouet voluntatem, aliquando autem illa hunc, sicut sphęra, appetitus appetitum, cum incontinentia facta est. natura aũt semper superior principalior est, & mouet, ad eo vt tribus lationibus iam moueatur. Natura superior principalior est,

Et hoc etiam inuenitur in in aliis animalibus. Virtus autem cogitatiua est in rationabil ibus tantum. eligere autem facere hoc, aut hoc est de actione cogitatiua. & numerat ipsum vnum de necessitate mouetur enim erga maius: ita quod potest ex multis imaginationibus vt agat. Et hæc est causa existimatio-
B nis. non enim habet cogitationem, quia non habet rem, quæ fit a ratione. & hoc est, quod est illius propter delectationem, quia non habet virtutem cogitatiuam. Dominatur igitur, & mouet quandoque illud, & quandoq; aliud. apoetitus mouet appetitum scd̃m sphęram, quando habuerit intentionẽ continẽtiæ. est. n. scd̃m naturam prior & motorita ꝙ sint motæ erga motũ.

57 Differentię inter phantasiam hominis, et aliorum animaliũ.

Dicit & imaginatio existit in aliis animalibus, cogitatio autem in rationabilibus. Eligere enim facere hoc imaginatum & non hoc, est de actione cogitationis, non de actione imaginationis. Iudicans enim ꝙ hoc imaginatum est magis amabile quam hoc, debet esse eadem virtus de necessitate, quæ numerat imaginationes, & in quibusdam iudicat magis delectabilius. Et hoc intendebat, cum dixit, & numerat ipsum vnum de necessitate. & est secundum ꝙ reputo, & necesse est vt ista virtus numeret illas imagines, donec comprehendat ex eis magis amatum: sicut vnum numerat numeros inęquales, donec comprehen-
C dat ex eis magis maiorem. Similiter cogitatio numerat imagines, & cõparat inter eas, donec possit pati ab imaginatione alicuius earum. Et hoc est causa, quare animal rationale habet existimationem. existimatio enim est consensus, qui prouenit a cogitatione. Deinde dicit non enim habet cogitationem, &c. idest pręter animal rationale nullum habet cogitationem, quia non habet rationem: & motus animalium est propter delectationem, & est motus simplex non diuersus, quia non habet virtutem cogitatiuam cum appetitu, ita ꝙ hę duæ virtutes dominarentur sibi adinuicem, adeo ꝙ moueretur animal quandoque propter voluntatem, sicut in animali rationali. Deinde dicit appetitus enim mouet appetitum, &c. idest accidit enim in habenti plus quã vnum appetitum, vt animal moueatur in quibusdam locis a duobus appetitibus insimul, quando acciderit vt vnus appetitus fuerit dominans & continens secundum: tunc enim inducet ipsum ad suum, motum, quando appetitus dominatus remanet motus in suo motu proprio, sicut accidit in corporibus cælestibus. Vnusquisque enim orbium stellarum erraticarum videtur moueri per appetitum orbis stellarum fixarum motu diurno: licet cum suo appetitu proprio moueantur Idem. 12. Met. 37. & 44. & 2. Cęl. 58.

motu proprio. Deinde dicit est enim secundum naturam,&c. ideſt & accidit huic ſphęrę continenti alias, ſcilicet dominari ſuper eas propter hoc, quia eſt prior natura aliis & mouens eas: ita vt per hoc accidat vt aliç moueantur ab ea. D

Scientificum autem non mouet, ſed manet. Quoniam autem exiſtimatio & ratio, hæc quidem ipſius vniuerſalis eſt, illa vero ipſius ſingularis (illa enim dicit ꝙ oportet talem tale agere, hæc autem ꝙ hoc tale, & ego quidem talis) iam hæc mouet opinio, non ea, quæ uniuerſalis. aut vtraque; ſed illa quidem quieſcens magis, hęc autem minime.

Virtus autem ſcientialis non mouetur, ſed quieſcit: quia illa eſt exiſtimationis, & iudicii vniuerſalis inſimul, iſta autem eſt particularium. illa enim facit ꝙ oportet tale facere talem actionem: & illud eſt, quia iſta res eſt ſecundum hunc modum, ego etiam ſum ſecundum illum. hoc enim etiam mouet, E
ſed non vuiuerſale, aut vtrunque: ſed illud eſt quieſcens, iſtud autem non.

58 Dicit Virtus autem, quę comprehendit vniuerſale, non mouetur ad comprehenſum: quia iſta virtus eſt exiſtimationis tantum; & comprehenſionis rei vniuerſalis, res autem vniuerſalis non mouet omnino, cum non ſit aliquod hoc, ideſt ſingulare virtus enim, quę comprehendit parparticulare, eſt particularium, & mouetur, quando mouet. Intendebat igitur hic per virturem ſcientialem virtutem comprehendentem rem vniuerſalem. Deinde dixit, illa enim facit, &c. i. virtus enim, quę comprehendit vniuerſale, affirmat ꝙ oporter omne tale agat talem actionem: virtus autem particularis eſt, quę comprehendit exemplum ſibi ſecundum hanc diſpoſitionem, quam affirmauit, ſi eſſet ſciens vt ageret illam actionem. Proueniet igitur a comprehenſione iſtarum duarum virtutum congregatio per quam fit actio. Deinde dicit, hoc.n. etiam mouet, &c. ideſt intentio enim particularis mouet. motio autem ad vniuerſale F
non eſt ei. Aut dicamus ꝙ motio eſt vtrique. ſed eſt vniuerſali, quia eſt quiſcens, & particulari quia eſt motum. & hoc intendebat cum dixit ſed illud eſt quieſcens, iſtud autem non ideſt ſed ſi vniuerſale fuerit mouens, erit ſecundum ꝙ eſt quieſcens, aliud autem particulare ſecundum ꝙ eſt motum.

A

Summa Tertia. Quæ Animæ potentiæ quibus animatis necessario insint.

Caput primum. Nutritiuam animam omne uiuens necessario habere, sensum vero tactus ipsum animal: atque etiam gustum, cum sit tactus quidam.

NVtritiuam igitur animam necesse est habere omne, quodcunque viuit & animam habet, a generatione vsque ad corruptionem. Necesse est enim
B quod genitum est augumẽtum habere, & statum, & decrementum: hæc autem sine alimento est impossibile. necesse est igitur inesse nutritiuam potentiam in omnibus, quæ augmentantur, & diminuuntur.

Necesse est igitur vt anima nutritiua sit in omni, & vt anima existat in eis de generatione vsque ad corruptionem. Necesse est enim vt omne, generatum habeat principium, & finem, & descensum: quę non possunt esse sine nutrimento. ergo de necessitate virtus nutritiua est in omnibus rebus augmentabilibus & diminuibilibus.

Cum compleuit sermonem de omnibus virtutibus animę vniuersalibus, vult demonstrare quę est ex eis in animalibus propter necessitatem, & quæ propter melius, & dicit. Necesse est igitur vt anima nutritiua sit in omni viuo de prima generatione vsque ad corruptionem. 59 2.de Anima.14
C Necesse est enim vt omne habens animam, habeat crementum & diminutionem: cum impossibile est vt subito veniat ad suam perfectionẽ postremam, sed descendendo paulatim, & intrando in senectutem. Et, quia causa crementi nihil aliud est q̃ nutrimentum, & causa diminutionis nihil aliud est quam defectus cibi, & eius paucitas, necesse est vt anima nutritiua sit in omni, quod crescit, & senescit, & quia omne viuum est tale necesse est vt omne viuum sit nutribile. 3.d Anima.44 8.Phy.20.

Sensum autem non est necesse in omnibus viuentibus. Neque enim ea, quorum corpus simplex est, contingit habere tactum, neque sine hoc possibile est esse vllum animal, neque quecunque non sunt susceptiua formarum sine materia. Animal autem necesse est sensum habere, si nihil frustra facit natura. omnia enim, quæ natura fiunt, propter aliquid sunt, aut, * casus sunt eorum, quæ sunt propter aliquid. Si igitur omne progressiuum corpus non habeat sensum, corrumpetur

Natura nihil frustra facit. Idem supra, te. 45.

* συμπτώματα.

vtique, & ad finem non perueniet, qui eſt naturæ opus. Quo modo enim aletur? manẽtibus enim ine ſt hoc, vnde nata ſunt. D

Et non eſt neceſſarium ſenſibilem eſſe ſimpliciter, Et impoſſibile eſt ſine iſta vt animal ſit viuum: neque etiam in rebus, quę non recipiunt formam ſine materia. Neceſſe eſt igitur vt ſenſus in animalibus, ſi natura nihil facit ocioſum. omnia .n. exiſtentia per naturam aut ſunt propter aliquid, aut ſunt accidentia conſequentia, quæ ſunt propter aliquid, omne enim corpus ambulans ſine ſenſu corrumpitur, & non venit ad finem, cum fuerit de actione naturæ, Notum eſt igitur ꝙ de neceſsitate inuenietur ſenſibilis in animalibus. eſt enim ſecundum modum motus ſine ſenſu. ſed iſte etiam eſt in eis, quæ in nata ſunt quieſcere.

60 Et non eſt neceſſarium vt virtus ſenſibilis ſit ſimpliciter, ideſt in omnibus rebus quę creſcunt & corrumpuntur. Sed in animalibus tantum eſt neceſſe vt ſit virtus ſenſibilis, impoſsibile enim eſt ſine hac virtute vt aliquid ſit animal: & hoc eſt in rebus recipientibus eam non in materia. hoc enim nomen † vita dicitur de eis & iſtis æquiuoce: & innuit corpora cęleſtia. Deinde dicit, Neceſſe eſt igitur vt ſenſus ſit in animalibus, &c. ideſt & apparet ꝙ neceſſe eſt vt ſenſus ſit in omni animali. & hoc, quia natura nihil facit ocioſe. Omnia * enim naturalia aut ſunt propter aliquid, aut ſunt accidentia conſequentia naturam de neceſsitate, & non intenduntur, verbi gratia pili, qui oriuntur in locis non determinatis in corpore. & cum ita ſit, ſi animal non haberet ſenſum, cum hoc ꝙ eſt ambulans, ſtatim corrumperetur antequam perueniret ad complementum: & tunc natura ageret ocioſe, cum incępit generare entia, quę non poſſunt peruenire ad finem in maiori parte, aut omnino. Notum eſt igitur ꝙ neceſſe eſt vt virtus ſenſibilis ſit in animalibus ambulantibus de neceſsitate, ſcilicet quærentibus nutrimentum, Deinde dicit, eſt enim ſecundum modum motus ſine ſenſu, ideſt quoniam, ſi inueniretur aliquid moueri in loco ſine virtute ſenſibili, tunc illius eſſe eſt modo diuerſo ab eſſe generabilium & corruptibilium. & innuit corpora cæleſtia. Illa enim, quia non ſunt generabilia neque corruptibilia, ſi haberent ſenſum, tunc natura ageret ocioſe: quemadmodum, ſi iſta mobilia generabilia & corruptibilia non haberent ſenſum, tunc natura ageret ocioſe. Deinde dicit, ſed iſte etiam eſt in eis, quæ innata ſunt quieſcere, ideſt ſed priuatio ſenſus debet eſſe de generabilibus & corruptibilibus in eis, quę innata ſunt quieſcere, & non moueri ad nutrimentum, ſcilicet in vegetabilibus.

Vide. 12. Met. 36. & 2. Cę. 61. & 2. de Anima 15.

† Vita ęquiuoce dicitur de ſuperioribus, et inferioribus. Con ſimile. 2. Cę. 60 & 71.

* Omnia naturalia aut ſunt ꝑꝑ aliquid, aut ſunt accidentia conſequentia a uram de neceſsitate. Idẽ. 2. Ph. te. cõ. 88.

E

F

Non eſt autem poſsibile, vt corpus habeat quidem animam, & intellectum diſcretiuum, ſenſum autem non habeat, non mãſiuum exiſtens, generabile autem. at vero neque in generabile. * Quare enim non habebit, aut enim animæ melius erit, aut corpori. Nunc autem neutrum eſt. illa enim non magis intelligit, hoc autem nihil erit magis propter illud.

* al. Quare in, habebit?

Et impoſsibile eſt vt corpus habens animam & intellectum, & in·

A & indicium sit sine sensu, cum non sit remanens, siue fuerit generatum, siue non fuerit generatum etiam. Causa enim, propter quam habet hoc, est quòd non iuuatur per illud corpus & anima. Modo autem autem non est aliquod istorum etiam & illa autem, quia in maiori parte non intelligit: & ista quia in maiori parte non est.

Dicit. Et impossibile est vt corpus habeat animam & intellectum sine sensu, cum illud corpus non est remanens, sed generabile & corruptibile, siue fuerit simplex siue compositum. Et hoc intendebat, cum dicit vt reputo, generatum, aut non generatum. causa enim, propter quam debet esse corpus animatum intelligens sine sesu, si potest esse, est quia illud corpus animatum non adiuuatur per sensum neque in anima, neque in corpore. Sed, si posuerimus corpus animatum intelligens esse non generabile, neque corruptibile, manifestum est quod non indiget sensu: cũ non haberet sensus ĩ ipso aliquod iuuamentũ. iuuamentũ. n. quod est B per animam, non habet, quia anima sensibilis impedit in maiori parte, idest intellectum. & hoc intẽdebat, cum dixit & illa autem, quia in maiori parte non intelligit idest virtus autem sensibilis, quia in parte maiori non intelligit animali intelligenti. Iuuamentum autem virtutis sensibilis, quæ est per corpus, non habet ẽt quia sensus in maiori parte non est causa longitudinis vitæ & durationis. Et hoc intendebat, cum dicit. & ista, quia in maiori parte non est. idest & sensus in maiori parte est casa, quare res non sit, idest vt corrumpantur. & ideo sensibilia sunt minoris vitę, quam multę plante. 61

Vide. 2. cę. 6. Et. 8. me. cõ. 12 Et. 12. Met. 36. aĩa sensibilis ĩpedit in maiori parte. Idẽ. 2. de anima. 151.

Nullum ergo corpus non manens habet animam sine sensu. At vero, si habet sensum, necesse est corpus esse, aut simplex, aut mistum. Impossibile autem est esse simplex. tactum enim, non haberet, est autem necesse hunc habere.

Et propter hoc iterum non est corpus motum habens animam sine sensu. Sed, habet sensum, tunc de necessitate C aut erit simplex, aut compositum. Et impossibile est vt sit simplex, quia non habet tactum. & necesse est vt habeat ipsum.

Dicit & propter hoc, quod delaratum est, si est aliquod corpus motum habens animam, non generabile, tunc illud corpus non indiget sensu: & tunc quęrendum est modo vtrum est corpus motum habens animam sine sensu, aut nullum corpus est tale. & innuit quod quęrendum est de hoc in alio loco. Deinde dicit. Sed, si habet sensum & cętera idest, sed manifestum est hoc quod, si virtus sensus est in aliquo corpore, necesse est vt illud corpus sit, aut simplex, idest vnum quatuor simplicium, aut compositum ex eis, quod est generabile & corruptibile. & impossibile est vt habeat sensum tactus: & necessarium est vt tactus sit in omni habente sensum.

Hoc autem ex his manifestum. Quoniam enim animal cor-

pus animatum est, corpus autem omne est tangibile, tangibile autem quod sensibile tactu, necesse est & animalis corpus tactiuum esse, si debeat conseruari animal. Alii enim sensus per alia sentiunt, ut olfactus, visus, auditus. tangens autem, nisi habeat sensum, non poterit hæc quidem fugere, illa autem accipere. Si vero hoc, impossibile est saluari animal. Quapropter & gustus est vt tactus quidam. alimenti enim. alimentum autem corpus tangibile, D

Et hoc scitur de istis rebus. Quia animal est corpus animatum: & omne corpus est tangibile: & omne tangibile est sensibile tactu: ergo corpus animalis necesse est vt sit tangibile, si animalia inata sunt euadere. Et alii sensus residui sentiunt mediantibus aliis rebus verbi gratia olfactus, & visus, & auditus. Si igitur tangiblie non inuenitur in sensu, impossibile est vt recipiat quędam; & fugiat quædam. & sic impossibile est vt animal saluetur. Et propter hanc causam gustus est sicut tactus. est enim nutrimenti. & nutrimentum est corporis tangibilis. E

63 Et hec scitur de his propositionibus. Quoniam omne animal est corpus animatum: & omne corpus est tangibile: & omne tangibile est sensibile per tactum: ergo corpus animalis, si debet saluari & euadere ab occasionibus, necesse est vt habeat tactum. Et alii sensus residui, quos habet, comprehēdunt alia sensibilia mediantibus aliis corporibus a suis propriis sensibilibus, verbi gratia, auditus, olfactus, & visus. Si igitur animal non sentit corpora tangibilia, tunc impossibile est vt veniat ad quedam corpora, & vtatur eis in aliquo iuuamento, aut vt fugiat quedam nocentia. Et, cum ita sit, impossibile est vt animal saluetur. Deinde dicit. Et propter hanc causam, &c. idest, & propter hanc necessitatem sensus gustus est necessarius in animalibus, sicut est tactus. Gustus enim est propter nutrimentum, scilicet ad cognoscendum conueniens ab inconueniente, & nutrimentum est in corpore tangibili, & ideo necesse est vt gustans sit tāgens, sicut declarauimus prius. F

2. de Aīa. 101.

2. de Aīa. 101.

Sonus autem, & color, & odor non alunt, neque faciunt augmentum aut decrementum. Quamobrem & gustum necesse est tactum esse quendam, quia tangibilis & nutritiui sensus est. Hi igitur necessarii sunt animali. atque manifestum est ꝙ non est possibile sine tactu animal esse. Alii autem propter bonum & generi animalium iam non cuicunque sed cuidam, vt progressiuo, necesse est inesse. si enim debeat saluari, non solum oportet tangendo sentire, sed & eminus.

Sonus autem, & color, & odor non nutriunt neque fit ex eis

A augmentum, aut diminutio. Et propter hanc causam gustus de necessitate fuit aliquis tactus, quia sensus non est nisi tangibilis, & nutribilis. Isti autem sunt animalium de necessitate. & manifestum est ꝙ impossibile est animal esse sine sensu. Isti autem alii sunt ut sint meliores. & hoc nō accidit cuilibet generi animalium, sed quibusdam. & sicut est necessarium, vt istud sit ambulans, si innaium est saluari: & non vt sentiat, quando tetigerit tantum, sed à remoto etiam.

Dicit sonus autem, & color, & odor non nutriunt corpus, quando veniunt super ipsum, neque faciunt in corpore additionem, aut diminutionem, sicut facit nutrimentum. Et propter hanc causam, quam dicit, gustus de necessitate est aliquis tactus idest quia sensus gustus est alicuius tangibilis nutrientis. & hoc intendebat cum dicit quia sensus non est nisi tangibilis. Deinde dicit, Isti autem sunt animalium de necessitate & intendebat sensum tactus, & sensum gustus. Deinde dicit, Isti autem alii id est tres sensus alii. Deinde dicit, & hoc non accidit, & isti tres sensus non inueniuntur in quolibet genere animalium sed in quibusdam. Deinde dicit, & sicut est necessarium vt istud sit ambulans, &c. id est, & sicut animal, cum necesse est ei vt sit ambulans, si innatum est saluari, perfectius est ei vt non comprehendat sensibilia nociua, & vtilia de propinquo tantum, & per tactum, sed ex remoto etiam: quoniam per istos duos modos sentiendi saluabitur perfectius, & melius. 64

B

Hoc autem erit, si per medium, sensitiuum fuerit, eo ꝙ illud quidem a sensibili patiatur & moueatur, ipsum autem ab illo. Sicut enim mouens secundum locum vsque ad permutationem facit, & pellens alterum facit vt pellat, & est per medium motus, & primum quidem mouens pellit & non pellitur, vltimum autem solum pellitur & non pellit, medium autem vtraque multa autem media, sic in alteratione, præterquam quòd manens in eodem loco alterat. Vt si quis in ceram tinxerit, vsque ad id mota est, quousque tinxit. lapis autem nihil, sed aqua vsque procul. aer autem ad plurimum mouetur, & agit, & patitur, si maneat, & vnus sit. Vnde & de refractione est melius, quam visum egredientem refrangi, aerem pati a colore, & figura, vsquequo sit vnus. in læui autem est vnus. Quapropter iterum hic visum mouebit, sicut vtique si ceræ sigillum ad finem vsque succederet.

C

Et hoc non erit, nisi quando fuerit sensibile per medium, quia aut illud patitur a sensibili & mouetur, hócvero ab illo. Et, sicut illud, quod mouet in loco, agit quousque transmutetur, & similiter quod expellit aliud, donec expellatur, &

erit motus per medium, primum autem mouet, aut expellit D
absque eo quòd expellitur, aliud autem expellitur tantum & non expellit. medium autem habet vtrunque, & media sunt multa, & sic est de transmutatione, sed quiescens in eodem loco. Et sicut qui imprimit in ceram, imprimit quandiu mouet, & ad locum ad quem peruenit impresio. lapis enim non imprimitur omnino. sed aqua imprimitur in remoto spatio. & aer mouetur multum, & agit & petitur si remanet, & est idem. Et propter hanc causam melius est vt aer patiatur per conuersionem a corpore, & a colore, quod possibile fuerit aut visus per transmutationem, & conuersionem. & est idem in rebus lenibus. Et ideo hoc mouet visum etiam, sicut sigillum existeus in cera redditur ad vltima eius.

65 Dicit, & hoc sentire, quod est ex remoto fit, quando sensibile mouerit sentiens per medium, quoniam quando illud, quod est medium, patitur, & mouetur a sensibili: & hoc, quod est sensus, patitur a medio. Deinde dicit. Et sicut illud, quod mouet in loco, &c. idest &, quemadmodum corpus mouens in loco indiget in hoc, quod moueat, vt agat, quousque moueatur & transmutetur, & similiter illud, quod expellit aliud, indiget vt expellatur, & tunc expelletur, & sic motio in talibus rebus componitur ex tribus ad minus scilicet primo motore, & medio, & postremo moto. primus autem motor expellit & mouet, & non mouetur: postremum autem motum expellitur & mouetur, & non mouet: medium autem facit vtrumque, scilicet mouet & mouetur: medium autem potest esse vnum, & potest esse plus vno. Deinde dicit, & sic est de transmutatione &c. idest, & secundum dispositionem, quam narrauimus de motu in loco, scilicet quod componitur ex tribus rebus ita est de hac transmutatione, quę fit a sensibilibus sensuum per media. Sensibilia enim mouent & non mouentur, & media inter ea mouent sensus & mouentur a sensibilibus, & sensus mouentur & non mouent. Sed est differentia inter ea, quod ista transmutatio, quę est in istis rebus media est, & medium permanens in eodem loco, & non transfertur ab eo: illic autem medium transfertur, & similiter postremum motum. Et, cum declarauit ea, in quibus communicat ista transmutatio cum transmutatione in loco, & in quibus distinguitur, ab ea, dedit exemplum in hoc, & dicit, Et sicut qui imprimit in ceram, &c. idest, & iste motus, qui est medii in suis partibus a sensibili, valde est similis impresioni sigilli in ceram: & quemadmodum cera mouetur cum suis partibus a sigillo: & ille motus peruenit in ceram ad quocunque potest peruenire virtus imprimentis: & cera permanet in omnibus suis partibus, ita est dispositio in motu medii cum sensibilibus, scilicet quod exprimitur ab eis, & expellitur ad omne, ad quod peruenit expresionis virtus: & est permanens in suo loco non motum. Deinde dicit. lapis autem, &c. idest & iste motus non adaptatur in omni corpore, lapis autem, & sibi simile non exprimitur omnino, sed exprimitur illud, quod est sicut aqua. aqua enim videtur exprimi in remoto spatio, & similiter aer. multotiens enim videtur agere, & pati

Octauo Ph. 34. & 35. Vide pro illo etiam, 2. de Aia 115.

E

F

A ab expreſsione, quando fuerit fixus ſecundum totum, non motus neque diuiſus. Deinde dicit. Et propter hanc cauſam melius eſt vt aer patiatur, &c. ideſt &, quia in medio poſsibilis eſt hæc impreſsio, ideo melius eſt dicere in conuerſione, quę fit in audibilibus & viſibilibus, ꝙ nihil aliud eſt niſi quia aer conuertitur per illum motum, qui eſt in eo. & illam paſsionem, quę fit ex ſenſibilibus & viſibilibus, quando occurrerit aliquid, in quo non poteſt pertranſire ille motus ſecundum rectitudinem ad ſenſus, melius eſt quam dicere conuerſionem eſſe corporum extra viſum: ſicut dicunt quidam Antiquorum, & concedunt Perſpectiui, cum nulla ſint illic corpora extrinſeca. Deinde dicit, et eſt idem in iſtis rebus lenibus, &c. ideſt & iſte motus eſt idem in rebus humidis, & hoc intendebat per lenibus, & ideo aer mouet viſum etiã. quemadmodum ſi ſigillum exiſtens in cera redderetur ad poſtremum finem, adeo ꝙ moueret aerem in parte ſecunda, ita ſenſibile mouet aerem, ita quod per tranſitur per ipſum ad ſuperficiem tangentem ſenſum, & ſic mouet ſenſum.

B

Caput Secundum. Animalis corpus ſimplex eſſe minime poſſe: cum ſenſus tactus ſit ei neceſſarius; alij vero ſint ad bene eſſe.

Vod autem impoſsibile ſit ſimplex eſſe animalis corpus manifeſtum eſt. dico autem, vt igneum, aut aereum. Sine enim tactu nullum contingit alium ſenſum habere. corpus enim animatum omne tactiuum, ſicut dictum eſt. Alia

C autem, præter terram, ſenſoria quidem vtique fient. omnia autem per aliud ſentiendo faciunt ſenſum, & per medium. tactus autem eſt in tangendo ipſa, quia propter & hoc nomen habet. Attamen & alii ſenſus tactu ſentiunt, ſed per alia, hic autem uidetur ſolus per ſeipſum. Quare huiuſmodi elementorum nullum vtique erit corpus animalis. Neque itaque terrenum, omnium enim tangibilium tactus eſt ſicut medietas. & ſuſceptiuum eſt ſenſorium, non ſolum differentiarum, quæcunque terræ ſunt, ſed & calidi, & frigidi, & aliorum omniũ tangibilium. Et pp hoc oſsibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus, quia terræ ſunt. Et plantę etiam ob hoc nullum habent ſenſum, quia terræ ſunt.

Sine autem tactu nullum possibile est alium esse. hic autem sensus non est neque terræ, neque vllius alius elementorum. D

Manifestum est igitur quod impossibile est vt corpus animalis sit simplex, sicut ignis, aut aer. Impossibile est enim vt habeat vnum alium sensum præter tactum: omne enim corpus animatum est tangibile, secundum quod diximus. Et illa alia sunt instrumenta sensus præter terram. omnia enim faciunt sensus, quia sentiunt per aliud, & per medium, tactus enim fit tangendo, & ideo vocatur hoc nomine. Et hoc est, quod alia instrumenta sensus non sentiant, nisi mediante tactu. sed hoc est per alia media: illud autem existimatur contentum per se. Et ideo nullum istorum elementorum est corpus animalis. Neque terra, tactus enim est quasi medium aliis sensibilibus. & instrumentum recipiens non congregat tantum mutationes terrestres, sed etiam calidum & frigidum, & alia tangibilia. Et ideo non sentimus per ossa, & pilos, & per tales partes. Et ideo vegetabilia non habent aliquem istorum sensuum, quia fiunt ex terra. Impossibile est enim vt alius sensus sit sine tactu. & hoc instrumentum, quod est sensui, non est ex igne, neque ex aliquo illorum aliorum elementorum. E

Idem. 2. de Anima, 130.

Dixit, Impossibile est vt corpus animalis sit simplex. impossibile est enim vt animal habeat aliquem trium sensuum sine tactu, omne enim animatum debet esse tangens. Deinde dicit, Et illa alia, &c. idest, & corpora simplicia sunt instrumenta trium sensuum, præter terram, quæ non est instrumentum alicuius sensus. & hoc fuit, quia omnes isti sensus, scilicet tres, agunt sensum, quia indigent simplicibus instrumentis, & medio extrinseco, idest denudatis a sensibilibus, scilicet vt instrumentum in visu. & medium non habeat colorem, neque in olfactu odorem, neque in auditu sonum. Et quæ denudantur ab istis, aut sunt corpora simplicia, aut in quo, dominantur corpora simplicia. sed tactus differt ab istis sensibus, quia comprehendit suum sensibile sine medio, & ideo nullo elemento medio vtitur in extrinseco. Et; cum declaratum est hoc de sensu tactus, necesse est vt suum instrumentum non sit simplex. Et vniuersaliter vult declarare hoc, quod tactus in hoc differt ab aliis sensibus. Alii enim sensus, si possent denudari a tactu, tunc possibile esset quod corpus animalis habentis illos sensus esset simplex. tactus autem est econtrario, scilicet quod impossibile est quod suum instrumentum sit simplex. Omne enim instrumentum debet denudari a sensibili. &, quia impossibile est vt aliquod corpus denudetur a quatuor qualitatibus, necesse est vt instrumentum istius sensus sit medium, idest admixtum ex elementis. Et, cum ita sit, contingit vt ista virtus sit causa essentialis, quare corpus animalis est compositum. Deinde dicit, Et hoc est, quod alia instrumenta sensus, &c. id est &c. F

Tactus comprehēdit suum sensibile sine medio.

Oppositum 2. de Anima. 107. 108. vsque ad 115. Vide cōtr.

A cum alii ſenſus vtuntur elementis tribus pro inſtrumentis & mediis, neceſſe eſt vt tactus non vtatur aliquo eorum, & quod ſuum inſtrumentum ſit compoſitum non ſimplex, licet inſtrumenta, quibus illi vtuntur, non poſsint denudari a tactu, & ex hoc modo ſunt compoſita. &, ſi hoc non eſſet, neceſſe eſſet vt eſſent ſimplicia. Deinde dicit, ſed hoc eſt per alia media. ideſt ſed indigentia eorum a tactu non eſt indigentia eius, quod comprehendit ſuum ſenſibile per illum ſine medio, ſed per alia media, & per alia inſtrumenta. Deinde dixit. Et ideo nullum iſtorum elementorum, &c. id eſt & propter hoc, quod diximus, nullum iſtorum eſt corpus animalis. Neque terra etiam, ſecundum quod eſt ſimplex, aut proprie ſimplex, cum alii ſenſus vtantur elementis quaſi inſtrumento, & medio: & iſta eſt alia virtus ab illis: quapropter non vtitur elementis pro inſtrumento, cum ſuum inſtrumentum debet eſſe medium inter tangibilia, cum non poſsit denudari a qualitatibus tangibilibus, neque poſſet comprehendere tangibilia, ſi eſſet tangibilis ſimplex. ideſt in fine alicuius qualitatis tangibilis. Deinde dicit, & inſtrumentum recipiens non congregat, &c. id B eſt & Inſtrumentum recipiens tactum non de neceſsitate habet qualitates terreſtres tantum, ſed calidum, & frigidum, & alia tangibilia, & ideo neceſſe fuit vt recipiens tangibile ſit medium: cum non poſsit denudari ab omnibus: neque etiam poſſet ſentire, ſi aliqua alia qualitatum tangibilium denudaretur in eo. & ideo non ſentimus per oſſa, neque per pilos propter dominium qualitatum terreſtrium in his corporibus. Et ideo vegetabilia non habent ſenſum tactus, quapropter neque aliquos ſenſus: quia impoſsibile eſt alios ſenſus inueniri ſine tactu: & inſtrumentum tactus neque eſt ignis, neque aliud corpus elementorum, neque eſt corpus attributum eis ſecundum dominium.

Vide 2. de Aia 118.

Manifeſtum eſt igitur quòd neceſſe eſt hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori. neque enim hunc poſsibile eſt habere non animal exiſtens, neque, cum ſit animal alium habere neceſſe eſt, præter hunc. Et propter hoc quidem alia ſenſibilia exuperantiis non corrumpunt animal, vt color, & odor, C & ſonus, ſed ſolum ſenſus, niſi ſecundum accidens. puta ſi ſimul cum ſono pulſio fiat & ictus, & a viſis & odore alia moueantur, quæ tactu corrumpunt. & ſapor quoque, ſecundum quòd accidit ſimul tactiuum eſſe, ſic corrumpit. Tangibilium autem exuperantia, ut calidorum, & frigidorum, & durorum corrumpit animal.

Declaratum eſt igitur quòd animalia moriuntur neceſſario, quando caruerint hoc ſenſu tantum, & quòd eſt impoſsibile vt non ſit in animalibus. animalia enim non de neceſsitate habent alium ſenſum, niſi iſtum. Et ideo alia ſenſibilia non corrumpunt animalia per dominium, verbi gratia color, & ſonus, & olfactus: ſed tantum corrumpunt inſtrumenta ſenſus, niſi hoc ſit per accidens: verbi gratia quòd cum

fono fit magna percufsio. omnes enim ifti corrumpunt animalia, fed per accidens. & ideo fapores etiam nocent anima libus mediante gustu. guftus enim eft aliquis tactus. Dominium autem tangibilium, uerbi gratia calidi, & frigidi, & duri corrumpunt animalia. D

67 Dicit, Declaratum igitur eft ex hoc fermone ꝙ animalia moriuntur, quando caruerint tactu, & quod impofsibile eft vt ifte fenfus non exiftat in animali, dum animal eft animal. quod non eft de aliis fenfibus, non enim eft neceffarium vt animal habeat alium fenfum preter tactum, & propter hoc, dominium & vigor aliorum fenfibilium non corrumpunt animal, verbi gratia fortis color, & fortis fonus, & fortis odor: fed tantum corrumpunt fua inftrumenta propria: nifi per accidens, verbi gratia quando cum fono fuerit magna percufsio, & fimiliter de colore, & odore: fapores autem nocent animalibus effentialiter mediante guftu. guftus enim eft aliquis tactus. fed qualitates corrumpentes animalia funt tangibiles, verbi gratia calidum, frigidum, & durum. E

Omnis enim fenfibilis exuperantia corrumpit fenfum, quamobrem & tangibile tactum, hoc autem determinatum eft ipfum * viuere. fine enim tactu demonftratum eft quòd impofsibile eft animal effe. Quocirca tangibilium exuperantia non folum corrumpit fenfum, fed & animal, quia neceffe eft folum habere hunc animal. Alios autem fenfus habet animal, ficut dictum eft, non vt fit, fed vt bene fit. Vt vifum, quia in aere & aqua, vt videat. omnino autem, quia in perfpicuo. Guftum autem, propter iucundum, atque moleftum, vt fentiat id, quod in alimento, & concupifcat, & moueatur Auditum autem, vt fignificetur aliquid ipfi. Linguam autem, vt fignificet aliquid alteri. F

*Vnus co. legit animal.

Et dominium cuiuslibet fenfibilis expellit inftrumentum fenfus. & ideo tangibile expellit tactum. & per iftum fuit definitum, fcilicet viuere. animal enim impofsibile eft vt fit fine tactu. Et ideo dominium tangibilis non tantum corrumpunt inftrumentum fenfus, fed etiam & animal. quia eft neceffarium animali vt fit ens, non vt fit in meliori difpofitione. Illi autem alii fenfus funt animali propter melius. Vifus autem, vt afpiciat in aere, & acqua. Et fimiliter de guftu, vt fentiat delectabile, & vt habeat appetitum & moueatur. Et fimiliter de olfactu. Auditus autem, vt audiat rem. Lingua vero, vt fignificet rem alio modo.

A

Ideſt, Et dominium omnis ſenſibilis, quando fuerit intenſum, cor- 63
rumpit ſuum inſtrumentum proprium, ſiue fuerit tactus, ſiue alterius.
Deinde dicit, & per iſtum fuit definitum, &c. ideſt per hanc virtu-
tem, ſcilicet tactum, definitur animal. & cauſa in hoc eſt. quia impoſ
ſibile eſt vt animal ſit ſine tactu. Et ideo accidit ꝙ tangibile intenſum
non tantum corrumpit inſtrumentum ſenſus, ſed animal eſſentialiter:
quia ſenſus tactus eſt de rebus neceſſariis animali, ſcilicet vt ſit ens,
non ſecundum ꝙ ſit eſſe melioris, ſicut eſt de aliis ſenſibus reſiduis.
Deinde dicit. Viſus autem, vt aſpiciat in aere, & aqua. Et ſimili-
ter de geſtu, ſcilicet quod primo eſt propter appetitum cibi. Auditus
autem vt audiat rem, ideſt ſonos. & intelligat per eos in animalibus
rationabilibus, & in aliis brutis. in animalibus rationabilibus, vt in
telligant intentiones, quas ſignificant verba. Lingua autem, vt noti-
ficet rem alio modo. & innuit, vt puto: iuuamentum, quod eſt in ver-
bis, non guſtus, hoc enim iuuamentum magis apparet propter melius
quam in guſtu quoniam guſtus reputatur eſſe neceſſarius propter ſuam
B vicinitatem tactus, alii autem ſenſus ſunt propter melius: & precipue
viſus, & auditus. & hoc eſt manifeſtum.

Librorum Trium de Anima finis.

D

ARISTOTELIS

STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

DE SENSV ET SENSILIBVS.

E

Cum Auerrois Cordubensis Paraphrasi.

Caput Primum. Quæ partes animæ communes dicantur, de quibus Naturalis habet considerare: Quoq; modo singuli sensus aĩalibus insint.



Voniam autem de anima secundum seipsam determinatum est prius, & de virtutum qualibet secundum partem ipsius, consequens est facere considerationem de animalibus, & vitam habentibus omnibus, quæ sunt propriæ, & quæ communes operationes eorum. F Quæ igitur dicta sunt de anima subiiciantur, de reliquis autem dicamus, & primum de primis. Videntur autem * maxima & communia, & propria animalium communia esse & corporis & animæ, puta sensus, & memoria, & ira, & desiderium, & omnino appetitus: & ad hæc voluptas, & dolor. etenim hęc fere insunt omnibus animalibus. Ad hæc autem, hæc quidem omnium sunt vita participantium communia, hæc vero animalium quibusdam. Existunt eutem horum maxime quatuor coniugia numero sola, velut vigilia & somnus, & iuuentus & senectus, & expiratio & respiratio, & vita & mors. De quibus considerandum est, quid est vnumquodque eorum, & propter quas causas accidunt. Naturalis autem est & de sanitate, & infir-

* maime.

Naturalis est & sanitate, et ĩfirmitate prĩa cognoscere principia,

A mitate prima cognoſcere principia. nec enim ſanitatem, nec infirmitatem posſibile fieri carentibus vita. Quare fere Naturalium plurimi, & Medicorum, qui magis Philoſophice artem proſequuntur, illi quidem finiunt ad ea, quæ de Medicina, hi vero ex iis, quæ de natura, incipiunt quę de Medicina. Quod autem omnia dicta communia ſunt animæ & corpori, non immanifeſtum eſt. Omnia enim hæc quidem cum ſenſu accidunt, hæc vero per ſenſum. Quædam autem hęc quidem pasſiones huius exiſtunt, hęc vero habitus, hæc autem cuſtodiæ & conſeruationes, hæc vero corruptiones. Senſus autem, quòd per corpus fit animæ, & manifeſtum & per rationem, abſque ratione. Sed de ſenſu, & ipſoq; ſentire quid ſit, & quare accidit animalibus hæc pasſio, dictum eſt prius in iis que de Anima. Animalibus autem, qua animal eſt vuumquodque, neceſſe eſt

B ineſſe ſenſum. per hoc enim determinamus animal eſſe, & non animal. Proprie autem ſecundum vnumquodque tactus, & guſtus inſequitur omnia animalia neceſſario. tactus quidem, propter dictam cauſam in iis, quæ de Anima: guſtus vero propter alimentum. iucundum enim diſcernit ipſe & moleſtum circa eſcam, ita vt hoc quidem fugiat, illud autem proſequatur, & omnino ſapor eſt * guſtatiuæ partis pasſio. Senſus autem, qui per exteriora, gradientibus ipſorum inſunt. quemadmodum odoratus, auditus, viſus omnibus quidem habentibus cauſam ſalutis inſunt, vt præſentientia proſequatur alimentum, mala autem & corruptiua fugiant. Habentibus autem & prudentiam, eius, quod boni gratia. multas enim annunciant differentias, ex quibus contemplabilium aduenit prudentia, & agibilium. Horum autem ipſorum ad neceſſaria quidem vitæ me-

C lior eſt viſus & ſecundum ſe, ad intellectum autem ſecundum accidens auditus. Multas enim differentias & omni modas viſus annuntiat potentia, quia omnia corpora colore participant: ita vt & communia maxime per hunc ſentiantur. Dico autem communia, figuram, magnitudinem, motum, quietem, numerum. Auditus autem ſoni tantum differentias, paucis autem & eas, quæ vocis. Secundum vero accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partem. ſermo enim audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ, non ſecundum ſe, ſed ſecundum accidens ex nominibus enim conſtat. nominum vero vnunquodque * nota eſt. Quare a natiuitate priuatorum vtroque ſenſu prudentiores ſunt cæci mutis & ſurdis. De virtute itaque, quam habet vnuſquiſque dictum eſt prius.

De ſingulis ſenſibus.

*** a. l. nutritiuę.**

Vide p hoc in phœmio met.

*** σύμβολον.**

Cęci mutis ac ſurdis ſapiẽtiores.

D

Caput Secundum. De ſenſeriis, ex qua conſtet materia, opiniones tum aliorum, tum vero propria: & in qua etiam corporis parte ipſa ſint conſtituta.

Opinio ponens ignē ī oculo ꝑdominari.

N quibus autem nati ſunt fieri corporis ſenſoriis, aliqui quidem quęrunt ſecundum elementa corporum: non potentes autem ad quatuor quinque exiſtentes conducere, hæſitant de quinto. Faciunt autem omnes viſum ignis, quia paſſionis cuiuſdam ignorant cauſam.

Improbatio.

cum enim conſtringitur, & mouetur oculus, videtur ignis lucere. Hoc autem in tenebris natum eſt accidere, aut palpebris ſuperuelatis. fit enim & tunc in tenebris. E Habet autem dubitationem hoc et aliam. Si enim non eſt latere ſentientem, & videntem viſibile quiddam, neceſſe erit ſe videre oculum. quare ergo quieſcente illo, hoc non accidit? Cauſa autem huius, & dubitationis, & putandi ignem viſum eſſe hinc ſumenda. Læuia enim in tenebris nata ſunt fulgere, non tamen lucem facere. oculi autem vocatum nigrum, & medium læue apparet. Apparet autem hoc, cum mouetur oculus. quia accidit quaſi duo fieri vnum hoc autem celeritas facit motus, ita videatur aliud eſſe videns & viſum Quare etiam non fit, niſi celeriter, & in tenebris hoc accidat. læue enim in tenebris natum eſt fulgere, quemadmodum quorundam piſcium capita, & ſepiæ atramentum. & lente cum mouetur oculus non accidit vt videatur ſimul duo & vnum eſſe videns & viſum. Illo autem modo ipſe ſeipſum videt oculus, quemadmodum & in refractione. F

Propter qđ moto oculo duo apparēt vnum.

Vtrū viſio fiat extra mittēdo. Platonis opio.

Quoniam, ſi ignis eſſet, vt dicit Empedocles, & in Timęo ſcriptum eſt, & accideret videre exeunte, quemadmodum ex laterna, lumine, quare non & in tenebris videret vtique viſus? Dicere autem quod extinguatur in tenebris egrediens, ſicut Timæus dicit, vanum eſt omnino. Quæ enim extinctio luminis eſt? extinguitur enim aut humido, aut frigido calidum, & ſiccum, qualis eſſe videtur, qui in carbonibus ignis, & flāma quorum neutrum in lumine apparet exiſtens. Si igitur ineſt quidem ſed propter debilitatem latet nos, oportebat per diem & aqua extiugui lumen, & in glacie maxime fieri tenebras. flamma enim & ignita corpora patiuntur hoc. Nunc autem nihil tale accidit. Empedocles autem videtur exiſtimare, aliquan- [illegible] exeunte lumine, ſicut dictū eſt prius videre ait enim.

Empedoclis opinio.

A Vt,quado quis progreſſum meditans præparet lucernam,
Hyemalem per noctem ignis lumen ardentis,
Adaptans omnium ventorum prohibitrices laternas:
Hæ ventorum quidem ſpiritum diſpergunt flantium,
Lumen autem extra diſiliens, quantum magis expanſum fuerit,
Illuſtrat pauimentum in domitis radiis.
Sic quod in membranis coercitum antiquum lumen
Subtilibus velaminibus diffunditur per circularem pupillam,
Hæ autem aque quidem profundum repellunt circunfluentis,
Lumen autem extra diſsilit,quantum magis expanſum fuerit.

Aliquando quidem ſic videre ait, aliquando autem defluxibus iis,qui ab iis,quæ videntur. Democritus autem quòd quidem aquam eſſe dicit, bene dicit: quòd autem putat ipſum videre B eſſe ipſam imaginem,non bene. Hoc enim accidit,quoniam oculus lęuis eſt.& eſt,non illo,ſed in vidente.paſsio enim refractio eſt. Sed omnino de apparentibus, & de refractione nondum ipſi manifeſtum erat, vt videtur. Incongruum autem & non ſuccuriſſe ipſi vt dubitaret,quare ſolus oculus videt, nullum autem aliorum,in quibus apparent ſimulachra. Quòd igitur viſus eſt aquæ,verum quidem, non tamen accidit ipſum videre, ſecundum quòd aqua eſt,ſed ſecũdum quòd perſpicuum.quod & aeri commune eſt. Sed magis ſeruabilis eſt aqua aere,& magis ſuſceptibilis,quare pupilla & oculus aquæ ſunt. Et hoc eſt in ipſis operibus manifeſtum. videtur enim aqua quod defluit, cum corrumpuntur oculi. & in omnino nouiter formatis claritate excedens,& ſplendore. Et album oculi in ſanguine prædictis pingue, & craſſum quod propter hoc eſt vt permaneat hu- C midum inconcretile.Et ideo corporis minime eſt rigens oculus. nullus enim vnquam quod itra palpebras eſt,riguit.Animaliũ vero exanguiũ duræ pellis ſunt oculi,& hoc facit protectionẽ.Irrationabile vero omnino eſt,exeunte quodam,viſum videre,& aut extendi vſque ad aſtra,aut quadantenus prodeuntem coniũgi,ſicut quidam dicunt.Iſto enim melius eſt in principio coniũgi oculi.Sed & hoc ſtultum.quid,n.eſt coniungi lumẽ lumini, vel quomodo hoc poſsibile eſſe?nõ enim quodlibet coniũgitur cuilibet.Et interius exteriori,quomodo? membrana.n.intereſt. Quòd igitur ſine lumine īpoſsibile eſt videre dictũ eſt in aliis. Sed ſiue lumem,ſiue aer eſt, quod eſt inter rem viſam & oculũ, motus qui per ipſum, facit videre.Et rationabiliter, quod interius aquæ eſt,aqua enim perſpicua eſt.Videtur autem ſicut exterius non ſine lumine,ita & interius. Perſpicuum igitur oportet

Democriti opinio.

Quõ aqua ſ oculo dñetur.

esse,atq; necesse est aquam esse,quia non est aer.non enim in vltimo oculi anima,aut animæ sensorium est, sed manifestũ ꝙ interius. Quare necessario perspicuum est, & receptiuũ luminis, quod interius oculi.Et hoc etiam in his,quę accidunt manifestũ. iam enim quibusdam vulneratis in bello iuxta tempora, ita vt abscisi essent meatus oculi, accidit fieri tenebras, sicut lucerna extincta.eo ꝙ,quasi laterna quædam, abscissum fuit perspicuũ, & vocata pupilla.Quare,si quidem in his accidit,sicut dicimus, manifestum ꝙ,si oportet secundum hunc modum attribuere,& assignare vnumquodq; sensorium vni elementorum,oculi quidem visuum aquæ existimandum,aeris vero sonorũ sensitiuũ, ignis autem odoratum.Quod enim actu odoratus, hoc potentia odoratiuum est.sensibile enim facit agere sensum quare necesse est existere ipsum potentia prius. Odor vero fumosa euaporatio est.fumosa autem euaporatio ab igne.Quapropter et circa cerebrum loco odoratus proprium sensorium est.potentia.n. calida frigidi materia est.Et oculi generatio eundem habet modum.a cerebro enim cõstat oculus.cerebrum autem frigidissimũ & humidissimum partium corporis est. Tactiuum autem terræ. Gustatiuum vero species quædam tactus est. Et ideo iuxta cor sensorium est ipsorum,s. gustus & tactus cor enim oppositũ est cerebro,& est calidissimum partium.Et de sensitiuis quidem partibus corporis hoc modo sit determinatum.

Quõ elementa sensibilia exterioribꝰ ꝓportionentur.

Sensoriũ gustꝰ, & tactus est iuxta cor.

D

E

Caput Tertium. De coloris essentia, colorum generatione, atq; mistione.

E sensibilibus autẽ iis, quæ secundũ vnumquodq; sensorium, vt dico colore,& sono,& odore,& sapore,& actu, vniuersaliter dictũ est,quæ actio ipsorum in iis,quę de Aïa,& quid ipsum operari secũdum vnũquodq; sensoriorũ: quid autẽ oporteat dicere quodlibet eorũ,s.quid color, quid sonus quid odor, quid sapor,similiter & de tactu,considerandũ est. & primũ de colore. Et igitur vnũquodq; dupliciter dictum,hoc quidẽ actu, hoc aũt potentia. Quod igitur actu color est & sonus,quõ est idem vel aliud iis,qui secundũ actum,sensibus, vt visioni & auditioni,dictum est in iis,quæ de Anima.quid aũt vnumquodq; eorũ existens faciet sensum & actum,nunc dicamus. Quemadmodũ igitur dictum est de lumine in illis,ꝙ sit color perspicui secundũ accidens.qñ enim inest aliquid igneũ in perspicuo, præsenti quidem illius lumen est,priuatio vero tenebræ. Quod aũt dicimus

F

A perſpicuum, non eſt propriũ aeris vel aquæ, nec alicuius ſic dictorum corporum, ſed eſt quędam cõis natura & virtus, quæ ſeparata quidẽ non eſt. in his vero eſt & in aliis corporibus, in his quidem magis, in illis vero minus. Quemadmodũ ergo & corporum neceſſe eſt aliquid vltimum eſſe, & huius. Luminis igitur natura in indeterminato perſpicuo eſt. ipſius autẽ, quod in corporibus, perſpicui vltimum ꝙ quidem erit vtique aliquid, palã eſt ꝙ autem hoc ſit color, ex accidentibus manifeſtum. Nam color aut extremitate, aut extremitas eſt. Vnde & Pythagorici ſuperficiem colorem vocabant. eſt enim in corporis extremitate, ſed non eſt extremitas corporis. ſed eandẽ naturam oportet exiſtimare, quę exterius coloratur & interius. videntur autem aer, & aqua colorata. etenim † aura tale eſt. Sed ibi quidem, quoniã in indeterminato accidit, non eundem colorem habet accidenti

* ſplendor

B bus prope, & procul, nec aer, nec mare. In corporibus vero, niſi continens faciat tranſmutationem, determinata eſt & apparentia coloris. Manifeſtum igitur, ꝙ idem & ibi & hic ſuſceptiuum coloris eſt. Perſpicuum ergo, ſecũdum ꝙ ineſt corporibus, ineſt autẽ plus aut minus, in omnibus colore facit participare. Quoniam autem in extremitate color, huius vtiq; extremitas aliqua erit. Quare color vtique erit, perſpicui in corpore determinato extremitas. Et ipſorum etiam perſpicuorum, puta aquæ, & ſiquid aliud tale, & quibuſcunque videtur aliquis color proprius ineſſe, ſecundum extremitatem ſimiliter omnibus ineſt. Eſt ergo in eſſe in perſpicuo hoc, quod quidem & in aere facit lumen, eſt autem non, ſed priuatum eſſe. Quemadmodũ igitur ibi hoc quidem lumen, illud vero tenebra, ita & in corporibus innaſcitur album & nigrum.

Defin tio color

C De aliis autem coloribus, iam diuidentes quot modis contingit fieri, dicẽdum. Contingit enim & ſi ſecus inuicem ponantur album & nigrum, ita ꝙ vnumquodq; eorum ſit inuiſibile propter paruitatem, quod autẽ ex ambobus viſibile ſic fieri. hoc. n. neq; album poteſt videri, neq; nigrum. Quoniam autem neceſſe eſt habere quidem quendam colorem, neutrum autem horum poſſibile eſt, neceſſe eſt miſtum quendam, & ſpeciem quandam coloris aliam. Eſt ergo ſic exiſtimare plures colores eſſe, quam album & nigrum. Multos autem proportione. tria enim ad duo, & tria ad quatuor, & ſecundum alios numeros, eſt ſecus inuicem iacere. Alios autem omnino ſecundum nullam proportionem, ſed ſecundum exceſſum quendam, & defectum incommenſurabilem. Et eodem vtique modo hos habere conſonantiis. in numeris enim proportionatisſimis colores, quemadmodum ibi conſonantias, eos eſſe, qui delectabi-

lissimi colorum videntur, veluti purpureus & puniceus, & pauci quidam tales. propter quam quidem causam & consonantiæ paucæ. qui autem non in numeris, alios colores. Vel etiam omnes colores in numeris esse, hos quidem ordinatos, illos autem inordinatos. & hos ipsius, quando non puri sunt, quia non sunt in numeris, tales fieri. Vnus igitur modus generationis colorum, hic est. Vnus autem, apparere † per inuicem. quemadmodum interdum pictores faciunt, alterum colorem super alterum manifestiorẽ super ponentes. quemadmodum quando in aqua, vel in aere volunt aliquid facere apparere & quemadmodum Sol secundum se quidem albus videtur, per caliginem vero & fumum puniceus apparet. Multi autem & sic erunt colores, eodem modo prius dicto. proportio enim erit vtique quædam eorum, qui in superficie, ad eos, qui in profundo. Quidam autem & omnino non sunt in proportione. Dicere autem, sicut Antiqui, defluxionem esse colorem, & videri propter talem causam, incongruum. omnium enim per tactum necesse ipsi facere sensum. Quare mox melius est dicere, eo quòd mouetur intermedium sensus a sensibili, fieri sensum, quam tactu & defluxionibus. In his igitur, qui secus inuicem ponuntur, necesse est sicut magnitudinem accipere inuisibilem, ita & tempus insensibile. vt lateant motus peruenientes, & vnus putetur esse, propterea ꝙ simul appareant. Hic autem nulla necessitas. sed qui in superficie color immobilis existens, & motus a supposito, non similem faciet motum. quapropter alius apparebit, & nec albus nec niger. Quare, si non contingit vllam magnitudinem esse inuisibilẽ, sed quamlibet ab aliqua distantia visibilẽ, & hæc quænã vtiq; erit colorum mistio? Et illo etiam modo nihil obstat, quin appareat quidam color cõis eis, qui procul. Quòd enim non est vlla magnitudo inuisibilis, in iis quæ posterius, considerandum est. Si autem est mistio corporum, non solum secundum hunc modum, secundum quem putãt quidam, eorum, quæ secus inuicem ponuntur, minorum, immanifestorum autem nobis per sensum, sed totaliter omniquaq;, sicut in eis, quæ de mistione, dictum est vniuersaliter de omnibus. Illo enim modo miscentur hęc solum, quæcunq; cõtingit diuidere ad minima quemadmodum homines, equos, aut semina. hominum enim homo minimum est, equorum vero equus, quare horum secus inuicem positione, multitudo mista est simul vtrorumq; hominem vero vnum vni equo non dicimus mistum esse. Quæcũq; vero nõ diuiduntur ad minimum, horum non contingit mistionem fieri secũdum hunc modum, sed eo ꝙ mista sint õiquaq;, quæ

D

* aliũ p̃ alium:

B

E

An corporũ sit mixtio.

A quæ quidem & maxime misceri nata sunt. Quomodo autem hoc fieri posſibile eſt in eis, quę de miſtione, dictum eſt prius. Sed quę neceſsitas eorum, quæ miſcentur & colores miſceri, manifeſtum eſt. hanc cauſam eſſe principalem, cur multi ſunt colores, ſed non ſuper natationem, nec ſecus inuicem poſitionem. non enim procul quidē, prope autem non videtur vnus eorum, quæ miſcetur color, ſed vndecunq;. Multi autem erunt colores, quoniam multis contingit pro portionibus miſceri ſibi inuicem ea, quæ miſcentur. & hi quidem in numeris, hi autem ſecūdum exceſſum ſolum. & alia eodem modo, quo quidem in ſecus inuicem poſitis coloribus, aut ſupernatantibus contingit dicere. Et de his quidem quæ miſcentur & in aliis determinatum eſt. Qua vero de cauſa ſpecies colorum terminatæ & non infinitæ, & ſaporum, & ſonorum, poſterius *conſyderandum. Quid igitur ſit color, & qua de cauſa multi ſint colores, dictum eſt. De ſono autem, & voce prius in iis, quæ de anima, dictum eſt. *l, dicemus

B

Caput Quartum. De ſaporis eſſentia, ſaporum generatione, miſtione, ac ſpeciebus. Antiquorumq́, increpatio de ſenſibilibus.

E odore vero, & ſapore nunc dicendum. fere enim eadem eſt paſsio. non in eiſdem autem eſt vtrunque eorum. Manifeſtius autem eſt nobis ſaporum genus, quā odoris. Huius autem cauſa, quoniam peſsimum habemus aliorum odoratum, & ipſorum ſenſuum, qui in nobis. tactum vero certiſsimum aliorum animalium. guſtus vero tactus quidam eſt. Aquæ igitur natura vult inſipida eſſe. Neceſſe autem eſt vel in ſeipſa aquam habere genera ſaporū inſenſibilia propter paruitatem, ſcdm quod Empedocles dicit: vel materiam talem ineſſe veluti omni ſeminarium ſaporum. & omnia quidem ex aqua C fieri, alia autem ex alia parte: vel nullam habent differentiam aqua facientem cauſam eſſe, ac ſi calidum & Solem dicat quis. Horum autem, ſicut Empedocles dicit, multum apertum mendacium. Videmus enim tranſmutari a calore ſapores, ſi auferantur ea, quæ circa fructum ad Solem, & igniantur. tanquā non eo quòd ab aqua trahant tales factos eſſe, ſed in ipſo quod circa fructū tranſmutari: & reſudātes propter tempus auſteros e dulcibus, & amaros, & omni modos fieri: &, cum decoquuntur oīa ſaporum genera, vt ita dicā, trāſmutari. Similiter aūt & omni ſeminarii materiā eſſe aquam impoſsibile. ex eodē.n. videmus, ſicut ex eſca factos alios ſapores. Reſtat igitur, eo ꝙ patitur aliquid aqua, tranſmutari. Quòd igitur non a calidi ſolū virtute accipit hanc virtutem aqua, quā dicimus ſaporem, manifeſtum eſt. ſubtiliſsimum.n. oium humorū aqua eſt, & ipſo ēt oleo. ſed protēditur oleum plus quā aqua pp viſcoſitatem. aqua aūt fragilis eſt. quare & difficilius eſt ſeruaſſe aquam in manu, quā oleū.

Manifeſtius eſt ſaporum genus quam odorum.

Empedoclis opinio.

Democriti et Anaxa. opinio.

Improbatio Empedoclis

Improbatio Anaxag. et Democriti.

Quoniam autem calescens aqua non apparet crassari ipsa sola, manifestum est quod alia quædam vtique erit causa. sapores enim omnes crassitudinem habent magis: calidum autem est concausa. Apparent autem sapores, quicunque quidem in his, quæ circa fructus, hi existentes & in terra. Quare multi antiquorum *Physiologorum dicunt talem esse aquam, per qualemcunq; terrā trāseant. Et hoc manifestū est in salsis aquis maxime. sal.n. quædam terræ species est. quare quæ per cinerem colantur, amarum existentem, amarum faciunt saporē. Sunt quoque fontes multi, hi quidem amari, illi vero accidi, alii aūt omnimodos habent sapores alios. Rationabiliter itaque in terra nascentibus fit saporum genus maxime. pati enim natum est humidum, quemadmodum & alia, a contrario. contrarium autem siccum. Quare & ab igne patitur quid. sicca enim ignis natura. Sed propriū ignis calidum est, terræ vero siccum, sicut dictum est in iis, quæ de elementis. Qua igitur ignis, & qua terra, nihil natum est agere vel pati, nec aliud quicquam: qua aūt inest contrarietas in eis, hac omnia agunt & patiuntur. Quemadmodum ergo qui lauant in humido colores & sapores, talē faciunt se habere aquam, sic & natura siccum & terreū, & per siccum & terreum colans, & mouens calida, quale quid humidum facit. Et hoc est sapor, facta a dicto sicco passio in humido, gustus, qui secundum potentiam, alteratiua in actum. ducit enim sensitiuum ad hoc, potentia præ existens. non enim vt discere sed vt speculari, est sentire. Quòd autem non cuiusque sicci, sed nutritiui sapores aut passio sunt, aut priuatio, oportet sumere hinc, ꝙ nec siccū absque humido, nec humidum absque sicco. alimentum enim ipsis animalibus nullum eorum est, sed mistum: neque ipsis plantis, sed mistum. Et sunt eius qui offertur cibi animalibus tangibilia quidē sensibilium, augmentum facientia & decrementum. Horū.n. causa, sēdm ꝙ calidum, aut frigidum id, quod offertur. hæc.n. faciunt & augmentum & decrementum. Nutrit autem, sēdm ꝙ gustabile id, quod offertur. omnia enim nutriuntur dulci, vel simpliciter, vel mistim. Oportet igitur de his determinare. in iis, de Generatione & Corruptione, nunc autem, quantum necesse, tetigisse ipsa. Calidum enim augmentat, & struit nutrimentum. & leue quidem attrahit, amarum autem & salsum relinquit propter grauedinem. Quod itaque facit in exterioribus corporibus exterior calor, hoc, qui in natura, internus animalium & plantarum. quapropter nutriuntur dulci. Commiscentur autem alii sapores ad cibum eodem modo salso & acido, pro condimento. hæc autem, propterea ꝙ *retrahunt eò ꝙ nimis nutritiuū sit dulce, & supernatatiuum. Quemadmodum autem colores ex albi & nigri mistione sunt, ita & sapores ex dulci & amaro. Et secundum proportionem etiam, quòd magis vel minus vnusquisque est, siue secūdum numeros quosdam mistionis & motus, siue & indeterminate. Qui autem delectationem faciunt misti, hi in numeris solum. Pin

Margin notes: Causa saporū sēdm Ar. | *Naturę interpretum. | Sal quędam spēs ē terrę. | Saporis definitio. | Oīa nutriuntur vel dulci simpľr, vel mistim. | Caloris proprietas. | * ἀντισπᾶν.

D B E

A guis ergo sapor ipsius dulcis est. amarum vero & salsum fere idem sunt. acris vero & austerus,& acerbus,& acidus in medio. Fere .n. ęquales saporum species,& colorum sunt. Septem enim vtrinque species, si quis ponat, sicut rationabile est, liuidum nigrum quid esse. Relinquitur enim flauum quidem albi esse, quemadmodũ & pingue est dulcis. Puniceum vero, & purpureum,& viride, & ceruleum in medio albi & nigri. alii vero misti ex his. Et quemadmodum nigrum priuatio est albi in perspicuo, ita amarum & salsum dulcis in nutritiuo humido. Quare & cinis combustorum amarus, omnium. exhalatum enim est ex ipsis potabile. Democritus autem, & plurimi Physiologorum, quicunque dicunt. de sensibus, incongruissimum quid faciunt. omnia enim sensibilia tangibilia faciunt. Et tamen, si hoc taliter se habet, manifestum est ꝙ & aliorum sensuum vnusquisque tactus quidam est. hoc autem ꝙ sit impossibile, nõ difficile est discernere. Amplius autem communibus sensuum omnium

Democriti, ac aliorũ improbato.

B vtuntur quasi propriis. magnitudo enim & figura, & asperum,& læue, amplius autem acutum & obtusum, quod in molibus, communia sunt sensuum.& si non omnium, saltem visus & tactus. Quare & de his decipiuntur, de propriis autem non decipiuntur, velut visus de colore, & auditus de sonis. Quidam autem proprie ad ista reducunt, quemadmodum Democritus. Nam album quidem & nigrum, hoc quidem asperum dicit esse, hoc vero læue. ad figuras autem reducit sapores. quamuis aut nullius, aut magis visus est communia cognoscere. Si ergo gustus magis, minima igitur certissimi sensus est discernere circa vnumquodque genus. quare oportebat gustum, & alia communia sentire maxime, & aliarum etiam figurarum esse maxime indicatiuum. Amplius sensibilia quidem omnia habent contrarietatem. velut in colore, nigro album in saporibus dulci amarum. Figura autem figuræ non putatur esse contraria. cui enim ex multãgulis circunferibilis contraria est? Amplius & fixuris existentibus in

Circa sensibile propriũ non est deceptio, sed circa cõmune.

C finitis, necesse & sapores esse infinitos, quã enim ob causam hic quidem saporum sensum faciet, hic vero non faciet? De sapore igitur, & gustabili dictum est. aliæ nanque passiones saporum propriam habent consyderationem in Physiologia de plantis.

Caput Quintum. De odoris essentia, ac eius speciebus,& a quibus & quomodo percipiatur. Quodque animalia odore minime nutriantur contra nonnullos Pythagoricos.

Odem vero modo oportet intelligere & circa odores. Quod enim facit in humido siccum, hoc facit in genere alio, in aere, & in aqua similiter. cõmune aũt de his nunc quidem dicimus ipsum perspicuum. est autẽ odorabile, non secundum quòd perspicuum sed secundum

Nō solū in aere, sed et i aqua odoratio est.

quòd lauatiuum, vel absterſiuum ſapidæ ſiccitatis. Non enim ſolū in aere, ſed & in aqua odoratio eſt. Manifeſtum autem in piſcibus, & teſtaceis. videntur enim odorari, nec aere exiſtente in aqua (ſupnatat enim aer, cum ingenitus fuerit) nec ipſi reſpirant. Si quis ergo ponat aquam & aerem vtraque humida, erit vtique, quæ in humido ſapidi ſicci natura, odor. & odorabile, tale. Quòd vero a ſapido eſt paſsio, manifeſtum eſt per habentia & non habentia odorem. D

Elemēta sūt iodorabilia.

Elementa enim inodorabilia, velut ignis, aer, terra, aqua, quia ſicca et humida eorum ſapida ſunt, niſi quid miſtum faciant. Propter quod & mare habet odorem. habet enim ſaporē, & ſiccitatem. Et ſal magis nitro odorabile eſt. manifeſtat autem, quod ab eo effluit, oleū. nitrum aūt terræ eſt magis. Amplius lapis inodorabilis. inſipidus.n. Ligna autem odorabilia. ſapida enim. & horum aquoſa minus. Amplius eorum, quæ metalla ſunt, aurum inodorabile. inſipidum.n. Aes autem, & ferrum odorabilia. quando vero exuſtum eſt humidum, inodorabilia *recrementa fiunt omnium. Argentum vero, & ſtannum his quidem magis odorabilia, his vero minus. aquoſa.n. Videtur autem quibuſdam fumida euaporatio eſſe odor, communis exiſtens terræ & aeri. & omnes deferuntur ad hoc de odore. Quare & Heraclitus ſic dixit, quòd, ſi omnia entia fumus fiant, nares vtique diſcernerent. Ad odorem autem omnes deferuntur, hi quidem tanquam euaporationem, illi vero tanquā exhalationem, illi autem E

*σκωρίαι

Vapor est quędā humiditas.

Quod odor ū sit vapor, neq; fumida euaporatio.

Vtraque hæc. Eſt autē vapor quidem humiditas quędam. Fumida vero exhalatio, ſicut dictum eſt, communis eſt aeri et terrę. Et conſtituitur ex illa quidem aqua, ex hac vero, terræ quædam ſpecies. Sed neutrum horū videtur. Vapor enim aquæ eſt, fumida vero euaporatio non poteſt in aqua fieri. odorantur aūt & quæ in aqua, ſicut dictum eſt prius. Amplius exhalatio ſimiliter dicitur defluxionibus. ſi igitur nec illa bene, nec iſta bene. Quod ergo contingit recipere humidum & illud, quod in aere, & illud, quod in aqua, & pati aliquid a ſapida ſiccitate, non immanifeſtum. etenim aer humidus natura eſt. Adhuc aūt, ſi ſimiliter in humidis faciat & in aere, velut qđ lauatur ſiccū, manifeſtum eſt quòd oportet proportionales eſſe odores ſaporibus. At vero hoc in quibuſdam accidit. Etenim acres, & dulces ſunt odores, & auſteri, & acerbi, & pingues. & amaris proportionales dicat vtique quis putridos. quare, quēadmodum illi ægre potabiles, putrida *ægre ſpirabilia ſunt. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ qđ in aqua ſapor, hoc in aere & in aqua odor. Et propter hoc frigus, & gelatio & ſapores hebetant, & odores delent. calidum.n. quod mouet & generat, delent infrigidatio & gelatio. Species aūt odorabilis duæ ſunt. non enim, ſicut quidam dicūt, non ſunt ſpecies odorabilis, ſed ſunt. determinandum autem quomodo ſunt, & quomodo non ſunt. Hoc enim eſt ſecundum ſapores ordinatum, ipſorum ſicut dictum eſt. & ſuaue & triſte habent ſecundum accidens. quoniam enim nu F

*δυσαναπνευστα.

Propter qđ frigus odores, et sapores hebetat.

De spēbus odoris.

A tritiui passio sunt, appetētibus quidem in suaues odores eorum sunt: plenis autem, & nihil egentibus non suaues neque odores. & cibus habens odores non suauis neque his. Quare isti quidem, sicut diximus, secundum accidens habent suaue & triste. propter quod & omnibus sunt communes animalibus. Quidam autem odórum secundum seipsos suaues sunt, quemadmodum illi, qui florum. nihil enim magis vel minus ad cibum inuitant, nec conferunt ad desyderium quicquā. sed contrarium magis. Verum enim est, quod Euripidem vituperans Stratis dixit.

Quando lens decoquitur, non infundas vnguentum. Adagium.

Qui autem nunc commiscent ad potiones tales virtutes, vim faciūt per vsum voluptati, donec vtiq; ex duobus sensibus fiat suaue, tanquam vnum, & ab vno. Hoc igitur odorabile proprium hominis est. qui autem secundum sapores ordinatus est, & aliorum animalium, sicut dictum est prius. Et illorum quidem, quia secundum accidēs

Odorabile propriū hominis est.

B habent suaue, diuiduntur species secundum sapores: istius autem non iam, propterea quód natuta ipsius est secundum seipsam suauis, aut tristis. Causa autem, cur proprius sit hominis talis odor, est propter frigus, quod circam cerebrum. Frigido.n. natura existente cerebro, & sanguine, qui circa illud in angustis venis existit, subtili & puro, de facili autem infrigidabili (propter quod & cibi euaporatio, infrigidata propter locum, fluxionum morbos facit hominibus) ad auxilium sanitatis facta est ista species odoris. nullum .n. aliud est opus ipsius, quā hoc. hoc aūt facit manifeste. cibus enim suauis existens, & siccus, & humidus sæpe morbosus est. Qui autem ab odore secundum seipsum odorifero suauis, quomodocunque se habeat, vtilis vt ita dicam, semper est. Et propter hoc fit per respirationem non omnibus, sed hominibus, & sanguine præditorum, vt quadrupedibus, & participantibus magis naturam aeris. Ascendentibus nanq; odoribus ad cerebrum propter leuitatem caloris, qui in ipsis, sanius

De cā reumatismi.

Cib' suauis morbos excitat.

Quis odorū est melior.

C habent quæ circa locnm hunc. odoris namque virtus calida natura est. Vtitur autem natura respiratione ad duo. vt ex proposito quidem, ad thoracis adiutorium: vt extra propositum autem, ad odorem. respirante enim, tanquā ex transitu, facit per nares motum. Proprium autem hominis naturæ est talis genus odoris, quia maximum & humidissimum cerebrum habet inter animalia vt pro magnitudine. propter hoc enim & solus, vt ita dicam, sentit animalium homo, & gaudet florum & talium odoribus. commensuratus enim eorum calor, & motus ad excessum eius, quę in loco frigidatis, & humiditatis, est. Aliis vero, quæcunque pulmonem habent, per respirationem alterius generis odoris sensum dedit natura, vt non duo sensoria faciat. sufficit .n. quoniam & vt respirantibus quemadmodum hominibus vtrorūque odorabilium, his alterorum solum existit sensus. Quæ vero non respirant, ꝙ quidem habent sensum odorabilis,

manifestum est. Etenim pisces,& insectorum genns omne exquisite D
sentiunt & procul, propter nutritiuam speciem odoris, remota mul
κώνωπας culices di tum a propria esca. quemadmodum apes faciunt ad mel,& paruarũ
ctos muliones. formicarum genus, quas vocant quidam scnipas, & marinorum pur
puræ,& aliorum multa talium animalium acute sentiunt escam pro-
Dubitatio. pter odorem. quo sentiunt autem non similiter manifestum. Qua
propter vtiq; dubitabit aliquis quo sentiunt odorem, si spirantibus
quidem omnibus fit ipsum odorari vnico modo (hoc enim videtur
in respirantibus accidere omnibus) illorum autem nullum respirat,
Solutio. sentiunt tamen, nisi aliquis præter quinque sensus alius. Hoc autem
impossibile. odorabilis enim olfactus. Illa vero hoc sentiunt. sed
non eodem forte modo. sed respirantibus quidem, spiritus aufert su
periacens velut cooperculum quoddam. quare non sentiunt, non re-
spirantia. non respirantibus autem ablatum est hoc, quemadmodum
in oculis. quędam enim animalium habent palpebras, quibus non re
uelatis, non possunt videre: quædam autem, quæ habent duros ocu- E
los, non habent. quare non indigent vllo, quod reuelet, sed statim
vident ex eo, vnde possibile est ipsis videre. Similiter autem & alio
rum animalium quodlibet non ægre fert eorum, quæ secũdum seip-
sa fœtida sunt, odorem, nisi quid accidat corruptiuum existens. ab
his aũt corrumpitur similiter. & quemadmodum homines a carbo-
num fumo patiuntur grauedinem capitis, & corrumpuntur sæpe, sic
& a virtute sulfuris, bituminosorumq; vi corrumpuntur alia anima
lia,& fugiunt propter passionẽ. ipsam autem secundum seipsam gra
ueolentiã non curant, quãuis multa ex terræ nascentibus fœtidos ha-
beant odores, nisi quid conferat ad gustum, vel ad edulium illis. Vi
detur autem sensus, qui est odorandi, imparibus existẽtibus sensibus,
& numero habente mediũ impari, & ipse medius esse tactiuorum, vt
tactus,& gustus,& per alia sensitiuorum, vt visus,& auditus. Quare
& odorabile nutritiuorum est passio quædam. hæc autem in eodem F
genere,& audibilis quoq; & visibilis. Quo circa & in aere & in aqua
odorantur. quare odorabile est commune aliquid horum amborum,
quod & tangibili in est,& audibili,& perspicuo. Quare rationabili-
ter assimilata est, siccitatis in humido & fusili velut tinctura quædã
esse, et lotura. Quomodo igitur species oportet dicere, & quomodo
Pythagoricorũ opio. Improbatio non oportet odorabilis, in tantũ sit dictum. Quod autem quidam Py
thagoricorum dicunt, non est rationabile. nutriri nãq; dicunt quę-
dam animalia odoribus. Primum enim videmus, ꝙ oportet cibũ es
se compositum. etenim quæ nutriuntur, non sunt simplicia. quare &
superfluitas fit cibi, aut in ipsis, aut extra, sicut in plantis. Amplius ve
ro, neque aqua vult ipsa sola nutrire immista existens. corporeum.n.
aliquid oportet esse, constituendum. Ad huc multo minus rationabi
le aerem corpulentum fieri. Adhæc autem ꝙ omnibus est animali-
bus locus receptiuus cibi, a quo trahens accipit corpus. odorabilis

A autē sensorium in capite,& cum spirituosa intrat euaporatione. quare ad spiratiuum vadet vtiq; locum. Quòd igitur non confert ad nutrimentum odorabile secundum ꝙ odorabile,manifestum. ꝙ tamen ad sanitatem,& ex sensu,& ex dictis manifestum. Quare quod sapor in nutritiuo & ad nutrienda,hoc est ad sanitatem odorabile. Secundum vnũquodque igitur sensorium determinatum sit hoc modo.

Caput Sextum. Difficultatis solutio, an qualitates sensibiles in infinitum diuidantur. Et quare sensibilium finitæ sunt species.

Vbitabit autem aliquis, si omne corpus in infinita diuiditur, nunquid & passiones sensibiles, vt color,& sapor,& odor,& sonus & grauitas,& frigidum, & calidum,& leue,& durum,& molle. An impossibile. Actiuum enim est vnumquodq; ipsorum sensus. in eo .n. B ꝙ possunt mouere illum, dicuntur omnia. Quare necessarium sensum in infinita diuidi,& omnem magnitudinem esse sensibilem. impossibile enim album quidem uidere,non quantum autem. Si enim non sic, continget vtique esse aliquod corpus nullum habens colorem,neque grauitatem,neque talem aliquam aliam passionem. quare nec sensibile omnino. hæc enim sensibilia sunt. Sensibile igitur erit compositum non ex sensibilibus. Sed necesse est. non enim ex mathematicis. Amplius quo diiudicabimus hæc,aut cognoscemus? an intellectu? Sed non intelligibilia. nec enim intelligit intellectus quæ exterius, non cum sensu existentia. Sed, si hæc habent sic, videntur testificari illis,qui indiuisibiles faciunt magnitudines.sic.n. soluetur vtique sermo. Sed impossibilia. dictum est autem de his in sermonibus,qui de motu. De solutione autem eorum simul manifestum erit & quare finitæ sunt species coloris, et saporis, et sonorum, & aliorum sensibilium. Quorum enim sunt vltima,necesse finita esse C quę intus. contraria autem vltima. omne autem sensibile habet contrarietatem, velut in colore album & nigrum, in sapore dulce & amarum, & in aliis vtique omnibus sunt vltima contraria. Continuum igitur in infinita diuiditur in æqualia in æqualia vero finita. quod autem non secundũ se continuum in finitas species. Quoniam ergo passiones quidē vt species dicendum,existit autem continuitas & in his,sumendũ ꝙ quod potentia, & quod actu, aliud. Et propter hoc decies millesima pars milii latet visa,quãuis visus superuenerit. Et qui in die si sonus latet,quãuis continuum existentem audiat omnem cantum. distantia enim eius, quod ad vltimos latet. Similiter autem & in aliis sensibilibus,quę parua omnino sunt. potentia nãq; visibilia,actu autem non,quando separata fuerint. etenim inest potentia pedalis bipedali,actu iam diuisa.Separatę autem tantæ exuperantiæ rationabiliter vtiq; resoluetur in continentia, velut minimus

Species qlitatum sensibilium sunt terminatę.

ſapor mari infuſus. Quinnimmo, quoniam ſenſus exuperantia nō D
ſecundum ſeipſam ſenſibils,neč ſeparata(potentia enim ineſt in exquiſitiore,exuperantia)nec tantum ſenſibile ſeparatum erit actu ſentire,ſed tamen erit ſenſibile.nam & potentia iam eſt, & actu erit adueniens. Quòd igitur quædam magnitudines, & paſsiones latent, & propter quam cauſam,& quomodo ſenſibiles & quomodo non,dictum eſt. Cum autem iam inexiſtentes ſit tantę ſunt, vt & actu ſenſibiles ſint,& non ſolum in toto,ſed & ſeorſum,finitos neceſſe eſſe ſecundum numerum & colores,& ſapores,& ſonos.

Caput Septimum. Vtrum ſenſibilia omnia prius medium quam ſenſus afficiant,an aliqua ſimul: & quomodo eadem res a pluribus ſentiri poſsit.

Vbitabit autem vtique aliquis,vtrum perueniāt vel ſenſibilia, vel motus,qui a ſenſibilibus, qualitercunq; fiat ſenſus,cum operantur,in medium primo. quemadmodum odor videtur facere, & ſonus. propinquus enim prius ſentit odorem:& ſonus poſterius ictu peruenit. E B
Empedoclis opinio. Ergo ne ita & viſibile & lumen, quemadmodum & Empedocles dicit peruenire prius quod a Sole lumen ad medium, quam ad viſum, aut ad terram? Videbitur autem vtique hoc rationabiliter acidere. motum enim mouetur alicunde aliquo. quare neceſſe eſt quoddam tempus eſſe,in quo mouetur ab altero in alterum. tempus autem omne diuiſibile. quare erat,quando nondum videbatur, ſed adhuc ferebatur radius in medio. Et, ſi omne ſimul audit & audiuit,& omnino ſentit & ſenſit,& non eſt generatio eorum,ſed ſunt abſque hoc ꝙ fiant: tamen nihilominus,quemadmodum & ſonus,iā facto ictu,non dum apud auditum. Manifeſtat autem hoc & literarum transfiguratio,tanquam facta latione in medio non enim dictum videntur audiuiſſe,quia transfiguratur aer delatus, Ergo ne ſic & color & lumen? F
non enim in eo ꝙ quodam modo ſe habent, hoc quidem videt, hoc vero videtur eoū,quę æqualia ſunt. nihil enim oportet alicubi vtrūque eſſe.ęqualibus enim factis non differt vel prope vel longe abinuicem eſſe. An circa ſonum quidem,& odorem hoc accidere rationabile. quemadmodum enim aer,& aqua,continua quidem,partibiles autem amborum motus. Quapropter & eſt quidem vt idem audiat primus & extremus,& odoretur,eſt autem vt non. Videtur autem quibuſdā eſſe dubitatio & de his. Impoſsibile enim dicunt quidam alium alii idem audire,aut videre,& odorari.non enim poſsibile eſſe multos & ſeorſum exiſtentes audire, & odorari. quod enim vnum ſeorſum ipſum a ſeipſo eſſet. An mouens primum,vt tintinabulum, vel thus, vel ignem, idem & vnum numero ſentiunt omnes id autem, quod iam proprium,alterum numero ſpecie autē idē.

Remotio reſpōſinis Empedoclis.

Solb ꝓpria.

A quare simul multi vident, & odorantur,& audiunt. Sunt autem neq; corpora hæc, sed passiones,& motus quidam(non enim vtiq; hoc accideret)nec sine corpore. De lumine autem alia est ratio. per id enim,quod est esse aliquid,lumen est,sed non motus aliquis. Omnino autem nec similiter in alteratione se habet, & latione. Lationes nanque rationabiliter mediũ prius attingunt. videtur autem sonus cuiuspiam, quod fertur esse motus. Quæcunque vero alterantur nõ amplius similiter.contingit enim simul totum alterari, & non dimidiũ prius velut aquam simul omnem gelari. Attamẽ interdum quod calefit aut gelatur, continguum a contiguo patitur: primum autem ab ipso alterante transmutatur. non necesse est simul alterari,& * subito: Esset autem vtique & ipsum gustare, quemadmodum odor, si in humido essemus, & remotius adhuc, priusquam tangeremus, ipsum sentiremus. Rationabiliter autem quorum est inter medium sensorii, non simul oporteret pati, nisi in lumine, propter id, quod dictum est.
B propter idẽ autem & de ipso videre. lumen enim facit ipsum videre.

De lumine.

* ἀθρόον vniuersaliter simul.

Caput Octauum. Difficultatis examinatio, an contingat duo simul sentire in eodem, & indiuisibili tempore, & quomodo. Et ꝙ omne sensibile magnitudo est, & non indiuisibile.

Est autem & alia quædam dubitatio talis circa sensus, vtrum contingat duo simul sentire in eodem & indiuisibili tempore, an non. Si itaque semper maiori motus minorem depellat (Propter quod delata sub oculos non sentiunt, si fuerint vehementer in aliquid intendẽtes, vel timentes, vel audientes multum sonum. Hoc itaque supponatur,& ꝙ vnumquodque magis est sentire simplex existens quam mistum, velut vinum intemperatum quam temperatum,& mel,& colo
C rem, & neten solam quam in diapason, quia obscurant seinuicem. hoc autem faciunt,ex quibus vnum aliquid fit,)si itaq; maior minorem motum depellit, necesse est si simul sint,& ipsum minus sensibilem esse quam si solus esset. aufert enim aliquid minor, qui miscetur: si quidem omnia simplicia magis sensibilia sunt. Si ergo æquales fuerint, alteri existentes, neutrius erit sensus. obscurat enim alter alterum, simpliciter autem non est sentire. Quare aut nullus erit sensus, aut alius ex vtrisque. quod quidem & fieri videtur ex his, quæ temperantur, in quocunq; misceantur. Quoniam igitur ex quibusdam quidem fit aliquid, ex quibusdam vero non fit, talia autem, quæ sub alio sensu (commiscentur. n. quorum vltima contraria. non est autem ex albo & acuto vnum fieri, nisi secundum accidens, sed nõ sicut ex acuto & graui consonantia) non ergo sentire contingit ipsa simul. Aequales enim existentes ipsorum motus, delebunt seinuicem, quo-

Prima rõ, ꝙ nõ cõtingat duo simul sẽtire.

Secũda rõ. niam vnus non fit ex illis. si vero inæquales, fortior faciet sensum. D
Præterea magis simul duo sentiret vtiq; anima vno sensu, quorum vnus sensus, velut acutum & graue. magis enim simul motus vnius, ipse ipsius, quam duorum, puta visus & auditus. Vno autem sensu simul duo non est sentire, nisi mista fuerint. mistura .n. vnum vult

*sibi ipsi. esse. vnius autem vnus sensus est. vnus autem simul * ipse. Quare necessario mista simul sentit, quia vno sensu secundum actum sentit. vnius enim numero, qui secundum actum vnus, specie autem, qui secundum potentiā vnus. Et si vnus ergo sensus, qui secundum actū, vnum illa dicet, mista ergo necesse ipsa esse. Quando ergo non fuerint mista, duo erunt sensus, qui secuudum actū. Sed secundū vnam potentiam, & indiuisibile tempus vnā necesse esse operationem. vnius enim, qui semel, vnus vsus, & motus. vna autem potentia. non ergo contingit duo simul sentire vno sensu. At uero, si ea, quæ sub eodem sensu, simul impossibile, si sunt duo, palam quòd adhuc minus quæ secundum duos sensus contingit simul sentire, velut album, & B dulce. Videtur .n. quod quidem vnum numero anima in nullo alio dicere, nisi ipso simul. quod autem specie vnum, iudicante sensu, & modo. Dico autem hoc, ꝙ forte album & nigrum aliud specie existens idem iudicat, & dulce & amarum idem quidem ipse, ab illo autem alius, sed aliter vtrunq; contrariorum: Eodem autem modo sibiip-

* συστοιχα sis *cognata. vt sicut gustus dulce, ita visus album, & sicut iste ni-

Tertia rõ. grum, ita ille amarum. Amplius, si contrariorum motus contrarii, simul autem contraria in eodem et indiuisibili non contingit esse sub

Cõtraria nõ sentiri simul sensu autem vno contraria sunt, velut dulce et amarum, non vtique contingit sentire ea simul. Similiter autem palam est, quod neque quæ non contraria. hæc enim albi sunt, illa vero nigri. et in aliis similiter, velut saporum, hi quidem dulces, illi vero amari. Nec quę mista

* a.l. in rõnibus. sunt simul (*rationes enim sunt oppositorum, velut diapason & diapente) nisi vt vnum sentiãtur. sic autem vna proportio extremorum fit, aliter autem non. erit enim simul hæc quidem multi ad paucum, F vel imparis ad partem, illa autem pauci ad multum, vel paris ad imparem. Si ergo plus adhuc distant abinuicem, & differunt cognate quidem dictę, in alio autem genere, quam quæ in eodem genere: dico autem vt dulce & album voco cognata, genere autē alia, dulce vero a nigro multo amplius specie differt quam ab albo: adhuc vtique minus continget ipsa simul sentire, qnam quæ genere eadem. quare,

Antiquorũ responsio. si non hæc, nec illa. Quod autem dicunt quidam eorum, qui circa consonantias, quòd non simul quidem pertingunt soni, videntur

Reprobatio autem, & latent, cum tempus insensibile fuerit, vtrum recte dicitur, an non? Forte enim vtique dicet aliquis & nunc ex hoc, putare si-

Nullum tẽpus ẽ insensibile. mul videre et audire, quia intermedia tempora latent. An hoc non verum, neque contingit tempus esse insensibile vllum, neq; latere, sed omne contingit sentire. Si enim quando ipse seipsum quis sentit,

A vel alium in continuo tempore, non contingit tunc latere ꝙ eſt: eſt autem aliquod in continuo, & tantum, quantum omnino inſenſibile eſt: manifeſtum eſt ꝙ tunc latebit vtique, ſi eſt, ipſe ſeipſum, et ſi videt, & non ſi ſentit, etſi ſentit. Amplius nec vtique erit nec tẽpus, nec res vlla, quam ſentit, vel in quo nõ ſic, quia in huius aliquo, vel quia iſtius aliquid videt, ſi quidem eſt aliqua magnitudo & tẽporis, & rei, inſenſibilis omnino propter paruitatẽ. Si enim totam videt, et ſentit toto eodem continuo tempore, non eo ꝙ in huius aliquo, auferatur quæ C B, in qua non ſantiebat. ergo in huius aliquo, vel huius aliquid. velut terram videt totam, ꝙ hoc ipſius, & in anno ambulat, ꝙ in hac parte ipſius, At vero in C B nihil ſentit. Eo ergo, ꝙ ĩ huius aliquo ipſius A B, ſentit, dicitur totũ ſentire, & totam. Eadem aũt ratio & ĩ A C. ſemper.n. in aliquo & aliquid, totum aũt nõ eſt ſentire.

A C B

B Omnia igitur ſenſibilia ſunt, ſed non videntur quanta ſunt. Solis.n. magnitudo videtur, et quod quatuor cubitorum a longinquo, ſed non videtur quantaque, ſed aliquando indiuiſibilis. videtur autem non indiuiſibile. Dicta autem eſt cauſa in anterioribus de hoc. Quòd igitur nullum eſt tempus inſenſibile, manifeſtum ex his. De prius autem dicta dubitatione conſyderandum, vtrum contingat ſimul plura ſentire, an non contingat. ſimul autem dico, in vno & indiuiſibili tempore ad inuicem. Primum igitur vtrum ſic contingat, ſimul quidem, altero autem animæ ſentire et ſic indiuiſibili vt omni exiſtente continuo. An ꝙ primum quidem ea, quæ ſecundum vnum ſenſum, vt dico viſum, ſi erit alio ſentiens alium colorem, pluresq; partes habebit ſpecie eaſdẽ. etenim quæ ſentit, in eodem genere ſunt. Si autem, et ꝙ vt oculi duo, dicat quis nihil prohibere ſic & in anima, ꝙ forte ex his quidem vnum quid ſit, & vna operatio ipſorum, ibi

Solutio propria.

C autem ſiquidem vnum, quod ex ambobus, illud ſentiens erit. ſi aũt ſeparatim, non ſimiliter ſe habebit. Amplius ſenſus ipſi plures erunt, ſicut ſi quis ſcientias differentes dicat. neque enim operatio erit ſine virtute, quæ ſcđm ſeipſam, nec abſque hac erit ſenſus. Si autẽ hæc in vno, & indiuiſibili ſentit, manifeſtum eſt ꝙ & alia. magis enim cõtingebat hæc ſimul plura, quam genere altera. Si itaque alia quidẽ dulce, alia vero album ſentit anima parte, aut quod ex iſtis vnum aliquid eſt, aut non vnum. Sed neceſſe. vnum enim aliquid ſenſitiua eſt pars. Cuius ergo illud vnius? nullum nãque ex iſtis vnum. Neceſſe ergo vnũ aliquid eſſe animæ, quo omnia ſentit, ſicut dictum eſt prius, aliud autem genus per aliud. Ergo ne, ſecundum quòd indiuiſibile eſt ſecundum actum, vnum eſt ſenſitiuum dulcis & albi, quando vero diuiſibile factum fuerit ſecundum actum, alterum? An quemadmodum in rebus ipſis contingit, ita et in anima: idem enim et vnũ numero album & dulce eſt, & alia multa. Si enim non ſeparabiles

paſsiones abinuicem,ſed eſſe alterum vnicuiq; . Similiter ergo ponendum & in anima idem & vnum eſſe numero ſenſitiuum omnium,ipſum eſſe tamen alterum & alterum , horum quidem genere, illorum vero ſpecie. Quare & ſentiet vtiq; ſimul eodem & vno , ratione autem non eodem. Quòd autem ſenſibile omne magnitudo eſt & non eſt indiuiſibile ſentire , manifeſtum. Eſt enim , vnde quidem non videatur,infinita diſtantia:vnde autem videtur , finita ſimiliter autem & audibile,& odorabile, & quæcunque non tangentes homines ſentiunt. Eſt itaq; aliquid vltimum diſtantiæ,vnde non videtur & primum,vnde videtur.hoc itaq; neceſſe indiuiſibile eſſe,vltra quidem non contingit ſentire exiſtens,citra autem neceſſe ſentire. Si itaque aliquod erit indiuiſibile ſenſibile, cum ponetur in vltimo , vnde eſt vltimum quidem non ſenſibile,primum autem ſenſibile,ſimul accidet viſibile eſſe & inuiſibile . hoc autem impoſsibile . De ſenſoriis igitur,& ſenſibilibus quomodo habent,& communiter, & ſecũdum vnumquodque ſenſorium, dictum eſt. Reliquorum autem primo conſyderandum de memoria &*reminſcentia .

D · B

Indiuiſibile non poteſt ſentiri.

* a.l.ſomno

Auerrois Paraphraſis.

Irtutes quidem ſenſibiles , quędam ſunt neceſſarię in eſſe animalis, & quędam ſunt propter melius: & omnes iſtę diuerſantur ſecundum fortitudinem,& remiſsionem. Tactus autem , & guſtus ſunt neceſſarij : auditus vero , & viſus , & olfactus ſunt propter melius.per guſtum diſtinguitur cibus conueniens a non conuenienti: & per tactum diſtinguuntur ea,que corrumpunt totum corpus ex extrinſeco,et ea,quę conſeruant corpus. Alii vero ſenſus non ſunt innati diſtinguere talia: & ideo non ſunt neceſſarii. Et omnes iſtę virtutes conueniunt in hoc , ꝙ actio earum non completur niſi per inſtrumentum , * & appropriatur tactui,& guſtui hoc,ꝙ non indigent medio:alii autem indigent medio .

INſtrumentum † autẽ virtutis viſibilis eſt oculus. & in iſto inſtrumento dominatur aqua,quę eſt terſa diaphana. & fuit tale vt in eo deſcribantur formę ſenſibilium,ſicut in ſpeculo. & ideo pars glacialis eſt valde clara & alba. & manifeſtum eſt ꝙ iſtud inſtrumentum valde neceſſarium eſt in comprehenſione iſtarum virtutum. Iſtud autem inſtrumentum non agit , niſi quando fuerit in ſua cõplexione naturali, nullo adueniente turbante ipſum. Et ideo iracundus in hora irę habens calorem aſcendentem, recipiet inde corruptionem ſui viſus: & forte videbit vnum duo propter motum contingentem ſpiritui apud iram. quoniam,quando pars recipiens formam mouetur , & venerit ad ſuum locum, ex alia parte deſcribetur forma in ſecunda parte: & adhuc non abſciſa eſt a prima parte: & ſic vna forma apparebit duę: ſicut forma Solis cadens ſuper aquã currentem apparebit duæ. Et, quia iſtud inſtrumentum, ſ. oculus non agit , niſi quando fuerit in temperamento ſuę complexionis,ideo accidit ꝙ , quãdo fuerit infrigidatum a rebus extrinſecis infrigidatione intenſa, vt viſus debilitetur. & ideo obſcuratur oculus in locis,in quibus eſt multa nix,aut multa aqua. et ideo apparent ripę maris turbidę pauce lucis. & ſimiliter loca niuis. Quando igitur calor oculi aut frigus fuerint intenſa plus quam ſcd͂m naturam, ſtatim viſus debilitabitur. & iſta actio actionum oculi eſt partis grandinoſę aquoſæ: & complexio iſtius partis eſt cauſa perfectę viſionis. Et propter hanc cauſam fuerunt palpebrę poſitę in bonis oculis, ſcilicet ad conſeruandam complexionem eorũ a rebus extrinſecis, ſicut vagina gladij. ideo qui maiorem & groſsiorem habet palpebram, magis inſpiciet in remoto : quia conſeruant illam partem a calore

F

De virtutibus ſenſibilibus, de qbus in cap. 1. Virtutes in aĩalibus exiſtẽtes diuerſificantur ſecũdum fortitudinem, et remiſsionẽ. vide oppoſitũ. 7. ph. 20. com. Vide contr. Zim.

* Appropriatur guſtui, et tactui ꝙ nõ indigent medio. oppoſitum vide. 2. de Aĩa. 115. Vide cõtra. Zim.

† De inſtrumentis ſenſuum, de quibus in ca. 2. Propter qd irato vnum appet duo.

* Qui groſ-

A extrinseco & a frigore. Et ideo multa animalia inspiciunt a remoto, plus quam homo, propter grossitiem palpebrarum. Instrumentum autem auditus est aer im positus auri: & quanto magis aer iste fuerit subtilior, & perfectioris quietis, tanto magis actio eius erit perfectior. & similiter instrumentum olfactus est aer impositus naso. instrumentum gustus est lingua. tactus autem caro. Et est proprium omnibus instrumentis sensuum hoc, quod nihil habent in actu ex eis, quę cõprehendunt, nisi instrumentum tactus, qui componitur ex qualitatibus, quas cõprehendit. & ideo non comprehendit, * nisi res intensas, propter suum temperamentum. & propter hoc quanto magis caro fuerit temperata, tanto magis cõprehendit qualitates simplices, scilicet calidum, frigidum, siccum, & humidum. & ideo homo est inter omnia animalia melioris tactus, & maxime manus, scilicet caro palmę, et maxime caro indicis. Lingua vero nullum habet saporem in actu. & ideo quando imbibitur a quibusdam humoribus, corrumpitur gustus. & similiter est de instrumentis aliorum sensuum. & causa in hoc datur in libro de Anima. Et est proprium instrumentis trium virtutum, scilicet auditus, et visus, & olfactus, quod attribuuntur simplicibus: oculus autem aquę, & auditus aeri, & olfactus parti igneę fumosę. & ideo olfactibilia sonant cerebrum frigidum propter calorem fumi. Dictum est igitur de proprijs instrumentis istorũ sensuum.

siorem hñt palpebram, magis a remotis inspiciunt.

Est propriũ instrumẽtis sensuum, quod nihil habẽt actu ex his, quę comprehendunt prę ter instrumẽtum tactus. vide .3. de Aia co. 66.

* Vide.2.de Anima 118.

De mediis qbus tres indigent sensus.

Idem.2.de Anima.114

Dicamus igitur de medijs, quibus indigent isti tres sensus, & de consequentibus eorum. Et medium, quo utũtur isti sensus, est aut aer in animalibus

B agrestibus, aut aqua in animalibus aquosis. Et manifestum est quod isti tres sensus indigent medio. quoniam, quando sensibile positum fuerit super sensum, non comprehendetur ab eo: & similiter, quando inter eos & sensibilia interiacent corpora grossa, non apta vt sint media. & vniuersaliter apparet quod medium necessarium est istis sensibus ex hoc, quod, cum medium corrumpetur, corrumpetur & actio eorum. & ideo proprium est medio vt sit de genere instrumentorum propriorum, s. vt sit recipiens sensibilia aliquo modorum receptionis instrumentorum. & causa in hoc apparebit, quando declarata fuerit natura sensuum, quibus appropriantur media. Et proprium visui inter istos tres est hoc, quod cum medio indiget luce. non enim videt in obscuro. & cum in aere acciderit fumus aut vapor, qui prohibeant transitum lucis, debilitatur visio. Et ideo, cum homo irascitur, & excitatur calor in oculo, obscuratur visus propter vaporem. Et lux non est in oculo per naturam oculi, sed intrat ipsum ab extrinseco. &, si esset de eius natura, tunc videret in obscuro, & ideo accidit ei, qui claudit oculos, et post aperit, vt non vere videat, nisi postquam visus eius fuerit illuminatus. & accidit visus vt videat rem visione spirituali intrinsecus: antequam videat ipsam ab extrinseco: & post declarabimus causam in hoc. & ista visio non accidit in maiori parte nisi in obscuro, & apud quietem. & est proprium huic comprehen-

C sioni quod non sit bona nisi in temperata luce, non in intensa luce, neque in pauca. Declaratum est igitur quod proprium est tribus sensibus comprehendere per medium, & quod proprium est visui habere pręsentiam corporis lucidi, vt dictum est de lucido, & diaphaneitate in libro de Anima. & necessarium est vt rete intrinsecus retium oculi illuminetur ab aqua, quę est intra oculum, sicut aqua illuminetur ab aere. Virtus enim sensibilis est in orizonte istius retis in parte cranei, non in parte aeris. & ideo ista retia, scilicet tunicę oculi conseruant virtutem animę, quę sunt media inter illam & aerem. Et signum eius, quod necesse est visui lucem peruenire ad ista retia, est quia, quãdo contingit homini percussio super palpebram, statim obscurabitur oculus, & extinguetur lux, quę est in oculo, sicut extinguitur candela, & nihil videbit. &, quando declarabimus quo modo fit comprehensio ab istis sensibus, tunc declarabuntur istę res.

Et, cum declarata sunt propria istarum virtutum in instrumentis, & medijs. dicendum est de sensibilibus particulariter. in libro enim de Anima dictum est de eis vniuersaliter. illic enim dictum fuit quod sensibilia propria visui sunt colores, & auditui soni, & olfactui odores, et gustui sapores, et tactui tangibilia. Remanet ergo notificare naturas eorum. Dicamus ergo quod elementa diuersantur secundum multitudinem, et paruitatem diaphaneitatis, v.g. aer, et

De sensibili b', et primũ de coloribus de quibus in capite. 3.

aquæ. diaphanum autem est innatum recipere lucẽ, & perfici ab illa. &, cum dia phanum receperit lucem, fiunt ex hoc colores diuersi secundum fortitudinem & debilitatem lucis, & paucitatem & multitudinem diaphaneitatis. Et hoc ma nifestum est ex coloribus diuersis factis, quando lux Solis adunatur cum nubibus. illi enim colores fiunt ab albedine lucis propter debilitatẽ lucis ex nigredine nubium. Verbi gratia colores, qui sunt in iride. Necesse est igitur vt color fiat ex admixtione corporis lucidi cum diaphano. & quia omnia composita fiunt ex quatuor elementis: & diaphanum ex elementis est aqua & aer, & lucidum est solus ignis, & hoc est, quando fuerit mixtus: & ideo necesse est vt colores sint compositi ex istis duabus naturis, scilicet natura diaphani, & natura illuminosi: & ꝙ diuersitas istarum duarum naturarum in quantitate, & qualitate faciat diuersitatem eorum. Color igitur albus fit ex admixtione ignis clari cum elemento, quod est valde diaphanum, scilicet aere. et color niger fit ex igne turbido, qui admiscetur cum elemento minime diaphaneitatis, scilicet terra. & colores medii inter album & nigrum diuersantur propter diuersitatẽ istorum duorum secundum magis & minus, scilicet corporis lucidi & corporis diaphani. & ideo color albus, & niger sunt elementa colorum scilicet mediorum. D

Et, quia hoc manifestũ est de colore: & color in superficie corporis terminati: necesse est vt color sit finis diaphani terminati, secundum ꝙ est diaphanum terminatum. Et per hoc distinguitur color a luce. Lux enim est perfectio diaphani non terminati: & color non fit in composito ex vicinitate partium minimarum diaphanarum, quę sunt in elementis, sicut quidam dicebant. Nihil enim fit ex elementis secundum vicinitatem, sed secundum complexionem, vt dictum est in libro de Generatione. Et, quia lux non apparet nisi in corpore diaphano, opinati sunt Pythagorici ꝙ generatio lucis nõ est corporum luminosorũ p se, nisi apud adunationẽ lucis cũ alio corpore, sicut est dispositio de igne. ignis. n. nõ lucet, nisi quando adunatur cum alio corpore. Et differentia inter ignem & corpora cœlestia in hoc est manifesta. Et ex hoc, qđ dictum est de essentia coloris, apparet ꝙ aer primo recipit colorem, deinde conducit eum ad visum, secundum ꝙ est diaphanum lucidum. Et signum, ꝙ aer patitur a colore, & recipit eum, est hoc, ꝙ apparet de coloratione eiusdem rei secundum illud, per quod transeunt nubes lucidę. v. g. ꝙ quando nubes per transeunt per plantas virides multotiens, colorantur parietes per colorem illarum plantarum. Quod autem colores fiunt ex admixtione ignis cũ corporibus diaphanis, & ꝙ lux non est causa tm̃ in inductione colorum ad visum, sed in esse eorum manifestum est. & dico etiã, quoniam quemadmodum color albus est vilior luce, cum sit ex ea, ita etiam alii colores albo sunt viliores & nigro, cum fiant ex eis. Et, quia colores fiunt ex albo & nigro secundum magis et minus, & diuersantur in hoc diuersitate infinita secundum materiam, ideo fuit necesse vt colores sint infiniti in natura. quoniam quantumcunque fuerit imaginata ratio intrinseca in eis aliquem modum mixtionis, extrahet natura: licet ratio extrinseca non poterit pronunciare hũc modum. Et ideo ars in hac intentione sicut d. Aristo. est minor natura, Artifex enim, qui potest assimilare se naturę secundum suum posse, est melior. Et ideo ratio spiritualis, per quam, & ex qua natura agit quod agit, & extrahit quod extrahit, nihil habet, quod prohibeat naturam a comprehensione eius, quod dat ei: sicut est dispositio in ratione spirituali intrinseca, per quam agit artifex. Anima enim bestialis existens in animalibus non impedit actiones naturę: sed gaudet, & delectatur per illud, quod natura extrahit de coloribus & sonis; quia sunt existentes in anima bestiali in potentia. quia, cum natura extrahit eos & ducit in actum, tunc anima bestialis gaudet per comprehensionẽ eorum. Ratio autem spiritualis extrinseca, per quam agit ars, prohibetur ab anima bestiali. & ideo non comprehendit artifex ex eis, quę dat ei ratio spiritualis, nisi passiones, & accidentia, quę acquirunt ex rebus, quas dat natura. & ideo res priores in cognitione apud artificẽ sunt posteriores in esse: econuerso dispositioni apud naturã. Et etiã artifex est extra rem: natura aũt est intra. per hoc igitur differt ars a natura. Et ideo colores tincturę, quos ratio extrinseca potest dicere, sunt B

Ignis nõ lucet, nisi cum adunatur cũ alio corpe.

Idem. 4. Cęli cõ. 32.

Quo pacto eẽ colorũ in natura ẽ aliđ ab eẽ eorum in arte.

A finiti: colores aũt, qui sunt ĩ ratione intrinseca, fere sunt infiniti Et ideo colores & tincturę multi sunt a natura, quos tinctores non possunt inuenire. Ars enim, quia consequitur naturam, & procedit a priori secundum nos, a pud naturam au tem posteriori, ideo, non comprehendit ex illis ordinibus, qui sunt apud naturã, nisi ordines, qui sunt multũ remoti adinuicẽ, inter quos sunt multi ordines apud naturã. Declaratũ est igitur quare esse colorũ in natura ẽ aliud ab eorũ in arte.

De saporib', de quib' in capite. 4. Nullum elemẽtorũ hẽt odorem, aut saporẽ. Idẽ. 2. de Aĩa. c. 97

De sonis autem dictum est in libro de Anima. De odoribus autem, & saporibus determinandum est hic. Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ nullum elementorũ habet saporẽ et odorẽ: & ꝙ sapor et odor sunt admixti, scdm ꝙ est admixtũ. &, quia forma cuiuslibet admixti attribuitur dominio alicuius qualitatis quatuor, consyderandũ est cui qualitati attribuitur sapor in corpore sa poroso. Dicamus igitur, quia gustabile est nutrimentũ aĩaliũ: & nutrimentũ est simile animali: & corpus animalis attribuitur dominio calidi & humidi; ideo sapor attribuitur caliditati & humiditati. natura. n. humidi magis conuenit naturę aĩalis, ꝙ̃ naturę terrę. Et signum, ꝙ natura humidi est causa saporis in mix to, est ꝙ gustabilium quędã sunt saporosa in potentia, & quędã in actu. Saporo sa aũt in actu sunt humida in actu: sicca vero in actu sunt saporosa in potentia, et non fiunt saporosa in actu, donec fiant humida in actu, v. g. sal. sal. n. non est sapo

B rosum, donec humefiat, & dissoluatur. Et, cũ ita sit sapor necessario fuit ex mix tione partis sicce cum parte humida, qñ fiunt digesta ex calore aliqua digestione: & modi saporum diuersantur secundum diuersitatem horum duorum in pau citate & multitudine. Dulcedo ergo attribuitur caliditati & hmiditati. Amaritu do autem caliditati & siccitati, aut frigiditati & siccitati in respectu humiditatis dulcedinis. & sapores, qui sunt inter istos fiunt ex his duabus naturis; sicut colo res fiunt ex albo & nigro.

De odorib' de quibus, in cap. 5.

De odoribus autem apparet ꝙ materia eorum sit sapor, qui fit ex admixtio ne siccitatis cum humiditate. Apparet. n. per inductionem ꝙ omne habẽs odorem habet saporem. Et quia odores sunt de genere vaporũ fumosorum & per hunc modum defert eos aer, ideo attribuuntur siccitati & caliditati, qui siccitate mixta cum humiditate habente saporem, secundum ꝙ habet saporẽ. Et testatur, ꝙ natura odorabilium est fumosa, hoc ꝙ multa non habent odorẽ, & cum appropinquauerint igni, habebunt odorem. per hunc modum habet homo proprium in comprehendendo odores per malaxationes. Istud enim instru mentum per suam caliditatem, & siccitatem innatum est mouere hanc substantiam a re gustabili. & ideo apparet ꝙ homo melius distinguit differentias sensi bilium olfactus quam cętera animalia; & tamen multa animalia fortius compre hendunt odores ex remoto. Dictum est igitur de proprietatibus instrumentorũ

C istorum sensuum. Perficiendus est igitur sermo in qualitate comprehensionis. de hoc enim vniuersaliter dictum fuit in lib. de Anima.

De sensuum cõprehensio ne, de qua ĩ capi. 7.

Dicamus igitur que opiniones Antiquorum in comprehensione sensibilium sunt quatuor. Quarum vna est opinio dicentium ꝙ formæ sensibilium sunt in anima, & in actu, et ꝙ non acquirunt eas ab extrinseco: et ꝙ formę extrinsecæ solummodo exciant, & faciunt rememorari illud, quod tenet ex eis. et ista est opinio Platonis, aut fere. Secunda autem est opinio dicentium ꝙ non est in anima aliquid sensibilium in actu, sed acquirit ea ab extrinseco. et isti diuiduntur in duo. Quidam enim dicunt ꝙ acquisitio formarum extrinsecarum est acquisitio corporalis non spiritualis, s. ꝙ esse earum in anima erit secundum dispositionem, secundum quam extra animam sunt. Illi autem, qui dicunt ꝙ comprehensio rerum extrinsecarum, et acquisitio earum est acquisitio spiritualis, sunt bipartiti. Quidam enim dicunt ꝙ incomprehensione earum non indigent medio. dicunt enim ꝙ anima comprehendit suum sensibile extrinsecum, et mouendo se ad ipsum, & supponendo se illi. et isti sunt opinantes visionem esse per radios exeuntes ex oculo ad rem visam. Quidam autem dicunt ꝙ anima recipit suum sensibile mediantibus medijs. primo enim recipiuntur ea me dia, et postea reddunt illud ad sensum cõem: et indifferenter siue medium fuerit instrumentum, aut corpus extrinsecum. Dicentes autem ꝙ anima nõ indiget me

Prima opĩo Platonis. Secunda. Tertia. Quarta. Examinatio harum opĩonum.

dio, habent duas ratiocinationes, vt narrauit Ari. quarum vna est ꝙ hæc, si non recipere̅t medium & non mouerentur ad sensibilia, non indigerent motu forti apud sentire, Et secunda est ꝙ, si formæ sensibiles venirent ad animam per medium, tunc anima non posset recipere ex formis, nisi quantum additur illi. Dicentes vero radios exeuntes ab oculo habent rationes sufficientes. & fortior earum est hęc, ꝙ ponunt in aspectu, s. ꝙ causę visionis, & eius, quod accidit in visione, sunt lineę radiales rectę aut reflexę, aut conuersę. & hi quidem ponunt ꝙ visio fit per figuram pyramidalem exeuntem ab oculo, & peruenientem ad rẽ visam. Isti igitur existimauerunt ꝙ istę lineę & figurę non possunt describi, nisi in corpore exeunte ab oculo, & est radius. Nos autem dicimus ꝙ visus, et quod accidit ei non fit complete nisi per huiusmodi lineas & pyramidem. & istud quidem est verum. sed dicimus ꝙ istę mensurę nullum habent subiectum, nisi medium diaphanum. hoc enim corpus innatum est recipere formam, & colorẽ hoc modo receptionis. Modo autem dicendum est ꝙ de imposibilibus contingentibus huic opinioni, & quod dicit Aristo. faciendum est post. Modo autem dicamus ꝙ, qui dicit ꝙ formę sensibilium sunt existentes in anima in actu, & ꝙ non indigent extrinsecis sensibilibus nisi ad rememorationẽ, falsum est. quoniam, si istę formę essent in ea actu, tunc non indigerent formis extrinsecis in sentiendo eas: & tunc non necesse esset, vt sentiret sensibilia, antequam sentiret ea extrinsecus. & etiam, si ita esset, tunc instrumenta essent ociosa, & superflua, E natura autem nihil facit ociose, Sermo autem dicentium ꝙ formę sensibilium imprimuntur in anima impressione corporali destruitur per hoc, ꝙ anima recipit formas contrariorum simul. & hoc non tantum inuenitur in anima, sed in medijs. apparet enim ꝙ per eandem partem aeris recipit videns contraria, scilicet album & nigrum. & hoc etiam, quod uidetur, ꝙ maxima corpora comprehenduntur a visu per pupillam, licet sit ita parua, adeo ꝙ comprehendit medietatem sphęrę mundi, est signum, ꝙ non existunt colores in ea secundnm extensionem corporalem, sed spiritualẽ. Et ideo dicitur ꝙ isti sensus non comprehendunt intentiones sensibilium, nisi abstractas a materia. non enim apprehendunt intentionem coloris, nisi abstractam a materia. & similiter olfactus, & saporis, & aliorum. Et, cum declaratum est hanc comprehensionem esse spiritualem, dicemus sensus negantibus comprehendere per medium ꝙ intentiones, quas anima comprehendit spiritualiter, quędam sunt vniuersales, s. intelligibilia, & quędam particulares, scilicet sensibilia. & isti duo modi intentionum aut comprehenduntur ab anima vno modo modorum spiritualium, aut ambobus. sed, si essent vno modo, tunc intentiones vniuersales, & particulares essent eędem, quod est imposibile. comprehendit igitur intentiones vniuersales vno modo, & particulares alio modo. vniuersales autem comprehendit comprhensione non communicante cum materia omnino, & ideo non indigent medio. particulares vero comprehendit per res conuenientes rebus particularibus, scilicet per media. F & si hoc non esset, tunc intentiones comprehensæ essent vniuerrsales non particulares. & esse formarum in medijs est medio modo inter spirituale & corporale. formę enim extra animam habent esse corporale purum, et in anima spiritua le purum, & in medio medium inter spirituale & corporale, Et dico media in hoc loco instrumenta sensuum, & ea, quæ sunt extra sensuum. instumenta igitur non indigent sensibus, nisi quia comprehensio eorum est indiuidualis: vniuersales autem uon indigent istis instrumentis. Manifestum est igitur ex hoc sermone ꝙ propter hoc, ꝙ ista sunt in anima spiritualia particularia, ideo comprehensio est per medium. et recte fit hoc. natura enim non vadit de opposito ad oppositum nisi per medium, & imposibile est vt spirituale acquiratur a corporali nisi per medium. & ideo quanto magis ista media fuerint subtiliora, tanto magis comprehensio erit melior, Sermo autem dicentis ꝙ, si anima comprehenderit per medium, non reciperet nisi secundum quantitatem corporis medij, scilicet ꝙ, si esset paruum, reciperet ipsum paruum, &, si magnum, magnum, verum est in comprehensione corporali, non spirituali. Et Aristo. destruit sermonem dicentium ꝙ virtus visibilis extenditur ab oculo, donec perueniat ad rem visam

Aĩa recipit foras cõtra riorum insimul. Idẽ. 6. Met. co. 8.

Nota dr̃iam inter intẽtiones vl̃es & pticulares.

Formæ extra animam hñt esse corporale purũ & in anima spũale purũ & in medio medium inter spũale, et corporale.

Quod visio non fiat ex-

A visam ab oculo per rationes, quarū Vna est, ꝙ secundum hoc possibile esset videre in obscuro, sicut est luce. dicentes autem radios extendi nō indiget medio neque luce. Et ēt, si virtus animę, s. sensus communis extenderetur ad res visas, tunc non indigeret retibus oculi, neq; esset ꝙ quando destrueretur aliquod rete, ꝙ ista virtus corrūperetur. Et etiā, si anima extenderetur, donec ocurreret sensibili, tunc eodem modo comprehendet omnia visa propinqua, & remota. Et vniuersaliter dicentes radios exire ab oculo non possunt fugere a duobus: aut ponere istos radios esse corporales, aut non. Sed, si corporales, continget vt visio sit in tempore: & maxime quando res visa fuerit remota. declaratum est enim ꝙ omne corpus motū mouetur in tempore. & ēt intelligunt corpus exire a pupilla, d. dilatari quousq; superponatur medietati cęli. quod est impossibile, & etiā anima visibilis debet esse ordinata in hoc corpore: & nullum corpus in aīali est subiectum aīæ nisi calor naturalis. &, si calor naturalis separetur ab oculo, statim infrigidaretur, & anihilaretur. Et, si illud, quod exit ab oculo, sit lux nō corpus, tunc nō possemus dicere ꝙ anima est posita in illa luce. subiectum .n. animę est substantia, non accidens. &, cum aīa non fuerit posita in illa luce sed; intra oculum, quomodo igitur comprehendit sensibilia, cum non tangit ea? omnis .n. actio, & passio fit per contactum. & hic aut per medium aut sine medio, si per medium, necesse est primo moueri medium per contactum: & sic necesse est, si

B posuerimus ꝙ illud, quo exit ab oculo, est lux, dicere medium esse. &, si non, nō perueniret motus sensibilis ad sensum. Et nulla differentia esset inter hunc sermonem, & sermonem dicentem ꝙ visio completur per medium & lucem. lux enim apud nos non est ipso oculo, sed ex extrinseco. sed hoc non dicūt. &, si dicerent hoc, contigeret eis videre in obscuro. Et fecit eos errare hoc, ꝙ non viderunt istum spiritum, per quem fit visio, conuenientem luci: quapropter opinati sunt ipsum esse lucem, credendo ꝙ lux est corpus. Galenus autem intantum applicabatur errori, ꝙ existimauit aerem esse sentientem.

tramittēdo, de quo in capite, 2.

Nullum corpus in aīali ē subiectum aię, nisi calor naturalis.

ET, cum declaratum est quomodo comprehendit anima sermone vniuersali, consyderemus quomodo ordinatur ista comprehensio per medium in tribus sensibus. Dicamus igitur ꝙ aer mediante luce recipit prius formas rerum, d. reddit eas reti extrinseco, & rete extrinsecum reddit eas alijs motibus, quousq; motus perueniat ad vltimum rete, post quod est sensus communis. & in medio istorū retiū comprehendit rete grādinosum formam rei: & est quasi speculum mediū inter naturam aeris, & naturā aquę. & ideo recipit formas ex aere, quia est quasi speculum; reddit eas aquę, quia natura eius est communis inter has duas naturas. & aqua, de qua d. Ari. ꝙ est post humorē grādinosū, est illa, quam vocat Gal. vitreū. & ista pars est postrema partiū oculi: & p illā aspicit sensus communis formā. & cum sensus communis recipiet formam, reddit eā

C informanti; & est virtus imaginabilis; & tunc reciperet eā informās receptione magis spirirituali: & tunc illa forma erit in rertio ordine. Formę igitur habent tres ordines: quorum vnus est corporalis: et secundus est in sensu cōmuni, & est spiritualis: tertius autem est in virtute imaginatiua, et est magis spiritualis. Et, quia est magis spiritualis quam in sensu communi, non indiget virtus imaginatiua in faciendo eam presentem presentia sensibilis rei extra econuerso dispositioni in virtute sensus. informans autem non aspicit illam formam, et abstrahit intētionem eius, nisi post maximam quietem, et intuitionem magnam. Et ordines istius formę in istis virtutibus sunt, sicut dicit Arist. quasi homo acciperet speculum habēs duas facies, et aspiceret in alteram illarum duarū facierū, et posuerit scdam faciem in directo aquę. contingit enim tunc vt forma aspicientis signetur in speculo, d. de speculo signabitur in aqua. si igitur aliquis inspexerit faciē speculi, scilicet faciem, quę est in directo aquę videbit illam eandem formā descriptam secundo de aqua in speculo. forma igitur aspicientis est sensata, et speculum est aer medius. et aqua est oculus; et secunda facies speculi est virtus sensibilis, et homo comprehendens eam est virtus imaginatiua. si igitur inspiciens inspexerit in hoc speculo, amittetur forma a speculo et aqua, et remanebit inspiciens in secunda facie speculi imaginando formam. Et ita est de virtute imagi

Q ōo comprehēsio fiat p mediū i tribus sensib', de quo capite, 3. 4. et, 5.

Forme hñt tres ordies.

Quando sen

satū absens fuerit, statim recedit forma eius a sē su cōi, & remanebit virtus imaginatiua imaginādo illam.

natiua cum forma, quę est in sensu cōmuni, quoniam, quando sensatum absentauerit se, statim absentabit se forma eius a sensu communi, & remanebit virtus imaginatiua imaginando illam, declaratum est ex hoc ꝙ sensus communis videt formam mediante oculo, & oculus mediante aere, & videt eam in humore aquoso, qui est in oculo, mediante grandinoso ex aqua, quę est in oculo & aere, qui est extrinsecus, & humor aquosus est ille, quem Gal. vocat vitreum. quomodo autem visus fit per media declaratum est. Quomodo autem olfactus fit mediante aere, & aqua dicendum est. hoc enim fit per pręparationem existētem in aere ad recipiendum olfactile. Ista enim elementa innata sunt reddere sibi ad inuicem fumos factos ex eis propter consimilitudinem, quę est inter ea. Terra autem reddit aer vaporem humidum: & aer recipit ipsum propter cōiunctionē cum humido: & aer reddit ipsum igni propter coniunctionem, quę est inter ea in calore. quomodo autem aer reddit sonum dictum est in lib. de Anima. Proprietas autem comprehensionis istorum sensuum in animalibus non est eadem. homo enim comprehendit differentias rerum, & intentiones earum proprias, quę sunt in re sensata, quasi medullam de fructu: in animali autem bruto comprehendunt ea quæ sunt extra, quę sunt quasi cortices fructuum. Et signum eius est, ꝙ bruta non mouentur a sensibilibus, sicut homo mouetur. homo enim mouetur apud cantum quod non faciunt bruta. & similiter mouetur homo a tincturis, & figuris motu, quo non mouētur bruta. & similiter de modis saporis & odoris: licet bruta communicent in hoc, propter corporeitatem istorum. & similiter est de virtute tactus. manus enim hominis proprium habet in hoc, quod non habet aliquod. Et homo cognoscit per olfactum saporem conuenientem & inconuenientem: & curatur p olfactibilia, sicut per gustabilia. olfactibilia enim curant ab infirmitatibus capitis: quia caput est frigidum & humidum & olfactum est in maiori parte calidum & siccum. Et auditus in homine est via ad disciplinā. Disciplina enim non fit nisi per loquelam: quę non redditur nisi per auditum. sed intelligere quid verba significant non est auditus, sed intellectus. & quilibet sensus istorum in homine est via ad prima intellecta existentia in illo genere, & pręcipue auditus, & visus. Et ideo dicit Aristo. ꝙ illa, quę non carent his duobus sensibus, sunt maioris intellectus, & melioris comprehensionis. Ista igitur est summa eorum, quę dicta sunt in hoc tractatu breuiter. Quod autem dicitur in fine istius tractatus, in dando causam de fortitudine & debilitate rememorationis, loquendum est de eo in secundo tractatu.

Hō cōprehēdit drias rerū quasi medullā de fructu. bruta autē quasi cortices fructuum.

D

E

Libri de Sensu, &

Sensilibus

Finis.

A



ARISTOTELIS STAGIRITAE. PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA.

B

Cum Auerrois Cordubensis Paraphrasi.

Caput Primum. Quarum rerum sit memoria: & cuius animæ partis.

E MEMORIA autem & ipso meminisse dicendum quid est, & propter quã causam fit, et cui animæ partium hæc accidit passio, & ipsum reminisci. Non enim iidem sunt memoratiui & reminiscitiui, sed frequenter magis memoratiui quidẽ, q tardi: magis reminiscitiui autem, qui veloces & dociles. Primum igitur accipiendum est qualia sunt memorabilia. sæpe.n. decipit hoc. Neq;.n. futurũ cõtingit meminisse, sed est opinabile & sperabile. erit aũt vtiq; & sciẽtia quædã speratiua, quemadmodũ quidã Diuinatiuã dicunt. Neq; præsentis est, sed sensus. hoc enim neq; futurum, neq; factũ cognoscimus, sed tantum pręsens. Memoria aũt facti est. Præsens aũt cum adest, vt hoc album cum aliquis videt, nullus vtique dicet meminisse. neque quod cõsyderatur, cum est consyderans & intelligens. sed illud quidem sentire dicit, hoc autem scire solum. Cum vero sine actibus sciẽtiã & sensum habet, sic meminit eos, qui triãguli ꝙ duobus rectis æquales. hoc qdẽ qđ didicit, aut speculatus fuit, illud vero ꝙ audiuit, aut vidit, aut aliqd tale. semper enim, cũ scdm ipsum meminisse agit, sic in anima dicit ꝙ hoc prius audiuit, aut sensit, aut ĩtellexit. Est igitur memoria, neque sensus, neque existimatio, sed horum alicuius aut habitus, aut

C

Quod est obiectum memorię.

Diuinatio.

Quid memoria.

Prçsentis sẽsus, futuri spes, facti vero memoria.

passio, cum factum fuerit tempus. Ipsius autem nunc in ipso nũc nõ est memoria, sicut dictum est. est enim presentis quidem sensus, futuri vero spes, facti aũt memoria. Vnde post ipsus memoria oĩs. Quare quæcunque tempus sentiunt, hæc sola animalia meminerunt;, & isto, quo sentiũt. Quoniam autem de imaginatione prius in iis, quę sunt de Anima, dictum est, & ꝙ intelligere non est sine phantasmate (accidit enim eadem passio in intelligendo, quæ quidẽ & in describendo. ibi enim nulla vtentes quãtitate trianguli determinata. tamẽ finitum secundum quantitatem describimus. & intelligens similiter etsi non intelligit quantum, ponit tamen ante oculos quantum. intelligit autem non secundum ꝙ quantum. si autem natura sit quantorum, infinitorum autem, ponit quidẽ quantum determinatum, intelligit autem secundum ꝙ quantum solum. Propter quam igitur causam non contingit intelligere aliquid sine continuo, neque sine tempore, quæ non in tempore sunt, alia ratio. Magnitudinem autem & motum cognoscere necesse est, quo & tempus. & phantasma communis sensus passio est. Quare manifestum est ꝙ primo sensitiuo horum cognitio est. memoria autem ea, quæ est intelligibilium, non sine phantasmate est) quare intellectiui secundum accidẽs vtiq; erit, per se autem primi sensitiui. Vnde & aliis quibusdam inest animaliũ, & non solum hominibus, & habentibus opinionem, aut prudentiam. Si autem intellectiuarum partium esset, nõ vtiq; inesset multis aliorum animalium, forte autem nullĩ mortalium. Quoniam neque nũc omnibus propterea ꝙ non omnia temporis sensum habent. semper enim, cum agit memoria, sicut & prius diximus, ꝙ vidit hoc, aut audiuit aut, didicit, simul sentit quia prius. prius autem, & posterius in tempore sunt. Cuius igitur eorum, quę animæ, memoria sit, manifestum est, quòd cuius & imaginatio est. Et sunt memorabilia per se quidem, quorum est imaginatio, secundum accidens autem, quæcunque non sine imaginatione.

3. de Anima tex. 30.

Memoria per se est primi sensitiui, per accidẽs vero intellectiui.

Memoria nõ homini solo, sed et quibusdã aliis inest animalium.

D

E

F

Caput Secundum, Dubitationis solutio, quomodo rei absentis fiat memoria. Qui immemores esse dicantur, ac ipsius memoriæ desinitio.

Dubitatio.

Vbitabit autem vtique aliquis, quomodo passione quidem præsente, re vero absente, meminit quod non præsens. Manifestum enim est ꝙ oportet intelligere talem aliquam factam per sensum in anima, & in parte corporis habente ipsam, velut picturam quandam, passionem, cuius dicimus habitum esse memoriam. factus enim motus imprimit velut *figuram quandam sensilis, sicut sigillantes annulis. Vnde & aliis quidem, qui in motu multo, aut propter passionem,

* τυπον effigiem

* sensionis

Qui male memorãtur

A aut propter ætatem ſunt, non fit memoria: tanquam vtique in aquã fluentem incidente motu & ſigillo. aliis autem, propterea quòd frigida ſunt, ſicut antiqua ædificiorum, & propter duritiem accipientis paſsionem, non ingignitur figura. Quapropter & valde iuuenes, & ſenes immemores ſunt. fluunt enim, illi quidem propter augmentum, hi vero propter decrementum. Similiiter autem & multum veloces, & multum tardi, neutri videntur memores. illi enim humidiores ſunt quam opportunum ſit, hi vero * duriores. Illis igitur non manet phantaſma in anima, hos vero non tangit. Sed quidem tale accidens eſt circa memoriam, vtrum hanc meminit paſsionem, an illud, a quo facta eſt? Si enim hanc, abſentium nihil vtique meminerimus. Si vero illud, quomodo ſentiens hanc, meminerimus quod non ſentimus, quod abſens? Et, ſi eſt ſimile ſicut figura aut pictura in nobis huius ipſius ſenſus, propter quid vtique erit memoria alterius, ſed non huius ipſius? agens enim memoria ſpeculatur hanc

Senes et pueri male memorantur.

*ſicciores.

B paſsionem, & ſentit hanc. Quomodo igitur non præſens meminit? erit enim vtique videre non præſens, & audire. An eſt vt contingit, & accidit hoc. Vt enim in tabula pictum animal, & animal eſt & imago, & idem & vnum ipſum eſt ambo, eſſe tamen non idem amborum, & eſt conſyderare & vt animal & vt imaginem, ſic & quod in nobis phantaſma oportet ſuſcipere, & ipſum aliquid ſecundum ſe eſſe, & alterius phantaſma. inquantum quidem ſecundum ſeipſum, ſpeculamentum aut phantaſma eſt, inquantum vero alterius, vt imago & memoriale. Quare & cum agit motus ipſius, ſi quidem inquantum ſecundum ſe eſt, ſic ſentit anima ipſum, vt intellectum aliquod aut phantaſma videtur adeſſe. ſi autem inquantum alterius, & ſicut in pictura, vt imaginem ſpeculatur, & qui non vidit Coriſcum vt Coriſcum, hic alia paſsio huius ſpeculationis, & quando ſicut animal pictum conſyderat in anima: hoc quidem fit ſicut intellectum

Solutio.

C ſolum, hoc autem vt ibi quia imago, memoriale. Et ob hoc aliquando neſcimus, factis nobis in anima huiuſmodi motibus ab eo, qđ prius ſenſimus, ſi ſecundum ſenſationem accidit: & ſi eſt memoria, an non, dubitamus quandoque. Aliquando autem accidit intelligere, & reminiſci quòd aliquid audiuimus prius, aut vidimus. Hoc autem contingit, cum ſpeculans tanquam ipſum, permutatur & conſyderat tanquam alterius. Fit autem aliquando & contrarium, vt accidit Antipheronti Oritæ, & aliis, qui *ecſtaſin patiebantur. phantaſmata enim dicebant, vt facta, & vt qui meminiſſent. Hoc autem fit, cum aliquis non imaginem tanquam imaginem conſyderat. Meditationes autem memoriam conſeruant reminiſcendo. Hoc autem nihil aliud eſt quam ſpeculari ſæpe vt imaginem, & non vt ſecundũ ſe. Quid igitur eſt memoria, & meminiſſe dictum eſt, quòd phantaſmatis vt imaginis, cuius phantaſma eſt habitus. & cuius particulæ earum quæ in nobis, quòd primi ſenſitiui, & quo tempus ſentimus.

* qui extra ſe erant.

Antipheron

De cã conſeruatiua memorię.

Memorię definitio.

Caput Tertium. Quid sit ipsum reminisci, nec esse memorari, aut de nouo addiscere. Quomodoq́; & in quibus fiat rebus.

DE ipso reminisci autem reliquum est dicere. Primum igitur quęcunque in aggressoriis rationibus vera sunt, oportet ponere vt existentia. Non enim est memoriæ resumptio reminiscentia, neq; acceptio. Cum enim primum addiscit, aut patitur, non resumit memoriam vllam (nulla enim ante facta est) neq; a principio accipit. cum enim factus fuerit habitus, aut passio, tunc memoria est. quare vna, cum passione, quæ fit, non ingignitur. Adhuc autem, primum facta est in indiuiduo & vltimo, passio quidem inest iam patienti & scientia, si oportet vocare scientiam habitum aut passionem. Nihil autem prohibet scdm accidens meminisse quorumdam, quę scimus. Meminisse autem scdm se non est ante factum tempus. meminit enim nunc quod vidit, aut passus fuit prius, non quod nunc patitur, meminit nunc. Amplius aũt manifestum est ꝙ meminisse est non nunc reminiscentem a principio sentientem aut patientem, sed cum resumat quam prius habuit scientiam, aut sensum, aut cuius habitum memoriam dicebamus, hoc est & tunc reminisci eorum, quæ dicta sunt, aliquid. ipsum autem meminisse accidit & memoriam sequi. Neque itaque hæc simpliciter, si ante extiterint, iterum fiunt, sed est vt, est autem vt non. bis.n. discere, & inuenire contingit eundem idem. Oportet igitur differre reminisci ab his, & inexistente pluri principio, quam ex quo addiscunt reminisci. Contingunt autem reminiscentiæ, quoniam aptus natura est hic motus fieri post hunc. si enim ex necessitate, manifestum est quòd cum motus fuerit illo, hoc mouebitur. si autem non ex necessitate, sed consuetudine, vt plurimum mouebitur. Accidit autem quosdam semel consueuisse magis, quam alios sæpe motos, vnde quædam semel videntes magis meminimus, quam alia sæpe. Cum igitur reminiscimur, mouemur secundum quendam primorũ motuum, quousque vtique moueamur, post quem ille consueuit. Vnde & quod consequenter est venamur, meditantes ab ipso nunc, aut alio aliquo, & a simili, aut contrario, aut propinquo. Propter hoc fit reminiscentia. motus enim horum, aliorum quidem sunt iidem, aliorum autem simul, aliorum autem partem habent, quare reliquũ paruum est, quod motum est post illum. Quęrunt igitur sic. Et non quærentes autem sic reminiscuntur, cum post alterum motum ille fit. vt plurimum autem altaris factis motibus, quales diximus, fiebat ille. Nihil autem oportet consyderare quæ procul sunt quomodo meminimus, sed quę prope. Manifestum enim ꝙ idem modus, quomodo dicit, quod consequenter non præinquirens, neque reminiscens. consuetudine enim consequuntur motus, hic post hunc. Et cum igitur re

Reminiscentia quō fiat.

A miniſci voluerit, hoc faciet, quæret accipere principium motus, poſt quem ille erit. Vnde citiſsime, & optime fiunt a principio reminiſcentiæ. ſicut enim ſe habent res adinuicem in eo quod conſequenter, ſic & motus. Et ſunt facile reminiſcibilia, quæcunq; ordinationem habent aliquam, ſicut *Mathemata. quæ autem praue, & difficulter. Et in hoc reminiſci differt ab iterum addiſcere. quia poterit quodammodo per ſeipſum moueri in id, quod eſt poſt principium: cum vero non, ſed per alium, non adhuc meminit. Sæpe autẽ iam quidem non poteſt reminiſci, quærens autem poteſt, & inuenit. Hoc autem fit multa mouenti, quouſque moueat huiuſmodi motu, quem conſequitur res. Meminiſſe enim eſt ineſſe potentiam mouentem. hoc autem ita vt ex ipſo, & quibus habet motibus moueatur, ſicut dictum eſt. Oportet autem acceptum eſſe principium. Quapropter a locis videntur reminiſci aliquando. Cauſa autem eſt, quia velociter ab B alio in aliud veniunt. vt a lacte in album, ab albo autem in aerem, & ab hoc in humidum, a quo meminit autumni, hoc quærens anni tempus. Videtur autem vniuerſaliter & medium principium omniũ. Si enim non prius, cum in hoc venerit, reminiſcetur, aut non iam, neque aliunde. vt ſi quis intellexerit, in quibus A B C D E F G H. Si enim non in E reminiſcitur, in H memoratus eſt. hinc enim ad ambo motum eſſe contingit, & in D & in F. Si vero non horum aliquod quęrit, in C veniens reminiſcetur, ſi D aut C inquirit. quẽadmodum in G veniens reminiſcetur, ſi G aut F inquirit. ſi autem nõ, in A. & ſic ſemper. Eius autem, quod eſt ab eodem aliquando quidem meminiſſe, aliquando autem non, cauſa eſt, quia contingit ad plura motũ eſſe ab eodem principio, vt ab ipſo E in F, aut in D.

A B C D E F G H

Si igitur non per antiquum mouetur, in conſuetius mouetur. tanquam C enim natura iam cõſuetudo eſt. Vnde quæ ſæpe intelligimus, cito reminiſcimus. ſicut enim natura hoc poſt hoc eſt, ſic & operatione. ipſum autem ſæpe naturam facit. Quoniam autem ſicut fiunt in iis, quę ſunt natura, & extra naturã, & a fortuna, adhuc magis in iis, quæ per conſuetudinem ſunt, quibus natura non ſimiliter in eſt. quare mouetur aliquando, & illuc & aliter, præſertim & cum retrahitur illinc iſtuc aliquo. Et propter hoc, cum opus eſt nomen meminiſſe, aſsimile quidem, in illud autem ſolœcizamus. Reminiſci igitur hoc accidit modo. Maxime autem oportet cognoſcere tempus, aut menſura, aut infinite. Eſt autem aliquid, quo iudicat maius & minus. rationabile autem, ſicut & magnitudines. Intelligit autem magnas & procul, non extendendo illuc cogitationem, ſicut viſum dicunt quidam. etenim cum nõ ſint, ſimiliter intelliget, ſed ratione quadam mouebit. ſunt enim in ipſa ſimiles figuræ & motus. Quo igitur differet, cum maiores intelligit? An, quia illas intelligit, quæ

Quęcũq; ordinationẽ aliquam habẽt sũt magis reminiſcibilia.

*Mathematica.

Differetia inter reminiſci, et iter addiſcere.

Cõſuetudo tanquã natura. Idẽ. 2. Met. te. 14.

minores: omnia enim, quæ intus sunt, minora, & proportionaliter D
*et quæ extra. Est autem fortassis sicut & formis proportionale acci pere, sed in ipso, sic & distantiis. Sicut igitur, si ipsam A B, B E mouetur, facit ipsam A D: pportionale enim est ipsa A C, & ipsa C D. Quid ergo magis C D, quam F G facit? An sicut A C ad A B se habet, sic & H ad M se habet. has igitur simul mouetur. Si vero F G velit intelligere, B E similiter intelligit. sed pro K M, K L intelliget. hæ enim se habent, sicut F A ad B A.

*a.l. vt.

Figura, rerum ac temporis proportiones in memoria, & reminiscentia describens.



B

F

Cum igitur simul rei fit motus & temporis, tunc memoria agit. si autem putet, non faciens putat meminisse. nihil enim prohibet falli aliquem & videri*, non memorantem. agentem autem memoria non putare, sed latere dum meminit, nō est. hoc enim erat ipsum meminisse. Sed, si is, qui rei fiat sine eo, qui temporis, aut hic sine illo, non meminit. Qui vero est temporis, duplex est. aliquando.n. mensura non meminit ipsum, vt quòd tertia die, quòd tamen aliquando fecit, aliquando autem & mensura. Sed meminit, quamuis non mensura. consueuerunt .n. dicere quòd meminerunt quidem, quando tamen, nesciunt, cum hoc ipsum quando non cognoscunt

* a.l. addit meminisse.

A quanta menſura. Quòd igitur non iide ſunt memoratiui & reminiſcitiui, in prioribus dictum eſt.

Caput Quartum. Differet & alia de cauſa ipſum memorari ab ipſo reminiſci: Reminiſcentiamq; paſsionem eſſe corpoream: Item qui magis, minusue memoria valeant.

DIffert autem ipſum memorari ab ipſo reminiſci non ſolum ſcd̃m tempus, ſed quòd ipſo quidem meminiſſe & aliorum animalium participant multa, ipſo autem reminiſci nullum, vt ita dicam, quæ cognoſcuntur, animalium, niſi homo. Cauſa autem, quia ipſum reminiſci eſt vt ſyllogiſmus quidam. quòd enim prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit, * ſyllogizat reminiſcens, Et eſt vt inquiſitio quedam. hoc autem quibus & ipſum conſultatiuum Nullũ alal reminiſcitur niſi homo. * ratiocinatur.

B ineſt, natura ſolum accidit. etenim ipſum cõſultare ſyllogiſmus quidam eſt. Quod autem corporeum quiddam ipſa paſsio, & reminiſcentia inquiſitio in tali phantaſmate, ſignum eſt turbari quoſdam cum non poſſunt reminiſci, & valde cohibentes cogitationem, & non amplius conantes reminiſci, nihil minus: & maxime melancholicos hos enim phantaſmata mouent maxime. Cauſa autem eius, quòd non in ipſis eſt reminiſci, quia ſicut iaculantibus non amplius in ipſis ſiſtere eſt, ſic reminiſcens, & inueſtigans corporeum aliquid mouet, in quo paſsio eſt. Maxime autem turbantur, quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum. non enim facile ceſſat mota, quouſque accedat quod quęritur, & recte procedat motus. Vnde & irę, & timores cum commoti fuerint, contramouentibus iterum his, non ſedantur, ſed ad idem contra mouẽt. Et ſimilis eſt hæc paſsio nominibus, & cantibus, & orationibus, cum per os fit aliquod ipſorum vehementer. ceſſantibus enim & nolentibus ſubit iterum canere, aut

C dicere. Sunt autem & ſuperiora maiora habentes, & nanis ſimiles minus memoratiui, quam contrarii: propterea quòd grauitatem multã habent in ſenſitiuo, & quia neque a principio motus poſſunt immanere, ſed diſſoluuntur, neque in reminiſcendo facile recte procedant. Omnino autẽ iuuenes, & valde ſenes immemores ſunt, propter motum. hi enim in decremento, illi vero in augmento multo ſunt, amplius autem pueri, & nanis ſimiles ſunt vſque ad longam ætatem. De memoria igitur & ipſo meminiſſe, quę ſit natura ipſorum, & quo earum, quæ ſunt animæ, meminerint animalia, & de ipſo reminiſci quid ſit, & quomodo fiat, & propter quam cauſam, dictum eſt. Qui minus valeant memoria.

Auerrois Paraphraſis.

IN ſecundo tractatu huius tractatus incipit perſcrutari de rememoratione et inquiſitione per rememorationem: et dicit ꝙ res comprehenſę, aut ſunt comprehenſę in inſtanti et in temporę præſenti, v.g. comprehenſibilia ſenſus: aut De differentia inter memoriã et rememorationem.

Quid est rememoratio. In qbus est memoratio, & in quibus non.

futurę sunt, & istę sunt res existimabiles: aut prçteritę. Et manifestum est q̃ rememoratio est in istis. non enim vocamus rememorationẽ nisi illius, quod prçsciebatur in prçterito. Rememoratio enim est reuersio in presenti intentionis comprehensę in prçterito. Inuestigatio autem per rememorationem est inquisitio istius intentionis per voluntatem, & facere eam prçsentari post absentiam. & ideo visum est q̃ inuestigatio per rememorationem est propria huiusmodi. memoratio autem est in omnibus animalibus imaginantibus. & existimatur q̃ multa genera animalium non imaginantur, sicut vermes, & habentia conchas. Rememoratio autem differt a conseruatione. quia conseruatio est illius, quod semper fuit in anima, postq̃ fuit comprehensum: memoratio aũt est eius, quod fuit oblitum. & ideo rememoratio est conseruatio abscisa: seruatio autem est rememoratio continua. Ista igitur virtus est vna in subiecto, & duę secundum modum. Rememoratio igitur est cognitio eius, quod fuit cognitũ, secundum q̃ fuit cognitum, postquam cognitio eius fuit abscisa. inuestigare autem per rememorationem est acquisitio cognitionis, & laborare & facere cogitatiuam laborantem in reprçsentatione illius cogitationis. et ista actio est virtus, quę dicitur rememoratiua.

Quid sit virtus Rememoratiua, et cuius ordinis ꝯ virtutibus aīę. de quo i cap. primo

Consyderemus igitur quid est ista virtus, & cuius ordinis est de virtutibus animę. Et manifestũ est q̃ est de virtutibus cõprehendentibus res particulares indiuiduas. rememoratio enim alicuius non fit nisi post sensum et imaginationem eius, scdm q̃ fuit sensatum & imaginatũ. vniuersalis. n. natura quãtitatis, quam intellectus comprehendit, non comprehenditur a virtute rememoratiua. non. n. comprehendit nisi quantitatẽ terminatam, quã prçsensit, & imaginabatur. qũo aũt rememoratur vl'e dicendũ est post. Et, cum manifestũ est de hac virtute q̃ ista virtus est particularis, & q̃ indiget in sua actione vt prçcedant illã duę virtutes, s. virtus sensus, & virtus imaginationis, consyderemus in quo differt ista virtus a virtute imaginationis. apparet n. licet nõ sint idẽ, q̃ habeãt cõicationẽ in actione. Dicamus ergo q̃ manifestũ est q̃, licet oĩs rememoratio & inuestigatio per rememorationẽ non fit nisi pp imaginationem, tñ intentio rememorationis alia est ab intentione imaginationis, & q̃ actio istarum duarum virtutum est diuersa. Actio. n. virtutis rememoratiuę est facere prçsentare post eius absentiã intentionẽ rei imaginatę, & iudicare ipsam esse illam intentionẽ, q̃ ante sensit, & imaginabatur. Sunt igitur quatuor, imago, & intẽtio illius imaginis, & facere illã intentionem esse prçsentẽ, & iudicare eam esse intentionem illius imaginis, quę prius sentiebatur. Facere igitur imaginẽ esse prçsentẽ necesse est vt sit alterius virtutis a virtute, qua cõprehẽdit intentionẽ. Et ista virtus inuenitur duobus modis. Si enim cõprehensio eius fuerit continua, dicetur cõseruans. si diuisa, dicetur rememoratiua. Iudicare aũt q̃ ista intentio est istius imaginis est in homine in intellectu, quia iudicat in eo scdm affirmationẽ & negationẽ. & in animalibus rememoratiuis, est simile actioni: ista enim virtus est in homine per cognitionẽ, & ideo inuestigat per rememorationem: in alijs aũt est natura, & ideo rememorant aĩalia, sed nõ inuestigãt per rememorationem. Et ista virtus in aĩalibus nõ habet nomẽ: & est illa, quã Auic. vocat existimationẽ. & per hanc virtutem fugit aĩal naturaliter nociua, licet nunq̃ senserit ipsa. Sunt igitur tres actiones trium virtutum: quarum duę sunt fixę per duas res simplices, ex quibus componitur forma composita ex eis, quarum s. rerum vna est imago rei, & secunda intentio imaginis rei: tertia autem est virtus componens has duas intentiones adinuicem. in formis enim imaginabilibus est aliquid quasi subiectum, scilicet lineatio, & figura: & aliquid quasi forma, & est intentio illius figurę. indiuiduum enim extra animam, quia est compositum, accidit ei vt sit in anima secundum hoc: & q̃ receptio duarum partium, ex quibus componitur, fit duarum virtutum diuersarum: & q̃ compositio earum fit tertię virtutis. Declaratum est igitur ex hoc sermone hoc esse tres virtutes, virtutem s. quę facit prçsentari imaginem rei, & virtutem, quę facit prçsentari intentionem illius imaginis: & virtutem, quę componit illam intentionem cũ sua imagine. & ideo inuestigatio per rememorationem cõplectur per istas tres virtutes, quãdo

Quõ differũt imaginatiua & memoria.

Quę sit actio virtutis memoratiuę.

A vnaquęq; earum facit pręſentari ſuum proprium. Et Ariſt. declarat q; iſta virtus rememoratiua eſt alia a virtute imaginatiua:& ꝙ ſunt duo in definitione et ſubiecto per hoc, quia quandoq; comprehendimus intentionẽ formę imaginabilis ſine forma imaginabili,& quandoq; comprehendimus formam, abſq; eo ꝙ ſpoliemus intentionem formę.& ideo poſſumus retinere multa inſimul, & non poſſumus imaginari ea.& iam diximus ꝙ virtus conſeruationis, & rememorationis eſt idem in ſubiecto,& duo ſecundum modum.Quod igitur virtus imaginatiua comprehendit de ſubiecto,eſt illud,quod pictor deſcribit in pariete.& illud,quod comprehendit virtus rememoratiua,eſt intentio illius picturę. & ideo quod exiſtit in rememoratiua,magis eſt ſpirituale,eſt qđ exiſtit in virtute imaginatiua.&,quia, actio iſtarum duarum virtutum in formis ſenſibilibus eſt altera duarũ actionum,aut compoſitio,aut diuiſio,qñ iam reduxerint formã, quã iam ſenſit,tunc facit compoſitionem.& hoc erit,ſicut diximus,qñ vtraq; virtus fecerit pręſentari vtrãq; intentionẽ ſimplicem ſibi propriam, & compoſuerit eas tertia uirtus.diuiſio autem eſt in definitione rei ſenſibilis,dũ fuerit ſenſibilis, & hoc erit,qñ ſentiens ſenſerit primo rem extra animã,deinde imaginauerit imaginans,deinde deſtinxerit diſtinguens intentionem illius formę a ſuo deſcripto, cuius eſt in intentio,deinde recipit conſeruans illud, qđ diſtinguens diſtinxit. ſi igitur amiſerit ipſum, tunc reductio eius erit ſecundum compoſitionem. Et, B quia iſta virtus eſt diuerſarum actionum,ideo habet diuerſa loca in capite. &, quia ſentiens ſentit primo,deinde imaginatur imaginãs, deinde diſtinguit diſtinguens,deinde recipit conſeruans,neceſſe eſt vt imaginans ſit in orizonte anteriori cerebri,deinde cogitans ſit in medio,deinde memorans & conſeruans in poſteriori cerebri.Et hoc notum eſt ſenſui.cum enim complexio anterioris cerebri lędetur,ſtatim lędetur imaginatio illius hominis;et remanet cogitatio, & rememoratio ſecundum ſuum modum.et,cum medium fuerit lęſum,lędetur cogitatio.et,cum poſterius memoria.Et ideo manifeſti ſunt quinq; ordines. quorum Primus eſt corporalis magni corticis,et eſt forma ſenſibilis extra animam. Secũdus autem eſt eſſe iſtius formę in ſenſu communi, et eſt primus ordinum ſpiritualium.Tertius eſt eſſe eius in virtute imaginatiua, et eſt magis ſpiritualis. Quartus eſt in virtute diſtinctiua. Quintus autem eſt eſſe eius in virtute rememoratiua,et eſt magis ſpiritualis.recipit enim medullam eius,q diſtinguunt tres virtutes a cortice.Declaratũ eſt igitur cuius eſſe eſt iſta virtus,et quã ſubſtãtiã habet,et ꝙ eſt alia ab imaginatiua,et diſtinctiua,& ꝙ actio eius non completur niſi per communicationem diſtinguentis et informantis,aut in compoſitione,aut in diuiſiõe.et declaratũ eſt ꝙ conſeruatio eius eſt continuatio eſſe intentionis ſenſibilis in hac virtute ſine abſciſione;et ꝙ obliuio eſt amiſſio eius vel diuiſio et ꝙ rememoratio eſt reductio eius poſt obliuionem;et ꝙ inueſtigatio rememo- C rationis eſt acquiſitio eius,et ꝙ eſt proprium homini. et ideo conſyderãdum eſt quomodo homo rememoratur illud,quod ſenſit,et oblitus eſt.

Virtus conſeruationis, & memorationis eſt ea dẽ ſubiecto, diffe. eius ſecundum modum.

De ſitu virtutum in cerebro.

Idẽ.3.d An cõ.6.et.20.

Dicamus igitur ꝙ hoc eſt per facere pręſentari intentionem illius rei. et, cum virtus rememoratiua fecerit illam pręſentari, imaginans faciet pręſentari formam illius rei.et diſtinguens componet intentionem, quam diſtinxit et diuiſit.quoniam ex intentionibus in forma,in quas forma diuiditur, componitur intentio formę;igitur pręſentatur a rememoratiua. Deſcriptio igitur eius pręſentatur ab imaginatiua : et compoſitio intentionis cum deſcriptione fit a diſtinctiua : et per congregationem iſtarum trium virtutum pręſentatur res oblita apud inueſtigationem rememorationis. Si igitur fuerit difficile homini, continget propter debilitatem alicuius iſtarum virtutum, propter quam debilitantur alię. Et iſta lęſio, quę accidit quibuſdam virtutum per quaſdam, accidit in maiori parte ſuperiori per inferiorem. verbi gratia, quia imaginatiua lęditur per lęſionem ſenſus, et non econuerſo: et ſimiliter diſtinctiua lęditur per lęſionem imaginatiuę, et non econuerſo : & memoratiua lęditur per lęſionem diſtinctiuę non,& non econuerſo. illud enim,quod eſt magis ſpirituale,lęditur per lęſionem eius,quod eſt minus ſpirituale,& non econuerſo.Et non accidit apud congregationem iſtarũ virtutum pręſentatio rei,quę

iam sentiebatur,& est oblita:sed & etiam in quibusdam hominibus presentantur apud congregationem earum formę rerum sensibilium,quas nunquam sensit, sed solummodo cum translatę fuerint dispositiones earum. Sicut narrauit Arist.de quodam. Antiquo,qui ita informabat res translatas ad ipsum per auditum,quas nunquam vidit:&,cum illę formę experimentabantur, inueniebantur secundum veram dispositionem.& secundum hunc modum potest imaginari elephantem,qui nunquam sensit ipsum. Et hoc accidit homini apud adunationem istarum trium virtutum.& adunatio earum fit per animam rationabilē, scilicet per obedientiam earum ad ipsam: quemadmodum separatio earum est per animam bestialem.& earum adunatio est valde difficilis homini: & quies animę bestialis est in separatione earum. Et ideo ista adunatio non accidit nisi cogitantibus in solitarijs,quando abscindunt a se occupantia sensus. tunc enim reuertitur sensus communis ad adiuuandum istas virtutes. & ideo quandoque adunantur istę tres virtutes in somno,& videntur mirabilia mundi.& etiam in dispositionibus similibus somno. Et accidit,sicut d. Aristo. ꝙ istę virtutes non indigent se adinuicem in iuuamento ad presentandum illud quod debuerunt presentare:sed. vnaquęq; earum facit presentari suum proprium sine adiutorio sui operis:et quandoq; nō accidit nisi hoc per adiutorium. Et differentia inter motum animę super partes rei,& facere illam presentari secundum rememorationem,& inter motum animę super partes rei,& facere illam presentari secundum conseruationem,est ꝙ motus rememoratiuę super partes rerum conseruandarum est motus continuus, & motus eius super partes rerum rememorandarū est abscissus,& secundum translationem de rebus extraneis ad partes rerum rememorandarum.quod enim rememoratur,rememoratur per suum simile. & in conseruatione non indigetur hoc motus autem ęqualis super partes rei presentandę est conseruatio, & motus rememorationis super partes rei rememorandę non est ęqualis:quia non est motus a simili rei ad rem.& ideo conseruatio nobilior est rememoratione.motus enim ęqualis continuus nobilior est abscisso diuerso. Virtus igitur repręsentatiua vniuersaliter presentat intentiones partium rei conseruandę secundum continuationem:& tunc componit eas adinuicem distinguens,& describit eas adinuicem imaginans. virtus autem rememoratiua presentat partes rei per motum abscisum non contiuuum. Et intentiones vniuersales non rememorātur nisi secundū imaginationes coniunctas cū eis.& ideo obliuio accidit in eis,sicut accidit in intentionibus particularibus. Et rememoratio est formę facilis reductionis, inuestigatio autem rememoratiua est formarum difficilis reductionis. Formę autem facilis reductionis sunt illę, quę sunt apud virtutem imaginatiuam & sensum communem multę corporalitatis, & modicę spiritualitatis:& forma difficilis reductionis est multę spiritualitatis, & paucę corporalitatis.formę enim multę corporeitatis morantur, dum sensus communis distinguit spiritualitatem earum a corporalitate. & sic accidit ei vt illa forma figatur in eo:& maxime,quando recipit eam pauci corticis. quomodo autē sit rememoratio,& inuestigatio rememorationis,& in quo differunt a conseruatione declaratum est.

Quomodo imaginari possumus ꝗ nunquā vidimus.Idē vide.3. de aīa. co.3. & 20.

D

E

F

Quō rememorans contristatur, & delectatur, cum hęc nō sint in actu, de quo ca,2.

REmanet igitur duo dicere.quorum Vnum est, quia rememorans delectetur,& contristetur,licet delectabile & contristabile non sint in actu. Secundum autem est.quare quidam homines sunt bonę rememorationis, & quidam non:& quidam bonę conseruationis,& quidam non.Dicamus igitur ꝙ rememorans delectatur per rememorationem rerum,quę non sunt in actu: quia illa,quę induxerunt ipsum ad rememorandum,sunt presentia in actu,et sunt necessaria simi les rebus rememorandis. quia igitur simile rei est comprehensum in actu ab eo,accidit rememoranti delectatio, & contristatio apud illum: quod accideret ei, si illa res esset in actu: & quasi habet specie vt illa res exeat in actum:& est quasi esset apud animam possibile.quoniam,quādo simile rei fuerit, tunc erit res quasi possibilis vt sit.quoniam, quando anima fuerit rememorans aliquid per aliquod sensibile illi rei,statim percipiet ꝙ illud,quod sensibile est de genere illius, quod erat ens in potentia, & ꝙ est possibile vt exeat in

A actum; ſicut eſt poſsibile quod exiuit in actum hoc ſimile, per quod fuit excitatus ſuper illam rem: & tunc accidit rememoranti de triſtitia aut de delectatione, quaſi accideret ei, ſi eſſet in actu.

Bonę autem rememorationis homo eſt tardi motus in anima, cuius figūtur ſenſibilia, quę tranſierunt per illa. & ille eſt, cuius complexio poſterioris cerebri eſt retinens formam conſiſtentem in ipſo: & eſt ille, in cuius hac parte dominatur ſiccitas magis quam humiditas. Siccitas enim innata eſt recipere difficile: & cum recipit formam, tunc innata eſt retinere eam longo tempore: econuerſo de humido. & ideo qui habent cerebrum talis complexionis, ſunt bonę rememorationis. qui autem habent locum dominatum humiditate nō rememorantur: quia formę non figuntur in humido, ſed recipiunt cito: quia humor facile recipit formam. & ideo multę ſiccitatis cerebrum eſt paucę receptionis, & multę rememorationis: & multę humiditatis eſt velocis conſeruationis, & multę obliuionis, & difficilis rememorationis. & qui habet mediam complexionē habet bonā conſeruationē et bonā memoriā. Et ideo bonitas memorię attribuitur iuuenibus: & obliuio accidit pueris, & ſenibus: pueris pp humiditatem naturalē: & ſenibus pp humiditatē accidentalem. Et quidā ſenes ſunt bonę memorię, quando iſta complexio accidentalis non fuerit dominans in eis. complexio enim naturalis ſenis eſt ſiccitas. & ideo ſenex inuenitur rememorans, & nō conſeruans: pueri autem econuerſo: iuuenes autem habent vtrunq;. Et homo re-

B memorat multotiens quod ſenſit in pueritia bona rememoratione: quia tn pueritia multum amat formas, & miratur multum in eis: quapropter figitur in aſpectu earum: quapropter difficile amittit eas.

Qui ſunt homines bonę rememorationis, qui vero non: pariter & cō de uationis. quibus cap. ſecundo, & quarto.

Libri de Memoria, & Reminiſcentia. FINIS.



ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE SOMNO ET VIGILIA.

Cum Auerrois Cordub. Paraphrasi. E

Caput primum. Quæ sint de Somno & vigilia consyderanda. Quibus animantibus insit: cuius partis animæ sint pasiones: quidque sit ali qua ex parte somnus.

E SOMNO autem & Vigilia consyderandum est, quid sint. & vtrum animæ an corporis propria sint, an communia. & si cõmunia, cuius particulæ animæ vel corporis. & propter quam causam insint animalibus. & vtrum communicẽt omnia ambobus ipsis, an alia quidem somno, alia vero altero solum, an alia quidem neutro, alia vero vtrisque. Ad hæc autem, quid est somniũ, & propter quam causam dormientes interdum quidem somniant, interdũ autem non: vel accidit quidem semper dormientibus somniare, sed non meminerunt. & si hoc fiat, propter quam causam fit. Et vtrum contingit futura præuidere, an non contingit. & qualiter, si cõtingit. & vtrum agenda ab homine solum, an ea, quorum Dæmonium habet causam, & natura fiunt, aut a casu. Primũ igitur hoc manifestũ, ꝙ circa idem animalis vigilia est & somnus. opponuntur enim. & videtur somnus vigiliæ quædam priuatio. nam extrema semper & in aliis, & in naturalibus circa idem susceptibile videntur fieri, & eiusdem pasiones esse. dico aũt, vt sanitas & ægritudo, pulchritudo & turpitudo, robur & imbecillitas, visus & cæcitas, auditus & surditas. Amplius autem & ex his manifestum. quo enim vigilantem cognoscimus, hoc & eum, qui somno premitur. sentientem enim vigilare putamus. Et vigilantem omnem, aut eo quòd eorum, quę extrinse F

A cus, aliquid sentit, aut eo quòd eorum, qui in ipso, motuũ aliquẽ. Si ergo vigilare in nullo alio est quam in eo, quod est sentire, manifestum est quòd quo quidem sentiunt, hoc & vigilant vigilantia, & dormiunt dormientia. Quoniam autem non animæ proprium est sentire, neq; corporis (cuius. n. est potentia, huius est & actus. qui vero dicitur sensus, vt actio, motus quidam per corpus animæ est) manifestum est quod neque animæ passio propria neq; inanimatũ corpus possib le est sentire. Cum autẽ determinatum sit prius in aliis de iis, quæ dicuntur quasi particulæ animæ, & de nutritiua quidem, quæ separatur ab aliis, aliarũ vero nulla sine hac existente, manifestum est quæcunq; quidem viuentium augmento diminutioneq; participant solũ, ꝙ in his non est somnus, neq; vigilia, velut plantis. nõ enim habent particulam sensitiuam, neque si separabilis, neque si non separabilis. potestate enim, & ipso esse separabilis est. Similiter autem & ꝙ nihil est, quod semper vigilet, aut semper dormiat, sed eisdem in

Cuius est potentia, huius est & actus.

B sunt animaliũ vtræq: passiones hæ. neque enim si est animal hñs sensum, hoc contingit neque dormire, neq; vigilare. Vtraque enim passio hæc circa sensum primi sensitiui. Non contingit autem alterũ horum semper inesse eidem, veluti aliquod genus animalium semper dormire, vel semper vigilare. Amplius quorumcuncunque est aliqđ opus secundum naturam, quãdo excesserint tempus,* in quanto possunt aliquid facere, necesse est deficere: vt oculos videntes, & quiescere facientes hoc, similiter autem & manum & aliud omne, cuius est opus aliquod. Si itaque alicuius est opus sẽtire, & hoc vtique excedat tempus, quanto erat potens sentire continue, deficiet, & non amplius faciet hoc. Si igitur vigilare definitum est eo, quod solutus sit sensus, contrariorum vero hoc quidem necesse est adesse, illud vero nõ, vigilare autem ei quod est dormire contrarium est, & necessarium omni alterum inesse, necessarium vtique erit dormire. Si igitur huiusmodi passio est somnus, hoc autem est impotentia propter excessum

Nihil est, qđ semper vigilet, aut semper dormiat.

* a.l. aut aliqđ. eorum, quę possunt ipse facere, sed melior prima, ait Ephes.

C vigilandi, vigilandi autem excessus quandoque ab ægritudine, quandoque absque ægritudine fit, quare impotentia atque dissolutio similiter erit. necesse est omne, quod vigilat, contingere dormire. impossibile enim semper agere. Similiter autem neque dormire semper quicquam contingit. Somnus enim passio sensitiuæ particulæ est, vt vinculum & immobilitas quædam. Quare necesse est omne dormiens habere sensitiuam particulam. sensitiuum autem, quod potest sentire secundum actũ. Agere autem sensu proprie & simpliciter impossibile est dormientem simul. ideo necessarium est somnum omnẽ excitabilem esse. Alia igitur pene omnia somno communicant, & natabilia, & volatilia, atq; pedestria. Etenim omnia piscium genera, & quæ mollium visa sunt dormire, & alia omnia quæcunque habẽt oculos. etenim quæ duros habent oculos, & insecta, manifestum quòd dormiunt. breuis autem, somni sunt huiusmodi omnia. ideo que

Somni definitio.

latebunt vtique quædа sæpe, vtrum participant somno, vel non. Testaceorum autem, secundum sensum quidem nondum factum est manifestum si dormiunt si cui, vero verisimilis dicta ratio est, ea suadebitur. Quòd igitur somno communicant omnia animalia, manifestum ex his. eo enim quòd sensum habeat, definitum est animal. sensus aũt modo quidem aliquo immobilitatem, & velut vinculum somnũ esse dicimus. solutionem aũt, remissionemq; vigiliam. Plantarũ autem nullam possibile est communicare neutra harum passionum. nã sine sensu quidem non existit neque somnus, neque vigilia. quibus vero inest sensus, & tristari & gaudere. quibus vero hæc, & concupiscencia plantis autem nihil horum inest, Signum autem, quoniam, & opus suum facit nutritiua particula in dormiendo, magis quã in vigilando. nutriuntur autem & augentur tunc magis. tanquam nihil egentia ad hæc sensu. D

Testacea an dormiant.

Nutritiua pticula magis opus suũ facit dormiẽdo, quã in vigilando.

Caput Secundum. Cuius sensus passio sit somnus ipse. E

Quare aũt dormiunt & vigilant, & propter qualem quendam sensum, vel quales, si propter plures, consyderandum. Quoniam vero quędam animalium habent sensus omnes, quædam vero non habent, vt * visum, tactũ autem & gustum omnia habent, nisi si quòd animaliũ imperfectum. dictum est autem de his in iis, quæ da Anima: impossibile autem simpliciter qualicunque sensu sentire quòd dormit animal: manifestum est quòd omnibus necessarium inesse eandem passionem in vocato somno. nam, si hoc quidem, illo vero non, hoc dormiens sentiet. hoc autem impossibile est. Quoniam autem existit secundum vnumquẽque sensum hoc quidem aliquid proprium, illud vero aliquid commune, proprium quidem vt visui videre audi tui autem audire, & aliis secundum eũdem modum, est autem quædam & communis potentia sequens omnes, qua & quòd videt, & audit sentit. (Non enim visu quidem videt quòd videt, & iudicat vtique, & potest discernere quòd alia quidem dulcia sunt ab albis, nec gustu, nec visu, nec ambobus, sed quadam communi particula omnium sensoriorum. nam est quidem sensus vnus, & principale sensorium vnum, esse autem sensui generis cuiuslibet aliud, vt soni, & coloris, hæc autẽ simul tactiuo maxime inest. hoc.n. separatur ab aliis sensoriis, alia vero ab hoc inseparabilia sunt. dictum est autem de ipsis in iis, quæ de Anima, speculationibus. (manifestum igitur est ꝙ huius sensorii est passio vigilia, & somnus. Quaproter & omnibus inest animalibus. etenim tactus solus omnibus. Nam si eò quòd omnes patiuntur aliquid sensus, fieret ipsum dormire, inconueniens esset quibus neque necesse neque possibile est aliquo modo agere simul, hos vacare simul, & immobiles existere. contrarium enim rationabiliter F

* a.l. vt auditũ, visum.

3. de Aĩa te. 60. & infra.

A tionabiliter se habet & de his. nam, cum principale aliorum omniū sensoriorum, & ad quod tendunt alia, patitur aliquid, compati necessarium & reliqua omnia. illorum autem cum aliquod impotēs est non necesse est hoc impotens fieri. Manifestum autem est ex pluribus quòd non in ipso sensus ociosos esse, & non vti ipsis somnus est, neque in non posse sentire: Nam & manifeste in animæ defectionibus tale quid accidit, impotentia enim sensuum animæ defectio: Fiunt autem amentiæ quædam huiusmodi: Amplius autē, quibus in collo venę apprehenduntur, insensibiles fiunt: Sed quando impotētia visus neque in quouis sensorio, neque per quāuis causam, sed quemadmodum dictum est nunc, in primo, quo sentit omnia, cum enim hoc quidem impotens fuerit, necesse est & sensoria omnia impotentia esse sentire cum vero illorum aliquod, non est hoc necesse.

B *Caput Tertium. Propter quid inest animalibus somnus: et in qua parte fiat corporis, pariter & vigilia.*

Ropter quam vero causam accidit dormire, & cuiusmodi passio est, dicēdum. Quoniam autem modi plures sunt causarum: nam & cuius gratia, & vnde principiū motus, & materiam, & rationem causam esse dicimus. Primum igitur, quoniam naturam dicimus gratia alicuius facere, hoc autem bonum aliquod: quietem vero omni, quod natum est moueri, non potest autem semper & continue moueri cum delectatione, necessariū esse atq; vtilem: somno quoq; propter ipsam veritatē coaptant trāslationē hanc, tanquā requies sit. quare propter salutem animalium existit: vigilia vero finis. nam sentire & sapere oībus finis, quibus inest alterū eorū. optima. n. hæc. finis vero oprimum. Amplius aūt necessarium est vnicuiq; animaliū inesse somnū. dico aūt ex suppositione necessita tem. qm̄, si animal erit habens suā naturam, ex necessitate inesse quædam ei oportet, & his existentibus alia existere. Amplius aūt & quali motu, & actione in corporibus facta, accidit vigilare & dormire aīalibus post hęc dicendū. Aliis igitur aīalibus, quemadmodū exanguibus existimandum causas esse passionis vel easdē vel proportionales, sanguine vero præditis quę quidem hominibus. quare ex his omnia speculandum. Quòd igitur sensus principiū sit ab eadem parre aīalibus, a qua quidem & motus, determinatū est prius in aliis. ipsa vero est trium determinatorū locorum, qui medius est inter caput, & inferiorem ventrem. Sanguine igitur præditis hoc est, quæ circa cor pars. omnia. n. prædita sanguine cor habēt. & principium motus, & sensus principalis hinc est. Motus igitur, & spiritus principium, & omnino qui refrigerationis manifestum quòd est hic. Et *respirationem autem, & humido †refrigerationem, ad salutem eius, qui est in hac particula caloris, natura

Causa finalis somni.

C

Causa naturalis somni.

In hītibus sanguinē cor est pricipiū motus.

*a.l. respirātia.

†a.l. refrigerantia.

tribuit. Dicetur autem de ipsa postea separatim. Exanguibus vero, & insectis, & non suscipientibus spiritum in proportionali, connatus. n. spiritus *inflans, & considens videtur. palam autem hoc in totipennibus, vt vespis, & apibus, & muscis, & quęcunq; huiusmodi sunt. Quoniam autem mouere quidem aliquid, aut facere sine robore non est possibile, robur autem facit spiritus detentio, respirantibus quidem quę deforis, non respirantibus vero quæ *complantata, ideo & bombum edere alata videntur cum mouentur, attritione spiritus offendentis ad præcinctum totipennium. Mouetur autem omne aliquo sensu facto proprio, vel alieno in primo sensorio. Si vero est somnus, & vigilia passio partis huius, in quo quidem loco, & in qua particula prima fit somnus, & vigilia, manifestum. Mouentur autem quidam dum dormiunt, & faciunt multa, quæ vigilantium sunt: non tamen absque phantasmate, & aliquo sensu. somnium enim est quodammodo *sensamentum. Dicendum est autem postea de ipso. Cur vero somnia meminerunt expergefacti, vigilum vero acta non meminerunt in problematicis dictum est. D B

* exurgens

* connata.

Vide oppositum. 4. de Gñatiõe animaliũ. ca. 1. Vide cõtradict. Zim.

* sensio.

Caput Quartum. Quibus factis, & unde nam eueniant somnus, ac uigilia in ipsis animalibus: Completaq; ipsius somni traditur definitio.

Onsequens autem ad ea, quæ dicta sunt, aggredi quibus factis, & vnde principium passionis fit, vigilandi & dormiendi. Palam autem est quòd quoniam necessarium est animali, cum sensum habet, tunc primo nutrimentum suscipere & augmentum: nutrimentum autem est omnibus vltimum, sanguine quidem præditis sanguinis ipsa natura, exanguibus vero proportionale: locus vero sanguinis venæ, harũ autem principium cor: palam autem quod dicitur est ex dissectionibus: forinsecus quidem alimenti ingredientis in susceptiua loca fit euaporatio ad venas, ibi vero permutatum in sanguinem vertitur, & vadit ad principium. Dictum est autem de his in iis, quę de alimento, nunc autem repetendum est de ipsis huius gratia, vt principia motus speculemur, & quid patiente particula sensitiua, accidit vigilia & somnus. Non enim est somnus quælibet impotentia ipsius sensitiui, vt dictum est. etenim amentia, & præfocatio aliqua, & animi defectus facit huiusmodi impotentiam. Iam autem facta fuit imaginatio quibusdam, qui animi defectum fortiter passi sunt. Hoc igitur aliquam habet dubitationem. Si enim contingat dormire eum, qui animo defecit, continget vtiq; somnium esse & ipsum phantasma. Multa autẽ sunt, quæ dicunt qui vehementer animo defecerunt, & qui visi sunt mortui esse. De quibus omnibus eandem esse rationem existimandũ est. Sed, vt diximus, non est somnus in potentia quælibet ipsius sensi- F

In sãguĩe p̃ditis sanguis est vltimum nutrimentũ; in ex sanguibus vero aliquod ꝓportionale.

A tiui, sed ex euaporatione circa alimentū passio fit hæc. necesse enim quod euaporat, aliquo vsq; impelli, d. conuerti & permutari, sicut Euripum. calidum enim cuiusq; animalium ad superiora natū est ferri: cum autem in superioribus locis fuerit, multum simul iterum reuertitur, ferturq; deorsum. Et ideo maxime fiunt somni a cibo. nam repente tunc multa humiditas, & corpulenta sursum fertur. Constans igitur grauat, & facit dormitare. cū vero deorsum fluxerit, & reuertendo repulerit calorem, tunc fit somnus, & animal dormit. Signum autem horum & somnifera. omnia enim grauedinem capitis faciūt, & potabilia, & esculenta, vt papauer, mandragoras, vinum, lolium. Et qui deorsum feruntur, & dormitant, hoc videntur pati, & non possunt leuare caput, & palpebras. Et post cibos maxime talis somnus multa enim, quæ a cibis, euaporatio. Amplius autem ex l. boribus quibusdam. nam labor quidem colliquatiuum. colliquamentum vero fit quemadmodum nutrimentum inconcoctum, nisi frigi- Sōnus, quare post cibū maxime, & fatigationē.

B dum sit. Et morbi quidam illud idem faciunt, quicunq; a superfluitate calida & humida. vt accidit febricitantibus & lethargicis. Amplius autem prima ætas. pueri enim dormiunt vehemēter, eo quòd nutrimentum sursum fertur omne. Signum autem, quòd magnitudo superiorum excedit ad inferiora in prima ætate, eo quòd ad hæc fiat augmentum. Propter hanc vero causam & epileptici fiunt. simile enim est somnus epilepsiæ. Et ideo accidit multis principium huius passionis dormientibus. & dormientes quidem capiuntur, vigilantes vero non. Cum enim multus fertur spiritus sursum, descendendo rursum venas tumefacit, quibus coarctat meatum, quo respiratio fit. Ideo pueris non conferūt vina, neq; nutricibus. differt enim nihil fortisan ipsos bibere, vel nutrices. sed oportet bibere aquosum, & modicum. spirituosum enim uinum. huius autem magis, nigrum. Ita superiora plena sunt alimento pueris, quòd quinque Morbi soporiferi. Vinum pueris, ac nutricib' inutile.

C mensibus neque vertunt collum. quemadmodum enim ebriis, sursum fertur humiditas multa. Rationabile autem est hanc passione esse causam, quare quiescunt in matricibus fœtus primum. Et omnino* amatores somni sunt, qui tenues, & occultas habēt venas, & nani formes, & magna capita habentes. Nam horum venę angustæ, ita vt non facile diffluat, quæ descendit, humiditas. Naniformibus vero, magnaq; capita habentibus sursum ipetus multus, & euaporatio fit. Manifestas vero habētes venas nō somnolenti, propter amplitudinē venarū, nisi aliquā aliam passionem habuerint contrariū. Neq; melancholici. infrigidatus enim est locus interior. quare non fit ipsis multitudo euaporationis. propterea & edaces, duri existentes. tanquam enim nullo fruentia disponuntur corpora eorum. Atra uero bilis, cum naturaliter sit frigida, & nutritiuum locum frigidum facit, & alias particulas, vbicunque existit potestate huiusmodi excrementum. Quare manifestum est ex iis, quę dicta sunt, quòd som- Qui sint amatores sōni. * a. l. somniculosi. Qui non. Somn' qd.

X 2

* ἀντιπερίστασις. nus est quidam conuentus caloris intro,& naturalis * circum obsistē D
tia, propter dictam causam. Ideo multus motus dormientis. Vnde & deficit, & infrigidatur: & propter frigiditatem concidunt palpebræ. Et superiora quidem infrigidata, & exteriora: interiora vero, & inferiora calida, vt quæ circa pedes, & quę intrinsecus.

Caput Quintum. Dubitationis solutio, quopacto somnus infrigidatio sit, cum causæ multæ eum producentes sint calidæ.

Dubium.

Vāquam vtique dubitabit aliquis, ꝙ post cibum fortissimus fit somnus, & est somniferum vinum, & alia huiusmodi caliditates habentia: est autem non rationabile, somnum quidem esse infrigidationem, causas autem dormiendi calidas. Prima solutio. Verum ergo hoc accidit, quia quemadmodum venter, vacuus existens, calidus est, repletio vero ipsum infrigidat propter motum, sic & qui in capite meatus, & B loca infrigidantur, cum sursum fertur euaporatio? Alię solutiones. An, quemadmodum his qui perfunduntur calido, subito horror fit, ita & ibi, ascendente caliditate, quæ congregatur frigiditas infrigidat, & quod secūdum naturam calidum facit languescere, & secedere? Amplius autē multo incidente nutrimento, quod calor subleuat, quemadmodum ignis, cum superponuntur ligna, infrigidatur quousque concoquatur? Somnus unde. Fit enim somnus, quemadmodum dictum est, dum corpulentū sursum fertur a caliditate per venas ad caput: cum vero amplius nō potest, sed multitudine excedit quod eleuatum est, iterū repellitur, & deorsum fluit. ideo cadunt homines, subtracto calore, qui sursum ferebat. solum enim animalium rectum. & incidens quidem desipientiam facit, postmodum vero imaginationem. Propria solutio. An dictæ quidem nunc solutiones cōtingentes quidem sunt vt fiat infrigidatio, verū- F enimuero dominus est locus, qui crica cerebrum, quemadmodum dictum est in aliis. Cerebrū est frigidissimū omniū, quę in corpore sunt. omnium enim, quæ in corpore, frigidissimum. nō habentibus vero, quod proportionale. Quemadmodum igitur humidum, quod euaporat a Solis caliditate, cum venerit ad supremum locum propter frigiditatem ipsius infrigidatur, & cum constiterit, deorsum fertur factum rursus aqua, sic in euacuatione calidi ad cerebrum excrementitia quidem euaporatio in pituitam consistit (ideo & destillationes videntur ex capite fieri nutritiua vero, & non morbosa deorsum fertur consistens, & refrigerat calidum. Ad infrigidandum vero, & non facile suscipiendum euaporationem confert & tenuitas, & angustia venarum, quæ circa cerebrum. Infrigidationis igitur hęc est causa, quāquā euaporatio exuperet caliditate.

A Caput Sextum . De Expergeſcentia . Exprectionis cauſa.

Xpergiſcuntur autem, cum concocta fuerit, & euicerit impulſa caliditas in anguſtum multa ab eo, quod circũ ſtabat, & diſcretus fuerit corpulentior ſanguis, atque purior. Eſt autem tenuiſsimus quidem ſanguis & puriſſimus, qui in capite: craſsiſsimus & turbidiſsimus, qui in inferioribus partibus. Omnis vero ſanguinis principium, ſicut dictum eſt hic & in aliis, eſt cor. Horum autem, qui in corde, vtriuſque * thalami cõmunis, qui medius. illorum autem vterque ſuſcipit ex vtraque vena, & ea quæ vocatur magna, & ea quę aorta, in medio vero fit ſecrectio. Sed determinare quidem de his, aliis ſermonibus eſt conuenientius. Quia vero fit maxime ſanguis poſt nutrimẽti oblationem indiſcretus, ſomnus fit, quoad ſecernatur ſanguinis quod quidem puriſsimum ſurſum, quod vero turbidiſsimum deorſum. cum autem hoc acciderit, expergiſcuntur, abſoluta ab alimenti grauitate. Quæ igitur cauſa dormiendi dictum eſt, quòd a corpulẽtò, quod ſurſum fertur, per ingenitum calorẽ circũobſiſtentia comprehenſim ad primum ſenſorium. & quid eſt ſomnus, quòd primi ſenſorii comprehenſio, vt nõ poſsit agere. quod quidẽ ex neceſſitate fit. (non enim contingit animal eſſe, niſi contingant quæ ipſum perfici unt. (propter ſalutem autem. conſeruat enim requies.

* ſinus

B

ARISTOTELIS
DE SOMNIIS.

C *Cum Auer. Para.*

Caput Primum. Somnium non eſſe ſentientis ſimpliciter, nec opinantis, nec intelligentis, ſed ſentientis vt imaginantis.

Oſt hæc autem quærendum eſt de ſomniis, & primo cui earum, quæ animæ appareant, & vtrum intellectiuæ particulæ paſsio eſt hæc, an ſenſitiuæ. his enim ſolis earum, quæ in nobis ſunt, cognoſcimus aliquid. Si itaq; vſus viſus viſio, & auditus ipſum ſentire: communia autem ſunt ſenſuum veluti figura, & motus, & magnitudo, & alia huiuſmodi, propria vero veluti color, ſonus, ſapor, impoten-

tia autem sunt omnia conniuentia, & dormientia videre, similiter autem & in reliquis: manifestum est quod non sentimus aliquid in somnis. Non ergo sensu somnium sentimus. At vero neque opinione. Non enim solum quod aduenit dicimus hominem esse vel equum, sed & album vel pulchrum: quorum opinio sine sensu nihil vtiq; dicet, neque vere, neque falso. In somnis autem accidit animam hoc facere. similiter enim quòd homo est, & quòd albus est, qui aduenit, videmur videre. Amplius præter somnium aliquid aliud intelligimus. Quemadmodum enim in vigilando sentientes aliquid de eo, quod sentimus, sæpe etiam cogitamus aliquid, sic & in somnis præter phantasmata, alia aliquando intelligimus, Manifestum autem erit alicui hoc, si quis adhibeat mentem, & tentet meminisse, cum surrexerit. Iam vero quidā & viderunt somnia huiusmodi, velut qui videntur secundum memoratiuum præceptum ponere quæ preponuntur. accidit enim eis aliud quippiam præter somnium ponere ante oculos in loco phantasma. Quare manifestum est, quod neque somnium, omne, quod in somnis phantasma, & quod quod intelligimus opinione opinamur. Palam autem de his vniuersis intantum, quod quo vigilantes in ægritudinibus decipimur, hoc idem in somno facit passionem. & sanis quoq; & scientibus, tamen pedalis Sol videtur esse. Sed siue idem, siue diuersum imaginatiuum animę & sensitiuum, nihilominus non fit absque videre & sentire aliquid. perperam enim videre & obaudire videntis verum aliquid & audientis, nequaquam tamen id, quod arbitratur. in somno autem positum est nihil videre, neque audire, neque omnino sentire. Ergo nihil quidem videre verum, nihil autem pati sensum non est verum, sed contingit & visum pati aliquid, & alios sensus. Singulū enim horum vt vigilantis impetit quidem quodammodo sensum, non sic autem vt vigilantis. Et quandoque quidem opinio dicit quòd falsum †(quemadmodum in vigilante,) quādoque vero *detinetur & sequitur phantasma. Quòd igitur non est opinantis, neque intelligentis passio hæc, quam vocamus somniare, manifestum. sed neque sentientis simpliciter. videre enim vtiq; esset & audire simpliciter. sed qualiter oportet, & secundum quem modū, consyderandum. Ponatur ergo quod & manifestum est, quòd sensitiui passio: si quidem & somnus. non enim alii quidem alicui animalium inest somnus, alii vero alicui somniare, sed eidem. Quoniam vero de imaginatione in iis, quæ de Anima dictum est, & est quidem idem sensitiuo imaginatiuum, esse autem sensitiuo & imaginatiuo aliud: & est autem imaginatio, qui a sensu secundum actum fit motus, somnium vero phantasma quoddam videtur esse: nam quod in somno phantasma somnium dicimus, siue simpliciter, siue quodammodo factum: manifestū est quòd sensitiui quidem est somniare, huius autem quatenus imaginatiuum.

† a.l.(quod videtur)
* fallitur

Somniū est passio sensus interioris.

D E F

A

Caput Secundum. Passionem, quæ fit a sensibilibus in ipsis sensoriis, etiam eis absentibus aliquo modo immanere. Sensoria etiam ipsa agere quippiam. Et in sentiendo sæpe deceptiones contingere.

Vid autem est somnium,& quomodo fit,ex iis,quæ circa somnum accidunt, maxime vtique cognoscemus. Sensibilia enim secundum singulum sensorium in nobis efficiunt sensum. & quæ fit ab eis passio non solum inest in sensoriis, dum sensus agunt, sed & dum abierunt.similis enim passio in his,& iis,quæ feruntur,videtur esse. etenim in his, quæ feruntur, eo quod mouit non vlterius contangente, mouentur, nam quod mouit, mouit aerem quendam: & rursus hic cum mouetur, alium:& hoc vtique modo, quousque quidem steterint, faciunt motum & in aere,& in humidis. Similiter autem
B oportet putare hoc & in alteratione.nam quod calefactum est a calido,proximum calefacit,& distribuit vsque ad principium. Quare & in quo est ipsum sentire, quoniam est alteratio quædam,qui secundum actū sensus,necesse est hoc accidere. Ideo passio ipsa est nō solū in sentientibus sensoriis,sed & quiescentibus,& in profundo, & superficietenus.Palam autem,cum continue sentimus aliquid.Transferentibus etenim sensum sequitur passio, vt de Sole ad tenebras. accidit enim nihil videre,propter adhuc subsistentem motum in oculis a lumine.Et si ad vnū colorem multo tempore aspiciamus, vt albū vel viridem,eiusmodi videtur ad quodcunq; visum permutemus. Et, si ad Solem prospicientes, vel aliquod aliud splendidum, conniuerimus, obseruantibus videtur secundum directionem, qua accidit visum videre primum quidem huiusmodi colorem, deinde permutatur in puniceum, deinde in purpureum, quousque in nigrum venerit colorem,& euanuerit. Et illis quoque,qui ab iis, quæ
C mouentur,permutantur, velut a fluminibus, maxime autem ab iis, quæ citissime fluunt, videntur quiescentia moueri. Fiunt autem & a magnis sonis surdastri:fiunt & a validis odoribus difficile odorantes,& in similibus Hæc itaq; manifeste accidunt hoc modo.Quod autem sensoria cito,& modicas differentias sentiant,signum est quod in speculis accidit.de quo vtique per se insistens consyderabit quis,& dubitabit.Simul autem ex ipso manifestum, quod quemadmodū visus patitur,sic & facit aliquid.In speculis.n.valde nitidis,cū menstruis aduenientibus mulieribus,inspiciunt in speculum, fit superficies speculi vt nubes sanguinea. & si quidem nouum sit speculum, non facile est abstergere huiusmodi maculam: si vero vetus, facile. Causa vero,vt diximus, quoniā non solū visus patitur aliquid ab aere, sed et facit aliquid,& mouet,quemadmodū splendida.nam visus splendidorum, & habentiū colorem est. Oculi igitur rationabiliter,cū fiūt

Causa infectionis speculi,ex visu menstruatæ.

menstrua, afficiuntur, sicut & alia pars quælibet corporis. etenim natura existunt pleni venarum. Ideo cum fiunt menstrua propter turbationem & sanguineam ebullitionem, nobis quidem quæ in oculis differētia incerta est, in est autem. nam eadem natura seminis, & menstruorum. Aer aūt mouetur ab ipsis: & eum, qui supra specula est, aerem continuū existentem, qualem quēdam facit, & talem, velut ipse patitur. hic vero speculi superficiem. Quēadmodum enim vestium quę maxime mundæ sunt citissime inquinantur. nam purum exacte monstrat quicquid ex ceperit, & præsertim minimos motus. æs vero, eo ꝙ planum sit, qualemcunq; tactum maxime sentit. Oportet vero intelligere, tanquam attritionem esse aeris tactum, & tanquam ex tersionem & ablutionē. propter munditiam vero manifestus fit, qualiscunq; fit. Non exeundi vero celeriter ex nouis speculis causa est, ꝙ purū sit & lene. serpit enim per huiusmodi, & in profundum, & in omnes partes. nam eò quidem ꝙ purum est, in profundum, eò autem ꝙ lene, in omnes partes. In veteribus vero nō immanet, quoniā non similiter ingreditur macula, sed superficietenus magis. Quod igitur & a paruis differentiis fit motus, & ꝙ celer & ipse sensus, & ꝙ nō solum patitur, sed & contra agit colorum sensorium, manifestum ex his. Attestantur autem iis, quæ dicta sunt, & quæ circa vina, & quæ circa vnguenta eueniunt. †(Nam quod præparatum est oleum, cito accipit proximorum odores. Et vina hoc ipsum patiuntur.) non solum enim eorum, quæ immittuntur vel commiscentur, sed & eorum, quæ prope vasa ponuntur vel adnascuntur, recipiunt odores. Ad eam vero, quæ a principio consyderationē, ponatur vnum quidem, quod ex iis. quę dicta sunt patet, ꝙ recedente sensibili extrinsecus, immanent simulachra, quæ sensibilia sunt. Ad hęc autem, ꝙ facile decipimur circa sensus, cum in passionibus existimus: alii autem in aliis. veluti trepidus in timore, & qui amat in amore: ita vt videatur a modica similitudine ille quidem hostes videre, hic vero dilectum. Et hæc vtiq;, quanto passibilior quis fuerit, tanto a minori similitudine videntur. Eodem vero modo & in ira, & in oībus concupiscentiis facile decipiuntur omnes: & magis, quanto vtique in passionibus magis fuerint. Ideo & febricitantibus interdum animalia videntur in parietibus, a modica similitudine linearum compositarum. Et hęc quidem aliquando intenduntur cum passionibns sic, vt si vehementer non laborent, non lateat ꝙ falsum. si vero maior sit passio, & moueantur ad ipsa. Causa vero vt hæc accidant, hæc est, quia non per eandem potentiam iudicat quę princeps est, & in qua phantasmata fiunt. Huius vero signum est, quòd videtur quidem Sol pedalis, contradicit autem sæpe aliquod aliud imaginationi. Et permutatione digitorum, vnum duo videtur, attamen non dicimus ꝙ duo. certior enim tactu visus. Si vero esset tactus solus, iudicaremus vnum duo. Cur autem fallimur, causa, quoniam non solum, cū

Purū diligēter monstrat qcquid exceperit.

Quare nouis speculis inductę maculę difficilius eluantur.

† Nā quod ꝑparatū est oleum, & vinū cito accipit ꝓximorū odores.

Hoīes in aliquo affectu positi facile decipiūtur circa sensus

Propter qd terra vr̄ nauigantibus moueri.

A sensibile mouetur, apparent quælibet, sed etiam cum sensus ipse mouetur, si eodem modo moueatur, quemadmodum a sensibili. dico autem, velut terra videtur nauigantibus moueri, dum mouetur visus ab alio.

Caput Tertium. Motus, qui fiunt a sensilibus non tantummodo in vigilia, sed etiam in somno apparere: multarumq; rerum, quæ circa somnia accidunt, redditur causa.

EX his itaque manifestum, quòd non solum in vigilando motus, qui a sensilibus & fiunt, & quæ extrinsecus, & quæ ex corpore sunt, sed etiam quando fit passio hęc, quæ vocatur somnus & magis tunc apparent. Per diem enim repelluntur, dum operantur sensus &
B cogitatio, & euanescunt. quemadmodum iuxta magnum ignem minor, & dolores & voluptates paruæ secus magnas dum vero quiescunt, supernatant & parua. nocte vero propter vacationem particularium sensuum & impotentiam agendi, eò quòd ab exterioribus ad id, quod intrinsecus est, fiat caloris refluxus, ad principium sensus deferuntur, & fiunt manifesti, cum sedatur turbatio. Oportet autem existimare vt modicas vertigines, quæ in fluminibus feruntur, sic motum vnumquenq; fieri continue: sæpe quidem similes, sæpe vero dissolutas in alias figuras propter repulsionem. Ideo & post cibum, & omnino iuuenibus existentibus, veluti pueris, non fiunt somnia. multus enim motus est propter eam, quæ a cibo est, caliditatē. Quare, quemadmodum in humido, si vehementer moueat quis, quādoq; nullum apparet simulachrum, quādoq; vero apparet quidem, distortum autem oīno, ita vt appareat alterius modi quam quale est.
C ꝙ si quieuerit, pura & manifesta, sic & in dormiendo phantasmata & reliqui motus, qui proueniunt a sensibus interdum quidem cum vehementior sit, qui dictus est motus, exterminantur omnino, interdum vero conturbatæ apparent visiones & monstruosæ, & *detediora somnia, velut melancholicis, & febricitantibus, & temulentis. omnes enim huiusmodi passiones, cum spirituosæ sint, multum faciunt motum, & perturbationem. Cum autem sedatur, & secernitur sanguis in habentibus sanguinem, conseruatus sensorum motus ab vnoquoque sensuum, amata facit somnia, & apparere aliquid, & videri, propter ea quidem, quæ a visu deferuntur, videre, propter ea vero, q̄ ab auditu, audire: similiter aūt & ab aliis sensoriis. ex eo.n. ꝙ inde progreditur motus ad principium & vigilanter, putatur videre, & audire, & sentire: &, quia visus interdum moueri videtur, qui non mouetur, vt dicimus: & quia tactus duos motus annuntiat, id, quod vnum est, duo videtur. omnino.n. qđ ab vnoquoq; sensu dicit

*Somnia mōstruosa vñ.
*a.l. nō dilecta.

ipsum principium, nisi alius præstantior contradicat. Apparet igitur omnino, putatur autem non omnino, quod apparet: nisi quod diiudicat detineatur, vel non moueatur proprio motu. Quemadmodum vero diximus q alii propter aliam passionem facile decipiuntur, ita dormiens propter somnum, & quia mouentur sensoria, & alia accidẽtia circa sensum. Quare modicam habens similitudinem, videtur illud. cũ enim dormit, descendente plurimo sanguine ad principium, condescendunt & mouent, qui insunt, motus, hi quidem potestate, illi vero actu. Sic autem se habẽt, vt in motu, hic quidem supernatet ex ipsis motus. si vero hic corrumpatur, hic. Adinuicẽ itaq; se habẽt, quemadmodum fictæ ranæ, ascendentes in aqua liquefacto sale. Ita insunt potestate cedente vero quod prohibebat, agunt. & solutæ in exiguo reliquo sanguine qui in sensoriis, mouentiũ habent similitudinem. quemadmodum quæ in nubibus, quæ similia sunt hominibus & centauris, cito permutatur. Horum autem vnumquodque est, sicut dictum est, reliquiæ eius, quod est in actu, sensitis. Et abeunte ẽt sensili, est & verum dicere q tale, quale Coriscus, sed non est Coriscus. cum autem sentiebat, non dicebat Coriscum quę princeps est, & quæ diiudicat, sed per hoc illum Coriscum verum. Quod itaque & sentiendo dicit hoc, si non omnino detineatur a sanguine, quemadmodũ sentiens, hoc mouetur a motibus, qui sunt in sensoriis, & videtur quidem simile ipsum esse, quod verum est. & tanta somni est potẽtia, q facit hoc latere. Quemadmodum igitur, si quẽ lateat suppositus digitus oculo, nõ solum apparebit, sed & putabitur esse duo, quod est vnum: si vero non lateat, apparebit quidem, non putabitur autem: sic & in somnis, si sentiat quidem quod dormit, & passionem, in qua est sensus sensitiui, apparet quidem, dicit autem in seipso, q apparet quidem Coriscus, non est autem Coriscus. sępe enim dormiendo dicit aliquid in anima, q somnium est quod apparet. si vero lateat q dormit, nihil contradicit imaginationi. Quod autẽ vera dicimus, & quod sunt motus imaginarii in sensoriis manifestum, si quis attendens tenet meminisse quæ patimur & obdormiscentes, & expergefacti. Interdum enim quæ apparent simulachra dormienti, deprehendet expergefactus esse motus in sensoriis. quibusdam enim puerorum, & omnino perspicientibus, et si sint tenebræ, simulachra apparent multa, quæ mouentur, ita vt velentur frequenter timentes. Ex his itaq; vniuersis oportet colligere, q est somniũ phãtasma quidem aliquod, & in somno. nam quæ modo dicta sunt simulachra non sunt somnia, neque si quid aliud sensibus solutis videtur. Neque quod in somno apparet phantasma oẽ. Nam primũ quidem in aliquibus accidit sentire aliquo modo & sonos, & lumen, & saporem, & tactum, languide tamen, & veluti procul. iam enim in dormiendo respicientes, & mox excitati, quod debiliter videbant lumen lucernæ dormientes vt arbitrabantur, expergefacti statim co-

A gnouerunt quòd lucernæ erat. & gallinaceorum & canum debiliter audientes vocem, expergefacti cognouerunt manifeste. Quidam vero & respondent cum interrogantur. contingit enim ipso vigilare & ipso dormire simpliciter altero in existente, & alterum aliquo modo inesse: quorum neutrum somnium dicendum. Neque quæcunque in somno quidem fiunt veræ notiones præter phantasmata. Sed phantasma, qđ est, a motu sensorum, cum in dormiendo fuerit quatenus dormit, hoc est somnium. Iam vero quibusdam accidit, vt nullum somnium viderint in vita. rarum quidem huiusmodi est, accidit tamen. Et his quidem omnino perseuerauit, quibusdam vero & accedente ætate accidit, cum prius nullum somnium viderint. Causam autem, quare non fiat, † (simile aliquid oportet arbitrari, quòd neque iis, qui post cibum dormitauerint, neq; pueris fit somnium.) Quibuscunque enim hoc modo constat natura, vt multa ascendat B euaporatio in superiorem locum, quæ cũ iterum deorsum fertur cum facit multitudinem motus, conuenienter istis nullũ apparet phantasma. Procedente vero ætate, nihil inconueniens est apparere somnia. permutatione.n.aliqua facta vel per ætatem vel per passionem, necessarium accidisse contrarietatem hanc.

Propter q̄d aliq nõ somniãt p totãm vitam suam.

†a.l. Causa autẽ, quare nõ fiat, sicis apparet, quę in pueris, et post cibum.

ARISTOTELIS

DE DIVINATIONE

PER SOMNVM.

Cum Auer. Para.

C *Caput Primum. Somniorum Diuinationis causam dubiam esse. Somnia vero alia causas, alia signa, alia esse accidentia.*



E Diuinatione vero, quæ in somnis fit, & dicitur accidere a somniis, neque cõtempsisse facile, neque suasum esse. Nam qđ omnes quidem vel plures existimant habere aliquam significationem somnia, præstat fidem, tãquam ab experientia dictũ. Et quòd de quibusdam fit diuinatio in somniis, non est incredibile. habet enim aliquam rationem. Ideo & de aliis somniis similiter vtique quis arbitrabitur. Nullam vero rationabilem causam videre, secundum quam vtique fiat, hoc non credere facit. Nam Deum quidem esse mittentem, cum alia irrationabilitate, & non optimis & prudentissimis, sed qui-

An diuinit' mittant somnia.

Columnæ Herculis. Boriſthenes
* συνίσιν intelligētiā captum.
* συμπτώματα caſus.
Somnia nō omnino negligenda.

buslibet mittere inconuenietis. Ablata vero, quæ a Deo, cā, nulla alia D tū cōueniēs eſſe videtur cauſa: quando quidē eorū, qui ſecus Herculeas columnas, & qui in Boriſthene præuidere aliquos, ſupra noſtram videatur eſſe prudētiā inuenire originē horū. Neceſſe igiẽ ſomnia vel cauſas eſſe, vel ſigna eorum, quæ fiunt, aut accidentia, vel omnia, vel aliqua eorum, vel vnum ſolum. Dico autem cauſam quidem vt Lunā, defectus Solis, & laborem febris. Signū vero defectus, ſtellā ſubintrare: aſperitatē vero linguæ, febriendi. Accidēs vero, aliquo ambulante dificere Solem. neque enim ſignum deficiendi hoc eſt, neque cauſa, neq; defectus ambulandi: ideo accidentium nullum neq; ſemp fit, neq; vt plurimum. Sunt ergo ſomniorum, hæc quidem cauſæ, illa autem ſigna, velut eorū, quæ circa corpus accidunt. Dicunt enim & Medicorum elegantes, ꝙ oportet valde intēdere ſomniis. Cōueniēs autem ſic exiſtimare & artificibus quidem, conſyderantibus autē aliquid & philoſophantibus. Nam qui in die motus, niſi magni valde fuerint & fortes, latent ſecus maiores, qui in vigilando ſunt, motus. E In dormiendo autem, contrarium. etenim parui magni vidētur eſſe. Manifeſtum autem ex iis, quæ in ſomnis accidunt frequenter. arbitrantur enim fulgura cadere ac tonitrua fieri, cum paruus ſonus in auribns ſit, & melle & dulcibus ſaporibus perfrui, minima pituita defluente. & ambulare per ignem, & calefieri vehementer, cum paruus calor circa quaſdam partes fit cum autem expergiſcuntur, hæc manifeſta hoc modo ſe habere. Quare quoniam parua omniū principia, manifeſtum ꝙ & ægritudinum & aliarum paſsionū, quæ in corporibus debent fieri. Manifeſtum ergo, ꝙ neceſſarium hæc in ſomnis eſſe euidētia magis, quam in vigilando. At vero quædam quidem, quæ in ſomnis, phantaſmata cauſas eſſe propriorum cuiuſque actuū, non eſt irrationabile. quemadmodum enim debentes agere, & in actibus exiſtentes, aut operati, recta ſomnia ſæpe his cointuemur & agimus: cauſa autem quod præparatus exiſtit motus a diurnis inchoationibus: ſic rurſus neceſſarium eſt eos, qui in ſomno ſunt, F motus frequenter principium eſſe diurnorum actuum, eò quòd præparata ſit retro, & horum cogitatio in phantaſmatibus nocturnis. Sic ergo contingit ſomniorum quædam ſigna & cauſas eſſe. Plurima vero accidentibus aſsimilantur: maxime autem & tranſgredientia omnia, & quorum non eſt origo in nobis, ſed de nauali bello, & de iis, quæ procul accidunt, ſunt. De his enim eodem modo ſe habere veriſimile eſt, vt quando alicui memoranti de aliquo, contingerit hoc factum eſſe. Quid enim prohibet & in ſomnis ita? magis autem veriſimile multa huiuſmodi accidere. Quemadmodum igitur meminiſſe de aliquo, neque ſignum, neque cauſa accedendi ipſum, ſic nec ibi eueniſſe ſomnium videnti, neque ſignum, neque cauſa, ſed caſus. Ideo & multa ſomniorum non eueniunt, fortuita enim neque ſemper, neque frequenter fiunt.

Caput Secundum. Somnia non a Deo, sed aliunde mitti. Cur aliqua eueniant somnia, aliqua uero minime. Cur et aliqui sint recte somniantes, et qui. Et qui ueri sint somniorũ interpretes.

Mnino autem quoniam & aliorum animalium somniāt quædam, a Deo vtique missa non erūt somnia, neque facta sunt huius gratia. dæmonia tamen. natura enim dæmonia, non diuina. Signum autem. valde enim de generes homines præuidentes sunt, & recte somniantes, tanquam Deo non mittente. Sed quorumcunque quasi loquax natura est & melancholica, multimodas visiones vident. Eo vero ꝙ secundum plura & multifaria moueantur, assequuntur: sicut quidam tota contendentes, rapiunt. Nam quemadmodum & dicitur, Si multa iacias, alias aliud iacies, & in his hoc accidit. Quod autem non eueniunt multa somniorum, nihil inconueniens. Neque Adagium.
B enim eorum, quæ in corporibus sunt, signorum, & cælestium, velut quæ aquarum & quæ ventorum. si enim alius *vehementior isto acciderit motus, a quo futuro factus est, non fit signum. Et multa cō sulta bene, quæ fieri expediebat, dissoluta sunt, propter alia præstantiora initia. omnino enim non omne fit, quod futurum erat. neque idem, quod erit, & quod futurum est. Verumtamen principia dicē dum esse, a quibus non perfecta sunt, & signa nata sunt hæc aliquorum, quæ non facta sunt. De his vero somniis, quæ nō huiusmodi habent principia, qualia dicimus, sed remotiones, vel temporibus, vel locis, vel magnitudinibus, vel horum quidem nihil, non tamen habē tibus in seipsis principia, qui vident somnia, nisi præuisio fiat ab accidente, tale vtique erit magis, quam vt dicit Democritus simulachra & defluxiones causans. Quemadmodum enim cum quis mouit aquam vel aerem, hoc aliud mouit, & quiescente illo accidit huiusmodi motum prodire vsque ad aliquid, illo, qui mouit, non præsen-
C te, sic nihil prohibet motum aliquē & sensum pertingere ad animas somniantes, a quibus ille simulachra facit & defluxiones. & quocumque fuerint pertingentes, magis sensibiles esse noctu, eo ꝙ qui in die deferuntur, dissoluuntur. magis enim sine turbatione aer noctis, eo ꝙ silentiores sint noctes. & in corpore facere sensum propter somnū, eo quod & paruos motus, qui intrinsecus, sentiunt dormientes magis quam vigilantes. Hi vero motus phantasmata faciunt, ex quibus præuident futura de huiusmodi. Et ideo accidit passio hæc quilibet, & non prudentissimis. in die enim vtique fieret, & sapientibus, si Deus esset mittens. Sic aūt verisimile quoslibet præuidere. nam cogitatio horum non est curis affecta, sed tanquam deserta & vacua omnibus. & mota secundum mouens ducitur. Et quod quidā, qui in *excessu mentis præuident, causa est: quoniam proprii motus

*κυριωτέρα

Multa consulta bene, quę fieri expediebat, dissoluta sūt propter alia prętātiora initia.

Democrit'.

*ἐκστατικοί.

non infestant, sed longe proiiciutur. extraneos ergo maxime sentiũt. D
Quosdam autem recte somniãtes esse, & familiares de familiaribus maxime præuidere accidit, eo ꝙ familiares maxime pro seinuicem soliciti sunt. quemadmodum enim procul existentes maxime cognoscunt & sentiunt, sic & motus. cognitorũ enim notiores sunt motus. Melancholici autem propter vehementiam, quemadmodum iacientes eminus, bene coniectant. & propter permutationem cito hærens imaginantur ipsi. Quemadmodum enim Philægidæ poemata, et furiosi hærentia simili dicunt & cogitant, veluti Venerem, sic copulãt ad*primum. Amplius autem propter vehementiam nõ expellitur eorum motus ab alio motu. Artificiosissimus autem est iudex somniorum, qui potest similitudine, inspicere recta enim somnia iudicare cuiusq; est. Dico autem similitudines, quoniam similia accidunt phãtasmata eis, quæ in aquis sunt, simulachris, sicut, & prius diximus. ibi vero, si multus fiat motus, non similis fit imago, & simulachra veris. Promptus vero erit imagines iudicare sufficienter, qui potest cito in- E spicere & sentire dissipata & distorta simulachrorũ ꝙ sunt hominis, vel equi, aut cuiuscunq;. Et ibi itaq; aliquid simile potest somnium. motus enim impedit rectum somniũ. Quid igitur est somnus, & somnium, & propter quam causam vtrunque horum fit: amplius autem & de ea, quæ ex somniis est, diuinatione dictum est.*

Melãcholicorũ imaginationes, Philægides.

*id qđ ante Somniorum artificiosissimus interpres quis,

*a.d. addũt De cõi autẽ aïalium motu dicẽdum,

Auerrois Paraphrasis.

ET, cum iam diximus de hac virtute, dicendũ est de somno, & vigilia. Et primo virũ appropriẽtur aïę, vel corpori, aut vtriq;, et cui parti aïę attribuuntur, & cui mẽbro corporis: et vtrũ quodlibet ex aïalibus habet alteram istarũ duarũ virtutũ, aut vtrãq;. Somnus. n. & vigilia describuntur multis modis. dicitur. n. ꝙ somnus est sensus in potentia nõ rerum existentiũ. dormiẽs. n. videt, quasi comedat, & potet, & sentiat per oẽs quinq; sensus. vigilia autẽ est sensus in actu. Et ex hoc apparet ꝙ somnus est priuatio vigilię. quod. n. est in potentia est priuatio eius, quod est in actu. Et sensus, qui est in potentia in somno, quandoq; contingit vt exeat in actum in somniis veris pręnunciatiuis mirabilium. & tunc sensus, qui est in potentia, erit nobilior sensu, qui est in actu. sensus, autem, qui est in potentia, si fuerit falsus, est vilis: & sensus in actu est nobilior eo. Et videtur, sicut dicit Arist. ꝙ sensus actualis est corporalis, & potentia lis est spiritualis, corporalis autẽ est nobilior apud sentiens corporale. spiritualis vero est nobilior apud comprehendens spirituale. simplex autem spiritualis est nobilior corporali, & sensus spiritualis non solummodo inuenitur in somno, sed etiam in vigilia apud congregationem & adunationem trium virtutum: sicut diximus prius. Et ex his duabus descriptionibus apparet ꝙ hę duę virtutes sunt eędem in subiecto, & dueę secundum modum & definitionem: & ꝙ subiectũ earum est virtus sensibilis comprehendens: & ꝙ sunt cões animę, & corpori, actio. n. animę sensibilis est cõis animę & corpori: quia non agit nisi per instrumenta. Et apparet ꝙ non debet attribui nisi virtuti sensus cõis ex hoc, quod dico, Impossibile est. n. vt attribuantur virtuti nutritiuę. plantę. n. non habẽt somnum, cum non habeant comprehensionẽ: &, cum non attribuatur animę nõ comprehensiuę, remanet vt attribuatur animę cõprehensiuę, & irrationali. aïal. n. irrationabile dormit: & quia aïal dormiens non caret in somno aliquo de instrumentis sensus, aut instrumentis motus, & cum hoc neq; sentit, neq; mouetur: sci- F

Somni definitiones, et cuius animę partis passio sit.

Pria descriptio somni. Quod ẽ ĩ potẽtia est priuatio eı', qđ est in actu. Idem. 9. Met. c. 3.

A mus ꝙ causa in somno est ꝙ comprehendens sensibilia recessit ab instrumentis illis ad interius corporis. Et, quia declaratũ est in libro de Aĩa hic esse virtutẽ sensibilem cõem omni sensuum, quę iudicat diuersitatem, & multitudinem sensibilium, scimus ꝙ illud, quod recessit ab istis instrumentis, est sensus cõmunis, & ꝙ quidditas somni est introitus istius virtutis sensibilis communis in corpus; & ꝙ vigilia est motus istius virtutis ad sua instrumenta extra corpus. Et ideo somnus describitur ita, ꝙ est quies motus, & ꝙ vigilia est continuatio motus, et iste sermo magis demonstrat quidditatẽ somni, ꝙ̄ prędictus. Quoniam aũt somnus est introitus sensus communis ad interius corporis manifestum est. Et signũ eius est: quia vigilanti accidit simile, s. quia transeunt per ipsum sensibilia, et nõ comprehendit ea. & hoc erit, cum cogitauerit maxime de aliquo. tunc enim cognoscunt instrumenta animę sensibilis, & inducunt communem sensum ad interius corporis, & ad adiuuandum cogitatiuam. virtus enim cogitatiua uiget apud quietem aliorum sensuum: & ideo comprehendit homo in somno futura, non in vigilia. & ista virtus cogitatiua iuuat pręsentando illud, quod habet de imagine illius rei, & colat ipsam imaginatiua, vt sit pręsens in virtute cogitatiua. intentio enim, quę comprehenditur per cogitationem est spiritualis. & hoc non accidit alicui animalium, nisi homini, quia non habent intellectum, & tantum comprehendunt descriptiones, & cortices rerum. Et signum eius est, quia tran

Tertia sõni descriptio.

B seunt p nociuũ, & non cadunt, & per vtile, & non quęrunt ipsum. Et etiam describitur somnus sic, ꝙ est ligamentum virtutum, & confirmatio earum: & ꝙ vigilia est dissolutio virtutũ, et debilitas earũ. in vigilia. n. quia sensus vtuntur instr̃is, accidit et dissolui a suis instr̃is pp fatigationẽ & debilitatem. &, quia somnus est abscondens hanc virtutẽ, accidit ei vt sit ligamentũ istarũ virtutũ quia acquirunt per ipsum fortitudinẽ. &, quia ista fatigatio accidit instrumentis a pássionibus extrinsecis, verbi gratia, a labore, & ab aliis, ideo habent introitum in descriptione somni. Et, cum ista est descriptio somni, oportet vt omne animal habens somnum, habeat vigiliam. Debilitas enim accidit animalibus necessario: sed non eodem modo. quędam enim animalia habent quinque sensus: & ista habent somnum & vigiliam perfecte, & lętitiam & tristitiam, & appetitum perfecte. & quędam habent aliorem sensum: & ista habent somnum, sed non in omnibus virtutibus, cum non habeant vigiliam in eis. Et non est dubium ꝙ perfectus somnus, & gaudium non inueniuntur nisi in habẽtibus sensum communem perfectum, scilicet in animalibus habentibus quinque sensus: quia multa carent quibusdam istorum sensuum, & tamen dormiũt, verbi gratia cęcus, & surdus. & enim hoc est accidẽtale, non naturale. & isti non carent sensu communi, sed instrumentis, per quę sensus communis videt sensibilia. Et

Quarta somni descriptio.

C quidam descripserunt somnum, ꝙ est illud, quod fit per debilitatem virtutum sensibilium. & non omnis somnus fit ex debilitate virtutũ sensibilium. fit enim maxime a cogitatione in aliqua re, quando sensus cõmunis profundatur ad iuuandum cogitationem, & non per debilitatem contingentem: immo actio eius tunc cum aliis virtutibus fortior est, quam in vigilia. Et signum eius, ꝙ virtutes sensibiles contrahuntur apud somnum interius, est quia homo, quando cogitauerit in aliqua re difficili, maxime contingit ei somnus: ideo ꝙ quibusdam hominibus accidit simile morti, scilicet propter debilitatem virtutum extrinsecarum, & per vsum virtutum extrinsecarum in comprehendendo nobilia. & videndo spiritualia existentia in mũdo, sicut angelos & cęlos, & alia. quia sensus cõmunis vno modo est vnus, & alio modo est multi. est enim vnus sensus, quia comprehendit omnia sensibilia quinque, & est multi, quia habet multa instrumenta, scilicet oculum, nares, & aures: & istud sentiens est subiectum somni, & vigilię, & est vniuersale multis virtutibus sensus: manifestum est igitur ꝙ somnus & vigilia continent multas virtutes virtutum animalium. Et ideo dicit Arist. qd necesse est vt homo sit ęqualis inter has duas virtutes, & nõ declinet plus ad vnam ꝗ ad aliam. qm̃, si declinauerit magis ad somnũ, ꝙ̄ oportet, hebetabitur aĩa, & instrumenta naturalia, quibus agit. &, si declinauerit ad vigiliã, corrumpentur virtutes, et instr̃a naturalia, manifestum est igitur ex hoc cuius

Quinta sõni descriptio.

Sensus cõis vno mõ est vn', et alio modo ẽ plures. Vide, 2. de Aĩa, 149

De subiecto somni, de quo cap. 4.

virtutis animę est somnus, & vigilia. Et, quia ista virtus necessario habet subiectum proprium: & illud est membrum, in quo est ista virtus pręscrutādum est de hoc membro quid sit. Dicamus igitur ꝙ iam declaratum est superius ꝙ sensus communis est in corde: & ꝙ cerebrum est vnum instrumentorum complentium hanc actionem secundum temperamentum existens in eo. &, cum ita sit, & somnus est introitus communis sensus in interius corporis, manifestum est ꝙ principium istius motus est in vigilia a corde, & finis eius ad cerebrū. in somno autem principiū eius est a cerebro, & finis ad cor. & in rei veritate principiū eius in vtroq; est a corde: sed cerebrum est causa in somno quoq; modo magis ꝙ̄ in vigilia. & vniuersaliter vtrunq; istorum est causa in hoc: sed cor est prima causa, & cerebrum secunda. hęc igitur duo membra communes habent has duas uirtutes. Quare igitur accidit hoc duobus his membris, apparebit ex hoc, quod dico. cum enim fuerit positum ꝙ causa omnis eius, quod accidit omni animali, est calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut compositum ex eis & posuerimus ꝙ somnus est introitus sensus communis ad membrum, quod est sensuum principium, & subiectum sensus communis est calidum naturale: manifestum est ꝙ somnus fit per recessum calidi naturalis, & contractione eius ad suum principium, quod est cor. motus. n. non accidit corpori, nisi secūdum ꝙ est motus in subiecto: & ideo virtutes non mouentur, nisi secundum suum subiectū. &, cum hoc declaratum est, ꝙ contractio calidi naturalis ad interius corporis accidit per suum contrarium, quod est frigidum & humidum, quemadmodum expansio & motus ad extra accidit ei per calorem & siccitatē, necesse est vt non accidat ei hoc accidens apud somnum, nisi propter frigidum & humidum, quę dominantur in cerebro: & vigilia accidit propter calidum & siccum, dominantia in corde. Quomodo autem accidit ista contractio per frigidum & humidum declarabitur ex hoc, quod dicam. humiditas enim innata est opilare vias calidi naturalis in venis, & neruis, & prohibet spiritus in veniendo ad sua instrumenta propria, sicut nubes prohibent Solem adeo ꝙ non potest venire ad extrinsecum. frigiditas vero innata est mouere calorem naturalem ad suam originem, quia est contraria ei. &, si non, corrūperetur statim calor naturalis, cum hoc, ꝙ frigiditas etiam constringit corpus, ita ꝙ reuertitur in minorem quantitatem. & ideo elementum frigidum est minoris quantitatis ꝙ̄ alia. Et testatur, ꝙ frigiditas et humiditas faciūt somnum, illud, quod accidit in multitudine somni, quando comedit homo frigida et humida. Et hoc accidens accidit spirituali naturali ex duobus: quorum vnum est digestio cibi in cerebro et corde: secundum autem est fatigatio, quę accidit in instrumētis sensus calori naturali. cibus enim quando alteratur in sanguine, cuius colamentum fuerit ad cor, deinde ad vnumquodq; membrum corporis secundum conuenientiam, ibit ad cerebrum id, quod conuenit ei, s. pars humida, et frigida; et quando membris aduenerit nutrimentum, humefiunt, et infrigidantur magis quam ante, et maxime membrum, quod naturaliter est frigidum et humidum. et ideo dum cibus quandoque digeritur, calidum naturale patitur etiam a cibo, et humefit, et infrigidatur etiā. nutrimentū, enim vno modo est simile, et alio modo est dissimile. Et fit etiam in membris per decoctionem vaporis grossi, ex quibus turbatur spiritus animalis naturalis, et grauatur, et mouetur contracte ad suum principium, quod est cor, et sic fit somnus necessario. et, quia cerebrum est frigidum et humidum: et omne membrum læditur in maiori parte per elementum, quod in eo dominatur; ideo somnus in maiori parte fit a cerebro, cum hoc etiam ꝙ cor in illa hora. s. nutrimēti infrigidatur calor eius: et, cum infrigidabitur, debilitabitur actio eius in cerebro in aliis membris. Somnus igitur accidit necessario propter debilitatem cerebri et cordis: et vtrunq; illorum est causa in debilitate sui corporis; licet cerebrum in hoc sit fortior causa propter complexionem eius. Et causa debilitatis eorū est digestio cibi. et ideo animal dormit, dum cibus est in digestione: et excitatur, quando digestio complebitur, tunc enim curatur calor naturalis ex illa humiditate, et vaporibus, et mouetur in venis, et neruis ad extra corpus: et sic fit vigilia. Et contractio caloris naturalis in hora digestionis habet aliā causam. D

De cāis efficietib' somnum, de quibus eodē capite.

B

F

anima

A anima enim, quia est vna vno modo, & multa alio modo, ideo habet in istis vir tutibus operationem per congregationem eorum. cũ igitur necessaria fuerit sibi aliqua actio, reducet instrumenta, quibus vtitur in alijs actionibus ad istã actio nem, vt vigeat in illa actione, & ideo calor naturalis apud digestionem cibi re uertitur ad actionem virtutis nutritiuę. & hoc erit in interiori parte corporis. Et ista est vna cãrum, propter quas fit somnus ex fatigatione habet enim suas cau sas: quarum Vna est de genere istius: quoniã, quando calor naturalis fuerit spar sus, & diminutus per motum in loco, & motum comprehensionis, scilicet sensus, statim anima mouebit ipsum in profundum corporis, vt agat per illam in reli quias postremi nutrimenti: et sic augmentatur substantia eius, & acquirit aliqd aliud loco eius, quod est dissolutum ab eo. Causa autem secunda est, ꝙ, quando motus sparserit calorem naturalem, tunc calor remittetur, & diminuetur, & ag grauabitur propter frigus: & sic contrahitur ad suum principium vt expellat a se complexionem accidentem. Somnus igitur iuuans naturaliter accidit propter transmutationem caloris naturalis in quantitate, & qualitate. In cibo enim trãs mutatur per humidum & frigidum. in fatigatione autem transmutatur per dimi nutionem humidi & frigidi. Quare autem accidit hoc animali, est propter ne cessitatẽ. hęc enim corpora, quia necessitate accidit eis fatigatio, & labor apud

B motum, & nutriuntur, & ideo indigent somno propterquietem, & necessitatem nutrimenti: econuerso corporibus cęlestibus. illa. n. quia non fatigantur, neq; nu triuntur, non indigent somno. Quid igitur sit somnus, & cui parti animę attribui tur, & cui membro corporis, & quomodo, & quare declaratum est.

Causa fina lis somni de qua cap. 3.

De Sõnijs.

ET post hoc determinandum de natura somniorum, & ꝙ est sui generis de comprehensionibus diuinis, quæ non acquiruntur per acquisitionem ho minis. Dicamus igitur ꝙ istarum comprehensionum quędã dicuntur som nia, & quędam diuinationes, & quędam prophetię. Et quidam homines negant ista, & dicunt ea accidere casu. sed negare ea est negare sensata. & maxime ne gare vera somnia. nullus enim homo est, qui non viderit somnium, quod non enunciauerit ei aliquod futurum. &, cum homo expertmentauerit hoc multo tiens videbit ꝙ hoc non accidit casu, sed essentialiter. & illę alię comprehen siones, licet non sint visę, tamen sunt valde famosę. & ea quę sunt famosa apud omnes, aut sunt necessaria secundum totum, aut secundum partem. impossi bile enim est vt famosum sit falsum secundum totum: et sermo de istis omnibus idem est. & sermo de quiditate somnij sufficiet: quia esse eorum non differunt, ni si secundum magis & minus, sed tantum differunt secundum nomina propter hoc, ꝙ vulgus dicit. Dicunt enim ꝙ somnia sunt ab Angelis: & diuinationes a

Famosũ nõ ẽ ex toto fal sum.

C Dęmonibus: & prophetiæ a Deo, aut cum medio, aut sine medio. & Arist. non fuit locutus nisi tantum de somniis. Dicamus ergo ꝙ somnia sunt duobus mo dis, aut vera, aut falsa. & est consyderandum cui parti partium animę attribui tur vterq; istorum modorum, & quę est causa agens vtrunq; istorum modorũ: & quare sunt somnia vera: & quomodo sunt, & quando sunt, & quot modis: & propter quid sunt propria somno: & quare quidam somniant vera in maiori par te, & quidam non, & quidam falsa: & quare quidam interpterantur in maiori parte, & quidam non. Dicamus, quia dormiens sentit se videre, & audire, & ol facere, & gustare, & tangere sine aliquo extrinseco sensibili, necesse est vt ini tium istius motus in somno sit finis eius in vigilia. &, quia motus in vigilia in cipit a sensibilibus extrinsecis, & peruenit ad virtutem rememorationis, quę est in quinto ordine, necesse est vt principium esset ab hac virtute. sed quia vir tus rememorationis & cogitationis non agunt in somno, ideo attribuitur imagi natiuę. Ista enim virtus est semper in motu in actione continua, & in transactio ne de vna imagine ad aliam imaginem. quandoque igitur facit hoc de intentioni bus, quę sunt in rememoratiua, & quandoq; de passionibus, quę sunt in sensu communi; & quandoq; occurrit intentioni, & recipit intentionem illius rei, quã imaginatur a suo principio extrinseco. & post declarabimus. Et manifestum est ex his omnibus ꝙ somnia debent attribui virtuti imaginatiuę, siue fuerint falsa siue vera. Quomodo autem accidit ꝙ in somno videt homo ꝙ sentiat per

Quõ sõnia attribuãtur virtuti ima ginatiuę. de quo cap. 1. li bri de Som nijs.

quinq; sensus absq; eo ꝙ ibi sit aliqd sensibile extrinsecũ,hoc accidit per contrariũ motũ ei, quod est in vigilia. In vigilia enim sensibilia extrinseca mouẽt sensus:& sensus communis mouet virtutẽ imaginatiuã.In somno autẽ,qñ virtus imaginatiua imaginata fuerit intẽtionem,quã accepit ab extrinseco, aut ex virtute rememoratiua,reuertetur & mouebit sensum cõmunem, & sensus communis mouebit virtutem particularem:& sic accidit ꝙ homo comprehẽdet sensibilia,licet non sint extrinsecus:quia intentiones eorum sunt in instrũs sensuũ, & indifferenter,siue intentiones veniant ab extrinseco, siue ab intrinseco. Et simile huic accidit habenti timorem,& infirmo propter intentionẽ imaginationis in istis dispositionibus.motus.n.virtutis imaginatiuę intenditur in somno,qa est soluta a ligamento virtutis cogitatiuę:& propter debilitatem istius virtutis, s.cogitatiuę in infirmo & habenti timorem accidit eis tale accidens. D

De causis somniorũ.

Voniam autem somnia, siue vera siue falsa, attribuuntur virtuti imaginatiuę declaratum est.de causis vero istorum duorum modorum somnij declarandum est.Dicamus igitur ꝙ somnia vera enunciant aliquid esse, cuius esse habetur apud nos naturaliter ante istã cognitionẽ:et est ĩ hora cognitionis in maiori parte non ens. & ista fides, quam habemus post ignorantiam,non acquiritur ex cognitione pręcedente,neque post cognitionẽ: sicut ẽtiam acquiritur cognitio habita ex propositionibus. Declaratũ est.n.in Posterioribus ꝙ cognitionem creditã & intellectam antecedunt naturaliter duo modi cognitionis,s.agens.& pręparans.Sed manifestũ est ꝙ istam cognitionem,quę acquiritur in somno,non antecedit modus agens. vtrum autem pręcedat eam modus pręparans,habet dubitationem. Et,cum ista cognitio est acquisita post ignorantiam:& est acquisita postquam erat potentia,& sine aliqua cognitione antecedẽti:manifestum est ꝙ eodem modo acquiritur, sicut primę propositiones acquiruntur.&,cum ita sit necesse est vt agens eas sit idem, & eiusdem generis. & quia omne,quod exit de potẽtia in actum,habet agens, quod est de genere illius rei, quod exit de potentia in actum, necesse est vt faciens istam cognitionẽ sit intellectus in actu:& iste dat principia vlia in rebus speculatiuis: cuius esse declaratum est in lib.de Aĩa.hę.n.duę dationes sunt eiusdem generis.sed tñ differunt:quia in cognitionibus vniuersalibus dat principio vniuersalia facientia cognitionem,illius,quod erat ignotum:hoc autem in somno dat cognitionem rei ignotę sine medio.Et ideo oritur hic magna perscrutatio, & locus admirationis.qm̃,si hoc potest dare,vtrum hoc possibile est ei in omnibus generibus, aut tm̃ in quibusdam.manifestum est.n.ꝙ somnia nõ sunt in rebus speculatiuis, sed in rebus futuris.& vniuersaliter iste modus dationis largę valde est nobilis, & attribuitur principio nobiliori,s.principio voluntatis: immo est a re diuina, & ex perfecta sollicitudine circa hominem.&,quia prophetia intrat hunc modum dationis,attribuitur Deo & rebus diuinis,s.angelis.Et ideo dicit.Soc.ratiocinãdo hominibus Athenarum,O homines,ego non dico ꝙ vestra scientia ista diuina sit falsa:sed dico ꝙ ego sum sciẽs scientiam humanam. Reuertamur ergo & dicamus ꝙ,cum dator istius cognitionis est intellectus liberatus a materia:et est declaratum in prima Philosophia ꝙ istæ intelligentię abstractę intelligunt naturas vniuersales,& non dant nisi simile eius, ꝙ habent, impossibile est vt dent intentionem indiuidualem omnino,cum non habent naturam comprehendendi intentionem particularem: & illę formę vniuersales non indiuiduantur nisi propter materiam.Et,si intelligentię abstractę cõprehenderent indiuiduũ, tunc necessario essent materiales:& tunc non agerent nisi secundum contactũ. Et cum intelligentię non intelligant intentiones indiuiduales, quõ igitur dat intelligentia agens istam formam indiuidualẽ tempori & loco propriã,& vni modo hominum,& vni indiuiduo modis? videmus.n.ꝙ hõ non cõprehendit de istis in somno nisi ea,quę appropriantur sibi,aut suis ꝓpinquis,aut suę ciuitati, qõ.n.hęc est in duobus locis,s.quõ acquiruntur particularia natura,vniuersali, & quare hæc sunt propria particularibus propriis hoi. sermo.n.de istis, quamuis sit valde difficilis,tñ rectum est peruenire ad hoc,secundum ꝙ possumus in natura nostra. Dicamus igitur ꝙ res factę,quędam sunt indiuidua substantiarum

Margin notes:

Difficultas, quis sit dator cognitionis ĩ somno.

Solutio. 12. Meta.c. 37,&.51.

Formę vles ꝑ materiam indiuiduant. Idẽ.1. Met. c.40.12. meta.14.1.Cg.li.92.

Rerũ factarum diuisio.

E

F

A & quędam indiuidua accidentium. Indiuiduorũ aũt substantię quędã sunt indiuidua substantiarũ simpliciũ, s. partes elẽtorum, & quędã sunt indiuidua substantiarũ compositarũ. & indiuidua substantiarũ compositarũ, aut sunt hñtia aias, sicut aialia & vegetabilia, aut non, sicut minerę, & sibi similia. Accidentiũ vero quędã sunt accidentia exñtia in indiuiduis substantiarũ simpliciũ, & quędã sunt accidentia exñtia in indiuiduis compositorũ, aut in hñtibus aias, aut in carentibus eis. & vtrunq; istorũ modorũ duorum aut est p naturã, aut p volũtatẽ. Indiuidua aũt substantię oĩa sunt terminatarũ causarum agentiũ, cum nullum indiuiduum substãtię inueniatur casu. Declaratũ est.n. in lib. de Generatione, et corruptione q̃ gñatio partiũ elẽntorũ, & transmutatio partiũ eorũ adinuicem est ordinata, & conseruata p motus corporũ supcęlestiũ. & per hoc fuit posse vt ęqualiter esset generatio & corruptio in partibus eorũ, & vt remanerent semper secundũ totũ. & similiter declaratũ fuit illic q̃ corpora consimilium partiũ, quę fiunt in elẽntis, sunt determinata in esse, & sunt determinatarũ cãrum per motus corporũ supercęlestiũ, & per motus elẽntorũ, quę currunt ordinabiliter. Et declaratũ est ẽt in lib. de Aialibus, & Vegetabilibus q̃ indiuidua aialium, & plantarũ sunt determinata in esse & determinatarũ cãrum: in gñabilibus aũt per semina & intelligentiã agentem: in non gñabilibus vero per elementa, & corpora cęlestia & intelligentiam agentẽ. &, cum ista indiuidua habeant determinatum esse, necesse vt natura eorũ sit intellecta apud formam abstractam, cuius proportio ad illã est sicut proportio formę artificij ad artificiatum. Indiuiduorũ aũt accidentiũ vel accidentis quędam sunt entia a causis naturalibus, & quędã a voluntariis & naturalibus, quod igitur ex istis fuerit casu, s. in vtroq; genere naturali & uoluntario, non habet naturam intellectam, cum non habeat causas terminatas. & ideo non est posse vt homo sciat ista futura, nisi modo accidentali. modus autem secundus accidentium determinatarum causarum necessario habet naturam vniuersalem intellectam, quę est prima causa in esse eorũ. necesse est.n. illud, quod essentialiter scitur, habeat causas existentes essentialiter. &, cum illic fuerint causę existentes essentialiter, necesse est vt sint intellectę apud naturam vniuersalem: siue fuerint intellectę a nobis, siue non. & ista indiuidua futura non possunt sciri a nobis per argumentationem, s. in eis, quę uentura sunt a remoto in tempore & loco: & quia illę causę sunt non determinati esse apud nos, licet in se sint determinati esse. Nos.n. non comprehendimus istas causas, nisi large, & inter ordines, quos nos non comprehendimus ex hoc, & qui sunt determinati apud naturam intellectam, a qua quę tenet, recipit natura sensibilis: & a qua mouetur, sicut instrumenta mouentur a forma artificij. sunt enim ordines multiplices fere infiniti, et ideo visum est q̃ nullum indiuiduum sit essentialiter a natura, nisi per scientiam antecedentem. quoniam instrumentum artificis, sicut dicit Ari. non mouetur nisi secundum artificem. de eis autem, quę fiunt voluntarie, illa, quę sunt essentialiter determinata apud nos, aut secundum mores naturales, aut secundum mores positos a lege, necesse est etiam vt sint determinata apud naturam: licet sint ignota apud nos. & Astronomi non dantur ad iudicandũ res futuras, nisi quia existimant scire de corporibus cęlestibus causas proprias generationi cuiuslibet indiuidui modorũ specierũ. Hoc enim posito nõ est inopinabile vt intelligentia abstracta det animę imaginatiuæ naturam vniuersalem istius indiuidui facti, s. intellectum suę causę. & anima imaginatiua recipit ipsum particulare, secundum q̃ est in materia: & tunc forte recipiet indiuiduum illius intellecti, aut suum simile. & quemadmodum dat perfectiones animales vĩrs, & materia recipit eas particulares, ita hic dat perfectionem vltimam animę imaginatiuę vniuersalem, & imaginatiua recipit eam particularem. declaratum est.n. q̃ intelligentia agens dat primas perfectiones virtutum aĩę particulares, & particulariũ, s. quinq; sensus, & virtutis imaginatiuę, dator enim vltimarum perfectionũ in eis est res sensibilis. in hac aũt comprehensione spiritualiter, quę fit in somno, illa dat animę postremam perfectionem. Et quemadmodum Medicus enunciauit quod accidit corpori Socratis, & animę eius in aliquo tempore terminato per duas propositiones; quarũ vna est vniuersalis in-

2.de Gña. t. c. 55. & 56.

B — C (marginal section letters)

tellıgibilis.& alia particularis sensibilis: ita ista enunciatio componitur ex vni D
uersali,quod datur ab intelligentia, & ex intentione particulari similii illi vni
uersali.Quare vero homo non comprehendit ex istis particularibus nisi, illud, quod est proprium suo tempori,& suo loco,& corpori,et suis hominibus absq; alijs particularibus communicantibus eis in illa natura vniuersali,hoc est,quia necesse est vt homo habeat in hac comprehensione alterum duorum modorum generum cognitionis,quę antecedit fidem,s.cognitio pręparans,s.cognitio imaginationis imaginem informans,& debet antecedere fidem : & homo nō potest acquirere istam cognitionem nisi in indiuiduis,quę iam pręsciuit,et maxime illa indiuidua,circa quę habuit magnam sollicitudinem.de eis autem,quę sunt ignota apud ipsum,non potest acquirere scientiam.ista enim fides, licet non est necessarium vt antecedat eam cognitio agens,tamen necesse est vt antecedat eam cognitio pręparans.Quare vero virtus imaginatiua in maiori parte non inducit veram intentionem indiuidualem,quę est sub illo vniuersali, quod dat intellectus,sed inducit intentionem similem illi.hoc accidit, quia res sensibilis habet duas formas s. spiritualem,& est forma similis,& corporalem, & est forma rei sensibilis,non forma similis ; & forma similis est magis similis, quia est magis propinqua naturę vniuersali q̃ forma verę rei.& ideo anima imaginatiua recipit intentionem intellectam,secundum q plus potest recipere eam in spiritualitate:& quandoq; recipit eam corporalem : & sic videt homo in somno ipsam E
formam,non suum simile.Quare vero ista comprehensio est propria somni, est quia anima est vna in subiecto,& multa secundum virtutes. Ideo,quando vtetur aliquo modo virtutum,debilitabitur in vsu alterius modi virtutum, verbi gratia, q,quando vtetur cō prehensione extrinseca,debilitabitur in comprehensione intrinseca:& quando vtitur virtutibus mouentibus,debilitantur virtutes comprehensiuę.et similiter,quando vtitur virtutibus interioribus,debilitantur alię.v.g.quoniam virtus imaginatiua debilitatur,quando cogitatiua vigoratur, & econuerso:& quando anima ociatur secundum aliquod genus istorum,aut secundum aliquam speciem, vigorabitur alia species : & forte non erit contenta anima in ocio virtutis,sed in instrumento illius virtutis. & ista actio similis est actioni eius,in qua congregat tres virtutes interiores ad repręsentandum idolū rei,quę nunq̃ transiuit per sensum. & cum ita sit, necesse est vt actio virtutum imaginatarū in somno sit perfecta,& magis spiritualis. anima enim in somno fecit ociari sensus extrinsecos,& instrumenta eorum,& reuertebatur ad sensum interiorem.Et signum eius,q virtutes interiores sunt perfectionis actionis apud quietem virtutum exteriorum,est q illi,qui multum cogitant, intrant suę virtutes sensibiles intra corpus:ita q accidit eis somnus magnus: & ipsi etiam sponte faciunt quiescere sensus extrinsecos,vt melius cogitent.Et propter hāc causam illi, qui nati sunt sine visu,& sine auditu, sunt perfectiores secundum F
virtutes interiores. ideo ,pphetia in dispositione simili venit epilepsię istę enim virtutes interiores,quando mouebuntur forti motu,contrahentur virtutes exteriores, adeo q forte accidet ex hoc syncopis. Declaratum est igitur ex hoc, quare est ista comprehensio in somno,& non in vigilia. & non est remotum vt aliquis homo comprehendat in vigilia quod dormiens in somno. immo forte vidit ipsam formam rei,non suum simile:sicut dicitur de Gaumar.

Idem supra sup loco de memoria,& 3. de Aīa.5. &.2.0.

De Somniorum diuinatione,& veritate.

ET propter quid vera sunt somnia. Dicamus ergo propter sollicitudinē circa hominem, homo enim quia indiget cognitione, & comprehensione in virtute cogitatiua,quā sciret res futuras vtiles & nocentes, vt sit paratus contra illas,ideo fuit sustentata ista virtus cum hac enunciatione nobili,& comprehensione spirituali. & ideo dictur q est vna pars prophetię. Et hoc manifestum est in somnio Pharaonis,de quo interrogauit Ioseph.Interpretator autem est homo, qui habet animam paratam naturaliter ad distinguendum similitudines rerum,& somniorum.& est ille,cui largitur intellectus intentiones corporales,cui assimilantur in somnio intentiones spirituales:& de necessitate debet scire similitudines vniuersales omnibus gentibus, & similitudines proprias cuilibet genti,& quolibet modo hominum. Gentes enim diuersantur in hoc duobus

Qualis dicitur eē interpres somniorum.

Gētes diuer

A modis. Quorum vnus est naturaliter, scilicet secundum virtutes eorũ, & secundum entia eis propria in suis regionibus. Secundus aũt est secundum similitudinem, & opiniones, secundum quas nati sunt secundum leges suas, & receperunt fidem inde a natiuitate, s. de primo principio, & angelis, & resurrectione. Et oportet interpretantem, sicut dicit Aristo. vt semper sit cogitans, & mundus non declinans ad mores brutę animę. & forte accidit homini vt vnum somniũ interpretetur in alio somno: sicut accidit Herculi regi in somnio, ꝙ narrauit Arist. somniauit autem somnium, quod nullus sciuit interpretari: & cum dormiuit interpretatum fuit ei, & remansit sollicitus in hoc, quousq; acciderent illę res. Et forte accidit homini vt videat somnium, & post hoc obliuiscatur, & deinde forte rememorabitur illud somnium in vigilia. & quando rememorabitur secundum illum modum sentiet, quo sentiebatur in preterito, & iam diximus quomodo. Et quidam homines sunt verioris somnij, quam quidam, propter diuersitatem eorum in hac virtute imaginatiua: & isti sunt habentes complexiones melancholicas frigidas & siccas. humiditas enim coperit virtutes, & oppilat vias spirituum, & facit somnium simile morti, ita ꝙ fere nihil imaginatur dormiens. & humor melancholicus conuenit somnio, & actioni istius virtutis. quia enim iste humor est multi vaporis, ascendit ad caput, & facit somnum: & ideo conuenit somnio. Et etiam conuenit huic virtuti, quia ista virtus semper

B est in motu in somno & vigilia, & semper transfertur de vna imagine ad aliam. & ideo malitia suę actionis est in velocitate motus de vna imagine ad aliam, & in paucitate confirmationis & quietis: & bonitas suæ actionis est in confirmando & in bene imaginando illam rem, quam imaginauerat. & isti actioni conuenit complexio frigida & sicca. frigiditas enim facit tarditatem motus: & siccitas facit confirmationem formę. & ideo ista virtus habet magnum dominium in melancholicis: ita ꝙ in vigilia comprehendunt quod alii comprehendunt in somnio. Vtrum autem ista virtus, siue comprehensio sit in tribus temporibus, est consyderandum. ꝙ autem oportet enunciari est futurum tempus: sed non est remotum vt hoc cadat in preterito & in presenti, quãdo fuerit ignotum apud nos. in quo vero genere entium cadat ista enunciatio consyderandum est. quoniam genera rerum scitarum aut sunt scientię speculatiuę, aut artes operatiuę, aut virtutes cogitatiuę particulares. & est manifestum ꝙ ista comprehensio non est in maiori parte, nisi in rebus futuris, cuius comprehensio proprie est a virtutibus cogitatiuis particularibus, quibus vtuntur ad cõprehendendũ vtile & nocens in rebus futuris. artes autem operatiuę existimatum est ꝙ possint acquiri in somnio: scię autem speculatiuę remotum est vt accidat hoc in eis. homo enim naturam habet ad comprehendendum scĩas speculatiuas per proprias

C propositiones habitas. Et, si homo comprehenderet eas sine propositionibus, tunc illę propositiones essent ociosę. & natura voluit hoc. et vniuersaliter. si aliquod intellectum de intellectis scientiarum speculatiuarum acquiratur hoc modo, erit accidentaliter, & raro. Et similiter impossibile est vt per ipsum fiat ars speculatiua. nisi aliquis ponat hic esse aliquem modum hominum, qui comprehendunt scientias speculatiuas sine disciplina. & isti homines, si sunt, ęquiuoce sunt homines: immo magis videntur angeli, q̃ homines. Sed hoc videtur impossibile ex hoc, ꝙ dico. cognitio enim speculatiua vna est in se non diuersa: siue fuerit scita per disciplinam, siue sine disciplina. &, si esset scita per vtrunq; , tũc disciplina nõ esset accepta necessario in definitione eius, & sic sumus inter duo, aut vt dicamus ꝙ ista cognitio ęquiuoce dicitur cum cognitione humana: aut vt concedamus ꝙ eadem res inuenitur per causas diuersas, & secundum hoc respectus rei ad suas causas quibus, constituitur non erit necessarius. & omne hoc est impossibile. Dicere autem ꝙ possibile est vt imagines rerum speculatarum acquirantur ab aliquo modo hominũm hoc modo comprehensionis impossibile est. quoniam acquisitio earum hoc modo est superfluum, cum iam acquirantur ab homine modo perfectiori. nisi aliquis dicat forte ꝙ iste modus comprehensionis est proprius eis, in quibus est possibile, vt addiscant scientias speculatiuas. sed, si isti sunt, ęquiuoce sunt homines, De somnijs autem veris, & propter quid

[Margin: significatur duobus modis.]

[Margin: Comprehensio rerum in somno in quibus sit tẽporibus.]

Quę sint cāę sōniorū falsorum.

sunt,& quomodo dictum est. De causis vero somniorum falsorum dicendum est. & ista somnia vniuersaliter sunt a duabus causis. Quarum vna est ab actione virtutis imaginatiuę apud somnum in passionibus remanentibus in sensu communi, de sensibilibus extrinsecis, et ab actionibus illius virtutis in intentionibus depositis in virtute rememoratiua, et cogitatiua de illis rebus sensibilibus. motus enim istius virtutis, s. imaginatiuę semper est in thesauro istiu s virtutis, scilicet cogitatiuae, & rememoratiuę, & thesauro sensus communis. Causa autem secunda est desyderium naturale animę. Anima enim brutalis, quando desyderauerit aliquid esse aut non esse, innata est facere similitudinem formę illius rei desyderatę in illa dispositione desyderata, & presentare idolum illius rei. & ideo qui desyderat mulieres, videtur coire. & habens sitim, videtur bibere aquam. Et in hoc genere sunt somnia, quę significant apud Medicos dominium humorum in corpore. v. g. ꝙ videre ignem significat dominium cholerę: & somniare aquam significat dominium phlegmatis. Et differentia inter istas falsas formas, et veras in somnio est ꝙ anima miratur a somniis veris, & excitatur quasi timida ab illo somnio, & admirata de illa spiritualitate subtili. De quiditate igitur somniorum verorum, & falsorum, & de causis accidentium suorum dictum est.

De Somno & vigilia, de Somnijs, de Diuinatione per somnum Finis.

A

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE ANIMALIVM MOTV.

B

Caput Primum. De animalium motus causa agendum esse. Item q; omne mouens alicui innisum moueat.

DE MOTV autem animalium, quæcunque circa vnum quodque genus ipsorum sunt, & quæ differentiæ, & quæ causæ singulorum accidentium, quæ insunt ipsis, consyderandum est de omnibus in aliis. Omnino autem de communi causa eius, quod est moueri motu quocunque (nam hæc quidem animalium volatione mouentur, hæc autem natatione, hæc autem gressu, hæc autem secundum alios modos tales) consyderandum est. nunc. Quòd igitur
C principium aliorum motuum est, quod ipsum seipsum mouet, huius autem, quod immobile est: & quòd quod est primum mouens, necessarium sit immobile esse, determinatum est prius: quando & de motu sempiterno verum sit, aut non, sit, & si sit, quis sit. Oportet autem hoc non solum ratione vniuersali accipere, sed in singularibus & sensibilibus: propter quæ & vniuersales quærimus rationes, & ea, in quibus putamus oportere adaptare ipsas. Manifestum enim & in his, quòd impossibile sit moueri nullo quiescente. Primum quidem in animalibus. oportet. n. si moueatur aliqua particularum, quiescere aliquam. Et propter hoc, & flexus animalibus insunt: tanquam enim centro vtuntur flexibus. Et fit tota pars, in qua est flexus, & vna, & duæ: & recta, & flexa, quæ permutatur potentia, & actu, propter flexum. Cum autem flectitur, & mouetur, hoc quidem signum mouetur, illud autem manet in flexibus.

quemadmodum vtique, si diametri, quæ quidem A D maneat, quæ autem B moueatur, & fiat A C. Sed hic quidem videtur secundum omnem modum indiuisibile esse centrum. etenim moueri, vt aiunt, fingunt in ipsis. non enim mouetur Mathematicorum aliquid. ea autem, quæ in flexibus sunt, actu & potentia fiunt, aliquando quidem vnum, aliquando autem plura. Veruntamen principium, inquantum principium, quiescit, mota particula, quę subest: veluti brachio moto cubitus: toto autem membro humerus. & tibia quidem ipsum genu: toto autem cruce coxendis. Quòd igitur vnumquodque & in seipso oporteat habere aliquid quiescēs, vnde principium est ius, quod mouetur, & ad quod cum innititur totum integrum mouebitur, & secundum partes, manifestum est. verum omnis, quæ in ipso quies est, insufficiens est, nisi aliquid sit extra simpliciter quiescens, & immobile. Dignum autem est insistentes consyderare de eo, quod dictum est. habet enim contemplationem non solum ad animalia pertinentem, sed etiam ad vniuersi motum & lationem. Quemadmodum enim & in ipso oportet aliquid immobile esse, si debet moueri, sic adhuc magis extra anima oportet esse aliquid immobile: ad quod innisum mouetur quod mouetur. Si enim cedet semper: vtputa muribus, qui in terra, aut in arena progrediuntur: non procedet. neque erit gressus, nisi terra maneat. neque erit volatio, aut natatio, nisi aer, aut mare resistat. Necesse autem hoc esse alterum ab eo, quod mouetur, & totum a toto, & partem nullam esse eius, quod mouetur, quod sit immobile. sin autem, non mouebitur. Testimonium autem huius est id, quod dubitatur. cur nauigium extra si quis pellat, conto attingens malum, aut aliquam aliam partem mouet facile. Si autem in ipso quis existens nauigio, hoc tentet agere, non vtique mouebit: neque si Tityus, neque Boreas spirent intro ex nauigio: si fuerit aliquis flans ex nauigio, quem pictores pingunt. ex seipso enim flatum emittentem pingunt. Siue enim remisse spiritum proiiciat quis, siue vehementer sic, vt ventum faciat maximum, siue aliud aliquid sit quod proiiciatur, aut pellatur, necesse est primum quidem ad quiescentem aliquam ipsius particulam innisum pellere, deinde rursus hanc particulam, aut ipsam, aut cuius est pars ad extrinsecum aliquid innisum manere. Nauigium autem pellens cum ipse in nauigio existit, & nauigio innititur, rationabiliter non mouet nauigium: quia necessarium est id, cui innititur, manere. accidit autem ipsi idem esse & quod mouetur, & ad quod innititur. extra autem pellens, aut trahens mouet. nulla enim pars terra est ipsius nauigii.



D E F

A

Caput Secundum. Dubitatio, cui nam cœli motor innitatur, cum ipsum moueat. De Atlante dicta fabulosa esse. Dubium etiam, si daretur potentia mouens terræ quiete maior, cœlum quo pacto non dissolueretur.

DVbitare autem posset aliquis, nunquid si quid mouet totum cœlum, esse etiam immobile oporteat, & hoc nullã esse cœli particulam, neq; in cœlo. Siue enim ipsum cum moueatur mouet ipsum, necesse est aliquod immobile tangens mouere, & hoc nullam esse ipsius mouentis particulam: siue confestim immobile est quod mouet, similiter nulla erit eius, quod mouetur particula. Et hoc recte dicunt dicentes, quòd circulo latæ sphæræ nulla omnino manet particula. aut enim totam necessarium erat manere, aut diuelli ipsius continuitatem. Sed quoniam polos putant quandam virtutem habere, qui
B nullam habent magnitudinem, sed sunt extrema & puncta, non bene. cum hoc enim quòd nulla substantia est alicuius talium, & moueri secundum vnum motum a duobus impossibile est. polos autem duos faciunt. Quòd igitur aliquid se habeat & ad totam naturam sic, quemadmodum terra ad animalia, & mota per ipsa, ex talibus vtique quis dubitabit. Qui vero fabulose Atlantem faciunt in terra tenere pedes, videntur vtique ex cogitatione dixisse fabulam, quod hic veluti diameter existat, & vertat cœlum circa polos: hoc autem accidit ratione, quia terra manet. Sed hæc dicentibus necessarium est dicere ipsam nullam esse partem totius. Ad hæc oportet robur æquari mouentis. & id quod est manentis. Est enim multitudo roboris & potentię, secundum quam manet, quod manet: quemadmodum etiam secundum quam mouet, quod mouet. & est quædam poportio ex necessitate, quemadmodum contrariorum motuum, sic & quietum: & æquales quidem im-
C passibiles ab inuicem, vincuntur autem secundum excessum. Quapropter siue Atlas, siue aliquid tale alterum sit, quod mouet aliquid eorum, quæ intus, nihil magis reluctari oportet quietem, quam terra manet: aut mouebitur terra a medio, atque ex ipsius loco. Sicut enim pellens pellit, sic quod pellitur pellitur, & similiter secundum robur: mouet autem quiescens primum: quare maius, & amplius robur, aut simile, & æquale quieti. similiter autem & eius quidem quod mouetur, non mouentis autem. Tantam ergo oportet esse virtutem terrę in quiescendo, quantam tunc totum cœlum habet, & mouens ipsum. Si aũt hoc impossibile, impossibile est & cœlũ moueri ab aliquo tali eorum, quæ intus. Est autem quædam dubitatio circa motus partium, cœli: quam vt existentem propriam dictis consyderabit vtiq; aliquis. Si enim quis excedat virtute motus terræ quietem, palam ꝙ mouebit ipsam a medio, & robur etiã, a quo ipsa potentia est,

ꝙ non infinitum ſit, manifeſtum eſt.neque.n. terra infinita, neque grauitas ipſius. Quoniã autem impoſsibile dicitur multipliciter: non enim ſimiliter dicimus eſſe impoſsibile vocem viſam eſſe a nobis, & eos, qui ſunt in Luna. hoc quidem enim ex neceſsitate, illud autem aptum videri, non videbitur eſſe. Cœlum autẽ incorruptibile eſſe & indiſſolubile putamus quidem ex neceſsitate. accidit autem ſecundum hanc rationem, non ex neceſsitate. aptum enim erit, & continget eſſe motum maiorem, & eo, a quo quieſcit terra, & eo, a quo mouentur ignis, & quod ſurſum corpus. ſi igitur motus excedentes ſint, diſſoluentur hæc ab inuicem. Si autem non ſunt quidem, contingunt aũt eſſe (infinitum.n.non contingit, ꝓpea quia corpus ꝗ͂ cõtingit in finitum eſſe) continget vtiq; diſſolutum eſſe cœlũ. Quid.n.prohibet hoc accidiſſe? ſiquidẽ non impoſsibile eſt: non impoſsibile autẽ, niſi oppoſitum neceſſarium eſt. Sed de hac dubitatione alter erit ſermo. D

B

Caput Tertium. Quæ ſint ea, in quorum motu motorem alicui rei inniti neceſſe ſit, quæ uero non, & animata, & inanimata. Et in aliis etiam motibus a locali quid dicendum.

Trum autem oportet immobile eſſe aliquid, & quieſcẽs extra id, quod mouetur, nulla exiſtens illius, quod mo tur, pars, an non? Et hoc, vtrum & in vniuerſo ſic exiſtere neceſſarium ſit? Fortaſſe enim videbitur vtique inconueniens eſſe, ſi principium motus intus ſit. Quapropter videbitur vtique his ſic exiſtimantibus bene dictum fuiſſe ab Homero.

Sed non vtique traheretis de cœlo in terram
Iouem ſupræmum omnium: neque ſi valde laboretis
Omnes apprehendere Dii, omnesq; Deæ. F

Omnino enim immobile a nullo contingit moueri. Vnde ſoluitur & dubitatio diu dicta, vtrum contingat, aut non contingat diſſolui cœli conſtitutionem, ſi ſit ex immobili principio ortum. In animalibus autem nõ ſolum hic immobile oportet exiſtere, ſed & in ipſis, quæ mouentur ſecundum locum, quæcunque mouent ipſa ſeipſa. Oportet enim ipſorum hoc quidem moueri. illud aũt qeſcere, ad quod inniſum quod mouetur mouebitur. vt ſi quæ mouẽt partium innititur enim altera vt ad manentem alteram. De inanimatis autem, quæcunque mouentur, dubitare vtique poſſet aliquis, vtrũ omnia habent in ſeipſis & quieſcens & mouens, & ad extrinſecorum aliquod inniti neceſſe eſt & hæc. An impoſsibile vt ignem aut terram, aut inanimatorum aliquod, ſed a quibus mouentur primis. omnia enim ab alio mouentur inanimata: principium autem omnium, quæ ita mouentur, ipſa ſeipſa mouentia. de talibus autem in de Ani

A malibus dictum est. talia.n.omnia necesse et in seipsis habere quiescens, & extra.ad quod innitantur. si autem aliquid est supernis, & primum mouens, immanifestum & alius est sermo de huiuscemodi principio. Animalia autem, quæcunque mouentur omnia ad exteriora, innisa mouentur & respirantia, & expirantia. nihil enim differt magnum proiicere pondus, aut paruum: quod quidem faciunt spuentes, & tussientes & inspirantes, & expirantes. Vtrum autem in mouente seipsum secundum locum solum oporteat aliquid manere. an & in alterante ipso a seipso & augmentante? De generatione autem ea, quæ a principio, & corruptione alia ratio. Si enim est, quem quidem dicimus, primus motus, generationis & corruptionis hic causa vtique fuerit, & aliorum motuum fortasse omnium. Quemadmodum autem in vniuerso, & in animali motus primus iste, cum cōpletus fuerit: quare & augmentationis, siquidem fiat ipse sibi ipsi causa, & alterationis. Si vero non, non est necesse. Primæ autem augmentationes & alterationes ab alio fiunt, & per altera: generationis

B autem & corruptionis nequaquam possibile est quippiam ipsum sibi causam esse. præexistere enim oportet mouens ei quod mouetur, & generans ei quod generatur: ipsum autem seipso prius nullū est. De anima igitur siue moueatur, siue non, &, si mouetur, quomodo mouetur, prius dictum est in his, quæ de ipsa sunt determinata. Quonam autem inanimata omnia mouentur ab altero, de eo quidē, quod primo mouetur, atque semper mouetur, quo modo mouetur, & qualiter ipsum mouet primum mouens, determinatum est prius in his, quæ de prima Philosophia: reliquum autem est consyderare, quo modo anima mouet corpus, et quid sit principium motus in animali. Aliorum enim preter Vniuersi motū animata causa motus sunt, quæcunque non mouentur a seinuicem, propter id quòd se mutuo offendunt. Quapropter et terminum habent omnes ipsorum motus: etenim & qui animatorum. Omnia enim animalia et mouent, & mouentur alicuius gratia. quare hoc ipsis cuiuslibet motus finis, quod

C est cuius gratia. Videmus autem mouere animal cogitationem,* & imaginationem, & electionem, & voluntatem,* & appetitum. Hæc autem omnia reducuntur in intellectum, & appetitum: etenim imaginatio & sensus, eundem intellectui locum habent. iudicatiua enim omnia sunt: differunt autem secūdum differentias, quæ in aliis dictæ sunt. Voluntas autem, & ira, & concupiscentia omnia appetitus sunt. Electio autem cōmunis est cogitationis & appetitus. quare & eligibile. Non omne autem excogitabile eligibile est, sed id, quod est operabilium finis. idcirco tale est bonorum, quod mouet. sed nō omne bonum est. inquantum.n.gratia huius aliud, & inquantum est finis aliorum, quæ alterius gratia existunt, hic mouet. Oportet autē ponere & apparens bonum boni locum habere, & iucundum: apparens enim est bonum. Quare manifestum est, quoniam est quidem

* a.c. addit & sensum.
* a.c. addit & iram.

quatenus similiter mouetur quod semper mouetur a semper mouente,& animalium vnumquodque est autẽ vt aliter. idcirco & hęc semper mouentur. Motus autem animalium habet finem.sempiternum autem bonum, & vere & primo bonum, & non aliquando quidem aliquando autem non, diuinius & honorabilius est, quã vt sit prius. Primum igitur non motum mouet.appetitus autem & appetibile cũ mouetur mouet.vltimum vero eorum,quæ mouẽtur, non necesse est mouere aliquid. D

Caput Quartum. Quo pacto animal per intrinseca principia, et principales causas moueatur.

Anifestum autem ex his etiam, ꝙ rationabiliter latio vltima factorum est in his, quæ fiunt. mouetur enim & procedit animal appetitu, aut electione: alterato aliquo,secũdum sensum aut imaginationem. Quomodo E autem intelligens,quãdoq; quidẽ operatur, quandoq; autem non operatur:& mouetur,quandoque autem nõ mouetur. Videtur autem similiter accidere, vt & his qui de immobilibus cogitant,& syllogizant. Sed ibi quidem speculatio finis est (cum enim duas propositiones intellexerit, conclusionem intellexit,& composuit) hic autem ex duabus propositionibus conclusio,quæ fit,operatio est. Veluti cum intellexit ꝙ omni homini sit ambulandum: ipse se autem ꝙ sit homo:ambulat confestim. Si autem ꝙ nulli homini nunc ambulandum sit:ipse autem quòd sit homo :statim quiescit. Et hæc ambo operatur,nisi aliquid prohibeat,aut cogat. Faciendũ mihi bonum: domus autem bonum: domum facit statim. Tegumento indigeo:vestimentum est tegumentum:vestimento indigeo. Quo indigeo faciendum:.vestimento indigeo: vestimentum faciendum. & conclusio, quæ est,vestimentnm faciendum,operatio est. Operatur F autem a principio.si vestimentum erit, necesse est esse hoc: si autem hoc, hoc: & hoc operatur statim. Quòd igitur operatio sit conclusio manifestum est. Propositiones autem factiuæ per duas species fiunt,& per bonum,& per possibile. Quemadmodum autem interrogantium quiddam sic alterum propositionem,eam, quæ est manifesta,nec cogitatio insistens aliquid consyderat. vt si ambulare est bonum homini, ꝙ ipse sit homo non immoratur. Quapropter & quæcunque alia non ratiocinantes operamur, celeriter operamur. nam,cum operatur aut sensu ad id,cuius gratia, aut imaginatione, aut intellectu, quod appetit statim facit. pro interrogatione enim, aut intellectione,aut appetitu fit actio. Bibendum mihi concupiscentia dicit: hoc autem esse potabile sensus dixit, aut imaginatio, aut intellectus,mox bibit. Sic igitur ad motum & ad operationẽ animalia impelluntur, existente vltima quidem causa ipsius moueri ap-

A petitu.hoc autem facto aut per sensum,aut per imaginationem, & intellectionem.appetentium autem agere,illa quidem per concupiscentiam aut iram: hæc autem per electionem aut voluntatem, hæc quidem faciunt,illa autem agunt.

Caput Quintum. De causis motus in animali instrumentariis.

Vemadmodum autem *spontanea mouetur, paruo motu facto,cum soluuntur,atque seinuicem pellunt *vertebræ. Et currus, quem qui in eo insidet, mouet in rectum, & rursus circulariter mouetur, propterea quòd inæquales habet rotas: minor enim quasi centrum fit, sicut in cylindris: sic & animalia mouentur. habent enim instrumenta huiusmodi, & neruorum naturam, & ossium.hæc enim vt ligna & ferrum.nerui autem, vt vertebræ, quibus B solutis, & relaxatis mouentur. Verum in spontaneis, & curibus non est alteratio.quoniam,si fierent minores interiores rotæ, & rursus maiores,& circulo idem moueretur. In animali autem potest idem & maius, & minus fieri, & figuræ permutari, cum augentur particulæ propter caliditatem,& rursus contrahuntur propter frigiditatem,& alterantur.Alterant autem imaginationes, & sensus,& intellectiones. sensus.n.statim sunt alterationes quedam: imaginatio vero & intellectio rerum habent virtutem.Aliquo.n.modo forma intellecta calidi aut frigidi, aut iucundi aut terribilis, talis quidem est, qualis quidem & rerum vnaquæque. Quapropter & horrent, & timent intelligentes solum:hæc autem omnia passiones, & alterationes sunt,dum autem alterantur in corpore, hæc quidem maiora illa autem minora fiunt. Quòd autem parua permutatio, quæ fit in principio, magnas & multas faciat differentias procul, non immanifestum: Vt temone paululum quid transposito,multa proræ fit tran C spositio.Amplius aũt secundũ caliditatem,aut frigiditatẽ, aut sc̃dm aliam talem passionem. cum enim fit alteratio circa cor,& si in ipso secundum *magnitudinẽ,in sensibili parte, multã facit corporis differentiam ruboribus,& palloribus,& horroribus, & tremoribus, & horũ contrariis.Principiũ igitur,vt dictũ est,motus in agibili qď p̃sequendum, & fugiendum.Ex necessitate autem consequuntur intellectionem,& imaginationem, horum caliditas & frigiditas.molestũ enim fugiendum,iucundum autem persequendum.verum valde latet in paruis hoc eueniens. Sunt autem molesta & iucunda omnia fere cum frigiditate aliqua,aut caliditate.Hoc autem palam ex passionibus. audaciæ enim,& timores, & concubitus, & alia corporalia molesta,& iucunda: hæc quidem secundum partem cum caliditate, aut frigiditate sunt.illa vero in vniuerso corpore. Memoriæ vero, & spes, tanquam simulachris vtentes talibus, quandoque quidem

* αὐτόματα.
* στρεβλαῖς.
* exigue.

minus, quandoque vero magis causæ ipsorum sunt. Quare ratio- D
nabiliter iam constructa sunt quæ intus, & quæ circa principia instrumentalium partium, cum permutantur ex concretis humida, & ex humidis concreta: & mollia & dura ex seinuicem. His autem accidentibus in hunc modum, & adhuc pasibili & actiuo talem naturam habentibus, qualem sępe diximus: cum acciderit, vt sit hoc quidem actiuum, hoc autem pasiuum, nihilque defficiat eorum, quæ in vtriusque ratione sunt: confestim hoc quidem facit, illud autem patitur. Propter hoc autem simul, vt ita dicam, intelligit, quòd ambulandum, & ambulat nisi alterum quid impediat. instrumentarias enim partes pasiones apte parant: appetitus autem pasiones: appetitum autem imaginatio: hæc autem fit, aut per intellectionem, aut per sensum. Simul autem & cito: quia factiuum & pasiuum adinuicem eorum sunt, quæ secundum naturam.

E

Caput Sextum. Quo pacto fiat motus in animali: & quod sit præcipuum membrum, per quod motus agatur.

Ouens autem animal primum necesse est esse in aliquo principio. Flexus vero, q; sit huius quidem principium, huius autem finis, dictum est. Quapropter & est quidem vt vno, est autem vt duobus naturam vti ipsa. cum enim mouetur hinc, necesse est hoc quidem extremorum signorum quiescere, hoc autem moueri. Quòd enim ad quiescens oportet inniti ipsum mouens, dictum est prius. Mouetur igitur & non mouet extremum brachii. eius autem, F
qui est in cubito, flexus, hoc quidem mouetur in ipso toto moto, quod mouetur, hoc autem mouet. Necesse autem aliquid esse & immobile: quod quidem dicimus potentia quidem vnum esse signum, actu aũt fieri duo vt si animal esset brachium, hic alicubi animę mouens principium esset. Quoniam autem contingit & ad manum aliquod innanimatorum sic se habere, vt si moueat baculum manus, manifestum quòd in extremorum neutro anima erit: neque in extremo eius, quod mouetur, neque in altero principio. Etenim lignum habet & principium, & finem ad manum. quare propter hoc si non in baculo principium mouens, quod est ab anima, inest, neque in manu. Similiter enim se habet & extremum manus ad * brachiale, & hæc pars ad cubitum. differunt enim nihil quæ adnata sunt, ab his, quæ non sunt adnata,

* καρπόν

A fit enim vt auferibilis pars, baculus. Necesse ergo in nullo esse principio, quod sit alterius finis: neque si quid alterum magis extra illum esset, vt extremi baculi in manu principium esset, huius autem in brachiali. si enim neque in manu, quia superius adhuc principium est, neque hic. Adhuc enim cubito manente, mouetur totum continuum, quod est deorsum. Quoniam autem similiter se habent a sinistris & a dextris, & contraria simul mouentur, vt non sit, in quiescendo dextrum moueri sinistrum, neque in eo quod hoc, illud: semper autem in superiori ad ambo est principium: necesse est in medio esse principium animæ mouentis. amborum enim extremorum medium vltimum est. Similiter autem se habet ad motus hoc, & ad eos, qui a sursum, & deorsum: vt ea, quæ sunt a capite iis, quæ sunt a spina, in habentibus spinam. Et rationabiliter hoc accidet. etenim sensitiuum hic esse dicimus: vt cum alteratur, propter sensum locus,
B qui circa principium, & permutatur, hærentes permutentur, & extensæ, & contractæ partes, vt ex necessitate propter hæc fiat motus in animalibus. Mediam autem corporis partem, potentia quidem vnam, actu vero necesse est fieri plures. Etenim simul mouentur membra a principio: & altero quiescente, alterum monentur. Dico autem vt in A B C ipsum B mouetur, mouet autem A. At vero oportet etiam aliquid quiescere, si debeat hoc quidem moueri, hoc autem mouere. vnum ergo potentia existens ipsum A, actu duo erit. quare necesse est non punctum: sed magnitudinem quandam esse.

B A C

At vero contingit C simul cum B moueri: quare necesse est ambo
C principia eorum, quæ sunt in A mota, mouere. Oportet igitur aliquid esse præter hæc alterum mouens, & non motum. Innituntur enim extrema & principia, quæ sunt in A, eorum, quæ mouentur adinuicem: veluti si aliqui terga contra nitentes moueant crura. sed mouens ambo necesse est esse vnum. hoc autem est anima, alterum quidem existens a magnitendine tali, in hac autem existens. Secundum rationem igitur dicentem causam motus est, appetitus medium, quod motum mouet. in animatis autem corporibus oportet esse corpus tale. Quod igitur mouetur quidem, non natum autem mouere, potest pati ab altera virtute. mouens autem neceessarium est habere quandam virtutem, & robur. Omnia autem animalia videntur & habere spiritum connatum, & ab illo robur accipere. quæ igitur conseruatio fit connati spiritus, dictum est in aliis. Hoc autem ad principium animale similiter se habere videtur, veluti in flexibus signum, quod mouet & mouetur, ad

immobile. Quia vero principium his quidem in corde, his autem in D
proportionali est, propterea & spiritus connatus hic videtur esse. Vtrum vero spiritus idem sit semper, aut fiat semper alter, sit sermo alius. idem enim est & de aliis partibus. Videtur aũt se habens percõ mode ad id, quod est motiuum, & robur præbere. Nam opera motuũ pulsio & tractio sunt. quare oportet instrumentum & augeri posse, & contrahi. Talis autem est spiritus natura. etenim sine violentia contracta & tractiua, & pulsiua est propter eandem causam: & habet & grauitatem ad ignea, & leuitatem ad contraria. Oportet autẽ quod debet mouere, non alteratione tale esse. dominantur enim seinuicem secundum excessum naturalia corpora: leue quidem deorsum a grauiori deuictum, graue autem sursum a leuiori. Qua igitur parte mota anima mouet dictum est, & propter quam causam.

Caput Septimum. Comparatio animalis in suipsius motibus ad ciuitatem recte legibus institutam. E

Xcistimandum autem constare animal quemadmodum ciuitatem bene legibus institutam. In ciuitate enim cũ semel constiterit ordo, nihil opus est separato *Monarcha, quem oporteat adesse singulis, quæ fiunt: sed ciuis vnusquisque facit quę sua sunt, vt ordinatum est: fitq; hoc post hoc per consuetudinem. In animalibus autem hoc idẽ propter naturam fit, & quia natum vnumquodque sic cõstitutorum facere suum opus. Quare non oportet in vnoquoque esse animam: sed in quodam principio corporis existente, alia quidẽ viuere, quia adnata sunt, facere autem opus proprium propter naturam. Quo modo igitur moueantur voluntariis motibus animalis, & propter quas causas dictum est. F

* Principe,

Caput Octauum. De motibus quarundam partium in ipso animali, tum in uoluntariis, tum non voluntariis.

Ouentur autem & aliquibus inuoluntariis quædam partium: plurimis autem non voluntariis. Dico autem inuoluntarios quidem, vt eum qui cordis, & eum, qui pudendi. multoties enim cum apparuerit aliquid, non tamen iusserit intellectus, mouentur. Non voluntarios autem, vt somnum, & vigiliam, & respirationem, & quicunq; alii tales sunt, nullius enim horum simpliciter domina est, nec imaginatio, nec appetitus. Sed quoniam necesse est alterari animalia naturali alteratione. alteratis autem partibus hæc quidem augeri, hæc autem diminui, vt iam moueantur, & transmutentur* permutationes se inuicem sequi natæ. Causæ autem motuum naturales

† (caliditas

A † (caliditas & frigiditas, quæ extrinsecus & intrinsecus, occurunt, sunt,) & præter rationem facti motus dictarum partium, alteratione occurente fiunt. Intellectio enim & imaginatio, vt dictũ est prius, factiua passionum afferunt. species enim factiuorum afferunt. Maxime autem partium hæ faciunt manifeste, quoniam vtraque partiũ vt animal separatũ est. Huius autem causa est, quia habẽt humiditatem vitalem. cor quidem, manifestum propter quã causam principia enim habet sensuum. pars autem genitalis, quia tale est signum: etenim exit ex ipsa, velut animal quoddam, seminis virtus. Motus autem & principio a partibus, & partibus a principio rationabiliter accidunt. Oportet enim intelligere ipsum A principium. motus igitur secũdũ vnumquodque elementorum descriptorum ad principiũ perueniũt & a principio, quod mouetur, & permutatur, quoniam multa, potentia est: ipsius quidem B principium ad B: ipsius autem C ad C: quod

† Quidã co non hẽnt ex verba.

B autem amborum est, ad ambo. ab ipso autem B ad C. quòd vero ab ipso B ad A venit vt ad principium: ab A autem ad C, vt a principio. Præterea quandoque quidem eadem intelligẽtibus fit motus præter rationem in partibus, quandoque autem nõ. Causam autem est, quoniam aliquando inest passiua materia: quandoque autem non tanta, aut non talis. De partibus igitur vniuscuiusq; animalium, & de anima preterea de sensu, & memoria, & somno, et cõmuni motu diximus causas. reliquum autem est de Generatione dicere.



De animalium Motu.

FINIS.

D

ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE GENERATIONE ANIMALIVM.

LIBER PRIMVS.

Theodoro Gaza interprete:

Cum Auerrois Cordubensis Paraphrasi.

Iacob Mantino Hispano Hebræo, Medico interprete.

Vniuersalis generationis partitio. *Cap. I.*

B

VM de cæteris animalium partibus, tum summatim, tum singulatı seorsum de propriis generis cuiusque dictum iam sit, quemadmodum, & qua de causa vnumquodque esset: eam causam dico, cuius gratia quippiam fit. ponimus enim causarum genera quatuor numero. primum, cuius gratia, vt finem. secundum, substantiæ rationem, quę quasi vnum quoddam fere existimanda sunt. tertium vero, quartumque materiam, & id vnde principium motus. Sed cum de cæteris dictum iam sit (ratio enim, & id cuius gratia, vt finis, idem est. materia vero animalibus partes sunt totis dissimilares, dissimilaribus similares, iisque ea, quæ elementa corporum appellantur) restat vt de partibus, quæ ad generationem pertinent, differamus, de quibus nihil adhuc definitum est: atq; etiam de causa mouente quænam sit. Sed de ea ipsa causa consyderare idem quodammodo est, atque de generatione cuiusque agere. quamobrem nostra hęc disputatio in idem ea coniecit, cum & partes, quæ ad generationem accomodantur vltimas disposuisset, & generationis principium ab iis proximum collocasset. Animalium alia per coitum fœminæ & maris gignuntur, scilicet in quibus generibus sexus vterque est. non enim in omnibus, sed in prędıtis sanguine, paucis E

Causarum genera quatuor.

Sexus discrimina non in omnia nimalium genere reperiri.

A quibusdam exceptis, alterum mas alterū fœmina perfectum euadit. exanguium vero quædam marem & fœminam habent, vt sobolem eiusdem generis procreent: alia procreant quidem, sed non sui generis prolem, scilicet quæ non ex coitu animalium prodeunt, sed ex terra putri, aut excrementis. quod autē in vniuersum dixerim, eorum, quæ locum mutare solent, aut nando, aut volando, aut gradiendo, videlicet prout quodq; actum suo corpore est, nonnulla toto genere suo sexum vtrunque obtinet, non modo sanguine prædita, verumetiam exanguia quædam. nam eorum quoque aliis toto genere sexus vterque est, vt mollibus, vt crustatis: aliis maxima parte, vt generi insectorum eorum autem ipsorum, quæ ex coitu cognatorum animaliū gignuntur, ipsa quoq; sibi cognata progenerant. At verò quæ non ex coitu, sed putri materia oriuntur, ea generant quidem, sed genus diuersum quodq; prodiit, nec mas est, neq; fœmina. talia sunt nonnulla in genere insectorum. Quod iusta euenit ratione. nam si ex coitu eorum, quæ non ex animalibus orta sunt, animalia orirentur, hęc B si eiusdem generis essent, primum quoq; ortum parentum talem esse oportet quod recte ita censemus, quando sic euenire in cæteris animalibus patet. sed, si dissimilia quidē, sed quę coire inter se possent, gignerentur, rursus ex iis alia quædam natura procrearetur, & alia ex ea, idq; in infinitum procederet. At natura infinitum vitare solet. infinitum enim fine caret. natura autem semper finem quęrit. Quæ autem non gressilia sunt, vt testatum animalium genus, & quæ saxis adhærentia viuunt, quoniam natura simili plantis constant, hinc vt in illis, sic in iis mas deest & fœmina: sed similitudine proportio neque nomen sexus accipiunt. habent enim parum eiusmodi differentiæ. quodam etenim in stirpium genere sunt eodem in genere arbores, quæ fructum ferant, & quæ ipsæ quidem non ferant, sed ferentes adiuuant illas ad maturandum: vt inter ficum & caprificū euenit generationi: etiam ratio eadem in stirpibus quoq; est, cum aliæ seminè C prodeant, aliæ sponte naturæ. oriuntur enim a putrescente vel humo, vel parte aliqua plantæ. Sunt enim quæ ipsa per se nunquam seorsum consistant, sed in aliis, arboribus dico, soleant generari. vt viscum. Sed de stirpibus siue plantis seorsum opere per se ipsis dicato agendum est.

Quare quę ex putri materia oriuntur genus diuersum generent.

Naturā infinitum vitar[e]

Sexus discr[imē] mē in plāt[is]

QVoniam Aristoteles in superioribus libris tractauit de vtilitate membrorum vniuscuiusque generis animalium iam dictorum, & ita perfecit reddere causam finalem, & formalem cuiuslibet membri, cum hę duę causę sint eędem subiecto, licet differant ratione: nam iuuamentum membri est, vt ex eo sequatur bonū, & finis; ideo explicabimus hic reliquas duas causas. Nam causę, quas homines scire desyderant, sunt quatuor, s. finis, forma, materia, & efficiēs. in pręcedētibus autē tractauit de duabus: nunc vero intendit reddere cām efficientem, & materialem generationis animalium, & quomodo generentur ex ipsis. Et, quia de membris supererat declarare vtilitatē membrorum generationis, quę inter causas efficientes eius connumerantur, ideo primo facit hoc, mox

reuertitur ad inquirendum id, quod intenderat. Nos autem incipiamus iuxta se- D
riem ipsius, & dicamus ꝙ omne animal sanguineum gignitur ex mare, & fœ-
mina eiusdem speciei. Similiter etiam omnia mollia, dicta Malacia inter gene-
ra exanguium: & quę nuncupantur Crustata. Sed insectorum quędam ex mare
& fœmina generantur: quędam vero non ex coitu, sed ex materia putrida. Et
quandoque illud genus, postquam fuerit genitum, gignit etiam, sed non eandem
speciem, neque mas, neque fœmina producitur ex huiusmodi generatione. & si
produceretur, adhuc non generaret suam speciem: desineret tandem eius gene-
ratio, neque generaret sibi simile in specie vllo pacto. Quod iusta euenit ratione
s. ꝙ animal ortum ex putredine nō possit sibi simile in specie progenerare. quia
si ita foret, tunc eius generatio esset a natura, non a putredine: quoniam quod ge
neratur ex orto ex propagine est idem specie. quare nunquam generabit sine
mare, & fœmina. Nam species ideo est vna, quia eius forma est vna, & eius ma
teria quoq; vna: neq; potest reperiri vna forma nisi in vna tantum materia, nisi
posset dari transmigratio illa dicta in Arabico Altansach. Nam proportio alicu
ius rei ad suas quattuor causas est proportio necessaria, ideoq; definitiones con
stant ex materiis, & formis, neque eidem rei possunt inesse duę definitiones di-
uersę: differunt namq; entia iuxta varias eorum definitiones. sed, si vna, & ea-
dem species posset habere duas materias diuersas tunc vna, & eadem species
posset habere duas diuersas definitiones: quod totum est quidem falsum, & E
vanum. Et sicut non potest dari vnum, & idem factum ab arte, & a natu-
ra, vt imaginati sunt Archymistę; cum causę artis, & naturę sint diuersę:
sic etiam causę entium naturalium non possunt esse diuersę, & conuenire in
specie, & forma. Suspicari tamen contingit dari aliquam speciem generatam
ex his duabus rebus simul, scilicet ex propagine, & ex putredine: vt fertur de
muribus genitis in stercore. Et huiusmodi error euenit propter nimiam simili-
tudinem sensu apparentem inter rem, genitam ex propagatione, & ex putredi-
ne in quibusdam harum specierum. sensus tamen nequit iudicare id, in quo spe-
cies est vna, vel plures in omnibus locis. et hoc totum non latet assuetum his re
bus. Similiter etiam, si datur aliquid artificiale valde simile naturali, tanta pote-
rit esse similitudo, ꝙ existimabitur ipsum esse idem specie. &, si ars Archymię
habet esse, hoc est, quod potest fieri in ea. Et, si vna, et eadem species, inquantum
est vna, posset fieri ex propagatione, & non propagatione etiam, tunc natura
ageret quid ociosum: quia mas, & fęmina huius speciei essent quid superfluum,
vel casu, & fortuna eueniens. manifestum tamen est, ꝙ generatio, quę fit ex ma
re & fęmina, inest per se generationi necessarię: nam non potest dari aliqua spe
cies a casu, & fortuna. Et propterea non potest aliquis dicere, ꝙ fiat species
aliqua ex propagatione vt in pluribus, sed ex non propagatione vt in pauciori F
bus: quia vt in libro Posteriorum dictum fuit, illud, quod est per se, habet in se
quid sempiternum, & necessarium. sed, si res ita se haberet, tunc non posset com
poni aliqua propositio per se necessaria, & ita tolleretur tota natura. quia id, qđ
est necessarium per se, habet esse propter proportionem rei ad suas causas. &, si
proportio rei esset ad suas causas sempiternas tantum, tunc tolleretur natura ne-
cessarij, sed bene datur aliquid per se sempiternum cogens aliquid esse futurum
antequā sit data causa eius efficienti, atq; materiali. & in accidentibus rei etiā,
vt calor in ęstate, sed illud a fortuna contingit: ideoq; nulla datur species a for-
tuitu casu, sed habebit esse necessarium, vel sempiternum, Proportio tamen vni-
uscuiusq; speciei ad suas quattuor causas est proportio necessaria. Cuius dicti
positio fundatur super hoc, ꝙ natura eligit materias, & refellit contingens. nā,
si res non haberent proprias materias, posset quodlibet ex quolibet generari et
qualiter acciderit, ex qualitercunq; accidet; quia sequuntur istę duę rationes de
necessitate. quo declarato videtur certe esse verum id, quod dictum est, scilicet
ꝙ ortum ex putredine generet pręter suam speciē: vt manifeste apparet in plu
ribus generibus insectorū: & ꝙ talis generatio desinat, nam, si illud genitum ge
neraret diuersum specie, & hoc aliud quoq;, res in infinitum procederet, & spe
cies essent infinitę, quod est falsum. Sed testatum nullū gignitur ex mare, et fœ-

A mina: quoniam eorum natura est similis plantis ex putredine procreatis.

Principium generationis esse marem, et fœminam.
Cap. II.

Nunc de animalium generatione disserendum est, prout cuique ratio competit, deducenda ex iis, quę dicta iā sunt. Generationis enim principia, vt retulimus, illa potissimum quis statuerit, marem & fœminam, marem, vt quod motus & generationis originem teneat: fœminam, vt quod materiæ. quam rem ita esse potissimum credes, si quemadmodum vndeque semen genitale fiat, intellexeris. Ex hoc enim quæ natura oriuntur, consistunt. id autem quemadmodum ex mare ac fœmina prodeat, nequaquam latere oportet. quod.n ea pars de fœmina mareque secernitur, & in iis atque ex iis hæc secretio fit, ideo mas & fœmina principiū cō ferunt generationis. Marē nanq; id
B animal dicimus, qđ in alio gignit: Fœminam, quod in seipso. quamobrem in vniuerso quoque naturam terrę, quasi fœminam matremq; statuunt: cœlum aūt, & Solem, & reliqua generis eiusdem nomine genitoris patrisque appellant. Mas autem & fœmina inter se differunt ratione, quòd facultas vtriusque diuersa est: sensu autem partibus quibusdam discrepant. rationis discrimen ita exultat, vt mas sit, quod in altero generare potest, vt dictum est; fœmina, quod in seipso, & ex quo fit quod generatur, contentum in eo, quod generat. Sed, cū facultate & munere quodam hæc distinguantur, ad omnem autem officii functionem instrumento opus sit, instrumentaque facultatibus partes corporis acommodentur, ad procreationem quoq; & coitum partes aliquas esse accommodatas necesse est, easque inter se diuersas, quibus mas a fœmina differat. nam etsi de toto animali mas aut fœmina dicitur, tamen non quauis suí parte potentiaque idem
C mas, aut fœmina est, sed certa quadam virtute siue potentia & parte: sicut & vim cernendi grandiendique obtinet, vt sensu patet. Partes verò eiusmodi sunt fęminæ, vteri, & vuluæ: maris, testes, & coles, in omnibus sanguine prędítis. eorum enim aliis testes, aliis meatus eiusmodi quidam sunt, in genere etiam exangui discrimen maris & fœminæ est, quibus hæc sexus contrarietas data est. Differunt forma inter se partes ad coitum delegatæ in sanguineo genere. sed intelligendum sic est, vt principio vel exiguo immutato, multa ex iis, quæ a principio sunt, immutari soleant. patet hoc in exectis. quibus parte genitali tantum corrupta, tota fere forma vsque eo commutatur, vt aut fœmina esse videantur, aut parum absint, tanquam non qualibet sui corporis parte, aut potentia, animal sit fœmina, aut mas. constat igitur principium quoddam esse marem ac fœminam. itaque merito fit, vt multa commutentur, cum animal, qua fœmina aut mas est, immutatur, quasi principium dimoueatur.

Alma mater tellus.

Maris & fęminę discrimen.

Vtriusq; sexus partes.

His sic præhabitis dicendum est, quod quicquid generatur ex eius mare, & fœmina, videtur quod mas & fœmina sint necessaria generationi eius: ipsumque generari ex commixtione seminis. Verum autē vnum semē ipsorum sit vt mouēs, aliud vero vt materia, vel qualiter res se habeat in hoc, postea erit scrutandum. Sed quod hic apparet, est quod natura maris est diuersa a natura fœminæ ex eorum definitione, & ex sensu: definitione quidē, quia definitio maris est, in aliud gignere, fœminæ vero in se; ex sensu quoque, cum eorum membra sensu discrepent. Differunt autem membra ipsorum ob diuersam actionem, quæ parata fuit ipsis. hæc tamen membra licet differant figura, & potentia, necesse est vt sit inter eorum actiones quædam æquitas; de quo inuestigabimus post hoc, & speculabimur de iuuamento vniuscuiusque membri marium, & fœminarum.

Genitalia membra non eadem omnibus esse animalibus. *Cap. III.*

Testium differentia.

Testes, & vteri, aut vuluæ non pari ratione in omnibus sanguine præditis animalibus sunt. Iam enim, vt primum de testibus dicam alia omnino testibus carent in eo genere, vt pisces, vt serpentes, meatusque tantum geminos semini genitali præscriptos obtinent: alia habent quidem testes, sed intus lumbis adhærentes, qua renes continentur, meatusque ab eorum vtroque foras tendunt, vt in iis, quæ testibus carent, qui in idem coniungantur, quomodo in illis constitutum est. ita aues omnes habent, & quadrupedes, quæ oua pariunt, inter eas, quæ aerem accipiunt, pulmonemque obtinent. his enim omnibus testes lumbis intus adhærent, meatusque gemini ab his similiter atque serpentibus tendunt: vt lacerto, testudini, atque omnibus cortice intectis. Quæ autem animal gignunt, omnia testes in aduerso habent, sed nonnulla intus vltima conditos aluo, vt delphinus: nec meatus, sed penem pertendentem habet, vt boues. alia foris gerunt, quorum alia pendentes, vt homines: alia annexos ad sedem sessiles, vt sues. sed de his diligentius distinctum est in libris, quos de Historia animaliū scripsimus. Vteri omnium bipartiti sunt, vt testes gemini omnibus maribus habentur. sed aliis iuxta genitale, vt mulieribus, & omnibus, quæ animal non solum foras, sed etiam intra se generant, & piscibus, qui oua edunt: aliis iuxta septum transuersum siue cinctum, vt auibus omnibus, & piscibus, qui animal pariunt. Crustatis etiam vuluæ bifidæ sunt, atque etiam mollibus. quæ enim oua eorum vocantur, pro vulua habent membranas, quibus continentur. Sed hoc maxime indiscretum est in polypis vt simplex esse videatur, cuius rei causa est forma corporis, quæ similis vndique est. Insectis etiam, quibus aliquid magnitudinis, bifidæ

Vteri bipartiti omnibus sed diuersis locis.

A sunt: minoribus incertę, propter corporis exiguitatē. partes, quas explicandas proposui, ita se habent.

Quam ob causam natura testiculos animalibus indidit: quæ item animalia citius, & quæ tardius coeant: & quod taurus, cum statim a castratione iniisset, impleuerit. Cap. IIII.

DE differentia instrumentorum genitalium, quæ in maribus sunt, qui, quas ob causas sint consyderet, accipiat primum necesse est, cuiusnam rei gratia testiū constitutio habeatur. Ergo, si natura rem quamcunque facit, aut quia necessaria est, aut quia melius ita est, hoc etiam membrum ob eorum alterutrum esse debet. sed non necessa-
B rium id esse ad generationem patet. omnibus enim, quæ generant adiunctum esset, si necessitatis ratio haberetur, nunc vero nec serpētibus testes sunt, neque piscibus visi sunt enim coire, plenosque seminis genitalis habere suos meatus. restat igitur vt melioris cuiuspiam notę gratia testes habeantur. Sed enim maxime animalium parti munus nullum fere aliud est, nisi quod plantarum semen & fructus. vtq; in ratione cibi voraciora auidioraque sunt, quibus intestinum rectum, sic ea quæ testibus carent, meatusq; tantum habent, aut non carent, sed intus habēt, omnia propēsiora celerioraq; ad venerē sunt. At vero quę castiora esse conuenit, iis vt in cibi vsu intestino opus est non recto, sic meatus illi reuolutionem anfractusque habent, ne libido vehemens, crebraq; citetur. Testes autē ad hanc rem emolita natura est motum enim excrementi genitalis stabiliorem faciunt in viuiparis, vt equis, cæterisque eiusmodi, atq; etiam hominibus, cum replicationem seruent. Sed quemadmodum se habeant petendū ex ani-
C malium Historiis est. nullā enim partem meatuum testes complent, sed adiecti pendent, eo modo, quo pondera textrices telis annectūt: his enim detractis, meatus intro se retrahunt. quo fit, ne execta possint generare: nam nisi ita retraherentur, possent generare. & iā taurus quidam, cum statim a castratione iniisset, impleuit, quoniam nōdum retracti essent meatus. Auium vero, & quadrupedum ouiparorum testes excrementum recipiunt genitale. itaque tardius iis quam piscibus semen prodit. patet hoc in auium genere, cum tēpore coitus testes multo habeant grandiores, quæ certo tempore coeant. at vbi id tempus præterierit, adeo exiguos habent, vt incertum fere an habeant sit, cum tamen eo tempore, quo coeunt, gerant prægrandes. celerius itaque, ea coeunt, quæ testes intra se continent: quæ enim extra habent, non prius semen emittunt, quam retrahant testes.

Propensiora ad uenerem quę.

Testium usus.

D

Quæ animalia membrum ad coitum acommodatum obtineant, & quæ non. Cap. V.

INstrumentũ etiam accommodatum ad coitum quadrupedes obtinent. habere enim id possunt. Aues, & quæ pedibus vacant, habere nequeunt. quoniam alteris crura sub media aluo posita sunt, alteris nulla sunt crura. natura autem penis hinc pendet, & situm hunc tenet. & quidem ob eam rem euenit, vt in coeundo crura contendantur, nã & instrumentum hoc neruo constat, & crurum natura neruosa est. itaque cum habere id nequeant, testes quoque aut non habere, aut non eo loco habere necesse est. idem enim situs penis & testium est in iis, quæ habent vtrunq;. quinetiam ea, quorum testes sunt extra, cum penis per motum calescit, semen genitale proinde collectum emittunt: non parato iam semine contrectan", vt pisces. Omnibus, quę animal generant, testes ante habẽtur, vel intus, vel extra, prætetquã herinaceo. hic enim vnus lumbis adhærentes continet, ob eandem, qua aues, causam. coitum enim herinaceorum celeriter fieri necesse est, cum non more quadrupedum superueniant tergis, sed erecti coniungantur propter aculeos. causa, quamobrem testes habent quæ mẽbrum hoc obtinent, & cur alia intus, alia extra, declaratum iam est. E

Quam ob causam nonnulla animalia membra genitali careant. Cap. VI.

Ocyssime coitu absolui pisces.

QVæ autem carent eo membro, non quia melius sit carere, ideo carent: sed tantum quia necessarium, vt dictum est: quoniam. celeriter peragatur eorum coitus necesse est: qualis natura piscium & serpentum est, pisces enim incurrentes attingunt, absoluunturque ocyssime. nam vt in hominum, & eiusmodi omnium genere semen genitale spiritu retento emitti necesse est: sic in piscibus, mari non in branchiis accepto, emittitur. facile autem pereunt, nisi id assidue faciant. itaque non iis semen tantisper concoquendum est, cum coeunt, vt pedestribus & viuiparis: sed tempestatis tempore iam cõcoctum continent vniuersum, ita, vt ne dum contingunt, conficiant, sed concoctum paratumque emittant. quamobrem testibus carent, meatusque simplices rectosque habent: qualis particula quædam circa testes quadrupedum est. replicationis enim meatus pars altera sanguinea est, qua recipitur materia seminis: altera exanguis, qua factũ iam semen transit. itaque cum genitura eo deuenit, celeriter ea quoq; absoluuntur. At piscibus talis totus meatus est, qualis in homine; cæterisque eiusmodi animalibus pars replicationis altera est. Serpentes cõplexu mutuo coeũt. carent testibus et pene, vt dictũ iã est. pene,

A quia cruribus carent:testibus, propter sui corporis longitudinẽ. meatus modo piscium habent. quod enim eorum natura porrecta in longum est, si præterea in testes protraherentur, refrigeraretur genitura propter moram longioris itineris. quod iis quoque accidit, quibus penis immodicus est. sunt enim infœcũdiores iis, quibus mediocris, propterea quod semen frigidum infœcundum est refrigeratur autem quod longe admodum fertur. sed quam ob causam animaliũ alia habent testes, alia non habent, declaratum iam est.

Quomodo serpentes coeant. Cap. VII.

Oeũnt serpẽtes complexu mutuo, propter ineptam sui corporis formam ad applicandum. cum enim exigua quadam sui parte coniungantur, nequeunt præ nimiã prolixitate adaptari. cumq; membris, quibus amplectantur, careant, pro iis agilitate corporis vtũtur, com-B plexuq; mutuo sese obuoluẽtes expediunt venerem. vnde fit, vt lentius absolui quam pisces videantur, non solum meatum prolixitate, sed etiam ea ipsa, qua vtuntur solertia.

Penis fusto maioris semen infœcundum.

AVER.

MEmbra autem in maribus existentia sant quę Testes, & Coles nuncupantur: sed fœminarum membra Matrices, siue vuluę appellantur. Et incipiamus hic, a iuuamento membrorum marium, & dicamus ꝙ marium quidam habent duos testes: aliqui vero nullum habent, tamen inest eis meatus, per quem transmittitur sperma, vt in generibus piscium & serpentum. Et habẽtium testes quędam eos intra corpus gerunt, vt genus auium, & animalium quadrupedum ouiparorum. Et habentia intra se testes lumbis adhęrent, quibus gemini insunt meatus pro seminis exitu: vt auium genus, & quadrupedum ouiparorum. Sed nonnulla testes obtinent in vltimo alui, vt delphinus. alia foris gerunt: quorum aliqua eos pẽdentes habent in vltimo alui, vt hõ, alia vero ano annexos, vt sues. & vniuersaliter testes sunt gratia alicuius officij seminis, quo generat. Ratio autem, quare ipsi sint primi in huiusmodi officio in masculis, & ad generationem, est, quia cum inciduntur ab aliquo, mutatur eius masculina forma, & debilitatur vox, & non barbescit: tandem efficitur eius complexio si-C milis complexioni mulierum. & nullum animal castratum generat: quamuis fuerit narratum ꝙ quidam taurus statim post castrationẽ fęmellam iniit, & eã impleuit: quoniam meatus testium huius tauri remoti nondum fuerant, neq; sursum retracti, aut mutati mutatione, qua difficile posset semen per eos transire. Et, quia testes, vt apparet, sunt gratia seminis, quemadmodũ vbera propter lac ideo contemplari oportet quo pacto referantur ad hoc officium, & quę sit huiusmodi actio. quicquid enim natura agit, vel ad eam refertur, id vel necessarium est, sine quo impossibile est esse, quemadmodum dicimus impossibile sanguinem esse absq; venis; vel melioris noię gratia id operatur. Putat autem Arist. testes non esse necessarios generationi spermatis, inquantum sperma est. Cuius rei euidentiam ostendit ex eo ꝙ quam plura animalia semen genitale obtinent, cum tamen careant testibus: vt serpentes, & pisces. vtli. n. sunt pisciũ meatus pleni semine genitali, qñ coeunt. Si ergo ita est, sequitur ꝙ animal testes hñs, illos ideo obtinet, quia melius ita est, cuius euidens ratio est id, ꝙ narrauimus de illo tauro. Declarato igitur ꝙ testes sunt dignitatis gratia, speculemur de vtilitate ipsorum, quam afferunt semini genitali, & dicamus ꝙ Ari. dicit iuuamentum testiũ esse ad hoc vt semen genitale non egrediatur propter tortuositates venarum. quę sunt meatus excrementi genitalis, veluti iuuamentum multę reuolutionis in

testinorum. Nam, si non esset huiusmodi reuolutio, libido celeriter citaretur, ci-
toq; deficeret. Cuius euidentia apparet ex tarditate desyderii ad venerem in
animali habenti testes, diutiusq; tardatur egressio spermatis ex eo: plus enim du
rat tempus coitus. Sed animalia, quę testibus carent, econuerso se habent, vide-
licet quod sunt celeriora ad venerem, velociusq; sperma ex eis descendit, & tem-
pus coitus breuissimum est: vt pisces, & serpentes, qui quam primum se coniun
gunt, excrementum genitale emittunt. Sic etiam quę testes intus habent, libidi-
nosiora sunt, quam quę extra. causa autem, quare sint intus in quibusdam ani-
malibus, est frigiditas complexionis. Et, cum ita fuerit, testes igitur non sunt gra
tia genitalis seminis, quemadmodum mammę lactis gratia. lac. n. sine mammis
impossibile est fieri, sed bene est possibile dari genitale excrementum in mul-
tis animalibus absque testibus. Attamen, si dicamus ipsos aliquid agere in sper-
matis digestionem talis equidem actio erit melioris notę gratia: non tamen ne-
cessaria ad generationem seminis genitalis inquantum tale, neque inquantum
est semen animalium testes habentium. vt apparet euidenter de tauro prędicto.

Galenus tamen existimat testes esse necessarios ad generationem spermatis,
quemadmodum sunt necessaria membra principalia ad esse virtutum principa
lium in eis existentium. vt cor esse necessarium ad virtutem vitalem, & cere-
brum ad sensum & motum. existimat enim ipse hanc virtutem esse propriam
huic membro, ipsumq; esse vnum ex membris principalibus. Sed, si ita esset, vt
ipse imaginatur, sequeretur necessario quodlibet aial gignitiuum obtinere hoc
membrum, sicut est necesse omne animal habere cor & cerebrum. Ratio autem
ipsius in hoc est, quod, cum inciditur ab eo tale membrum, non generat amplius.
Sed hęc non est ratio, cum possibile sit id esse quidem accidens huic animali ha
benti testes. At Arist. putat huius causam esse, quia cum testes secantur, contra
huntur venę seminales intus, & angustiores fiunt, & corrumpitur inde comple-
xio earum, quę erant meatus spermatis. cuius rei euidentiam dedit per id, quod
narratum fuit de tauro ante allegato. Sed quod testes non sint necessarii ad genera
tionem seminis, inquantum est animalium semen, hoc patet ex eo, quod nonnulla
animalium testibus carent. Vtrum autem non sint necessarii ad generationem
seminis animalium, inquantum habent testes, indiget speculatione. Nam, si testi-
monium ab Arist. de illo tauro relatum, fuerit verū, ipsi non sunt necessarii. sed,
si non fuerit verificatum, res est dubia. Neq; defectus generationis propter te-
stium incisionem, eorumq; abstractionem est potissima ratio, quod sint necessarii
ad generationem spermatis in habentibus testes, propter id, quod diximus. Hęc
tandem est veritas, quę sustentari debet in hoc quęsito. Et animalium quedam
testes intus gerunt: quia non habent naturam membranę circuentis testes extra
si enim extra essent sine mēbrana; infrigidaretur semen, & corrūperetur. & mē-
branę natura carent pp alterū duorū; vel pp duritię, s. cutis, vt in piscibus: aut
pp mollitię, vt in auibus. Serpentes vero testibus carent pp corporis longitudi-
nem. nam si testes obtinerent refrigeraretur genitura in eius exitu, cum conue-
niat longitudo corporis cum reuolutione testium: ob quam causam infęcundio-
res sunt qui penem immodicum habent iis, qui mediocrem. Quędam tamen ani
malia pene carent, quia natura huius mēbri vacant, quę est, s. neruosa, & carti
laginea: quapropter animal cruribus vacans pene quoq; caret, cū crurium natura
neruosa sit. Crura aūt auiū non tenent hunc situ, in quo est genitale membrum
quia earū crura sub aluo sita sunt. & ideo crura hn̄t penē. Iam ergo locuti su-
mus de iuuamēto testiū aialis testes hn̄tis. cur & quibusdam insunt animalibus,
alliquibus vero non: & qua de cā quędā intus nonnulla vero extra eos habeāt.

De situ vterorum aut vuluarum in quibusq; animantibus. Cap. VIII.



E vteris aut vuluis quemadmodum se habeant, ambiges.
magna est, n. eius partis diuersitas, nam neque viuapara
omnia habent simili situ. sed, cum homines, omneq; ge-
nus terrestre infra ad genitale habeant, cartilaginea su-

Galeni opinio de testium necessitate, & eius impugnatio.

A pra continent iuxta septũ. neq; ouipara sibi cóueniũt sed pisces infra, vt hoíes & quadrupedes viuiparæ habẽt: aues & quadrupedes ouiparæ supra. attamen ipsi quoq; situs contrarii non sunt a ratione remoti. Iam.n. quæ oua pariunt, diuerse pariũt. etenim alia imperfecta emittunt oua, vt pisces. foris .n. piscium oua perficiuntur & augẽtur. cuius rei causa est, ꝙ magna fœcunditas est, idq; munus eorũ, vt stirpium est. qđ si intra se fœtum perficerent, pauciora necessario ederent: nunc vero & tot continent, vt vulua vnum esse ouum in paruis quidem pisciculis videatur. sunt enim hi fœcundissimi, vt in cæteris quoq; tum plantis, tum aĩalibus euenit, quorum natura his proportionetur. in iis .n. magnitudinis incrementũ vertitur in seminis copiã. Aues & quadrupedes ouiparæ oua edunt perfecta. quæ vt seruari possint, duro iam constent putamine oportet: sunt enim quandiu increscũt molliora. testa autem efficitur, calore externo euaporãte humorem. itaq; calidum esse locum, in quo id fiat, necesse est.

Piscium oua imperfecta.

Parua fœcundiora maiori bus.

Duꝗ ouorum testę causa.

B talis aũt locus septi transuersi est: quippe qui cibũ concoquẽdo perficiat. Quòd si oua cõtineri in vulua necesse est, vuluam eorum, quæ oua edunt perfecta, sitam esse ad septum necesse est: eorum autem, quæ imperfecta, infra. ita enim in promptu erit. & sua vero natura vulua propẽsior ad situm inferiorem, quã ad superiorẽ, est: nisi quid aliud opus naturæ impedit. infra est enim exitus eius officium.

De generatione viuiparorum, & eius inter eos differentia. Cap. IX.

Iuipara etiam inter se differunt. alia enim non modo foras, verumetiam intra se animal generant, vt homines, vt equi, vt canes, deniq; omnia quæ pilis teguntur: & inter aquatilia delphini, balenæ, & reliquam cetarii generis.

C

De generatione cartilagineorum, & viperæ. Cap. X.

Artilaginea vero, & viperæ, cum intra se oua generent, ox animal foras pariunt, perfectum generant ouũ. ita enim ex ouo imperfecto nullum. non extra hæc pariunt oua, quia natura frigida sunt, non quia calida, vt quidam volunt.

De generatione mollium animantium. Cap. XI.

Vte molli intecta generant oua. ꝙ.n. caloris exigui sunt, ultimũ siccare natura eorũ nõ põt. quia igitur frigida sunt, molle generant: quia molle, non extra. periret .n. propter suam mollitiem. Cum aũt ex ouo animal gignitur, eodẽ,

quod in auibus, modo parte plurima generatur. descendunt oua in imum, efficiunturq; animalia infra ad genitale: quomodo in iis fit, quæ iam inde a primo ortu animal generant. quamobrem vulua quoque eorum dissimilis cum viuiparis, cum ouiparis est, quoniã vtriusque consortiũ generis habẽt. nam & supra ad septum, & infra porrectam genus omne cartilagineum habet. sed tam de ea quam de cæteris vuluæ aut vteri generibus, quemadmodum se habeant, per Historias, dissectionesq; animalium indagandum percipiendumq; est. itaq; hoc genus & supra continet vuluam, quia ouiparum perfectorum ouorum est: & infra, quia viuiparum est, atq; particeps vtriusq; euadit. At vero ea, quæ protinus animal generant, omnia infra habent. nullo enim naturæ opere impediuntur, nec partum geminant. Ad hæc fieri non potest vt animalia iuxta septum gignantur fœtum enim pondus & motum habere necesse est. is autem locus, cum vitalis sit, hæc pati non potest. difficultatem etiam pariendi ita accidere necesse est, propter delationem longiorem: nam & nunc mulieres, si in partu vel oscitando, vel aliqua eiusmodi causa retrahunt, difficilius pariunt. inanes etiam vteri, aut vuluæ sursum adiunctæ strangulant. necnon validiores esse eas, quæ animal contineant, necesse est: quamobrem omnes ex carnosæ sunt. Quæ autem ad septum iunguntur, membrana constant. tum etiam in iis ipsis animalibus, quæ geminant partum, planum hoc idem fit: oua enim supra, atque ad latus cõtinent, animalia vero parte infera uuluæ gerũt. Sed quam ob causam situ contrario uuluas nonnulla animalia habet, & omnino quamobrem aliis infra, aliis supra ad septum continentur, dictum iam est.

Vuluarũ dissimilitudo.

Difficultatis pariendi causa.

D

B

AVER.

De matrice, siue vulua.

ANimalium fęmina vuluam habet: sed variatur figura & loco. Nam bifariam diuiditur vt testes: & hoc in viuiparis vnum, aut duo ginentibus. quodcunque enim plura duobus generat tunc numerus partium eius est iuxta numerum fętuum. & mammę piscium, & auium, eorumq; vuluę apparent bifidę, similiter etiam vuluę mollium dictorum Malacia. in magnis etiam insectorum apparent bifidę vuluę: in paruis vero non ita manifestę cernitur, ob nimiam exiguitatem. Animal autem nominatum pluripedatum existimatur vnã habere vuluam indistinctam. Vuluę quoq; differunt loco: Nam in animalibus, quę intra se animal generant, situantur extra inferiori parte ventris, vt vuluę mulierum & delphinorum: sed aues supra iuxta septum, & quorundam vuluæ medię sunt inter istos duos situs. Sed in pluribus animalium vuluę sunt bifidę, propter diuisionem corporis eorum in dextrum & sinistrum. in nonnullis tamẽ multiplicatur diuisio in plura duobus, ob multitudinem fętuum. Et auium vuluę supra septum situatę sunt: quia oui cortex dura existit, quę calore indiget exsiccante eius humidum. oportet ergo ꝙ locus, vbi ouum generatur, sit calidus & quia ouum loco indiget latiori. Sed animal intra se generans situm inferiorem habere, plus conuenit vt celerius egrediatur. Et quia huiusmodi situs est latior, & leuis pro fętu. & ideo situatur in extremo alui. nam septum fętum coarctaret, si vulua in qua existit, esset in loco vuluę auis. Animal vero, ouum emittens imperfectum, quod extra perficitur, vt serpentes & pisces, & quod intra se ouum gerit, & egreditur animal vt serpentes, & cætera alia, inuenies vuluam

C

A eorum mediam inter hęc duo loca. Cuius rei causa est, quia onum & animal simul generat. quare natura eius vuluę reperitur communis inter naturam vuluę generantis animal tantum. & naturam vuluę generantis ouum tantum. Sed quę ouum generant imperfectum, quod extra perficitur, ob frigidam matricis naturam non roboratur, adeo ꝙ perficiatur eius generatio intra ipsum: & ob multitudinem ouorum ibi existentium: quod in piscibus perspicuum est. cuius quoque causa est remotio septi a vulua. Eodem etiam modo inuenies vuluam in generantibus extra ouum durę testę, i. ꝙ non inuenitur vulua iuxta septum transuersum. Discrepantia autem locorum prouenit ex diuersitate fetuum. sic etiam & discrimē figurę causa est diuersitatis fœtuum in qualitate & numero. Iam ergo declaratum est ex hoc sermone, quare differant inter se animalium vuluę, & earum loca.

Quam ob causam vteros intus animalia habeant, testes vero alia intus, alia extra.
Cap. XII.

B

Vr autem vteros aut. vuluas omnia intus habeant, testes alia extra alia intus, causa est, quod cum vtero contineatur quod gignitur, idq; custodiam, operimentum, & cōcoctionem desyderet, hinc vteri aut vuluæ omniū intus sunt: locus enim exterior corporis & frigidus est & offensioni expositus. Testes aliis intus aliis extra, propterea ꝙ iis quoque operimento & velamine opus est, tum vt seruentur, tum vt semen genitale perficere possint. haud enim fieri potest vt frigētes & gelidi possint retrahi, atque emittere genituram. quamobrem qui bus testes in propatulo sunt, habent operimētum cuteū, quod Scrotum vocatur. Sed quibus natura cutis præ sua duritia obstat, ne mollis, cutea, & ad complectendum habilis sit, vt iis quæ aut piscea cute, aut cortice teguntur, iis intus habeantur necesse est. quapropter del- C phini, & quæcunque cetarii generis habent testes, intus continent: atque etiam ouipa:æ quadrupedes corticati generis. cutis etiam auiū dura est, vt magnitudini debitæ inhabilis sit ad comprehendendum. Causam his omnibus designari necesse est vna cum iis, quas antea diximus, ex iis, quæ per initum, & rem veneream accidunt. hæc eadem causa est, vt & elephantus ac herinaceus testes habeant intus: cutis enim iis quoque inepta ad habendam particulam, quæ operiat. Situs etiam vterorum contrarius in iis, quæ animal intra se generāt, ad ea, quæ oua edunt: atq; etiam eius ouipari generis in iis, quæ vterum infra habent, ad ea, quæ supra ad septum. verbi gratia piscibus ad aues, quadrupedesq; ouiparas, atque etiam iis, quæ modo vtroque generant, vt oua intra se patiant, animal edant in lucem. quæ enim intra se & foris animal generant, vterum habent in aluo: vt homo, bos, canis, & reliquam generis eiusdem. nam ad fœtus tum salutem, tum incrementum, expedit nihil ponderis insidere vteris.

Cur testes alijs intus, alijs extra.

Scrotum.

Vterorū sit. diuersus.

D

Meatus excrementi sicci, & humidi in omnibus animalibus esse diuersos. *Cap. XIII.*

Eatus etiam diuersus iis omnibus est, quo excrementũ siccum,& quo humidũ exit quamobrem omnia id genus.tam fœminę quam mares,genitale habẽt,quo excrementum siccũ,& quo humidum secernatur,quoque maribus genitura,fæminis partus emittatur.parte priore superioraquẽ meatus is continetur.Quæ aũt pariũt quidẽ oua,sed imperfecta,vt pisces ouipari,iis non sub aluo, sed lũbis adhærẽs vulua cõtinetur,nec enim incrementũ oui impedimento est,quoniã inchoatũ prodięns ouũ foris perficitur. & meatus idem excremẽtarius alimẽti sicci,& ĩtus est oĩbus,quæ genitali carẽt:ouiparis etiam iis, quæ habent vesicam,vt testudinibus.Generationis enim causa,nõ ex crementi emittẽdi,duplex meatus est: sed quia seminis natura humida est,ideo meatus idem communis cum excremento humidi alimẽti habetur.constat hoc ita esse eo ꝙ,cũ genitale semen oĩa aĩalia ferant,excrementum tamen humidum illud non omnia reddunt. sed, cum & maris seminales meatus,& fœminæ vterum firmari,nec oberrare oporteat, idque aut in parte priore corporis aut in posteriore ad prona effici necesse sit, id circo viuiparis propter fętum vterus in parte priore positus est,ouiparis ad lumbos & prona. Quæ autem animal edunt in lucem, cum intra se oua generarint,iis situs vterq;, quoniam vtrumque referunt genus:& eadem tum viuipara, tum ouipara sunt. partem enim vuluæ superiorem, in qua oua gignuntur, sub septo ad lumbos & prona habent, inferiorem ad alluum: hac enim iam procreant animal, Meatus idem iis quoque sicci alimenti,& coitus est.nulli enim ex iis genitale pendet vt antea dictum est. meatus etiam genitales marium, tum eorum,quorũ proprii sunt, tũ vero eorum,qui testes habent,simili modo atq; vuluæ ouiparorũ habentur.omnibus enim ad prona & spinæ locũ adhærent. non enim vagari,sed stabiles esse oportet.talis autẽ locus posterior est: is enim est,qui continentiam præbeat,& stabilitatem. Quibus itaque testes intus continentur,iis protinus cum meatibus firmantur.nec secus iis est,quibus extra tum eodem deueniunt,s. in locum genitalis cõmunique excipiuntur meatu.similis & delphino meatuum modus est, sed testes sub aluo occulti. Sed quemnam situm partes ad generationem accommodatæ, & quas ob causas tenuerint in his generibus, dictum iam est. E F

SEd quam ob causam vuluas omnes intus animalia habeant,testes vero alia intus,alia extra,id generationis causa esse apparet:cum id custodiam, & cõcoctionem desyderet.Locus.n.exterior corporis & frigidus,& offensionibus expositus est:ob quam causam aliqua testes intus habent:quia hoc membrum protectione operimentoq;,& concoctione indiget: & animal habẽs frigidam complexionem,quod non potest exterius feruerí. Et ob hanc eandem cau-

A sam Elephantus, & Erinaceus et Testudo testes intus habent, cum hec cutim ineptam habeant operimento. Similiter pisces, & aues, & quę squamis teguntur. Sed animal contrario modo se habens testes extra continent. Ex hoc igitur declaratum est iuuamentum situs vuluę intus, & testium vtroque modo. Quare autem meatus, quo genitale excrementum egreditur, communicat cum meatu, quo egreditur excrementum humidum in habentibus meatum proprium emissioni excrementi humidi, vel cum meatu, ex quo egreditur humidum & siccum excrementum simul, vt in animalibus habentibus vnum meatum pro duobus excrementis, causa est, quia semen genitale excrementum quoddam est. vno igitur meatu emittere excrementa aptius est.

Crustacea, mollia, testacea, & insecta animalia, tum inter se, tum cum sanguineis in generatione differre. Cap. XIIII.

CEteris, quæ sanguine vacant, animalibus non idem membrorum ad generationem pertinentium modus: sed tum inter seipsa, tum etiam cum sanguineis dissident. Sunt hæc reliqua genera quatuor numero: B unum crustatum, secundum molle, tertium insectum, quartum testatum. An quarti generis vlla coeāt, incertū est: plurima tamen non coire a pertum est. quemadmodum cōsistant, postea dicemus. Crustata coeunt modo eorum, quæ in auersum mingunt, cum alterum supinum, alterum pronum applicauerint caudas. etenim ne parte supina superueniant, pronam impediunt caudæ pręsuarum pinnarum prolixa appēdice. habēt in hoc genere mares tenues genitales meatus: fœminæ vuluas membraneas ad intestinum fissas, hinc atque inde, in quibus gignitur ouum. Crustatorum coitus.

De Coitu & generatione mollium animalium. Cap. XV.

MOllia ore coeunt, renixu complexuque mutuo brachiorum. sic enim cōiungi necesse est, quoniam natura exitum excrementi in os inflectendo adduxerit, vt antea C dictum est, cum de partibus ageremus. habere fœminas omnes in hoc genere membrum vuluale apertum est. Continent enim ouum primo indiscretum, mox discretum in plura, & patiunt omnia imperfecta modo ouiparorum piscium. meatus ille interior idem excrementi & vuluæ est, tum in iis, tum etiam in crustatis. est enim, qua semen genitale per meatum emittant: idque parte corporis supina, qua putamen distat, & mare illabitur, faciunt quamobrem ea parte mas cum fœmina copulatur, nā si mas, siue femen, siue membrum, aut aliquā virtutem, siue vim aliā mittat, ad moueri ad meatum vuluale necesse est. Crinis vero in tertio maris polypi per fistulam, qua piscatores crine coire polypos aiunt, complexus gratia fit, non quasi instrumentum id sit vtile ad generationem: etenim extra meatum corpusque est. Interdum tergis quoque mollia copullantur: sed generationis ne gratia, an alia causa, nondum exploratum habetur. Polypi coitus.

 D

De generatione animalium exanguium.

AVER. Postquam ergo locuti sumus de iuuamento generationis animalium sangui neorū, loquemur nunc de animalibus sanguine carentibus. Mēbra aūt generationis in hoc genere reperta non differūt inter se, tamē non sunt ęqualia illis, quę animalium sunt sanguineorū. Nos aūt iā diximus alibi quatuor esse genera animaliū sanguine carentiū. Primū, s. dictū crustatū, scdm, s. molle, tertiū, s. insectum, quartum testatum. omnia hęc genera non sunt simul visa coire; nōnulorum tamen euidenter apparet coitus: in aliquibus vero dubius est. Crustatorum genus coit, eo modo, quo animal mingens in auersum, aliter .n. cauda impediret coitum, quorum mares meatum habent tenuem plenum spermate. fœminę vero uuluas obtinent, panniculos prope intestina, bifidas: vbi ouū gignitur. Genus autem mollium, appelatum Malacia, coniungitur mutua inuolutione. in fœminis vero tale mēbrum esse uuluam manifestum est, in qua ouum primo cōtinetur indiscretum, deinde separatur, & distinguitur in plura oua, quorum omnium ouum est imperfectum, vt piscium, qui oua pariunt imperfecta. & meatus excrementi seminalis, & uuluę huius generis, & crustatorum existit in eodem loco: sed membrum quo copulatur, dubium est. E

De coitu, & generatione insectorum,
Cap. XVI.

Insectorum aliqua coeunt, atque ex animalibus eiusdem generis oriuntur, modo eorum, quibus est sanguis: vt locustæ, cicadæ, phalagnia, vespæ, formicę. aliqua coeunt quidem & generant, sed non sui generis animal, sed vermiculos tantum, neque ex animalibus procreantur, sed ex putrescēte humido aut sicco: vt pulices, muscę, scarabei. quędam nec ex animalibus nascuntur, neque coeunt: vt culices & vermiculi, & plura eiusmodi genera. inter ea vero, quæ coeunt fœminę maxima ex parte maiores maribus sunt: nec meatus vlli seminales in maribus esse videntur. nullū, parte plurima dixerim, membrum fœminæ a mare inseritur, sed mari a fœmina sursum de parte inferiore: quod conspectum in pluribus est. nec de superuentu ambigitur: sed cōtra, vt mas fœminę inserat, visum in paucis est. neq; adhuc ita exploratum habetur, vt genere possimus distinguere. Hoc idem fere in piscibus quoq; ouiparis maxima ex parte; & in quadrupedibus ouiparis est, vt fœminæ maiores sint maribus: quoniam id commodum est ad vterum magna ouorum copia extumescentem. fœminis in eo genere membrum, quod pro uulua habetur, fissum iuxta intestinum, vt cæteris, positum est, in quo fœtus generatur. patet hoc in locustis, & reliquis, quorum magnitudo aliqua sit, & natura coitum recipiat. maxima enim pars generis insecti perexigua est. instrumenta generationi accommodata, de quibus non antea disseruimus, ita se habent. Similiarium partium semen genitale, & lac reliquimus, de quibus nunc opportune dicemus & primum de semine, post in sequentibus de lacte. F

In ouiparo genere fœminę maiores maribus.

In secto-

A INsectorum vero quędam generant sibi similia in specie: alia vero similia genere, s. quę ex putredine generantur. Et inter genera, quę sic coeunt, fœminę sunt maiores maribus, neq; ullus meatus seminalis apparet in maribus, neq; membrum, quod in fœminā immitat: imo fœmina huius speciei membrū obtinet, quod inserit in marem, in parte inferiori. quod cōspectu est in pluribus speciebus eorū: pauca enim sunt, quæ alio modo se habeant. Et fœminæ piscium ouiparorum maxima ex parte maiores existunt maribus, & quadrupedorum quoque ouiparorū, quę res ita se habuit ob conuenientiam ad impregnationē. Vuluęq; fœminarum huius generis sunt accommodate figurę huius animalis, quę propinquę existunt intestinis: vt in cęteris repies aīalibus. Cōceptus ēt apparet in earum vulua, & hoc patet in locustis, & in omnibus his animalibus satis magnis: sed in exignis non manifestatur hoc ob nimiam paruitatem. Hęc igitur est summa iuuamenti membrorum conuenientium generationi. AVER.

Quæ animalia semen emittant, quæ non: & quorundam opinio, qui semen ex vnaquaq; corporis parte prouenire affirmant. *Cap. XVII.*

B SEmen alia aperte emittunt, vt ea, quæ sunt natura sanguinea: alia, idest insecta, & mollia, emittant nec ne, incertū est. itaq; cōsyderandū hoc est, vtrū mares omnes semē emittant, an non omnes: & si nō omnes, cur alii emittāt, alii non. Tum etiam, vtrū fœminæ semen aliquod conferant ad procreationem, an non. & si non semen, vtrum nec aliud quicquam adhibeant: an quamuis non semen, tamen aliquid conferant. Ad hæc, quidnam conducant ea, quæ semen emittunt suo semine ad generationem, quærendum est: atque omnino quæ natura sit seminis, & eorum, quæ menstrua vocantur: scilicet in iis animalibus, quæ id humoris genus emittunt. Omnia ex semine gigni, semen autem ipsum proficisci a generantibus videtur. Quamobrem eiusdem studii est quæstio, vtrum ambo, mas & fœmina emmittant, an alter tantum: & vtrum ex toto corpore secernitur, C an non ex toto. nam si non ex toto, nec ex ambobus quidem parentibus prodire probabile est. quapropter primum de hoc, quemadmodum se habeat, inquirendum est. Sunt enim qui dicant id ex toto corpore prouenire. Quibus autem argumentis probent, vt semen ex vnaquaque corporis parte secernatur, quatuor fere numero sunt. Primum, vehementia voluptatis. magis enim suaue est, quod idem amplioris sit affectus: amplius autem est, quod omnibus membris, quā quod paucis accidat. Secundum, quod ex mācis manca procreētur. semen. n. ab ea quæ deest parte proficisci negant. vnde autem non accesserit, id ne procreetur, accidit. Tertium, similitudo parentum. similes enim gignuntur, vt toto corpore toti, sic particulati singulis partibur. quod si causa est, vt totum simile sit, quod ex tali toto semen genitale prodierit, partibus quoq; causa similitudinis erit, quod ex vnaquaq; parte aliquid venerit. Quartum, quod ratio esse videtur, vt quēadmodū totius aliquid est, ex quo primum generetur, sic

Vtrū ex toto corpore semē excernatur.

partis quoq; cuiusq; sit semen aliquod proprium. fidem etiam illa fa D
ciunt huic opinioni verisimilem. non solum enim rebus naturæ insi tis, & natiuis liberi similes parentibus prodeũt, sed etiam aduentitias atq; externas præsentant. iam enim cum parentes cicatrices haberẽt, filii quidam parte eadem sui corporis idem habuerunt: & Chalcedo ne, cum pater brachio esset compuncto, filius idem, retulit, confusa tamen nota, minusque explanata. his fere rationibus quidam potissimum crediderunt semen a toto corpore proficisci.

AVER. POst hoc autem incipiamus tractare de generatione & eius causa, & inuestigare virtutem, qua semen redditur aptum generationi: & virum talis conuenientia, & potentia in semine maris existens conueniat cum virtute, quę est in semine fœmineo, vel sit diuersa ab ea. Et quoniam huius rei contemplatio debet esse essentialis, de cuius ratione est certificare prius naturam seminis maris, & fœminę, ideo declarauit Aristo. prius huius rei perscrutationem per inuestigationem, quid sit quid diras seminis, & notificationem substantię eius. ex hoc enim poterit haberi verificatio operationis ipsius. &, quia Antiqui putabant semen habere virtutem gignitiuam, & procreatiuam, eo quia ex omnibus membris corporis procificiscitur, ideo Aristote. manifestauit prius de E structionem huius opinionis: post hoc vero de clarauit quiditatem seminis: deinde manifestat quid sit operatio eius in mare & fœmina. Hęc igitur tria sunt, quę inquirit in hoc libro, habita iam pręterita inuestigatione, de qua re mentionem faciemus, declarando, & abreuiando pro viribus, & vt temporis angustia exposcit.

Dicamus ergo Priores dixisse semen prouenire ab omnibus membris corporis; quod tribus probant testimoniis. Primum est ex similitudine, & est efficacius. dicunt enim ipsi, si semen genitale non decidatur a toto corpore, & ab omnibus eius membris, cur igitur natus similatur parenti in toto corpore, vel singulis membris? immo quod fortius est, non solum liberi similantur parentibus in mẽbris naturalibus, verum etiam in non naturalibus, tandem in maiori parte rerũ accidentalium, sicut in cicatrice, de qua narrauit Aristote. quendam patrem habuisse eam in vno membro, quam filius etiam tulit in eodem. Ego quoq; vidi idem in filio meo maiori, qui habebat vestigium in mammis suis, quod signum habebat etiam auus suus ex matre in mamma. verum in eo erat paruum, neq; scio verum efficietur maius, vel ne. Secundum testimonium habetur ex hoc ꝙ ex corporibus mancis mancum procreatur, scilicet ꝙ caret eo membro, quo pater mutilatur. quod quidem non euenit, nisi quia semen egrediens a tali mem F
bro est natura priuatum, & deficiens. Tertium argumentum sumitur ex nimia suauitate euenienti in emissione spermatis. Si enim non delectarentur omnia mẽbra, quare ergo tanta est delectatio. sed hoc accidit membris, ob egressionem seminis ex eis. Hęc igitur sunt testimonia, quibus Antiqui probant semen ex omnibus membris decidi.

Improbatio in eos, qui dicunt semen ex omnibus corporis partibus prouenire, semenq́, esse excrementum. Cap. XVIII.

Ed cum scrutamur & diligentius rem discutimus, contra potius esse videtur. nec supradicta quatuor illa soluere difficile est, & quædam alia sequuntur impossibilia ex ea ipsa opinione. Primum, igitur, similitudo nullum indicium affert, vt semen genitale ex toto cor-

A pore secedat: quando quidem & voce,& vnguibus, & pilis,& motu similes procreantur,ex quibus nihil proueniat. nonnulla etiam non dum habent, cum generant, vt canos aut barbam. Maioribus item suis plerũq; similes sunt, ex quibus nihil secessit. redditur enim post plura genera similitudo: vt in Helide,quæ cum Aethiope concubuerat, non filiam forma Aethiopis peperit, sed natus ex filia erat Aethiops. In stirpibus etiam eadem ratio est. nam, si hoc ita esset in iis quoque ab omnibus partibus semen proculdubio proficisceretur. at plerasq; partes aut illæ nõ habẽt,aut quisq; abscindere potest,aut post genitas habẽt. quin etiã ex fructibus nihil secedit,& tamẽ ii quo que forma eadẽ proueniunt. Ad hæc,vtrum ex vnaquaq; similari parte tantum prodit,verbi gratia carne,osse, neruo: an etiã ex dissimilaribus,vt facie & manu. nam si ex illis tantum,similes autem parenti bus sunt,partium potius dissimilarium forma,vt faciei,manuũ, pedum,quidnã obstet,ne illę quoq; similes sint secessu ex toto? Sed alia

Similitudo plis & pro genitorum.

Vtrum ex similaribus tãtum, an ẽt ex dissimilaribus semen secedat.

B causa, quando nec in ipsis quidem similitudo propterea fit, quia ex toto corpore semen genitale secesserit. Sed, si ex dissimilaribus tantum,ergo nõ ex toto & partibus omnibus. at ex similaribus magis cõ ueniat: sunt enim priores,& dissimilares ex similaribus constant. & vt facie ac manibus similes procreantur, sic & carne & vnguibus. At vero si ex vtrisq;,quisnam modus sit generationis? constant enim partes dissimilares ex similaribus. itaque quod ex iis secedit,ex illis quoq; secesserit,atq; ex ipsa cõpositione,perĩde quasi a nomine scripto quippiam proficiscatur, si a toto vel a quauis syllaba proficiscitur. quod si a syllabis,ab elementis compositioneq; prodierit. itaque si ex igne, & reliquis eiusmodi carnes ossa ue constant, ex elementis potius fuerint. nam ex compositione quonam pacto possint? Atqui sine ea simile esse nihil poterit. quod si quid eam postea creat, id causa similitudinis fuerit,nõ secessio ex toto. Item, si partes distractę in semine sint, quonam pacto viuat? sed si coniunctæ, paruum

C quoddam animal fuerit. Genitales etiam partes quonam pacto cõsistant? non enim simile est quod a mare & fœmina secedit. Item, si vtriusq; semen æque ex toto venit,duo animalia generabuntur. vtrũ que enim omnia habebit. quamobrem Empedocles maxime (si ita dicendum est) consentanea huic rationi scripsisse videtur hoc quidem loco. nam, si alibi diuersa,nõ bene. dicit enim maris ac fœminæ quasi symbolum esse totum vero a neutro proficisci. Sed discerpta gerunt mas ipse & fœmina membra.

Cur enim fœmina non ex se ipsa generet, si quidẽ semen ex toto secedit, & conceptaculum obtinet? sed vt videtur, aut non ex toto secedit,aut ita,ut ille ait, non ex vtroq; eadem secedũt. quapropter alterum alterius coitum desyderat. Sed impossibile illud quoq; occurrit. nec enim maiora possunt distracta seruari, animataque esse, quomodo Empedocles generat amore,cum dicit.

Multaque ponuntur capita absque sua ceruice.
Mox enim coalescere coagmentarique ait. quod fieri non posse apertũ est, quando nec anima vitaque omni vacua seruari possent, neque veluti plura animalia coalescere in vnum. & iis, qui ex toto secedere aiunt, accidit, vt eodem modo, quo ille, dicant. nam vt tum amore in terra, sic iis in corpore agitur. non enim fieri potest, vt partes coniungantur, commeandoq; eodem deueniant. Tum etiam quonam pacto dirimãtur superiora, inferiora, dextra, sinistra, priora, posteriora? hæc enim omnia carẽt ratione. Item, cum partium aliæ facultate, aliæ affectibus distinguantur, videlicet dissimilares, eo ꝙ efficere aliquid possint, ut lingua, vt manus: similares duritia, mollitia, & reliquis eiusmodi affectionibus (non.n. vtcunq; se habet, sanguis est aut caro) cõstat ob eam rem fieri non posse, vt quod secesserit, vniuocũ fit, cũ partibus corporis: verbi gratia, vt sanguis a sanguine, caro a carne proueniat. At si ex diuerso quodam sanguis fiat, non ea causa similitudinis fuerit, quod ex omnibus partibus decesserit; vt aiunt, qui ita opinantur. satis est enim ex vna tantum secedere, quandoquidem non sanguis ex sanguine gignitur. cur enim non omnia vel ex uno gignãtur? hæc enim sententia eadem esse uidetur, atque illa Anaxagoræ, ut nullum similare ginatur: nisi quòd ille commune id de omnibus asserit, hi uero generationi tantum animalium tribuunt. Ad hæc, quonam pacto ita augeantur, cum ex toto secesserit? Anaxagoras enim probe ait, carnes ex alimento carni accedere. sed iis, qui eadem nõ dicunt, & tamen secedere ex toto pronunciant, quonam pacto alio accedente magis quicquam efficietur, si quod accesserit, maneat? At si mutari quod accesserit potest, cur nõ iam inde ab initio semẽ fit tale, ut gigni ex eo possit sanguis & caro, non ipsum fit sanguis & caro? Nec uero dici potest temperatione post augeri, perinde ut uinũ aqua adiecta. ita enim principio maxime syncerũ meracumque esset unũquodque. nunc uero & caro, & os, & quæuis alia pars, quod dicitur, id postmodum magis est. Seminis autem partem aliquam dici neruum esse, aut os, longe plus est, quã ut noster sensus assequi possit. Ad hęc, si fęmina & mas differunt inter se uteri ratione, ut Empedocles ait: Funditur in puris mas, fœmina frigore mixto. mutari videmus tam viros quã mulieres, vt quemadmodum ex infœcundis fœcundi, sic ex habilibus fœminæ procreandæ ad maris procreationem propensi euadant, quasi non sit causa in secedendo ex toto, nec ne, sed immoderatione, immoderationeue eius, quod ex muliere viroq; secedat, aut ob aliquam eiusmodi causam. si hoc inquam ita esse ponamus, constat non propterea esse fœminam, quia ex quodam secesserit. itaque nec partẽ quidem, quam propriam habet mas aut fœmina, secessu consistere. si quidem semen idem & mas effici potest & fœmina, tãquam nõ alterutra pars in semine sit. Quid igitur referat de hac parte ita dicatur, an de cæteris? nam, si semen ab vtero non prouenit, ea

Partiũ differentiæ in quibus.

A dem cæteris quoque partibus ratio seruanda est. Itē nonnulla animalia oriuntur ex nullis, vel eiusdem, vel diuersi generis animalibus vt muscæ,& genera papilionum, ex quibus gignuntur quidē animalia, sed nō similis naturæ, sed genus quoddā vermiculi. patet igitur nō semine, quod ex cūctis partibus secesserit generari quæcunq; diuersi generis sunt: nam similia essent. siquidem similitudo indicio esset, ꝙ ex cunctis secesserit. quædam enim animalia vno coitu plura generant: plantas vero omnino motu eodem omnem annuum fructum afferre certum est. quod fieri non posset, si ex cunctis partibus semen secerneretur. singulas enim e singulis vel coitibus, vel secessibus fieri secretiones necesse est. nec vero fieri potest, vt in vtero diuidatur: iam enim tanquam a planta nouella, aut animali nuper edito, non semine separaretur. Item quæ auulsione feruntur, semen afferunt. ergo & prius quam auulsa fererentur, ex eadem sui magnitudine fructificasse, non ex tota planta destrictum semen tulisse certum est. Omnium B vero maximū argumentum in genere insectorum animaduertimus satis, quod etsi non omnium, tamen plurimorum fœmina per coitū particulam quandam suam inserit in marem. & quidem coitum ita agunt: quod antea dictum. Subiecta enim in supera indere visuntur, quanquam non omnia, sed plurima ex iis, quæ explorata habemus. itaque in iis etiam maribus, qui semen emittunt, non causa generationis est, quod ex toto secesserit, sed alio quodam modo, de quo postea videbimus. nam, si causa esset secessus, vt putant, non ex cunctis secedere partibus cēsendum esset, sed ab agente, creatriceque tantum virtute, velut a fabro, non a materia. sed hi simile aiunt, vt si vel a calceis proficisci dicant. filius enim, qui patri similis est, simili fere cultu corporis vtitur. Causa autē, vt voluptas rei venereæ vehementior sit, non quod ex toto secesserit, est, sed quia prurigo vehemens accidit. quamobrem si quis frequenter ea te vtitur, minus afficitur voluptate. C Item uoluptas ueneris in fine coitus potissimum est: at si ex toto secerneretur, non simul, sed singulis partibus, aliis prius, aliis post exultaret. Causa uero quamobrē ex mancis māca proueniūt, eadem est,& cur filii similes parentibus prodeunt, sed nō manca etiā ex mancis gignuntur, vt & dissimiles suis parentibus: quorū causam postea consyderabimus. eadem enim quæstio est. Item, si semen non a fœmina emittitur, eadem ratione profecto, nec ex toto secedere probari potest &, si non ex toto secedit nihil rōni repugnat, si a fęmina quoq; non secedere, sed alio quodammodo causam generationis præstari a fœmina statuemus. qua de re vt differamus proximum est, cū semen non ex cunctis secerni partibus apertum iam sit. Initium vero tum eius ipsius propositi, tum etiam sequentis totius disputationis, ut primum de semine quid nam, sit accipiamus. ita enim & officia ipsa,& quę officiis accidunt facilius consyderare poterimus. Tale autē sua natura semen esse requirit, vt ex eo primo oriantur ea, quę fe-

Insectorum coitus.

Seminis natura.

cundum naturam constituuntur:nō quod ex illo, verbi gratia homi D.
ne aliquid fit,quod agat.fit enim aliquid ex hoc,quia semē eius est.
Multifariā aliud ex alio fieri. Sed cum multifariā aliud ex alio fiat:alio enim modo,cum ex die no
ctē fieri dicimus,aut ex puero virum,quoniā hoc post hoc:alio cū ex
ęre statuā,aut ex ligno lectum,& quęcunq; ex materia fieri dicimus,
vt ex aliquo,quod insit,& formetur,totū sit:alio cum ex musico im-
musicum , aut ex sano ægrum,& omnino contrarium ex contrario :
præterea,vt Epicharmus facit suam exaggerationem , ex calumniis
maledicta,ex maledictis pugna-quæ omnia eò referūtur , vnde prin
cipium motus.quale id quoque, quod modo diximus est pars enim
quædam totius discordię calumnia est:sed aliquorū extra,quod mo
uerit,est.vt ars extra suum opus est,& lucerna extra domus incēdiū.
Cum itaque tot modis aliud ex alio fiat, semen in altero de duobus
his esse apertum est.aut enim ex eo vt materia,aut vt ex primo,quod
mouerit, est quod gignitur . non enim vt hoc post hoc , quomodo E.
ex Panathenæis nauigatio,neque vt ex contrario contrarium.gigni-
tur enim contrarium ex cōtrario,quod corrūpitur: & aliud quippiā
Semē patiēs ne, an agēs. subiici oportet,ex quo primo immanēte fit. Igitur in vtronā de duo
bus illis cōstituēdū sit semē,consyderandū est:vtrū vt materia & pa-
tiens,an vt forma & agens,an ēt vt vtrūq;. Vna enim cū iis fortasse
declarabitur & quonā pacto ex contrariis generatio fit omnibus iis,
quæ ex semine oriuntur.nam ea quoque generatio, quę ex contrariis
fit,naturalis est.alia.n.ex contrariis oriuntur,mare dico & fœmina:
alia ex vno tantum,vt plantæ omnes,& animalium nonnulla,in qui
bus non distinctus , seorsumque constitutus est sexus maris & fœ-
Genitura qd minæ.Genitura igitur id vocatur,quod a generante proueniens cau
sa est, quæ prima obtineat principium generationis.videlicet in iis ,
quæ coire natura voluit. Semen autem est,quod ex ambobus coeun
tibus illis originem trahit , quale semen plantarum omnium est , &
animalium nonnullorum, in quibus sexus distinctus non est . Velut F.
id,quod ex mare ac fœmina primum miscetur, quasi conceptus pro
Fructus et seminis discrimen. miscuus quidā , aut animal.hæc enim iam habent quod ex ambobus
requiritur. Semen & fructus inter se differūt, prioris posteriorisque
ratione.fructus enim,quod ex alio est semen,ex quo aliud.nam alias
ambo idem sunt . Natura autem prima eius , quod semen vocatur ,
quænam sit exponenda latius est.Quodcunq; in corpore accipimus,
aut partem esse secundum naturam , vel dissimilarem vel similarem
necesse est:aut præter naturam,vt vel papulam , vel excrementum,
Excrementum, et colliquamentum quid. vel colliquamentum , vel alimentum . Excrementum appello reli-
quias alimenti:Colliquamētum,quod ex incremento secernitur re-
solutione præter naturam . Sed nullam id esse partem vel similarem
vel dissimilare apertū est.nihil .n.ex eo,quamuis similari constitui-
tur,vt ex neruo,aut carne.quoniam etiam cum cæteræ omnes par-
tes separatæ sint , ipsum separatū non est.Nec vero præter naturam

A est,neq; naturę oblæsę vitium, cum in omnibus insit,& natura ex eo ipso oriatur.alimentum plane res aduent tia est.itaq; aut colliquamẽtum,aut excrementum esse necesse est. Veteres quidem authores opinari videntur id esse colliquamentũ.quod enim ex toto secedere propter motus calorem dicunt,vim habet colliquamenti. colliquamẽta autem præter naturam sunt,nec quicquam secundum naturam oriri potest ex iis,quę præter naturam sunt.excrementum igitur esse necesse est, At omne excrementum,aut alimenti inutilis est, aut vtilis. Inutile dico a quo nihil præterea naturæ suppeditetur,sed quo plus absumitur,eo magis natura vitiatur:vtile cõtra. Sed enim non tale excrementum id esse constat,eò quòd iis,qui vel ætate,vel morbo pessime se habent, genus hoc excrementi plurimum inest,semen minime, aut.n.nullum omnino, aut nõ prolificum, propter inutilis ac morbidi excremẽnti permistionem. ergo vtilis excrementi pars ali- Semen excrementi vtilis partẽ esse aliquam.

B qua semen est.vtilissimum autem, quod vltimum est, & ex quo iam vnumquodque gignitur membrum. est enim tum prius, tum posterius. Primi igitur alimenti excrementum pituita est, & si quid aliud eiusmodi est pituita enim alimenti vtilis excrementum est.cuius rei indicium,quòd permistum cum cibo puro alere potest, & labore absumitur.Vltimum autem paruum admodũ ex plurimo relinquitur alimento. sed intelligendum perexiguo augeri quotidie animalia & plantas: nam nisi ita esset, additione pluris eadem vel minima modum excederent magnitudinis. Igitur contra quam Veteres putarunt,dicendũ est.cum enim illi quod ex toto secedat,semen esse fateantur,nos quod ad totum suapte natura faciat,semen esse fatebimur:cumq; illi colliquamentum dicant,nos excrementum potius esse statuimus. quod enim vltimum accedat,& excrementum vltimi sit,id simile esse probabilius est. perinde vt Pictoribus sæpenumero aliquid andriceli, idest purpurissi remanet,simile eius, qd' cõ- Pituita quæ le excremẽtum.

C sumpserint.tabescens autem quodque,& colliquescens corrumpitur, & degenerat. Argumentum non colliquamentum,sed excrementum potius esse, illud est, quòd animalia magni incrementi minus fœcunda, parua fœcundissima sunt. plus enim colliquamenti esse in magnis necesse est,sed minus excremẽti. quippe cum in corpus magnum copia absumitur alimenti:itaque parum fit excrementi. Item locus secundum naturã nullus colliquamento datus est, sed fluit quocunque facilius ferri potest:at naturalibus excrementis omnibus locus præscriptus est:verbi gratia alimenti sicci excrementis aluus, humidi vesica, vtilis ventriculus, seminalis vterus,genitale mammæ. in ea enim loca se colligunt,atque confluunt. Testimonium etiam faciunt ea,quæ eueniũt, vt semen,quod diximus, id sit:quæ ideo accidunt,quia talis excrementi natura est.dissolutio enim & imbecillitas manifesta consequitur, vbi vel minimum id secesserit, vt quasi corpus eo fine priuetur, qui demum ab alimento afferatur. pauci vero Venerẽ cõsequi imbecillitatẽ: aliquã etiã eã esse leuamentũ.

quidam, & breui tempore per ætatem leuantur, cum id secedit: vi- D delicet vbi copia superarit. quomodo alimentum primum, si, vbi modum excesserit, emittitur, melius corpori cedit. leuat etiam, cum secũ alia trahit excrementa. non enim solum semen est quod exit, sed etiã aliæ permistæ facultates cum eo secedunt, quæ insalubres sunt. quam obrem nonnullis improle aliquando est, quod emmittitur, quia parum seminis habet. sed enim plurimis & magna ex parte ita accidit, vt venere exoluantur, debilitenturque, ob eam, quam diximus

Semine carẽtes.

causam. Ad hæc, semen nec in prima ætate, neq; in senectute, neq; in morbis est carent hoc ægri, propter imbecillitatem: senes, quia non satis eorum natura potest concoquere: pueri, propter incrementum. absumitur enim totum alimentum in corporis desyderium, priusquam aliquid excrementi remaneat. quinquennio nanq; fere corpus

Hoĩs corpus futurę magnitudinis dimidium capere primo quinquẽnio.

in homine quidem dimidium capere videtur omnis magnitudinis, quæ reliquo toto tempore comparetur. Multis autem & animali- E bus, & plantis euenit differentia in iis ipsis, tum generi cum genere, tum etiam in eodem genere consortibus speciei inter se, vt homini cum homine, & viti cum vite. Alia enim multũ seminis edunt, alia parum, alia nihil omnino. idque non prę imbecillitate, sed contra nonnullis euenit. absumitur enim in corpus, vt hominum nonnullis, qui vbi per habitum croporis bonum carnulenti, aut pinguiores euaserint, minus semen emittunt, minusque rem veneream expetunt. Similis & vitibus affectio incidit, quæ nimia alimenti copia luxu-

Hircĩ vites

riant, & hircire tantisper dicuntur. nam & hirci pinguescentes minus seminis habent. quamobrem eos solent ante extenuare. & vites hircire ab ea ipsa hircorũ affectione dixerunt. Viri etiam, mulieresq; pingues minus fœcundæ esse, quam non pingues videntur. quoniam in vegetioribus excrementum concoctum transit in pin-

Pĩguedo excrementum.

gue: nam & pinguedo excrementum est bonitate substantiæ salubre. sunt quæ nullũ afferant semen, vt salix, vt populus. Itaq; aliæ quoq; F eius affectionis causæ reddi possunt: nam & per imbecillitatem non concoquunt, & per virium bonitatem absumunt, vt dictum est. Simili modo fœcundissima quoque, & fertilissima sunt, alia propter vires, alia propter imbecillitatem. multũ enim atq; inutile excremen-

Morbi ex retento semine.

tum permiscetur, vt vel morbi non nullis contrahantur, cum non bene purgatio cessit, & alii euadunt, alii obeunt mortem. tabescunt. n. eo modo, quo per vrinæ profluuium: nam id quoque vitium iam aliquibus accidisse certum est. Itẽ meatus idẽ excrementi & seminis est: quibusq; excremẽtum amborũ tam sicci, quam humidi alimenti, iis quo humidi, eodem seminis quoq; secretio agitur. humidi enim excrementũ est. nanq; omnium alimẽtum humidum potius est. Ac vero quibus hoc deeſt, iis ea parte, qua cibi sicci sedimentum tendit, semen quoq; secernitur. Addo etiã quòd colliquatio, & tabes semper morbosa est: excrementi emisſio semper vtilis est: seminis secessio

A in ancipiti versatur, quoniam aliquid alimenti inutilis assumit. atsi
colliquatio esset, semper noceret. quod non facit. Semen igitur excre
mentum esse alimenti vtilis atque vltimi, siue omnia semen emittũt,
siue non in iis tamen, quæ emittunt, ita esse apertum iam est.

IPse autem Ari. obijcit illis pręmissis conclusionis rationibus quibusdam, AVER.
opponitq; conclusionibus, vt debet fieri in obiectione demonstratiua, vide-
licet ꝙ non sufficit ei vna tm̃ contradictio: post hoc vero ipse inuestigabit
huius causam. Et qm̃ duę fuerunt sectę ponentium semen secedere ex to-
to corpore: quarum Vna asserit in semine prodire membra in actu, sunt tñ sen-
su occulta, i. ꝙ ex quolibet membro generatur aliud simile: Secūda secta tenet
semē esse fluxum, & spumam oium membrorum ob motum, quemadmodum ac-
cidit membris humidis vehementer se mouentibus, quę spumã amittunt: & hęc
fuit opinio Hippo. Aristot. vtrisq; his opinionibus contradicit, & plura dicta af
fert: quorum aliqua concludunt destructionem primę opinionis, quędam vero
alia indifferenter contra ambas opiniones. Dixit .n. si causa similitudinis esset
exitus seminis genitalis ex omnibus membris, impossibile esset vt caderet simi
litudo inter parentes & liberos in membris, ex quibus impossibilis est egressio
B seminis, sicut ex vnguibus, & pilis: manifestum.n. est impossibile fore ex pilis
pilos, & ex vnguibus vngues secedere; sed similitudo reperitur in his rebus e
egressio igitur seminis ex oibus membris non est causa similitudinis. Itē simili
tudo inest operationibus, vt assimilari in voce & motu: sed non possumus dice
re semen ex hmõi rebus prodire. Scđa ratio est ꝙ, si exitus seminis ab oibus
membris esset causa similitudinis, non esset similitudo inter filios, & eorũ auos,
cum non proficiscatur hoc semen ab auo, ex quo gignitur natus: sed extat simi
litudo inter filios & auos igitur secessus seminis ex oibus membris non est cau
sa similitudinis. ꝙ aũt similitudo insequatur patrē patris vt frequenter, nemo
negat. narrat.n. Arist. quandam mulierem cum Æthiope concubuisse, & pepe-
risse filiã albã, deinde eadē filia cõcepit. & peperit Æthiopē. Tertia ratio. si
egressus seminis ex oibus membris esset causa geniti, non posset gigni ex muti-
lato in vno membro aliquis hñs hmõi membrũ perfectũ: sed iam sunt quã plu-
res cõperti, qui perfectũ procreant, cum tñ ipsi sint mutilati: proficisci igitur se-
men ex oibus membris non est causa nati. Quod clarius in stirpibus appare-
ret. Nã, si semen secederet ex oibus particulis stirpis, nõ posset gñari stirps, hñs
multos ramos ex hñti pauciores, necesseq; esset granũ corticatum prouenire ex
corticibus, si semen ex oibus proficisceretur partibus. in plantis.n. & arboribus
res eodē mõ debet se habere. & hęc obiectio est cõis vtrisq; opinionibus. Quar
C ta ratio talis est. si esset causa similitudinis egressus seminis ex oibus membris,
vel ergo ex membris prodiret organicis, aut ex similaribus, vel ex omnibus
his. Sed, si semen proficisceretur ex membris simplicibus, non esset similitudo in
mēbris organicis: manifestum tñ est similitudinem inesse membris officialibus:
igitur similitudo nõ euenit ex egressu seminis a membris simplicibus. Et si dica
mus semē prodire ex mēbris cõpositis, ergo secedet ex simplicibus, ex quibus
cõposita fuerũt. Et, si ex simplicibus, igitur & de rebus, ex quibus cõstãt, vide
licet ex elemētis: quare ꝓdiret semen ex aqua, & ex igne. Si vero concedamus
ꝓuenire ex cõpositis, sed nõ ex simplicibus, igitur neq; ipsa similitudo reperi-
retur in mēbris simplicibus. Si etiam ex toto composito egrediatur, non erit ibi
generatio; & sic genitum erit, antequã sit. Quinta ratio est, ꝙ, si semen veniat
ex omni mēbro sibi simili, & ex mare, sicuti ex fœmina proueniat, sequeretur
igitur duo tm̃ semp esse genita, nõ plura neq; pauciora. Et, si concedamus vnũ
tm̃ esse, ergo simile erit oibus illis. totũq; hoc est falsum: immo cõpertum est ex
vno semine plura genita euenire. Sexta ratio est hęc, si ipsa mēbra secederēt
separatim, vel ergo erunt cõiuncta, vel non coniuncta. si coniuncta, quo nã pa
cto põt prodire aĩal paruũ ex magno aĩali. si vero non coniuncta, qualiter ergo
poterit reperiri in eis operatio membrorũ: ipsa enim habent vitã ex eoꝝ sunt
pars ipsius aĩalis. Nã, si nõ viuerēt, essent mēbra ęquiuoce: quę, si tm̃ noie com-

municarẽt, posset gñari aliqđ ęquiuocũ t & sic quodlibet ex quolibet vtcunq;, D
& nõ ex sanguine sanguis, neq; ex carne caro, sed oĩa essent idẽ. neq; erit ex ne
cessitate gñationis mẽbrum secedere ex oĩ mẽbro: nec possunt generari mẽbra
ipsa existẽtia separata loco, & secedat ex eis aliquod vnum cõtinuũ coniunctũ
in loco. Septima ratio est. si semen ex oĩbus secederet mẽbris, & ex fœmina
vt ex mare, fœmina generaret de se, s. sine masculo: qđ est falsum. Octaua ra
tio est, ꝙ, si secessio seminis ex oĩbus mẽbris esset causa similitudinis, et gñatio-
nis, nullum aĩal posset generare aliud non simile ei in specie. Nam, si egressio se
minis ex cunctis mẽbris esset causa nati, omne inquã animal generaret animal
vt ipsum in specie, & sibi simile: sed reperta sunt aĩalia oriri vtroq; modo: igi-
tur non est necessarium, ꝙ secessus seminis ex cunctis mẽbris sit causa geniti.
Nona ratio est, ꝙ, sicut datur planta germinans ex vno ramorum, ex quo fit ar
bor multorũ ramorũ, & fructuũ, qđ tamen non euenit eo, ꝙ semẽ secernatur ex
cũctis partibus huius plantę, sed ille ramus plantatus est potentia omnes partes
arboris, simili modo res se habet in semine. Si igitur causa fœtus esset exitus se
minis ex cũctis mẽbris, non inueniretur aliqua arbor generari ex aliquo ramo
rum. Decima ratio est id, qđ manifeste apparet ĩ pluribus insectorũ generibus,
quorũ fœmina inserit in marẽ membrũ organicũ. inferiora. n. in supera intromit
tere membrũ visuntur. Si ergo ita est, patet non esse necessarium in omni ani-
mali, vt eius mas habens sperma, ipsum in fœminam emittat, neq; id esse ex ne- E
cessitate generationis, longe minus erit necessariũ semen ex toto corpore secer-
ni. Et qui ponunt causam generationis esse secessionem seminis ex toto corpo-
re, nõ possunt ponere qualiter augeatur fœtus, cũ augmentũ sit generatio scđm
partes, & partus sit generatio scđm totum. Nam, si caro carni superueniat, non
augebitur caro in oĩbus eius partibus. & sicut illud, quod oritur non est caro
in actu, sed in potentia, sic etiã semen genitale, ex quo generatur fœtus, non est
genitũ in actu, sed necesse est mixtionẽ, & contemperaturã pręcedere ipsi gña-
tionis, & augmentationi. Neq; est causa masculini sexus, vel fœminei egressio
seminis ex oĩbus mẽbris. videmus, n. idem semen eiusdem hominis gñare quan
doq; marẽ, quandoq; fœminã: ad quã rem iam etiam concurrit aliqua causa ex
ętatibus, & diuersa cõplexione, s. maris & fœminę. Declaratum igitur est ex
hoc sermone, ꝙ secessus seminis ex oĩ membro gñatiuo nõ est causa geniti, neq;
causa similitudinis, sed potius debet referri causa gñationis, & similitudinis ad
ipsum mouentẽ generantẽ, non ad materiã, in qua est forma. & hoc, quia mem-
bra sunt sicut materia ad formam in ea existentẽ, quę quidem est causa qua mẽ
brum est membrũ, i. qua agit actionem sibi propriam, & patitur passiones sibi
proprias. qui ergo imaginantur causam similitudinis esse gñationem membro-
rum ex seinuicẽ, est veluti si dicãt filiũ similari parẽti, quia induit eius indumen F
tum, vel simile vesti ipsius. Id vero, quod arguunt de vehemẽtia delectationis,
non est argumentũ. nã causa vehementis delectationis est sensatio exquisitissi-
ma membri venerei & eximia excitatio ex palpatione, & titillatione. Et suma
tim sequeretur, si causa delectationis esset secessus seminis ex cũctis mẽbris, ꝙ
delectatio inesset ambobus ęqualiter, & eodem tẽpore, & nõ alteri ante alterũ.
Vnum quoq; ex eorum argumentis est, ꝙ procreãtur ex manco, vel mutilato
mutilata, & mãca. Hęc nõ est ratio pro eis: nã tales homines iam habere visunt
liberos immaculatos, & perfectos, & tandẽ, vt Aristoteles dicit, dantur in aliqui
bus causis harum rerũ dubia cõmunia nobis, & ipsis. possunt. n. ponere istas cau
sas, quas ipsi in rationes adducũt, pręter hoc ꝙ concedamus hãc esse causam ha
rum rerũ, q̃ hñt esse. nam res posteriores, qñ ex eis nõ sequitur de necessitate
aliquod prius, nõ possunt poni vt ratio (siue signũ) ad esse prioris. Et, cum ipse
Arist. manifeste ostenderit secessum seminis ex cũctis mẽbris nõ esse cãm gene
rationis, cũ tñ sit per se notũ gñationẽ ex semine ꝓuenire, idcirco decreuit prius
cõsyderare, & scrutari quot modis dicatur aliquid ex aliquo fieri, vt declarẽtur
modi, quibus dicitur generationem fieri ex semine maris & fœminę. Dicamus
igitur aliquid ex aliquo fieri multifariam. Vno modo, vt significat post: quemad
modũ dicimus ex nocte diẽ fieri, idest post noctem erit dies. Secundo, si dicatur

A contrarium ex contrario fieri: vt si dicamus colorem album ex nigro fieri. Ter
tio, vt si dicamus ex ęre fieri conchā, & ex lignis lectum: & tandem id, quod ge
neratur ex materia, quod est in actu ex eo, quod est in potentia. Quarto per A
vel Ab: vt cum dicimus lectum fieri a carpentario, & tandem actionē ab agē
te. Manifeste autem dicimus fętum gignt ex semine vno horum duorum modo
rum vltimorum ex illis quatuor, vel vtroque modo, videlicet vt verificatur de
materia, vel de agente. nam non verificatur de eo, quod significat post, neque
de eo, quod significat ex contrario. quia contrariū non agit suum contrarium,
neque ipsum recipit. Et, si de semine id ita declaratum sit, conuenit nos scrutari
vtrū mas se habet vt agens, fœmina vero vt patiens, vel res opposito modo se
habeat: aut quodlibet illorum habeat vtrumq;, s. ꝙ se habeant vt agens, & vt
materia, quemadmodum reperitur in granis plantarum. Circa quod prius consy
deremus naturam seminis maris & fœminę. nam habita naturā eorum, ostende
tur propria actio vniuscuiusq; ipsorum. Et dicamus manifestum fore semen ex
mare, secedens, aut ex membris esse simplicibus, i. membris similaribus aut esse
excrementum corporis. Item, si est excrementum corporis, vel erit naturale,
vel pręter naturam. Iterum, si naturale vel naturę inutile, quo non vtatur ipsa
natura: vel vtile ipsi naturę. Excrementa vero inutilia naturę sunt excremen
ta primi nutrimenti, vt flegma, & duę colerę. Excrementum vero vtile natu
B rę est excrementum vltimi nutrimenti, s. sanguinis: sicut adeps, & pinguendo re
nalis, & reliqua, de cuius excrementi proprietate est vt fiat parum ex multo,
cum fiat ex sangnine sicut spuma ex lacte, cum tamen manifestum sit non esse
ex membris similaribus: quia non sunt pars membri instrumentalis, vt caro, &
neruus, qui est pars membri organici. Neque est etiam excrementum pręter
naturam: quoniam impossibile est aliquid secundum naturam esse ex rebus
pręter naturam. Et hinc apparet ꝙ non est colliquamentum membrorum eue
niens eis ex necessitate caloris consequentis motum, quoniam excrementum
sic recedens ex corporibus est pręter naturam: innaturale autem excrementū
non habet certum locum in corpore, neque transitum semen tamen, & cuncta
excrementa corpori naturalia locum & viam notam habent in corpore. locus
enim lactis sunt mammę, & ſeminis genitalis testes, & meatus coniunctus eis,
& excrementi humidi vesica, sicci vero aluus. Quod autem semen genitale
sit excrementum, & non colliquamentum testimonio habetur: quia animal ma
gni incrementi obesum minus de semine obtinet, minusq; secundum est: paruum
vero multi seminis, atq; fecundissimum existit. quod tamen si semen esset colli
quamentum membrorum, res econuerso se haberet, uidelicet ꝙ magnum & pin
gue esset multo semine preditum, paruum vero & extenuatum paucū participa
ret semen. & tñ res opposito modo se habet. nam in aīali magno paucum exi
C stit, cum absumatur in eius corpus: multum vero in aīali paruo. Excrementa
quoq;, quę ex corporibus liquescunt motu, vel aliqua alia re extrinseca, nullū
afferunt iuuamentū naturę, neq; eis vtitur vllo pacto. immo huiusmodi excremē
ta corrumpuntur, quamprimū a corpore exeunt, citoq; euanescūt: & nō ęrediū
tur a corpore, nisi quia sunt diuersa ab eius natura. Neque semen genitale est ex
excrementis, quę non opitulantur naturę, vt est pituita, & alia. Hęc. n. excremē
ta in ęgrotis exuperant, i. ob ęgritudinis cām: qñ. s. vnus humor alios superat, cor
rūpitur, & gñatur inde ęgritudo, siue ex mala complexione, aut pueritia, aut se
nectute. hęc aūt superfluitas, s. semē est pauca: de qua tñ in columtioribus corpo
ribus plus reperitur, q̄ in ęgrotis, ꝙ si in ęgrotis reperiatur, id malū est, nihilq;
opitulationis affert ob id, ꝙ cum eo admiscetur de malo excremento. Hinc est,
ꝙ aliqui homines non prolificant vno tempore, qui tamē alio tēpore gignunt. Et
huiusmodi mala excrementa sunt superfluitates primi nutrimenti, sicut phleg
ma, &c. Et, cum de semine declaratum fuerit non esse aliquid ex rebus pau
lo ante enarratis, relinquitur ex omnibus his ipsum nihil aliud esse q̄ excremē
sum vltimi nutrimēti, qd̄ est omnia membra in potentia, quod potest esse vtile na
turę. Argumentum vero ostendens, ꝙ sit excrementum vltimi nutrimenti mem
brorum, quod est sanguis, est quia corpora animalium, dum augentur et crescūt,

minime obtinent huiuſmodi excrementum: quibus tamen accedentibus ad perfectum incrementum vñr habere ſemen. & hoc, quia abſumitur tale excremẽtum membrorum in hmõi actum, quod prius in membris remanſerat ob eorum incrementum. Apparet ergo ex natura ſeminis contrariũ ei, quod a prioribus exiſtimatum fuit. putabant.n.ipſi ſemen eſſe quid colliquatum ex oĩbus membris. Nos aũt dicimus ſemen eſſe quid ad oĩa aptum ſuapte natura, ſ. ꝙ ineſt ei potentia vt ex eo fiat totum: quemadmodum dicimus carpentarium habere potentiam ad concinnam formam lecti faciendam, et pictorem ad pulchram figurã. Quod aũt ſemen ſit excremẽtũ vtile naturę eoq; vtatur, teſtimoniũ eſt ꝙ, cum ex corpore exit, exoluitur, & debilitatur. cuius rei cauſa eſt, quia in eo parum aggregatur ex nutrimento multo. Veruntamen accidit quies ex huiuſmodi excrementi exitu nonnullis hominum. ſ. calidis, & humidis, & iuuenibus. egreſſio.n. ſeminis poteſt eſſe eis medela. Signum vero oſtendens ipſum eſſe excremẽtum ſanguinis eſt ꝙ, qui re venerea vltramodum vtuntur, emittunt ſanguinem. Diſcrepat tñ ſemen in aĩalibus propter formam ſpecificam complexionis. in indiuiduo quoq; differt iuxta formam complexionis indiuidualis, & rõne ętatis, & ſanitatis, atq; ęgritudinis. Diſcrepatio aũt eueniens rõne ſpecierum, videlicet rõne formę cõplexionalis reducitur ad diuerſitatẽ corporis eorum, ſ. in magnitudine & paruitate: & differentia eorum in exuperantia caloris, & humiditatis in eis. diſcrepantia vero indiuiduorum ex ętatibus proueniens eſt ꝙ pue- B
ri ſemine carent: ſimiliter & ſenes. cuius rei cauſa eſt, quia ea materia in prima ętate conuertitur in incrementum, in qua non concoquitur concoctione naturali: priuatio autem concoctionis eſt cauſa ne ſenes ſemen obtineant: & ſi habent, eſt paucũ, & improlificum. Diuerſitas quoq; eueniens ratione morbi eſt, quia ſanguis minuitur in ęgro, cuius adhuc ſemini admiſcentur mala excrementa: vnde euenit ęgros parũ prolificare. minuiturq; in aĩali pinguiori: cum tale excrementum in pinguedinem abſumatur. Omne etiam id, quod aĩalibus accidere diximus, plantis quoq; euenire ſolet. quare, ſi vitis non putatur, minus de fructu ferre videtur, quia materia conſumitur in multitudinem ramorum, ob quã cãm plures arborum fructu vacant, vt ſalix. et reliquę mulieres quoque multum pinguiores minus fœcundę exiſtunt. Hirci etiam exuperanter pingueſcentes minus rem veneream experiunt. quamobrem paſtores faciunt eos extenuare. Vere autem eſt ſimilitudo inter parentes & liberos: quia excrementum ſimilatur rei, cuius eſt excrementum: & ideo ſunt oĩa membra in potentia. Intelligo per potentiam, eam, quę in agente, & illam, quę in patiente, licet nondum ſit declaratum, ex qua duarum virtutum ſemen proueniat. quare neceſſe eſt virtutẽ agentem eſſe in vno ipſorum, ſ. in ſemine virili, vel in fœmineo, vel in vtriſq;: cum non detur membrum aliquod inanimatum. Ex hoc igitur ſermone patet ſemen humanum eſſe excrementum vltimi nutrimenti. E

Menſtrua eſſe excrementa, omniaq; ſanguinea ea ipſa emittere. Cap. XIX.

Oſt hæc cuiuſnam alimenti ſit excrementum, & de menſtruis diſſerendum eſt: fiunt enim in nonnullis uiuiparis menſtrua. nam his declaratis apertum erit, & vtrum fœmina ſemen emittat, vt mas, fiatque vnum ex ambobus ſeminibus miſtum: an nullum ſemen a fœmina ſecernatur. & ſi nullum, vtrum aliud quippiam non conferat fœmina ad generationem, ſed locum tantummodo prębeat: an aliquid conferat, idque quonam pacto, & quomodo. Sed enim ſanguinem eſſe vltimum alimentum in ſanguinario genere animalium, proportionale autem in exangui, dictum antea eſt. Verum, cum ſemen quoque excrementum ſit alimenti, eiusque vltimi, aut ſanguis propor

Semẽ excrementum vltimi alimenti.

A tionale ue est, aut ex iis aliquid. sed cum ex sanguine concocto digestoque modo quodam pars quęque gignatur, semen autem concoctũ diuersum a sanguine secernatur (nam inconcoctum aut per vim emissum, videlicet cum vltra modum quis re uenerea utitur, cruentum iam aliquibus prodiit) constat semen esse excrementum alimenti sanguinei, quod vltimum in membra digeritur. & quidem vim magnam ob eam rem obtinet. sanguinis enim synceri, salubrisq; secessio resoluere potest. Vtq; filii similes parentibus sint, ratio exigit. simile est enim, quod ad partes accesserit, ei, quod remanet. itaque semen manus aut faciei, aut totius animalis est manus indefinita, aut facies, aut animal totum indefinitum, & quale quodcunq; illorũ est actu, tale semen potentia est, aut corpulentia sua, aut facultate suę virtute, quam in seipso contineat. Id enim nondum ex iis, quæ exposuimus, patet, utrum seminis corpus causa sit generationis, an habitum aliquem, & principium motus genitale obtineat. neq;.n. manus, neque aliud quoduis membrum, sine anima, aut alia facultate

B est manus, aut quodlibet membrum, sed æquiuoce tantum. Constat etiam colliquationem quoque seminariam, vbi accidit excrementum esse, quod vitium euenit, cum resoluitur in quod accesserit: quo modo cum protinus decidit, quod tectorii operis modo illitum fuerit. idem enim vltimum excrementum cum primo excremento est. atque de his ad hunc modum disseruisse satis sit. Sed, cum inūr minoris plus excrementi, minusque concoctum fieri, idq; copiam cruenti humoris esse necesse sit: infirmius autem scdm naturam est, quod minus caloris adipiscitur, taleq; fœmina fit, vt antea dictum est. hinc secretionem quoque illam sanguineam fœminæ excrementum esse necesse est talis autem eiectio est eorum, quę menstrua appellantur. Mẽstrua igitur excrementum esse, & proportione, vt maribus geniturã sic fœminis menstrua prouenire apertum est. Recte autem ita dici indicante ea, quæ in iis ipsis eueniunt. eadem enim ætate maribus ge-

C nitura fieri incipit, & secerni, fœminis autẽ menstrua erumpunt. vox etiam mutatur, & mammæ intumescunt. necnon desinẽte ætate aboletur maribus generandi facultas: fœminis menstruorum confluuiũ. Ad hæc, indicium illa faciunt, vt excrementum sit hęc secretio fœminarum, quod non marisce, non profluuium e naribus sanguinis, non varices, non tale quid mulieribus magna ex parte accidere solet, quandiu menstrua profluunt. & siquid tale accidit, deteriores fiunt purgationes, quasi hæc materia menstrua consumpta in ea fuerit. minus etiam venose sunt fœminæ, quam mares: & lautiores læuioresque sunt, quoniam excrementum, quod eo tendat, confluere in menstrua solet. Hanc eandem causam esse putandum, & vt corpora minora sint fœminarum quam marium, in viuiparo genere. in hoc enim vno menstrua profluunt, & omnium apertissime in muliere. plurimũ nanq; menstrui excrementi mulier emittit: ex quo fit, vt euidentis-

Proles parti similis.

Colliquatio seminis.

Minora fœminarũ corpora quã marium.

ſime palleat, & obſcuriores habeat venas, & corpore plane ad marẽ deficiat. Sed cum menſtrua ſit quod fœminis fiat, perinde vt maribus genitura, nec fieri poſsit, vt duæ ſimul ſecretiones ſeminales agantur, ideo ſemen a fẹmina non conferri ad generationem apertum eſt. nam ſi ſemen eſſet, menſtrua non eſſent: nunc ideo illud deeſt, quia hæc ſunt. Sed menſtrua eſſe excrementum, vt ſemẽ, explicatum iam eſt. Teſtimonio aũt eodem accipi poſſunt aliqua ex iis, quæ animalibus accidunt. pinguia enim minus ſeminis habent quã macilenta, vt antea dictum eſt. cuius rei cauſa eſt, ꝙ & pinguedo excrementum, vt ſemen, & ſanguis concoctus eſt: quanquam non eodem modo, quo ſemen. itaque ratione optima fit, vt cum materia ſuperua cua conſumpta in pinguedinem ſit, deficiat genitura. Generis etiã exanguis mollia & cruſtata optima ſunt, cum vtero gerunt. quod.n. ſanguine carent, nec pinguedo in iis conſiſtit, hinc proportionale pinguedinis ſecernitur in ſeminale excrementum. Indicio autem eſt non tale ſemen a fœmina emitti, quale a mare, nec amborum miſtura generari, vt aliqui volunt, quod ſæpenumero fœminæ concipiant ſine ea, quæ per coitum fit, voluptate. rurſusque cum ea ipſa voluptate, parique concurſu profuſionis vtriuſque nihilo magis concipitur, niſi menſtruorum humor ſit modice temperatus. Quamobrẽ nec nullis omnino vicibus menſtruorum fœmina generat: neque cũ effluunt, magna ex parte, ſed a purgatione. vis enim, quæ in maris genitura continetur, aũt caret alimento & materia, ex qua inſtituat animal: aut nimia copia ſemen cum humore eluitur. ſed vbi efluxerint ſatis, quod remanet, conſiſtit. Quæ autem nullis menſtruorum vicibus concipiunt, aut interea dum agitantur, & effluunt, non poſt earũ alteris cauſa eſt, ꝙ tantum humoris continent, quantum prolificis remanet a purgatione, quanquam non ita ſuperat, vt effluere poſſit: alteris, quod a purgatione os vteri comprimatur. Cum igitur multum quidem effluxit, ſed adhuc effluxit tamen non tantum vt ſemen elabatur, tunc concipiunt. Nec vero abſurdum quicquã, ſi a conceptu item effluunt menſtrua: nam vel poſt aliquandiu prodeunt, quanquã parce, nec ſemper: ſed id morbidum eſt. quamobrem paucis, & raro accidit. quę autem magna ex parte fiunt, ea maxime ſecundum naturam ſunt. A fœmina igitur conferri ad generationem materiam, quæ in menſtruorum conſtitutionem ſit: menſtrua autem ipſa eſſe excrementum, apertum iam eſt.

D

Pinguia minus ſeminis habere.

E

Quando idonea ad concipiendũ fœmina.

F

Contra eos, qui credunt fœminas, vt mares, ſemen genitale emittere, argumento, ꝙ pari fere voluptate afficiantur. Cap. XX.

Vod aũt ſemen conferri a fœmina per coitũ nonnulli exiſtimant, propterea qd interdũ ſimili voluptate afficiatur, vt mas, ſimulque aliquid humoris ſecernat, id non humor ſeminalis eſt, ſed loci ꝓprius. vteri.n. excretio eſt,

A quæ aliis euenit, aliis non. Euenit (quod plurimum dixerim) iis quę nitidæ fœminaresque sunt: non euenit iis, quæ fuscæ, atq; viragines: Copia vero, quibus euenit, non pro seminis emissione interdum est, sed multo excedit. tum etiam ciborum diuersa ratio plurimum facit, vt plus minus ue eius humoris excernatur: vt quædam acris sapo ris augent plane cernendi modum. Voluptas autem, quæ per coitũ sentitur, non solum semine exeunte accidit, sed etiam spiritu, ex quo consistente semen emittitur. quod patet tum in adolescentulis, qui nondum emittere queunt, propeque ætate sunt: tum in viris genituræ expertibus. voluptas enim iis omnibus scalpendo excitatur, & quorum deprauata est generatio: aluus interdum soluitur, propterea quod excrementum eo secedit, quod concoqui atque effici semẽ non possit. forma etiam similis mulieris & adolescentuli est, & mulier quasi mas inseminis est. impotentia enim quadam, fœmina est, eo quòd semen ex vltimo alimento concoquere nequeat. quod alimentum aut sanguis est, aut sanguinis proportionale in iis, qua san-
B guine carent, propter naturæ frigiditatem. vt igitur in aluo profluuium accidit cruditate, sic in venis tum cætera profluuia sanguinis, tum menstrua veniunt: nam ea quoque sanguinis profluuium sunt. sed illa morbo citantur, hoc naturale est. itaque generationem ex eo ratione optima fieri apertum est. Sunt enim menstrua semen non purum, sed indigens confectionis: quomodo in fructuum generatione adhuc imperfecta inest quidem alimentum, sed confectionem ad puritatem desyderat. quamobrem vt menstrua genituræ admista generant, sic alimentum in fructibus gignendis mistum alimento sincero alit. Indicio etiam est semen non emitti a fœmina, quòd cum per coitum fœminis voluptas contrectatione loci eiusdem atque maribus veniat, tamen humor ille non hac emittitur. Item non in omnibus fœminis id excernitur, sed sanguineis tantum. iisque non omnibus, sed quibus vterus non ad septum
C transuersum est, nec partus ex ouo. Ad hæc, iis, quæ non sanguinem, sed proportionale sanguinis habent, non emittitur ille humor. vt enim in aliis sanguis, sic in his alia inest miscella. Causa autem ne aut his, aut supradictis sanguineis fiat purgatio, siccitas corporis est, quæ parum excrementi relinquit, quantumque satis duntaxat ad generationem sit non ut etiam aliquid foras mittatur. At vero quæ viuipara sunt sine oui partione, vt homo, & quadrupedum, quę suffragines intus flectunt (hæc enim omnia animal procreant sine ouo) iis omnibus ea purgatio fit, nisi quid læsum per generationem sit, vt mula. tamen nullis tam purgationes redundant, quam homini. sed quemadmodũ cuique animali hęc eueniãt in libris de Historiis animalium scriptum est. Plurima ex omnibus animalibus purgatio mulieribus fit. maribus etiam plurimum emittitur seminis, magnitudinis ratione. cuius rei causa est constitutio corporis, quæ hu

Profluuia sãguinis qbus causis accidant.

Semen a fœmia nõ emitti.

mida &: calida est, plurimum enim excrementi fieri in eiusmodi corpore necesse est. carent etiam partibus iis, in quas vertitur excrementum in cæteris animalibus. non enim pilorum copiam gerunt per corpus, non ossium, aut cornuum, aut dentium excretiones. Indicium semen esse in menstruis, quòd simul, vt ante dixi, maribus semen fieri incipit, & fœminis menstrua innotescunt eadem ætate, tanquam simul ea loca distendantur, quæ vtrunque recipiant excrementum. cumque tempus distendendi instat, loca intumescunt a spiritu. quod marium testes apertius ostendunt, quanquam & mammæ: sed fœminarum mammæ potius indicant. cum enim bino digito extollunrur, tunc plurimis incipiunt menstrua. Igitur in quibus vita præditis sexus maris ac fœminæ distinctus non est, in iis semen veluti conceptus iam est. Conceptum appello primā ex mare ac fœmina misturam. quamobrem ex vno semine vnum gignitur corpus: verbi gratia ex Vno tritici grano vnus fundus, vt ex vno ouo vnum aīal. geminum enim ouum duo est oua. At in quibus generibus mas & fœmina distinguitur, in iis plura aīalia ex eodē semine gigni possunt, quasi natura differat. Semen in plantarum & animalium genere indicium est, ꝙ vno initu plura gignuntur in iis, quæ plura quam vnum possunt generare, quo argumento constat etiam non omni ex parte corporis genituram prouenire. neq; enim distincta statim inde ex eadem parte secernerentur, neque postquam simul ad vterum deuenissent, ibi distinguerentur. sed euenit porrò quod ex recta ratione est, Vt cum mas formam & principium motus præbeat, fœmina corpus atq; materiam (quemadmodum in lactis concretione corpus lac ipsum est, succus aut coagulum principium spissandi cogendique obtinet) sic quod a mare in fœmina distinguitur intelligi debeat. cur in plura pauciorave partiatur, aut singulare instituat, alia ratio est sed quia non differat forma quod diuiditur, si modo se habeat modice ad materiā, vt neq; minus sit, ut concoquere densareq; nequeat, neque amplius, vt exiccare possit, fit ob eam rem vt plura generentur. cęterum ex eo, quod primum constitit, ex Vno iam vnum tantum procreatur. Sed genituram a fœmina non conferri ad generandum, tamen aliquid cōferri, idque esse menstruorum constitutionem, aut proportionale in genere exangui, tum ex supradictis, tum etiam ratione, vniuersaliq; indagatione constat. esse enim quod generet, & ex quo generet, necesse est, idque quamuis vnū, forma quidem differre, & rationis diuersitate oportet. at vero in iis, quæ distinctas eas potentias obtinent, corpus etiam & naturā diuersam esse agentis & patientis. Quòd si mas vt mouens & agens, fœmina, qua fœmina, vt patiens, sequitur vt ad maris genituram fœmina non genituram, sed materiam conferat. quod & fieri ita videtur. natura enim menstruorum pro prima materia est. atque de his ita docuisse satis sit. Apertum vna cum iis est, de quo disserendum

Intumescentes puellarū mammas iuiū mēstruorum indicare.

D

E

F

deinceps

A de inceps sit, quemadmodum scilicet ad generationem mas cōferat, & quonam pacto semen maris causa eius, quod gignitur, sit: utrum ut insitum, & protinus inde pars corporis gignendi mistum cum materia fœminæ: an semem nihil commune cum corpore habeat, sed motus, visq; in eo contenta sit, quæ communicet. hæc est enim, quæ agat: quod autē consistat, & formam recipiat, reliquum excrementi fœminæ est. Atq; ut ratione sic effectis quoque probari videtur. nam cum in vniuersum animo complectimur, non ita effici vnum ex patiēte agenteq; videtur, vt quod agit in eo, quod efficitur, insit: nec omnino ex eo, quod mouet, & quod mouetur, quicquam constitui. at fœmina quidem, qua fœmina, patiens est: mas, qua mas, agens, & vnde mouendi principium est. itaq; si extrema vtriusque sumantur, qua alterum agens & mouens, alterum patiens & quod moueatur sit, non ex iis vnum quod gignitur est, sed ita vt ex fabro & ligno lectus, aut ex cera & forma globus est Patet igitur nihil secerni a maris semine esse necesse. neque si quid accedit, idcirco ex eo vt insito

Quonā mō maris semē gignendi formandiq; fœtus cā sit.

B esse quod gignitur, sed vt ex eo, quod mouerit, & forma, vtque a medicina qui sanatus est. Facta etiam rationi cōsentiunt. hinc enim mares nonnulli per coitum nec membrum quidem vllum in fœminam indere visuntur, sed contra fœmina in marem, vt in quibusdam insectis fit. quod enim in iis, quæ indunt, efficitur semine in fœmina, idem in mare ipso vapor virtusq; efficit, fœmina admouente suam particulam, quæ seminis capax est. vnde fit, vt genus id animaliū diu coeat, absolutumque breui generet, coniuncta igitur manent, quousq; constituant, perinde vt genitura constituit: sed abiuncta cito edunt cōceptum, quoniam & imperfectum, quod pariunt, est: quippe quę vermiculum omnia id genus progenerent. Maximo sane indicio est, quod auibus & piscibus ouiparis euenit, semen nec omni ex parte corporis venire, neque tale quid emitti a mare, quod insit in eo, quod genitum est, sed virtute tantum contenta in genitura

Partus insectorum ipersectus.

C viuificari, vt modo diximus de insectis, quorum fœmina transigit in marem. Nam siue accidit vt auis hypenemia, idest subuentanea oua ferat, si postea coit, nondum mutato ouo ex luteo in album, fœcunda ex subuentitiis redduntur: siue concepta ex coitu, si adhuc luteis, cum alio mare *cōiecit, simile eius, vt quo cum postea coiuit, prouenit omne genus pullorum. quapropter nonnulli ex iis, qui vt gallinæ generosæ procreęntur operam dant, ita mutatis admissariis faciunt, tanquam non misceatur, constitutionemque subeat semen, neq; omni ex parte venerit. ex ambobus. n. venisset. itaque bis partes easdem haberet, sed sua facultate semen maris materiam contentam in fœmina, & cibum qualitate quadam afficiat. id enim efficere potest, vbi secundum prçuenerit tepefaciendo, & concoquendo. cibus enim ab ouo absumitur, quandiu crescit. Hoc idem in generatione quoque ouiparorum piscium euenit, vbi enim fœmina oua

*coiuit.

Piscīū oua aspersa semine maris, fœcūda reddi.

ediderit, mas semen aspergit. & quæcunque attigit, fœcunda efficiun- D
tur: quæ non attigit, remanent infœcunda, quasi non ad quantitatem mas conferat, sed ad qualitatem. Patet igitur ex iis, nec omni ex parte semen secedere, neque fœminam ita vt marem conferre ad generationem, sed marem principium motus, fœminam materiam præstare. hac enim causa, nec per se ipsa fœmina generat: principium. n. & id quod moueat, discernatq; desyderat. Sed nonnullis, vt auibus, aliquatenus natura gignere potest. Aues enim constituunt quidem oua, sed imperfecta, quæ subuentanea vocantur, & ortus eius, quod generatur, in fœmina agitur. nec in marem semen emittit aut mas aut fœmina, sed ambo in fœminam conferunt, quod suum vtrique sit: quoniam in fœmina materia est, ex qua constat quod creatur. ac protinus partim haberi paratam materiam necesse est, ex qua primus conceptus consistat: partim subinde accedere. qua nutriatur & crescat. itaque partum in fœmina contineri necesse est. nam & faber adest ligno, & figulus limmo. denique omnis actio, & motio vltima E
iuxta materiam est, vt ædificatio in iis, quæ edificantur. Hinc etiam quemadmodum mas conferat ad generationem acceperis nec enim mas omnis semen emittit, & quibus emittitur maribus nulla pars fœtus hoc est: sicut nec a fabro quicquam secedit ad lignorum materiã, neque pars vlla artis fabrilis in eo, quod efficitur, est, sed forma & species ab illo per motum in materia existit. atq; anima, in qua forma & scientia est, mouet manus, aut aliud membrum, motu certæ qualitatis vel diuerso, a quibus efficitur diuersum, vel eodem a quibus idẽ. manus aũt instrumentaq; materiam mouent. Ita natura etiã maris semen emittentis vtitur eo semine, quasi instrumento, & actu habẽte motũ: vt in operibus artium instrumenta mouentur. in illis. n. quodã modo: motio artis est. Quæ igitur semen emittunt, hoc modo ad generationem conferunt: quæ autem nõ emittunt, sed fœmina particulam sui quandam inserit in marem, hæc simile facere videntur, quasi F
quis materiam ad opificem afferat. nam ob imbecillitatẽ eorũ mariũ nihil per aliud natura efficere potest: sed vix assidente ipsa motus valent, & similis fingenti, nõ fabricanti est. quippe, quæ non per aliud attingens, sed ipsa suis membris rem condat instituendam. Sexus igitur maris ac fœminæ distinctus in genere omnium animalium gressilium est. & quanquam diuersa sunt animalia mas & fœmina, tamen specie idem sunt: v. g. homo vtrunq;. At in plantis facultates istæ miscentur, nec mas a fœmina separatur. quamobrem ex se ipsæ progenerant, nec geniturам emittunt, sed conceptum, quod semen vocatur, afferunt. idque Empedocles bene retulit suo carmine.

Empedoclis versus, οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ μακρὰ δένδρα πρῶτον ἐλαίας.

Deinde etiam ouiparo genus arboreum tulit ortu.

Ouum. n. conceptus est, & animal ex parte eius creatur: reliquũ alimentum est. aĩalis seminis ẽt aliqua ex parte consistit, quod oritur: reliquũ alimentũ germini radiciq; primę est. Hoc idẽ quodãmodo in iis

Antiqu' interp̃s sic. Sic autẽ ouificãt arbores par ue primũ oliuas.

A quoque euenit animalibus,quę sexu distinguuntur. cum.n.vniuntur & generant, inseparata redduntur vt plantæ. idque natura eorũ nititur,vt vnum fiat,quod cũ coeunt, & coiunguntur, conspicitur vnum effici animal ex ambobus atque ea,quæ semẽ non emittũt,diu cõplexa funguntur venere,dum conceptum constituant:vt insecta,quæ solent coire.alia tandiu exigunt,donec partem aduentitiam quandam mittant, quæ conceptum constituat spatio temporis longiore, quã in sanguineo genere agatur.hæc enim parte quadam diei cohærent: genitura intra plures dies constituitur: mox vbi eã emiserunt partẽ, absoluuntur.Profecto animalia tanquam plantæ diuisæ esse vidẽtur, perinde quasi illas quoque,postquam semen attulere,dissoluas, & separes in sexum insitum maris ac fęminæ. Atque hæc omnia recte ita a natura cõdita sunt.plantarũ.n.substantię nõ aliud munus, nulla actio,nisi generatio seminis est.qđ cũ maris ac fæminæ coitu ęfficiatur,miscuit ea natura,indiscretumque sexum maris & fęminæ plan-

Plantarũ officium.

B tarum generi tribuit. Sed de his alibi disputatum a nobis est. At animalis munus non solum generare, quod commune omniũ viuentiũ est,sed etiam cognitionis alicuius particeps vnumquodque est, aliud maioris,aliud minoris,aliud minimæ.sensum etenim habent. sensus autem cognitio quędam est.cuius siue nobilis,siue ignobilis nota plurimum referet ad hominis ne prudentiam,an ad genus inanimum,cõsyderetur.nam ad prudentiam nihil esse videbitur, tactum gustũque tantum adipisci:at ad sensus vacuitatem summum id esse putabitur. Charum enim censueris compotem eius esse cognitionis, nec emortuũ expertemque essentiæ omnis iacere. sensu autem animalia differunt ab iis,quę tantum viuunt.sed cum viuat etiã quod aĩal est,necesse sit,cum fungi viuentis munere opus est, tunc coeunt & miscentur, & quasi plantę efficiuntur, vt dictum est. Cęterum genus animaliũ testa intectum, quoniam inter animalia & plantas ambiguum est, vt in ambobus constitutum generibus, munere neutrius fungitur. nam

Animalium officium.

Differẽs animalium cognitio.

C Vt planta sexu maris & fœminę caret, nec in altero generat: vt autem animal, nullum ex se fructum affert modo plantę,sed consistũt, & generantur ex terrena & humida quadam concretione. sed de eorum generatione postea differemus.

SCrutemur modo de q̃ditate seminis fœminei,utrũ sit sanguis mẽstrualis, vel sperma profluens hora coitus,vel vtrunq;. Menstruũ autem esse excremẽtum inconcoctum ex excrementis sanguinis apertę patet. & accidit illud ipsis mulieribus ob frigiditatẽ cõplexionis earũ, & exuperantiã humiditatis in eis,quibus euenit ex g̃natione sanguinis in earũ membris, vt in eis remaneat excrementũ non plene coctũ,quod natura expellit paroxismis.& id frequẽtius euenit hora diminutionis Lunę,aut hora egestionis,quẽadmodũ expellit reliqua excrementa.& hoc, quia proportio huius sanguinis ad digestionẽ,quę fit in venis, est proportio fluxus alui ad digestionẽ factam in stomacho,euenientis ex multo cibo. quamobrem non accidit fœminis profluuium sanguinis ex naribus,vel ex ano,quãdiu mẽstrua fluũt sc̃dm naturã:neq; dolores sciatici, & reliquę similes ęgritudines. Ad hęc,quia molliores sunt leuioresq;, minus etiã pilosę q̃ viri,

ideo in maribus tendit huiusmodi excrementum in partes terrestriores, in fœmi
nis vero cum sanguine mēstruali egreditur. ob quod corpora fœminarum syn-
ceriora sunt corporibus marium omnium animalium viuiparorum: quia egres-
sio sanguinis mēstrualis his generibus tantum data est, quę euidētior est in mu
lieribus ob multum sanguinem in eis genitum propter caliditatem complexio-
nis earum, respectu aliorum animalium. Neque menstruum tributum fuit mu-
lieribus, potius quā maribus, quia sint ipsis calidiores, vt nōnulli Antiquorum
imaginati fuerūt. nam apte patet ex dispositione fœminarū excessus frigiditatis
et humiditatis in eis, qđ perspicuum est ex earum figura, & dispositione, opera-
tionibusq; naturalibus, atq; animalibus. licet hoc etiam ex dispositione huius-
modi excrementi appareat ipsum esse sanguinem inconcoctum. & id ex colo-
re, & substantia persuaderi potest. Ex dictis igitur declaratur sanguinem men
struosum esse excrementum quoq; vltimi nutrimenti, quod est scilicet sanguis
sicut genitura: tamen menstruum est excrementum inconcoctum, genitura vero
excrementum perfectissimę concoctionis. & propterea accidit ex exitu ipsi-
us contrarium eius, quod ex sanguine menstruo euenit, videlicet ꝙ euenire solet
debilitas, & laxitas corporis ex geniturę exitu, ex mēstruis vero prouenit mu
lieribus robur & vigor, quę res ita se habet, quia genitura est veluti butyrum
nobilioris nutrimenti vltimi membrorum: cuius maior portio est spiritus natura E
lis, qui est instrumentum primum animę, & eius complexio. ipsam autem esse
ex natura butyri ostenditur, cum in ea plus exuperet pars aerea, & ignea. sed
sanguis menstruus distat a natura geniturę in priuatione concoctionis eius, pau
citateq; spiritus in eo reperti. Declarata igitur quiditate huius excrementi, vi-
delicet sanguinis menstrui, dico ipsum esse cōgruum generationi, vt ex eius di-
spositione apparet vna cum semine maris. Cuius indicatio est id, quod commu
ne accidit vtriq; horum excrementorum inuicem. Eadem enim ętate maribus
genitura, fœminis vero menstrua prorūpunt, quod est tempus adolendi. Et ante
quā appareant hęc duo excrementa in eis, accidit vtrisq; mutatio vocis, tume-
scuntq; testes marium, & mammę fœminarum, & nasus, oriūturq; pili in eis, &
cętera eueniunt accñtia, quę accidere solent in aduētu huius ętatis. Gñatio quo
que deficit in fœminis, quando menstrua deficiunt, sicut desinit in maribus, defi
nente genitura. cuius rei efficacissima ratio est retentio sanguinis menstrui ab
initio conceptionis vsq; ad partum. & tandem apparet non fieri conceptionem,
nisi quando menstrua habent dispositionem congruam sibi in quālitate, & qua-
litate: quod ex accidentibus, quę mulieribus accidunt, patet: cui sententię ne-
mo opponit. De sanguine igitur menstruo id declaratum sit, s. ipsum conuenire
spermati maris, & vniuersaliter habere potentiam ad generationem.

Examinatio opinionum Aristotelis, & Galeni đ semine mulieris, an habeat actiuā potentiā ad gñationem.

Dicamus autem ꝙ Aristoteles credit ex hoc sequi ꝙ non habet potentiam F
ad generationem ipsum sperma muliebre, quod probat ratione, & sensu.
Galenus vero opinatur ipsum habere virtutem ad generationem: qui ratio
nibus quoq; id probare nititur. Nos aūt discutiamus vtriusq; rationes, vt nostri
moris est, & dicamus Aristo. fundasse rationes eius, ostendentes sperma mulie-
bre nō esse congruū gñationi super duas propositiones. quarum Vna est, ꝙ san-
guis menstruus habet virtutem generatiuā: Secunda ꝙ impossibile est dare duas
res, habentes eandem potentiam specie, videlicet vel passiuam, vel actiuam, ad
generationem vnius rei. Primam aūt propositionem Galenus concedit, & om-
nes Physici: secundam vero coguntur acceptare. nam, si vna & eadem res ha-
beret plures potētias, siue actiuā, siue passiuam, haberet etiam plures materias,
& plura efficientia, neq; vna forma habebit vnum proprium subiectū. nos aūt
iam fecimus mentionem de falsitatibus sequentibus ex hoc dicto in sermone de
Gñatione animaliū. Quod autem vna & eadem res habeat duas materias, aut
duo agentia, ita ꝙ sit materia pro quibusdam partibus eius, & materia pro alijs
partibus, vel agens alicuius rei, & agens alicuius alterius, vt ponit Galenus, qui
asserit venas, & neruos fieri ex spermate muliebri, reliqua vero mēbra ex san-
guine mēstruali, videtur quoq; falsum, quia dici aliquid vnum & idem habere
plures potentias, dupliciter consyderatur, vno quidem modo, vt tales potentię

A dicantur de vna, & eadem re secundum permutationem, videlicet ꝙ vnaqueq; harum potentiarum sit potentia ad totam hanc rem. vel secundo modo, vt quęlibet harum potentiarũ sit potẽtia ad propriam particulã huius rei. & hoc est, quod putat Galenus de spermate fœmineo, & menstruis, & de genitura maris. Et, si ita est, sequitur ꝙ propositio, quã fecit Aristoteles, qua negat sperma muliebre habere potentiam generatiuam, videtur complecti hos duos modos. Falsitas autẽ primi modi declarata est, s. ꝙ sint plures potentię eiusdem rei indifferenter, vide licet ꝙ vna & eadem res habet diuersas materias, vel plura agentia. quam propositionem Galenus concedit etiam: putat enim ipse ꝙ sicut species habent suam propriam formam, sic etiam & materiam propriam, & sicut forma est vna, ita & materia vna. ideo dicit ꝙ non cõuenit fieri asinum ex equo. & in summa hęc est vna ex propositionibus suppositis a professore huius scientię, quia est per se manifesta, sicut supponit naturam, & multa alia per se nota. Secundus autem modus, videlicet ꝙ partes eiusdem rei habeant diuersas materias, vel agentia a distincta, videtur fere esse impossibilis, sicut primus modus. cum enim impossibile sit vnam formam habere partes, quarum quędam sint in vna materia, alię vero in alia materia, multo minus habebit plura agentia. Subiectum autem formę, exempli gratia corpus animalis, quod est subiectum animę videtur etiam ꝙ eius partes non possint habere materias diuersas, quãuis partes sui
B corporis, quę sunt sicut subiectum propinquum eius, reperiantur in diuersis modis: veluti discrepantia membrorum similarium in se duritie & lenitate, albedine atque nigredine, & reliquis differentijs in eis repertis. Nam non potest dari aliquod vnum corpus ex pluribus materijs, nisi vno duorum modorum, scilicet vel compositione, sicut est compositio membrorum organicorum ex simplicibus, & compositio corporis in se toto ex membris organicis: aut mixtione & contemperatura, sicut compositio membrorum simplicium ex elementis. nam non datur hic tertius modus compositionis. & hoc est, ꝙ dixit Aristoteles in principio Secundi libri de Partibus animalium. Si ergo corpus animalium esset compositum ex sanguine menstruo, & spermate muliebri, vtinam ego scirem quo istorum duorum modorum componatur. Nam nullus potest ponere ipsum componi ex his eo pacto, quo constant membra organica ex simplicibus. neq; Galenus ponit ipsum componi ex his per modum mixtionis, & contemperaturę. cuius rei impossibilitatem in futurum declarabimus, quando dicetur necessarium esse gigni corpus animalis ex sanguine, & spermate ob diuersam membrorum similarium naturam. Dixit & ideo naturaliter conuenientius est, vt nerui, & demum membra phlegmatica, & viscosa sint ex spermate, & reliqua membra ex sanguine. Ex eius igitur verbis apparet membra similaria non fieri ex
C spermate fœmineo & masculino, & ex sanguine per viam mixtionis, & cõtemperature. relinquitur igitur non esse nisi per modum compositionis, videlicet ꝙ generentur ex spermate muliebri aliqua membra per se, & ex virili etiam aliqua membra per se, & ex sanguine aliqua alia membra per se, & postea cõponatur corpus ex his: quod est falsum in naturali compositione. bene tamen potest existimari in artificiali compositione. nam non datur aliquod membrum animalium nisi animatum, idest habens vitam: neque ita se habet, nisi sit aliqua pars corporis. Cumq; ita fuerit, impossibile erit membra similaria in generatione pręcedere tempore membra organica, ex quibus componuntur: neq; erunt distincta loco ab eis. Nam, si ita esset, darentur inanimata congregari, ex quibus fieri animatum, vt posuit Empedocles ex congregatione & disiunctionem membrorum animalis, & omnium generabilium, quorum causa penes ipsum est amicitia, & lis. cuius dicti destructio iam patuit in præteritis. nihil enim differt id dicere, & ponere membrum secerni ex omni membro corporis in spermate, & inde huiusmodi membra coniungi, & ex eis fieri animatum. non enim datur inanimatum membrum, nisi in mortuo. Primum igitur genitum in animali est primum subiectum animę: deinde generantur reliqua membra seruiẽtia primo subiecto, cum secernatur ex materia aliquid post aliquod, & paulatim, donec perficiatur generatio corporis in vltimo. Hinc est ꝙ ossa, quamuis sint funda-

menta corporis, perficiuntur generari in vltimo. & idem habemus credere de D
cerebro, & neruis, & reliquis membris: quę quidem in sua procreatione secer-
nuntur ex materia communi omnibus membris: non ꝙ cerebrum generetur di
uisim, & hepar quoq; per se, deinde constet vnum ex alio: neque membranę
componantur diuisim, & caro etiam, atque ossa, deinde generetur ex ipsis cor
aut cerebrum, sed quo nam pacto aliter? vtinam ego scirem, si non possunt ge-
nerari omnia membra similaria diuisim, demum ex ipsis constare organice per
se, postea corpus componi ex hoc, quare fiat corpus animalis ex diuersis ma-
terijs. Neque mirandum est de Galeno in hoc: ipse enim non perspexit funda-
menta naturalia. verum de sequentibus ipsum admirandum est, scilicet de Aui-
cenna; qui habebat notitiam de scientijs speculatiuis. Quod autem id, quod ex
verbis apparet, sensu quoque argumentum, & testimonium afferat, est: quia nos
videmus abortum in principio exitus eius habere eandem figuram, scilicet san
guineam, postmodum non cessat procreari, donec membra secernantur actu, &
primo cor, & cętera membra cum ipso, aut post ipsum, & ipsa omnia vniuersa-
liter sunt sanguinea. Aristoteles autem probat foetum non posse generari ex
mixtione sanguinis & spermatis mulieris per viam mixtionis, & contempera-
turę, eo quia, sperma muliebre haberet talem actionem, generaret de se. De-
claratum enim fuit iam in libro de Generatione, & corruptione ꝙ, quando mi- E
scentur plures res secundum ęqualitatem quantitatis; & qualitatis, resultabit
ex earum commistione vel coniunctione corpus homogeneum, quod non est
idem actu cum rebus miscibilibus. ꝙ si ex his vna res sit minoris quantitatis,
alia vero maioris, tunc minor exhibet maiori qualitatem tantum, veluti coagu
lum lacti. & ita res se habet apud Aristotelem de mixtione spermatis masculi-
ni cum sanguine menstruo. & ideo putat ipsum dare formam tantum, vt poste-
rius dicemus. Et, si sperma mulieris haberet aliquem actum admiscendo se san
guini menstruo, tunc prę staret ei de necessitate qualitatem & formam. impossi
bile enim est ipsum in eo admisceri secundo modo, vt diximus, quod si ita es-
set, tunc genitura maris esset frustra, mulieresque de se generarent. Complexio
quoque spermatis muliebris non videtur esse conueniens, vt inferat in sangui-
nem menstruum qualitatem aptam generationi. apparet enim ex eius disposi-
tione ipsum esse tenue aquosum, cuius natura in huiusmodi re est in vltimo con
trarietatis naturę spermatis virilis. Iam ergo patet ex his dictis verificatio pro
positionis, quam posuit Aristoteles ad declarandum ꝙ sperma muliebre non
habeat potentiam ad generationem: videlicet dum dicit, ꝙ impossibile est, vt
sint duę res, quę habeant eandem virtutem spermaticam, & generentur simul.
nam, si est sperma, non est menstruum: & si est menstruum, non est sperma. F
hoc habetur ex vi verborum eius. Et, nisi intenderemus breuitati declarare-
mus hoc iuxta virtutem sermonis ipsius Aristotelis: ipseque conatur pro viri-
bus destruere huiusmodi sententiam, omnibusque modis possibilibus dici. &
contradicere huic opinioni, est suppositio corruptissima. Laudemusque Deum,
qui separauit hunc virum ab alijs in perfectione, appropriauitque ei vltimam di
gnitatem humanam, quam nō omnis homo potest, in quacunque ętate attinge-
re. Et, cum sanguis sit materia communis omnibus membris pro augmento &
nutrimento, est igitur euidentissima indicatio, ꝙ ipse est materia communis ge
nerationi eorum. falsum enim est naturam nutrimenti vltimi membrorum esse
diuersam a natura materię, ex qua generatur. & hoc est, quia nulla inest diffe-
rentia inter augmentum & generationem, nisi ꝙ augmentum est generatio in
partibus, & procreatio est generatio vniuersalis.

Vide in proe mio phy. 2. Coeli. 1. 2. de Gñat. 38. 3. Mete. ultio 12. Meta. c. 14.

Res autem apparentes, quibus Aristo. probat sperma muliebre non habere
potentiam ad generationē, sunt ꝙ ipse dicit mulieres concipere absq; emissione
spermatis, & nullam cōsequuntur delectationem in hoc. & vulgus putat, quādo
sic impregnātur parere masculos. ego vero iam postulaui mulieres, quibus ad-
hibebam fidem, vt narrassent mihi veritatem, & id mihi dixerunt. & aliquę mu
lierum oblectantur coitu cum siccitate ipsa, & prę sertim nigrę, & hoc, quia hu
miditas vt frequenter reperta est in albis non pilosis, sed in siccis complexione

Rationes Aristotelis.

A illa est pauca. Item, quia hęc humiditas comperta est in fœminis aīaliū sangui neorum, & maxime habentibus vuluam sub septo ob siccitatem fęminarum huius generis animalis, & propter caliditatem suam. nam complexiones corporū calidorum siccorum consumunt excrementum egrediens a corpore. quare non exit ex ipsis. & si exit, illud erit parum. Et hęc est causa, ob quam non apparet sanguis menstruus in fęminis alicuius speciei animalium, quemadmodum apparet in mulieribus, ob corporis earum humiditatem & earundē lenitatē: quia excrementum conuertitur ad membra terrea, sicut pilos, & cornua pennas, atque squamas. Hęc.n. sunt, quibus Aristoteles probat semen muliebre non habere potentiam ad generationē, neq; per viam mixtionis; cum genitura maris & sanguine, nec eo modo, quē putat Galenus: sed huiusmodi excremētū apud ipsum est ex necessitate loci, videlicet ex natura sui. Mulier enim penes ipsum, quando emittit illam humiditatem & efficitur delectatione in eius exitu, est veluti puer propinquus ętati spermatizationis, qui tamen nō spermatizat. & id ob frigiditatē suę complexionis & debilitatem caloris eius. Neq; .n. habet virtutem concoquēdi huiusmodi sperma ex vltimo nutrimēto, quod est sanguis: sicut habet iam prouectus ętate potentiam ad hoc, quare indiget genitura maris in generatione expellit tamen huiusmodi excrementum ipsa ob motum, & titillationē ibi existentem. Intenditque ipse datum esse huiusmodi excrementum mulieribus vt

B appareat cum hoc ꝙ sit ex necessitate materię, id etiam esse vt appetant rem veneream tantum, quę quidem voluptas quiescit in eius exitu. Neq; delectatio, ꝗ habet hora egressionis huius humiditatis, est argumentum, ꝙ habet potentiam ad generationem. Puero enim accidit quoque delectatio in somno: cum tamen eius sperma non habeat vim ad generationem. Multa quoque pinguedo in animalibus pinguedine pręditis obest sanguini menstruo, idest ꝙ minoratur in mulieribus pinguioribus, quemadmodum maribus pinguioribus parum inest de semine. Hinc est ꝙ animalia sanguine carentia, in quibus non generatur pinguedo, vt mollium testatorum genera, sunt fęcundissima, cum non habeant pinguedinem. Res igitur, quibus Aristoteles probat semen muliebre non habere potentiam gignitiuam, videntur amplecti veritatem huius sermonis. veritas aūt rōnū famosarum sensu percipitur. Rationes autē Galeni, quibus probat sperma mulieris habere virtutem gignitiuam, fortiores & magis apparentes, sunt duę. Quarum vna est, ꝙ ipse reperijt in anatomia membrorum spermaticorum mulieris simile ei, quod reperitur in viro, inter quę nullā cadit discrepantia, nisi ꝙ in muliere sunt intra corpus. Nam vulua est ad instar testium, & membri virilis. collum enim matricis est vt pęnis in masculos. & membrana testium eos ambiens est veluti ventriculi matricis: existuntq; testes in substantia vulvę vice *Rationes Galeni, ac earū solutio.*

C testium, qui maribus insunt extra. Dicit ꝙ cum sint eadem forma, erit & eorum actio eadem specie. nam, si aliqua diuersitas dicatur esse inter actum maris & fęminę, illa erit in paucitate & multitudine, & demum in quantitate non qualitate. Dixit. si sperma muliebre nihil operaretur in generatione, tunc testium creatio esset frustra. Hec inquam est fortior ratio, qua probat semen fęmineum aliquid facere in generatione. Quod quidem Auicēna fatetur dicitq; hanc esse opinionem Aristo. & ꝙ hoc, quod nos narrauimus de eius opinione, colligi potest ex eius verbis primo intuitu, non tamen ꝙ talis sit eius opinio certe. Nos vero iā certificauimus demonstrationes ab Aristotele factas in hoc, neq; habemus nos intromittere in verbis Auicennę hic. Ratio autem Galeni circa hoc nulla est. nam, cum nos concedamus ei hęc membra esse eadem figura, quāuis differant loco, & situ, non propterea concedemus eorum operationes esse easdē, manifestum enim est ꝙ actio vulvę non est actio membranę testium, neq; pęnis operatio est actio colli matricis. res autē operationibus distinguuntur, nō figura. Cōcedimusq; testes esse eosdem figura, non tamen sequitur eandem habere actionem, adeo ꝙ teneamur dicere ꝙ, si semen fœmineum non conueniret generationi, esset frustrata natura. Fatetur enim ipsemet Galenus mammas mulieris fuisse gratia lactis, viri vero nō propter lac, sed alterius iuuamēti gratia. Iudicate igitur nūc quid prohibeat, ne testes mulieris atq; maris eodē modo se habeāt, vt

mammę,videlicet ꝙ non sit eadem actio maris & fęminę;sitque eorum opera tio in mare ad generandum semen promptum generationi, & in fęmina ad extrahendum humiditatem aptam extrahi pro delectatione ad coitum necessaria, vt in hoc species conseruetur. Fatetur.n.ipse quoque Galenus, ꝙ oculus talpę habet omnes tunicas oculo requisitas,pręter araneam telā,qua fit visus.Si ergo res ita se habet,nō est inconueniens,ꝙ eadē sit proportio testiū mulieris ad eos qui viri,quę est oculi muris terrę ad oculum animalis visiui. Et,si hoc est posst, tunc id,quod certificauit Galenus de figuris horum membrorum in muliere,nō cōtradicet illi,quod declaratum fuit per sermonem necessarium. ex hoc.n.non verificatur ꝙ semē muliebre habeat actionem in gñatione.Potest tñ verificare Galenus suam opinionem,ꝙ actio maris & fęminæ in gñatione sint eiusdē speciei,differant tñ in paucitate & multitudine:vt apparent ex ouis subuentaneis. fert enim gallina de se huiusmodi ouum in figura perfecta,absq; maris semine,sicuti idē parit coitu maris:differunt tñ,quia ex subuentitio nō gignitur pullus,ex ouo vero coitus pullus generatur. Et hęc ratio militat cōtra ipsum non pro eo. Non.n.est imperfectius ouum subuentitium ouo coitus in multitudine & paucitate:sed drīa essentiali,quę est forma animata, qua pullus est pullus:& ideo nō procreatur ex eo pullus.Et ex ouo subuentaneo accipit Aristoteles manifestū argumentum,ꝙ mas pręstat fętui ipsam formā & fęmina materiā,vt dictum est cum in ouo subuentitio nihil deficiat,nisi receptio formę animatę, materia enim in se tota reperitur in eo. **D**

Secūda vero ratio,quam affert Galenus circa hoc,est sumpta ex similitudine. Dicit.n. ipse ꝙ quandoque natus similatur patri, nonnunꝗ vero matri.& cū similitudo sit eadem, ergo similitudo fit ex vna et eadem causa communi ipsis: quę quidē causa vel est sanguis,vel sperma.sanguis tamē non reperitur vtriq; sed fęminę tantum:relinquitur igitur ꝙ sit sperma,quod inest eis inuicē.Dixitq; necesse quidē est ꝙ huius causa sit cōmunis,cū similitudo sit quid cōmune.si.n. similari esset causa propria,repreretur similitudo ex causa propria tātum. exempli gratia, si huius causa esset sanguis menstruus, similitudo inesset tantum mulieri, & si causa esset ob semen maris, ita ꝙ semen muliebre nihil in hoc operatur,tunc similitudo ex mari eueniet. Hę sunt ergo eius rōnes. Et nos discutiemus has propositiones,vt nostri moris est.Et dicamus ꝙ ꝓpositio,super ꝗ fundauit demōstrationē,s.ꝙ quando vna & eadem res inest duabus, est propositio ęquiuoca.intelligitur enim dupliciter, vno quidē modo, ꝙ hęc vna res reperiatur in vnaquaq; harū duarū rerū in vno & eodem modo causarum, videlicet eadem specie ipsarum quatuor causarum.exempli gratia scamnum quod fit a Socrate carpētario,& a Platone carpentario,fiunt igitur ab eadem causa, videlicet ab arte factiua scamni.& hęc propositio est vera necessaria.& quia erat validissima in mente Galeni,putauit ipsam esse vniuersalem veram.Secūdo modo intelligitur ex ipsa,ꝙ hęc eadem res fiat,ex his duabus rebus, duobus modis specie diuersis ipsarum quatuor causarū.exēpli gratia calceus,qui fit a Socrate calceolario,& a Platone coriario.Sequitur.n.id non produci ex his communi quadam cā eadē specie in ipsis reperta: cum causa,qua calceus extat a Socratę calceolario, fit ars calceolaria, faciēs calceū:& causa,qua fit a Platone coriario,fit ars coriaria,quę pstat calceo materiam.Et hic modus,ęquiuocationis circa esse rei non cogit cām esse eandem specie in æquiuocis: immo cogit non esse eandem specie, sed bene erit eadem genere,s.inquantum est causa tantum. Videtur autem Aristotelem nō posuisse generationē fieri ex mare & fęmina vno, & eodem modo. sed mas apud ipsum est dator formę, vt declarabitur ex dictis nostris fęmina vero pręstat materiam. Et similiter credit similitudinem eis inesse, ꝙ.s.masculis semper pręstat formam similitudinariam,fęmina vero materiam. & hoc, quia fęmina apud ipsum,quando pręstat materiam promptam formę simili mari, adhibet ei mas illam formam:et quando dat materiam conuenientem formę simili ipsi,tūc mas inducit in eam illam formam:& tunc natus producetur similis matri.& ego afferā rationem de hoc in futurum. Ex his igitur patet veritas opinionis Aristo **E** **F**

A telis, ꝙ semen mulliebre non est aptũ generationi:immo conuenientia, quam ha
bet, inest sanguini menstruo tantum.

Et, cum manifestauerit sperma non generare ex eo, ꝙ ab omnibus membris
egrediatur, vt Priores opinati fuerunt, ostenderitque naturam maris, & naturã
menstrui muliebris, ipsumque esse semen mulieris tantum, incipit ostẽdere mo-
dum, quo congruit gñationẽ fieri ex semine maris & feminę, quando miscentur
in vulua. Dicamus ergo ꝙ, cũ ex natura sanguinis menstrui habeatur ipsum es-
se semen femineũ atq; incõcoctũ, fuerit quoq; manifestũ ex natura seminis ma
ris ipm esse excrementũ cõcoctionis sanguinis & paucum? cuius partes ab ele-
mentari spiritu multiplicantur. Conuenit ergo vt semen maris prestet sangui-
ni menstruali, qñ cum ipso admiscetur, substantiam & formã, & hoc concoquen
do ipsum, & secernẽdo ab ipso excrementa, quę non sunt apta conuerti in mate
riã mẽbrorũ: quem coagulat, redditq; ipsum corpulentum atq; stabilem: quem
admodum facit coagulum, qñ in lacte ponitur, quod quidem ipsum congelat, se
gregatq; ab ipso partem aquosam. Et id, quod accidit de semine maris cum san-
guine fœminę, est simile coitui palmę dactyli maris cum fœmina. Qui enim hoc
respicit, cognoscet certe ꝙ vna earum palmarum est mas, qui tribuit feminę
formã tantum. cuius rei certitudo ex dictis Aristotelis colligi potest, si consyde
B rentur vniuersali speculatione. Nam omne, ꝙ generatur, habet causam efficien-
tem, & materialem. Si ergo huiusmodi genus ferens semen, non haberet mascu-
lum neque feminam, vt accidit in plantis, & in nonnullis animalium, tunc cau-
sa efficiens, & materialis essent inuicem coiunctę in semine, separarentur tamen
nomine & definitione. Sed, si hoc genus haberet marem, & feminã, sequeretur
ꝙ iste potentię essent sæparatę. nam quando necessario generatur aliquod ens
ex duabus rebus, non sufficit vna ad esse eius absq; alia: estq; necesse vnam ha-
rum duarum rerum esse causam agentem, aliam vero materialem. Natura igi-
tur secreuit in genere, in quo datur mas, & femina id, quod agregauit in genere
priuato mare & femina: non ꝙ segreget in eo id, quod non est separatũ a natu-
ra: sicut bene sequitur hoc penes eum, qui ponit ipsa communicari in vna poten
tia. cumq; fuerit necessarium potentiã agentem esse in vno ipsorum, & patiẽtẽ in
alio, sequitur ꝙ impossibile est, vt actus maris, & feminę sint idem specie in ge
neratione: cum hoc etiam ꝙ mas est feminę contrarius, indigetq; alterũ altero
in generatione. sequitur ergo ꝙ principium actus sit de necessitate in mare: cum
videatur ipsum esse vt mouens & agens, fœminam vero vt patiens. Videtur
quoque esse necessarium ꝙ quę habent semen sanguineum, prestant materiã, cũ
sit necessarium materiam esse propinquã generationi, videlicet vltimum nutri-
mentum cõmune omnibus membris: & cum vltimum alimentũ cõmune sit san-
C guis, sequitur ꝙ ipse est materia. Si ergo ita est, oportet feminam exhibere ma
teriã, & potentiam, recipientem. sicut agens quoque in artificialibus est mouẽs,
& patiens, quod mouetur. videtur quoque ipsum marem esse mouentem hora coi
tus, feminam vero motam. mas igitur dat formam, femina vero materiam. mas
enim non potest dare materiam membrorum, cum hoc ꝙ femina prestet mate-
riam, vt posuit Galenus: nisi esset vna harum potentiarum diuisa, videlicet agẽs
& patiens. nos aũt iam declarauimus ꝙ impossibile est, vt vna illarum dua-
rum potentiarum diuidatur naturaliter. bene tamen possunt vtreque separari
naturaliter & per se: quod totum est manifestum assuetis figurare predicata es
sentialia, & ponderare rationem rerum accidentalium. Dicit autem Aristote-
les, ꝙ ex sensibilibus potest haberi testimonium huius rei declaratę per sermo-
nes. De qua re tria affert testimonia. Quorum primum est, ꝙ in pluribus inse-
ctorum generibus visuntur mares ꝑ coitũ nullum mẽbrũ femina immittere pro
seminis emissione: sed contra femina in marem. nonnunquam quoq; genus id
animaliũ nihil facit, ꝑ coniunctionem ipsorum inuicem: immo coniũguntur mas
& fœmina, diuq; vtraq; coiuncta palpitando inuicem manent absque appari-
tione illius rei. hoc est vnum ex testimonijs, quibus putauit semen maris nõ es
se partem fœtus, videlicet quia non omnes mares emittunt genituram. Secũdum
testimoniũ est, id qđ accidit auibus, oua subuentanea ferentibus. Gallina. n. pa

Quo pacto fiat generatio ex semine maris, & feminę.

rit huiusmodi ouum perfectum, in quo tamen non generatur pullus. si tamen cō D
iungatur alius mas cum ipsa fęmina, adeo ꝙ perficiatur figura oui in vulua, an-
teꝗ̄ egrediatur. generabitur ex eo pullus. &, si coitu maris cū fęmina procree-
tur ouum in vulua, & post alius mas cum ea coeat, anteꝗ̄ ouū egrediatur, fiet ꝓ
culdubio ex eo pullus similis secundo mari in sui colore, & habentes peritiā de
gallis hunc faciunt actum, quando querunt similitudinem, hęc igitur est ratio, ꝙ
mas pręstat formam ouo. Tertium testimonium est id, quod ex quibusdā generi
bus piscium apparet, in quibus fęminę oua ferunt de se, et perfecto ouo, mas tra
hit sed ad illa oua, postea proiicit semen super ipsa, & vbi tetigit semen in illis
ouis, fiet inde pisces. Et hęc est ratio decisiua, ostendens ꝙ semen maris est ꝓ-
prium tantum sua qualitate ad generationem, & non quantitate, vt dicit Gale-
nus. Et ego dico ꝙ hoc non solum apparet in animalibus, verū ēt in plantis. qui
enim viderit compositionem palmę dactylorum, sciet ꝙ rami palmę masculinę
pręstant fęminę calorem, quo perficitur concoctio dactylorū. mas quoq; ficus est
huiusmodi generis. Hę igitur sunt res, quibus Aristoteles probat semen maris
esse conuenientens generationi, qualitate tantum. non quantitate. Et dicit sicut fa-
ber lignarius non dicitur esse pars ligni lecti, sic etiam semen maris nō est pars
fętus. Sed mas penes ipsum est veluti faber, & semen eius vt instrumentū artis,
sanguisque mulieris vt materia. quare, si aliquod animal semine caret, id ob eius
defectum euenit. est enim veluti faber, qui operatur in quibusdā partibus eius B
absq; instrumentis. Dueq; potentię, s. actiua & passiua, sunt mixtę hora coiun
ctionis animaliū in seipsis, vt accidit plantis. & ideo fętus, ex his ortus est idē, et
post coiunctionem separantur: plantarum vero mas, & fęmina nullo modo sepa
rantur. Sunt tamen hę duę potentię in animalibus separatę, adeo ꝙ marem obti
nent, & fęminam: quia id nobilius, & pręstantius est, cum quodlibet animal ali
cuius cognitionis sit particeps, quod commune est eis. Aliud tamen maioris co-
gnitionis alterius videtur denominari. Sensus enim est quędam cognitio rerum
sensu diuersarum: adeo ꝙ datur aliqua species non habens nisi sensum tactus, &
gustus, animal vero perfectum omnes obtinet sensus. Et, cum quodlibet ani
mal cognitione participet, planta vero cognitione careat, mira igitur est diffe-
rentia inter animal & plantas qua differentia in animali comperta desyderat
haberet partem in hoc sęculo!, idest esse perpetuum & vt sit mobile, non quie-
scens veluti cadauer, gignatq; animal. Actus igitur huius animalis fit per motū.
ꝙ si ita est, cum ex sui natura sit generare sibi simile, s. animal, conuenientius igi
tur est vt habeat talem actum, ex eo ꝙ est animal mobile, nō ex eo ꝙ quiescēs,
vt plantę. & ob hanc rem fuit mas separatus a fęmina. vt proueniat ex ipsis
huiusmodi actus ordinatus motu & desyderio, hoc enim est sibi nobilius, ex eo
ꝙ est animal. Ideoq;, cum genus animalium testatorū sit naturaliter medium in F
ter animalia & plantis, ideo non habet id, s. marem & fęminam, quod habet ani
mal perfectę generationis, nullumque in se fructum affert, sicut plantę, sed gene
ratur ex quadam humiditate, in qua crescit. Declaratum igitur est ex hoc tracta
tu marem, & fęminam esse principalia in generatione: & quo pacto sint princi-
palia, & hic est finis huius libri. Laus Deo,

A

ARISTOTELIS

DE GENERATIONE ANIMALIVM

LIBER SECVNDVS.

Cum Auer. Para.

Quid sit causa, vt principium generationis cuiusque mouens primum, & procreans. Cap. I.

B Arem ac fœminam esse principia generationis, & quænam eorum essentiæ vis atque ratio esset, dictum iam est. Sed quamobrem gignatur, & fit alterum mas, alterum fœmina, vt necessario, & quonam primo mouente, & quali materia id efficiatur, procedendo explicare conabimur. At vero quod ad melioris rationem, & causam cuius gratia pertinet, cœlitus principiũ ducit. Cum.n. rerũ aliæ sint sempiternæ, summeque diuinæ, aliæ quæ possint & esse, & non esse: pulcrum autem diuinum que illud causa semper sua natura melioris conditionis in rebus contingentibus sit: quod vero sempiternum non est, id & esse, & particeps tum deterioris conditionis, tum melioris esse possit. cumque anima sit corpore melior, animatumque inanimato præstet propter animam: & esse, quam non esse, & viuere, quam non viuere melius sit: efficitur his de causis, vt generatio sit animalium. Cum enim natura eius generis sempiterna esse non possit, quo modo fieri potest, eo sempiternum, quod gignitur. est. numero igitur non potest, substantia enim rerum in singularibus est: quæ si talia essent, sempiterna essent. specie vero potest. itaque genus hominum semper, & bestiarum, & plantarũ est. Sed, cum principium sit eorum mas atque fœmina, fit vt generationis gratia sit mas & fœmina in rerum natura. Cumq; sua natura melior, magisq; diuina causa sit ea, quę pria mouet, cui ratio inest, & forma quam materia: cumq; melius etiam sit separari a deteriori quod melius est, ideo in quibuscunque fieri potest, & quoad eius fieri potest, mas a fœmina separatur. melius enim, magisq; diuinũ est principium motus, quod per generationem mas obtinet. fœmina enim materia est: sed coit, & iungitur ad generationis officiũ mas cum fœmina: id.n. commune ambobus est. Qua igitur ratione sexu maris ac fœminæ participant, viuunt. quamobrem plantæ quoque vitæ participes sunt. qua autem sensus adest, genus animaliũ est, Quorũ incessilibus fere omnibus mas a fœmina separatur,

Generationis animaliũ causę.

C

ob eas, quas modo reddimus, causas: eorumque alia, vt dictum est, D
semen emittunt, alia nō emittunt, cū coeunt. cuius rei causa est, quod quæ nobiliora sunt, eadem sua natura magnitudinem sibi postulant. quod non nisi calore animali fieri potest, Quod enim maius est, id a facultate ampliore moueri necesse est. mouere autem calor potest. quamobrem in vniuersum prope dixerim, maiora, quæ sanguinem habent, quam ea, quæ non habent: & incedentia quam stabilia, maiora, quæ semen genitale propter calorem ac magnitudinē emittunt. de mare & fœmina quam ob causam sint, dictum iam est. Animalium vero alia perficiunt partum, forasque mittunt sibi simile: vt ea quæ animal edunt in lucem: alia nondum explanatum, suamque formam adeptum pariunt. quorum sanguinea ouum pariunt, exanguia vermem. Inter ouum & vermem hoc interest. ouum est cuius ex parte animal gignitur, reliquum cibus ei, quod gignitur, est: vermis ex, quo toto animal gignitur. Eorum autem, quæ perfectum sibi simile edunt in lucem, atque viuipara sunt, alia statim intra se aīal gignunt, vt homo, equus, bos, & ex marinis delphinus, & reliqua generis eiusdem: alia vbi primum intra se ouum genuerint, mox animal edunt foras: vt quæ cartilaginea appellantur. Ouiparorum alia ouum edunt perfectum, vt aues, & quæ quadrupedes ouum pariunt, vt lacertæ, & testudines: aut quæ pedibus carent, vt serpentum pars plurima. oua enim eorum postquam prodierunt, nullum insuper capiunt incrementum: alia imperfectum edunt, vt pisces, crustata & mollia nomine. nanq; eorum oua edita augentur. Omnia quæ aut animal pariunt, aut ouum, sangninem habent. & quæ sanguinē habent, aut animal pariunt, aut ouum, nisi omnino improla sint, Exanguium insecta vermiculum pariunt, quæ aut ex coitu generantur, aut ipsa coeunt. Sunt enim nonnulla insecta, quæ sponte naturæ gignantur: sed sexum maris ac fœminæ habeanr, coniunctaque procreent aliquid. quod tamen generant, imperfectum est. causam antea reddidi. Magna permutatio generibus euenit, nec enim bipedes omnes vel animal pariūt vel ouum. aues enim ouum, homo animal parit. neque quadrupedes omnes, aut ouum pariunt, aut animal. equus enim & bos, & aliæ plurimæ animal pariunt. lacertę, crocodili, & aliæ complures ouum. nec vero in habendis pedibus, nec ne, ratio partus continetur. nam expedum aliæ animal pariunt, vt vipera & cartilaginea: aliæ ouum, vt piscium genus, ac cæteræ serpentes. pedes habentium multæ & ouum, & animal pariunt vt quadrupedes, quas modo enumerauimus. necnon intra se pariunt, tum pedata, vt homo, tum expeda, vt balenæ, delphini. sic igitur diuidi non potest, nec discriminis eius causam habet instrumentum vllum incessui delegatum. Sed enim ea pariunt animal, quæ natura perfectiore sunt, & principium syncerius obtinent. nullum enim intra se gignit animal, nisi quod aerem recipit & spirat. perfectiora autē sunt,

Differentia inter ouū & vermem.

Ouum perfectum pariētia.

Imperfectū ouum quę edunt.

B

F

A quæ natura calidiora & humidiora, nec terrena constant. Caloris vero naturalis ratio pulmone describitur sanguinis compote. quæ enim pulmonē habent omnino calidiora sunt iis, quæ non habent. & inter ea superant, quę non fungosum, aut retorridum, & parum sanguinis continentem habent pulmonem, sed sanguinolentum & mollem. vtque animal res perfecta, vermis autem & ouum imperfecta est: sic perfectum nasci solet a perfectiore. Quæ autem calidiora quidem sunt propter pulmonem, sed natura constant licciore: aut quæ frigidiora quidem, sed humidiora sunt, eorum altera ouum edunt perfectum, altera intra se, & ouum, & animal pariunt. Nam & aues, & cortice intecta calore suo perficiunt, sed prę siccitate ouū pariunt. cartilaginea cum minus iis calida, magis humida sint, vtroque participant. quippe quæ & ouum & animal intra se pariunt: ouum, quia frigida sunt: animal, quia humida. humor enim viuificus est: siccitas longe a vita remota est: sed, cum non penna, non cortice,

Perfectiora aialia quę sint. Calidiora quę.

B non squama tegantur, quæ indicia sunt naturæ siccæ atque terrenę, idcirco molle generant ouum. vt enim ipsis, sic eorum ouis nulla fatis insidet siccitas. atq; ob eam rem intra se pariunt oua. nam, si ouum foras prodiret, facile periret, carens putamine quod protegat duriore. frigida sicciora q; pariunt quidem ouū, sed imperfectum, crusta etiā duriuscula opertum, propter naturā terrenā sui generis, vtq; imperfectum exiens possit seruari tutela operimenti testacei. Pisces itaque, cū squamati sint, & genus crustatū, vt terrena constitutum natura, oua putamine duriore generant. Sed molliū genus, vt ipm natura corporis lenta est, sic oua, quæ imperfecta edere solet, tuetur & seruat. plurimum enim lētoris sua cum fœtura emittunt. Insecta omnia vermiculū pariunt, eademq; omnia sanguine carent. vnde fit vt quę extra vermiculum pariunt, sanguine vacent: quanquā exanguia non omnia vermem pariant. commutant enim inter se vices insecta, & quæ ouum pariunt imperfectum: vt pisces squamati, & crusta-

C ta, & mollia. horū enim oua vermem imitantur: quipe quę foris incrementū recipiant illorùm vermiculi tempore procedente in speciem oui transeunt. quod quemadmodū fiat, postea explicabimus. Nunc prius intelligendum quam bene, miroq; deinceps ordine natura reddit generationē. perfectiora enim calidioraq; animalia prolem reddunt perfectam qualitate: nam quantitate nullum omnino animal pfecte progenerat. omnia enim, posteaquam nata sunt, incremētum recipient, & generāt quoq; ea ipsa animalia intra se statim. cętera ab iis proxima loco secundo constitua, non statim perfecta intra se generant. cum enim prius intra se ouum pepererint, mox animale edunt in lucē. Alia non perfectum animal generant, sed ouum, idque perfectum. quæ autem iis frigidiora constant natura, generant quidem ouum, sed non perfectum, verū quod foris perficiatur: vt genus piscium, squamata, & crustata; & mollia. Quintum genus, quod

frigidissimũ est,nec ouum quidẽ ex sese parere pót.sed hęc affectio D foris euenit ei, vt dictum est. Insecta enim primo vermiculum pariunt,qui addito tempore speciem accipit oui. Aurelia enim appellata oui obtinet facultatẽ,tum ex eo animal nascitur,tertia mutatione finem recipiens generationis. sunt igitur quæ non semine genitali procreentur,vt antea dictum est.Sãguinea tamen omnia semine procreantur,videlicet ea, quæ per coitum oriuntur, emissa a mare in fœminam genitura:qua ingesta animalia constituuntur,suamq; formã recipiũt,aut intra ipsa aialia,quę solent animal generare,aut in ouo aut in semine, & eiusmodi alia sęcretione. De quibus quæstio longe dubia oritur,quonam pacto ex semine generetur aut planta,aut animal.quod enim gignitur,& ex aliquo, & ab aliquo,& aliquid gigni necesse est.ex quo gignitur materia est,quam nonnulla secum habẽt primam acceptã ex fœmina:verbi gratia ea,quæ non forma animalis nascuntur,sed vermiculi,aut oui:quædam diu ex fœmina capiũt, quoniam latent,vt ea quæ non modo foras,verumetiã intus forma E animalia gignantur, talis id,ex quo oriuntur,materia est; Sed hoc loco nõ ex quo oriãtur quęrimus,sed a quo partes corporis generentur, aut enim extrinsecus aliquid, aut in genitura & semine insitum agit.idque aut pars aliqua animę,aut anima,aut habens animam est. sed ab aliquo extrinsecus agente effici quæque,aut viscera, aut alia membra, remotũ a ratione videtur.fieri enim nõ potest, vt moueat quod non tangit,& quicquam ab eo,quod nõ moueat,afficiatur.igitur in ipso conceptu aliquid iam inest,quod aut pars eius sit,aut seorsum contineatur. Sed aliud quicquam esse abiunctum, irrationabile est.etenim generato iam animali, corrumpatur ne illud.an maneat? At nihil inesse videtur quod non totius pars sit, aut plantæ,aut animalis.Quinetiam corrumpi, postquam vel omnes,vel aliquot partes effecit, absurdũ est quid enim efficiat reliquas? nã si illud,posteaquã effecerat cor, interiit,cor,autem ipsum partẽ aliam effecit, eiusdem rationis est, vt vel omnia intereant,vel omnia seruentur.ergo seruari necesse est pars igitur eius est id,quod protinus in semine inest.sed F si nihil animæ est quod non aliqua in parte sit corporis, vt animata quoq; pars aliqua protinus sit,consequitur.Sed cætera quonam pacto efficiantur? Aut. n.simul omnes partes generantur: verbi gratia cor,pulmo,iecur, oculus,& reliqua omnia:aut ordine deinceps, vt in his carminibus,quæ ad Orpheum authorem referuntur.Similiter enim,vt retis implexum,constitui animal ibi scribitur.Sed enim nõ simul omnia effici vel sensũ percipi potest,cum partes alię iam inesse,aliæ nondum esse cernantur.nec dici potest eas præ sua exiguitate latere.pulmo enim, qui amplioris quam cor magnitudinis est, posterior corde in primo ortu conspicitur. Sed cum aliud prius, aliud posterius fiat, vtrum alterum efficiat alterum, & fit propter proximũ,an potius hoc post hoc fiat? verbi cã, non cor iam ortũ efficit

Dubitatio, qua ratione gignatur ex semine fiat.

Vtrum fœtus partiũ altera efficiat alteram.

A iecur, idq; aliud quippiam, sed hoc post hoc: vt postquam puer factus est, vir efficitur, non a puero agente vir efficitur. Cuius rei ratio illa est, quòd ab eo quod actu est, id quod potētia est, efficiatur, tum in naturæ, tum in artis operibus. itaq; speciem & formam esse in illo oportebit: verbi gratia in corde formā iecinoris. quanquā alias quoq; illa opinio absurda & cōmētitia est. Quinetiā vt in semine protinus pars aliqua animalis, aut plātę facta cōtineatur, siue quę cæteras efficere possit, siue quæ nō possit, impossibile est quādo ex semine & genitura omnia generantur. ab eo enim, qui semen fecerit, creatum id procul dubio est: siquidem protinus inest. At vero semen prius fiat oportet, idque officium generantis est. nulla igitur pars cōdita inesse pōt. ergo quod agit, nullam in se habet partem, at ne extra quidē: alterutrū autem sit, necesse est. Hęc igitur soluere conandū est. fortasse.n. aliquid ex iis, quæ diximus, nō simplex est, vt ab extero nihil effici posse. nam & est vt possit, & est vt non possit. sed semen, an id, a quo Solutio.

B semen, dicamus, nihilo refert: scilicet qua motum, quem illud mouebat, semen in seipsum continet. Fieri autem potest, vt hoc ab hoc moueatur, & hoc ab hoc, sitq; perinde quasi ad mirabilia illa spontina. partes enim habēt vim modo quodam, etiam cum quiescunt. quarū primā vbi extrīsecus aliquid mouerit, statim proxima actu efficitur. Vt igitur in spontinis illis quodammodo illud mouet, quod nihil nunc tāgit, sed ante tetigit: sic id a quo semē, aut quod semen effecit, mouet, cum aliquid tetigerit, quanquam nō adhuc tangit. & motus, qui inest, quodam efficit modo, vt ædificatio ædes. Igitur aliquid esse quod efficiat, sed non ita, vt hoc quicquam, nec perfectum inesse primū agens, apertū iam est. quemadmodū autē vnumquodq; fiat, accipiendū hinc est hoc initio. Omnia quæcunq; aut natura, aut arte efficiuntur, ab eo quod actu est, fiūt ex eo, quod potētia tale est Semen igitur tale est. motūq; habet, & principium tale, vt motu peracto pars existat quæque, eademq; fit animata. nō est enim facies, nisi animam

C habeat, neq; caro: sed corrupta ęquiuoce dicetur, facies, aut caro, perinde quasi lapidea, aut lignea facta sit. simul aūt partes similares, & instrumentales, siue officiales efficiuntur. & quemadmodum non securim, non aliud instrumentū dixerimus factum esse ab igne solo: sic non pedem, non manum, eodemque modo ne carnem quidem. nam eius quoq; aliquod officiū est. dura igitur, mollia, lenta, rigida, & quicunque alii affectus partibus insunt animatis, a caliditate, frigiditate ue effici possunt. At ratio, qua iam caro, aut os est, non potest: sed a motu proficiscente efficitur ab eo, quod genuit, quodque actu est id, quod potētia est id, ex quo gignit: quomodo in iis quoq; agitur, quæ arte efficiuntur. ferrum enim durum, aut molle efficitur calore vel frigore. at vero ensis a motu instrumentorum, qui artis obtinet rationem. Ars enim principium, formaque eius quod efficitur est, sed in alio. Motus autē naturæ in ipso est, ab altera profectus Similares, et dissimilares partes simul fieri.

natura, quæ actu obtinet formam. Sed habeat ne semen animam, nec ne, ratio eadem atq; de partibus reddenda est. nec enim anima vlla esse potest in alio, nisi in eo cuius est, neq; pars vlla esse potest, quod particeps animæ non est, nisi ęquiuoce, vt mortui oculus. semē igitur & habere animam, & esse potentia palam est. Proprius autem & remotius idem a seipso potētia esse potest: vt Geometra dormiens remotius quam vigilans est, isq; remotius, quam qui iam cōtēplatur. Sed enim huius nulla pars causa est generationis, sed quod primum extrinsecus mouit, id causa est. nihil enim seipsum generat, sed postquam generatum est, seipsum iam auget. quamobrem non simul omnes partes generantur, sed vna primum: eamque primū oriri necesse est, quæ principium augendi contineat. siue enim planta, siue animal est, æque omnibus inest quod vim habeat vegetandi, siue nutriendi. id autem est, quod tale alterum generet quale ipsum est. hoc enim cuiusque perfecti, tum animalis, tum stirpis secundum naturā officium est. necessitatis autem ratio est, quòd cum aliquid ortum est, augeri idem necesse est. Generat igitur quòd est vniuocum, vt homo hominem, sed per se ipsum augetur. ergo ipsum, cum aliquid fit, auget. quod, si vnum quidque primum fit, id primum generari necesse est. itaque si cor primum in nōnullis oritur animalibus, aut cordis proportionale in iis, quæ corde carent, ex corde principium illud est in iis, quæ cor habent: cęteris ex proportionali. Exposui iam ad ea, quę ante quærebantur, quid causa sit, vt principium generationis cuiusque mouens primum, & procreans.

Partem, quę principiū augendi continet, primum generari necesse. D B

AVER.

Vm ipse Aristoteles iam notificasset: marem, & fęminam esse in generatione principalia, declarauerítque modum, quo ipsa sunt principalia, primo incipit hic ostendere causam, ob quam uirtus maris, & fęminę sit diuersa in q̄þ pluribus animalium: quod neque plantis, neque vlli animalium generi accidere solet. & vtrū id ex necessitate acciderit, aut ex nobilitate scilicet quicquid naturę tribuitur, aut hac, aut illa necessario eueniat. Dicamus ergo ꝙ entium mobilium duo dantur genera, vnum sempiterni motus, ingenitum atque incorruptibile in indiuiduo: ꝙ sunt videlicet nobiliora entia mobilia, quę necessaria sunt secundum indiuiduum, & sunt cęlestia corpora: aliud vero genus rerum, quę quandoque mouentur quandoque quiescunt, quandoque sunt, quandoq; vero nō sunt: & hęc ex sui natura possunt participare esse perfectioris conditionis atq; imperfectioris. Primi aūt generis natura nobiliori modo, quo sit possibile se habet. & ideo hoc genus entium est causa secundi generis secundum nobilitate. & notū est, ꝙ hoc genus, s. potens esse & priuari, sic se habet ꝙ habere esse quid sibi nobilius quam priuari. animaq; eius pręstantior corpore, vita quoque ipsius dignior morte. quare primum genus entium mobilium adiuuat talem partem, & de ea curā habet. ipsam quoque extrahit de priuatione ad esse: quam etiam transfert de esse priuato vita ad esse vitę, & de esse vitę, ad esse animę, donec desinat in aliquē finem, de cuius natura est recipere perfectissimum esse. & sicut iuuat eā, donec mutet ipsam de esse imperfecto ad perfectum, sic etiam curat vt remaneat ęternum perpetuum, vt potest ex sui natura. Et hoc, quia cum impossibile sit id perpetuari in indiuiduo, curat vt perpetuetur in specie. Hęc autem perpetuantur in specie ob cā sibi inexistentem: nam id nobilius est quam vt perpetuētur ob causam extrinsecā, quę autem perpetuantur in specie ob causas in eis repertas sunt F

geneta

A genera organorum ferentium semen ex plantis, & animalibus. Sed, cum aial sit nobilius plāta, nobilitatē adipiscitur tali officio, scilicet generatione, in qua separatur cā mouens a mobili, cum causa mouēs sit nobilior mota. bonum autē est distinguere nobile ab ignobili: idcirco animalibus insunt mas & foemina, scilicet quia hę due potentię sunt separatę. Hoc autem fit in eis, quę possunt habere marem & foeminam. perfectius enim genus aialium atq; nobilius marē et foeminā obtinet, i. gressibile, cum sit praestantius stabili, sicut sanguineum est nobilius exangui. Et ob hanc eandem causam quidā mares semē immittunt in foeminā, aliqui vero non. aial enim nobilius robustius est natura, calidius atq; maius: & magnitudo corporis, ac multitudo caloris est cā exitus feminis. ex hoc igitur patet causa, ob quā datur mas, & foemina in aiali ferente semen. Et, quia animalium generatio, & spermatizatio multifariā est, id scrutari intedimus, hususq; rei cām. Dicamus ergo aialium generationem quinq; diuersis modis reperiri in animalibs: quorū Primus est aialium gignentium sibi similia figura, & similitudinem intra se & extra. Secundus vero est animalium, quę ouum genuerint intra se, mox aial edunt foras. & hoc cū ouum intra corpus erumpitur aialis: & est species nominata cartilaginea. Tertius est modus aialis, quod intus ouū generat, et egreditur ex eius corpore ouum perfectum, vt aues. Quartus vero modus est illius aialis, quod in eius corpore ouum imperfectū generat: perficiturq; extra, vt pisces nō habentes pinnulas & squamas, & reliqua. Qu intus aūt

B modus est illorum, quę vermiculum extra pariunt: & sunt animalia, quę non gignūt, sed sponte naturę gignuntur. Magna tamen euenit differētia inter ouū & vermē. pullus. n. ex aliqua particula oui procreatur, nutritur tū ex alia extra ipsam. ex vermiculo vero generatur aial extra ipsum habens figuram vermiculi. cuius diuersitas generationis causa non complectitur differentijs apparentibus, quę repertuntur in aialibus, idest his speciebus. Non enim possumus dicere ꝙ animal viuum pariens intra se & extra, sit quadrupes, nam multa quadrupedū ouum pariunt, ut lacertę & crocodilus. bipedes tamē aliquę reperiuntur gñare animal intra se, extraq;, vt homo; ex quadrupedibus etiā vt equus et mulus. Aliqua vero, quę pedes non habent, sicut species serpentum. aliqua, quę duos habēt, vt vipera. Similiterq; de ouiparis nō possumus dicere ipsa esse bipeda, neq; quadrupeda siue expeda. Nam ouiparorū aliqua bipeda, vt aues: aliqua alia quadrupeda, vt crocodili: nōnulla vero expeda, vt serpentes. cum igitur non possumus complecti has discrepantias his differentijs, non sunt ergo causa ipsius diuersitatis. Sed huius rei alia causa est, videlicet quia quanto animal natura perfectius est, calidiusq; ac humidius, intra se animal gignit perfectum qualitate: quantitate vero imperfectum. Nequaquam enim potest animal generare foetum perfectum vtroque modo simul. ob quam causam quodcunque animal gignens intra

C se animal, pulmonem habet habentē magnū sanguinem, hmōi. n. pulmo debetur animali magni coloris & humiditatis. Quod autem contra huiusmodi naturam se habet, videlicet frigidam & siccam habens complexionem, sitque sanguineum, ouum parit imperfectum: cum talis gradus sit imperfectior gradu animalium sanguineorum, cuius rei causa est, quia terrea portio remotissima est a vita, hinc est, quod ouum huius animalis in principio rei durum existit; quare perfici potest extertius. contra auium oua: quę si prodirent sicut in principio rei, non possent tutari extra, & multominus perfici ab eorum molliciem in principio creationis. In quo. n. animali vna duarum qualitatum nobiliū est superans, alia vero deficiens, veluti si calor excelleret humiditatē, vel humiditas caliditatē, eius generatio erit media inter duo extrema. Si vero humiditas excedat in eo, cuius caliditas sit pręter caliditatem animalis perfecti, idest ꝙ non superat in eo sicut in animali perfecto, ouū gignit intra se, animalq; extra. In quo vero caliditas & siccitas superat ouū perfectum generat. Sed cum humiditas sit paslibilior, quam ipsa siccitas, ideo animalis generatio, in quo humiditas cū aliquali calore superat, perfectior est quam eius, in quo excellit calor cum siccitate. cuius ratio est; quia caliditas est qualitas actiua, humidum vero & siccum passiua: humiditasq; facilioris passibilitatis, siccitas vero difficilioris, & debile agens,

quando agit in materiam passibiliorem, videtur esse malus, et manifestius, quam D
si ageret agens fortius in materiam difficilis passibilitatis. Ex his ergo tribus
speciebus sanguineorum nobilior est, quę excedit in duabus nobilibus qualita-
tibus, s. quę animal gignit intus & extra, ad quod genus sequitur aliud genus, di
gnitate inferius & nobilitate, quod ouum gignit, animalq; egreditur: in quo qui
dem humidum tantum excellit. post quod sequitur imperfectius, scilicet ouum ge
nerans perfectum, qd siccitate & caliditate excedit. Ex generātibus vero ouū
imperfectum, aliquod est sanguineū, vt piscis: aliud exangue. Et ideo reperitur
diuersitas inter oua huiusmodi speciei. ex eis enim aliquod habet cōiunctionem
corticis infra duos defectus, inter oua animalis sanguinei: vt est ouum molliū, di
ctorum malacia. ex iis tamen aliquod est propinquis naturę oui. Gęnerās vero
vermiculum sanguine vacat, & est, s. animal insectum. vnde fit vt multę spe-
cies horū animalium generent ex se, scilicet ob earum imperfectionem, & pro
pinquitatem naturę earum ad naturas corporum simplicium. Iam ergo patet ex
dictis causa diuersitatis generationis animalium. Et quia ostenderat Aristoteles
genituramq; maris, & sanguinē menstruū esse principalia in generatione: sangui-
nemq; menstruum esse veluti materiam, genituram vero maris, vt dans formā.
Et quia agens cuiuscunq; generati concordat cum ipso generato nomine, & de
finitione, s. vniuo ca, ideo assumit modo scrutari de vere generabili, & de creato- B
re membrorum fętus. Dixit. Intendimus modo, inquirere quid sit id, a quo
fętus gignitur, quod quidem est efficiens; & generans: non id ex quo fit, vi-
delicet causa materialis. Dicamus ergo q̄ id, quod gignit membra, eaque pro-
creat, est alterum duorum. aut enim est quid animatum extrinsecus: vel est quid
in semine insitum, quod est etiam pars animati, idest q̄ sit in semine aliquod mē-
brorum actu, quod quidem procreet cętera membra. Qui tamen ponunt gignitiuum ipsius animalis esse animatum extrinsecus, siue ponatur efficiens membro
rum extrinsecorum, siue intrinsecorum, manifeste errant, quamuis sit absurdius
ponere ipsum gignere membra interiora, cum impossibile sit quicquam extrin-
secum mouere aliquid, quod non tangat. & si non est ibi tangens, neque ibi fiet
etiam alteratio. necesse enim est huiusmodi potentiam inesse semini, vel alicui
rei separatę. quare vel huiusmodi res tanget foetum, donec perficiatur foetus ge-
neratio: aut corrumpetur ante perfectionem generationis eius. Sed manifeste pa
tet non dari hic aliquod extrinsecum animatum tangens embryonem, donec per-
ficiatur eius generatio in viuiparo, neq; in ouiparo. Et, si ita est, non relinquitur
nisi vna trium rerum: vel q̄ huiusmodi extrinsecum, ipso existēte separato, ef-
ficiat vnum membrum, s. post aliud, & sic quousq; perficiatur embryo: aut illud
extrinsecum faciat omnia membra simul: aut tale extrinsecum generet vnum
membrum, & illud membrum mox generet reliqua membra. Prima autem res E
est falsa. Secunda vero, scilicet vt faciat omnia membra simul est impossibi-
lis: vt sensu & ratione haberi potest. ratione quidem, quia videtur conueniēs
in rebus naturalibus res se habere, vt in artificialibus, videlicet q̄ pars partem
sequatur in generatione, sic etiam debet esse in generatione rerum naturalium.
sensu vero, quia mēbra embryonis in principio suę creationis non conspiciūtur
generari simul, immo vnū pręcedere aliud visuntur: qd patet speculanti in eo.
Neque potest quispiā dicere cuncta membra simul generari, aliqua tñ sua prę
exiguitate latere in principio creationis, maiora vero cōspici. Idq; nō esse ve
rum patet, cum multa videātur mēbra magna apparere post pauca ī ipsa gñatio-
ne. pulmo enim, qui est amplioris magnitudinis, quā sit cor, posterior corde cerni
tur in gñatione. Neque dossunt etiam apparere ipsa mēbra in generatione vnū
post aliud, adeo q̄ vnum procreet aliud: sed quia vnū oriatur post aliud, sicut
nox post diem, & senectus post iuuentutem. Non enim gignitur qd potentia, neq;
producitur ab eo quod actu absolute, siue arte siue natura, sed ab eo, quod est in
actu. qd enim generatur ab aliquo & quod ipsum generat, sunt idem specie vel
genere. Et, si ponamus generans cętera membra esse vnum mēbrum, exempli
gratia cor, sequitur ipsum habere actu formam membrorum: eritque cor, & ie-
cur, atque cerebrum simul, quod est falsum. Et hac eadem declaratione ostendi

Dubiū, quę sit foetus efficiens causa.

A tur non posse dari in semine aliquod mēbrum animatum creans reliqua mēbra.
Si inesset quoq; semini membrum creans cętera membra, tunc fœtus non gene-
raretur a semine. Similiter si mēbra omnia secederēt ex semine, vt plures An-
tiquorum dixerunt, iam patuerunt quāplurimę falsitates euenientes ex tali opi-
nione: videturq; semen esse membrum genitū ab eo, a quo est semen. Si ergo
manifeste appareret in semine unum mēbrum animatum in actu, aut plura vno,
hmōi membrum esset ex eo ꝙ est habens semen, i. quia est pars ipsius. pars au-
tem non ęquatur toti definitione, & nomine in membris organicis. Si ergo im
possibile est ipsum generans esse id, quod prębet semen, quod est animatum ex
trinsecum, neq; potest esse in semine membrum actu animatum creans reliqua
membra, & tamen necesse est ipsum esse alterum illorum duorum. Soluere igi- Solutio.
tur debemus hoc dubium, quod sic ipsum soluere conuenit, declarando scilicet ꝙ
id, quod dicitur conditionaliter et cum hypothesi, assumitur hic absolute. Nam,
cum dicimus ipsum extrinsecum agere & non agere, si hoc absolute sumatur, se
quentur ex eo priores falsitates. vt si dicamus ipsum fœtum generari propter
ipsum extrinseum tantum, sequentur illi priores errores. Si autē dicamus ipsum
generari mediante semine, & cum semine, nullum ex pręDictis falsis sequetur.
Sed, si tribuamus etiam actum ipsi semini absolute, pręter hoc ꝙ tribuamus ipsū
eidem propter extrinsecum: ergo dabitur in semine membrum in actu, sequen
B turq; cęterę falsitates pręDictę. cumq; supposuerimus semen agere id vel virtu
te acquisita a datore seminis, cū habeat conditionem generatiui, videlicet vt sit
ipm & genitum ab ipso eiusdem speciei, vt homo generat hominē, vel eiusdem
generis sicut equus & asinus, ex quibus generatur mulus: non pp hoc sequitur ꝙ
insit ipsi semini membrum in actu, a quo generētur membra: quia dator seminis
pstat semini, primo virtutem quā habet, adeo ꝙ fungitur semen hac virtute of-
ficio ipsius seminificantis, quod quidem iam est separatum, desinitq; esse. Et hoc
est simile rebus admirabilibus, in quibus datur mouēs, quod mouet aliqd, mox
quiescit, remanetq; scdm quod de se mouetur, & mouet hmōi motu, quē acquisi-
uit a primo. Sic etiā in natura nam cum id, a quo semen efficitur, pręstauerit vir
tutē naturalem semini, quā mouet materiam ad perfectionem, & procreationē,
qua quiescente remanet semen mouens, ea virtute, ob eam rem nō est necesse vt
primum mouens tangat id quod mouetur ab ipso vsq; in finem generationis, sed
tantum in principio rei, primum tangit secundum, deinde restat secundum, tan-
gens materiam vsque in finem generationis. ex quo dicitur exterum esse agēs,
quod egit, tamē potius appellari debet, vt dicitur de ędificatore ꝙ ędificauit do
mum. Quod autem ipsum animatum extrinsecum sit gignitiuū, qualiter cunq;
fuerit illud, semenq; se habeat ad ipsum veluti instrumentum, quę est solutio,
quam dedimus ad pręcedens dubium, apparet ex omnibus, quę generantur ab
C ipsa arte ex rebus artificialibus. Res enim artificialis fit per instrumentum: qd
quidem est in potentia agens ipsius artis, quę est actu forma rei factę: natura au-
tem similatur arti: sequitur igitur ꝙ in generatione naturali semen habet vim
instrumenti, & a quo semen habet vim ipsiusmet artis. Propterea dicimus ꝙ,
cum semen sit animatum, habet virtutem, qua mouet materiam, donec fœtus,
qui gignitur, fiat animatus actu. Nam, cum impossibile sit fœtum inanimatum
habere sanguinem, neque carnem, tandem membrum officiale, neque similare:
nisi dicatur membrum ęquiuoce ratione figurę tantum, vt dicitur id de lapideo,
vel ligno facto instar membrorum, & vt sic ipsum semen procreabit mēbra,
eaque formidabit, scilicet illud quod mouetur, habens esse ab animato, Sicut
enim non possumus dicere securim siue ensem fieri ab igne tantum, absq; hoc
ꝙ ars faciat ipsa, sic etiam minime possumus affirmare aliquod membrum in-
strumentale, vel similare, sicut est manus vel caro, generari a calido vel frigido
tantum, ita vt calor sit primum agens ipsorum. Caliditas enim & frigiditas per
se agunt; & inquantum calida & frigida sunt, efficiunt differentias in similari
bus compertas, sicut est durities & mollicies, & similia his. ex cōplexione vero
et mixtione, ex qua resultat portio carnis, portioq; ossis, illud nō fit ex actione
caliditatis uel frigiditatis: sed qa se habet ad id, qđ ē in natra, veluti forma artis

cialis ad rem factam: & est id, a quo generatur semen. Et, sicut calor reddit ferrum molle & durum per ipsam artem, forma tamen ensis & securis fit ex motu instrumenti, quod mouetur secundum mensuram scientię ipsius artificis, sic etiã figura membrorum, & eorum forma ex semine generãtur ratione virtutis, quã acquisiuit ab eo, a quo semen. nã, quemadmodũ principiũ motus alicuius artis particularis fit per formã artificialẽ, sic etiã principium motus & gñationis alicuius particularis naturę fit per rem, in qua est in actu forma huius rei generatę. His igitur sic stantibus, quęri potest vtrum in semine ipsius fœtus detur anima, vel ne. quod quidem quęsitum potest quęri de membris, quę generantur. Et dicamus ipsam animam esse vnam communem cuilibet membro, neq; dari mẽbrum absque anima, nisi appelletur membrum ęquiuoce, vt nomen oculi, quod dicitur de oculo mortui, & viui. Patet etiam de se quodlibet membrum habere animam agentem potentia, & ꝙ huius potentię alia propinqua, alia vero remota. videntur enim potentię remotę se habere, veluti si dicamus geometram dormiẽtem esse geometram, ex eo ꝙ habet potentiam ad geometriã: remotiorem tamẽ ab ipso actu ꝗ potentiam geometrę vigilantis, qui non exercet geometriã: perfecta iñ potentia inest geometrę, quãdo exercet geometriam. Et cũ de se quoq; notum fuerit necesse esse quodlibet genitũ habere principium augmenti & nutrimenti, siue sit ouum, siue animal, manifestum ergo est quodlibet semen prolificum obtinere virtutem nutritiuam, & augmentatiuam. Nam, cum eis ortus perficiatur propter rem communicantem cum eo in nomine, vel conuenientia augetur & nutritur per seipsum. nam res generatur a cõmunicãte cum ea nomine, & definitione. & ideo dicimus hominẽ generare hominẽ, per seipsum. Et si ita est, sequitur ꝙ hoc principium est ista virtus, quam diximus esse principiũ augmenti & nutritionis ipsius fœtus existentem in primo mẽbro, a quo generatur: & illud siue sit cor, siue aliquod proportionatum cordi: & ꝙ omnia membra nõ simul procreantur: ossa enim, & nerui, chordęq; ipsius manus nõ procreantur ante manũ, imo apparent omnia ipsa simul procreari. Et ideo necesse est membrum primo ortum se habere veluti perfectũ in sua creatione, idest quasi animal per seipsum, quod est omnia membra in potentia. & ita se habet cor, vel quod stat vice cordis animalis. Ex dictis igitur patet, quid sit procreans in quolibet animali: & quid primum mouens in procreatione. & per hoc soluitur dubium, quod fuit motum circa hoc. Post hoc Aristoteles scrutabitur diligenter dubium difficillimum de semine quo perfecto reuertetur ad quęsitum prędictum. nos autem sequemur eius ordinem.

De seminis natura, & quid sit, & quam ob causam non congelascit. Cap. II.

E seminis natura dubitauerit quispiam. semen enim prodit de animali crassum & album, mox refrigeratum, humidum ad aquæ speciem redditur: colorem etiam accipit aquæ. Absurdum igitur id putaueris. aqua enim non crassescit calore: id autem intrinsecus e loco calido proficiscitur crassum, refrigeratumque humescit. Atqui omnia aquosa concrescunt frigore. semen vero positum in gelu sub diuo non concrescit, sed humescit, quasi a contrario crassum constiterit. Sed neque a calore crassari ratio probabilis est. quę enim plus terræ continet, ea consistunt, crassanturque per coctionem. vt lac. igitur refrigeratum solidescere debuit. at nihilo solidius fit, sed totũ modo aquæ liquescit. hoc igitur dubium est. nam si aqua est, cum aqua non videatur posse a calore crassari, hoc tamen ex corpore cali-

A do crassum & calidũ exit. Sed si ex terra constat, aut si mistum terræ & aquæ est, non totum resolui in humorem & aquam debuit. An non omnia, quæ accidunt, diximus. non solum enim quod ex aqua & terra humidum constat crassatur, sed etiam quod ex aqua & spiritu. vt spuma crassior albaq; existit: & quo ampullę pauciores incertioresque sunt, eo & albior & rigidior fastus conspicitur. quod idem in oleo quoque fit: crassescit enim mistum cum spiritu. Quamobrem crassius redditur quod albescit, cum humor in eo contentus discernatur a calore, efficiaturque spiritus. Galena etiam aquæ mista aut oleo, amplum ex paruo erigit fastum, & spissum ex liquido, & album ex nigro. causa est, quòd spiritus immiscetur, qui fastum effecit, & albedinem dilucide aperit, vt in spuma & niue: nam & nix spuma est. aqua etiam ipsa permista cũ oleo, crassa albaq; redditur. per concussum enim attritũq; includitur spiritus. & ipsum oleũ quoq; multum spiritus continet. pingue enim nec terrę est, neque aquæ, sed spiritus. ex quo fit, vt per summa aquæ fluitet. aer enim contentus in eo B veluti in vase effert, ꝑ summaq; sustinet, & causam leuitatis præbet. quinetiam frigore & gelu crassescit oleum, nõ cõpelascit. calor enim facit ne gelu cogatur. aer nanque calidus & incongelabilis est. sed quoniam a frigore is quoq; consistit & densatur, hinc oleũ crassius redditur: His de causis semen quoq; exit quidem intrinsecus spissum & album calore interiore, multum spiritus calidi continens: sed egressum, vbi calor euanuit, & aer refrigeratur, humidũ nigrumque euadit. remanet enim aqua, & si quid paruũ terrænæ portionis continetur, vt in pituita, sic in semine cum siccescit. Semen igitur commune est spiritus & aquæ: spiritus autem aer calidus est. quamobrem natura humidum est, quoniam ex aqua constat. Ctesias Cnidius plane mentitur ea, quę de semine elephanti scribit. ait enim usq; adeo durari siccescens, vt electro, id est succino simile efficiatur: quod nunquam fit. magis enim alterum altero semen esse terrenum ne- C cesse est. & præcipue tale eorum est, quorum in corpore multum materiæ terrenæ habetur. crassum autem, albumque est, spiritus mistione. semen enim omnium album est. Herodotus enim vera non scribit, cum nigram esse Aethiopum genituram dicat, quasi necesse sit omnia nigra esse eorum, quibus nigra est cutis. atqui dentes eorum albos esse cernere potuit. causa vt album sit semen, quòd genitura spuma est: spuma autem alba est, & maxime quæ ex paucissimis partibus constet, & tam paruis, vt cerni ampullæ nequeant. quod in oleo quoque & aqua euenit, cum miscentur & concutiuntur, vt antę diximus. Nec vero homines Antiquos latuisse videtur naturam seminis esse spumosam. Deam enim, quæ rei venereę pręest, ab ea ipsa facultate nominarunt. Causa propositæ quęstionis explicata iam est. Congelascere autem semen non posse ob eam rem apertum iam est: aer enim incongelabilis est.

* ὄγκος fastus, tumor.

μολιβδαίνα, Galena, id est vena plũbi, siue plumbago.

Temperies olei

Ctesię redarguiio.

Semen semine crassius.

Herodoti increpatio.

ἀφροδίτη Venus vnde dicta.

Dicamus ergo semē apparere crassum, & album corpulentū, cū ex ipso animali exit, & quamprimū refrigeratur extra, humidū, redditur aquosum, a quo liquescit crassities, et illa corpulētia. Quo igitur pacto a calore crassescit, cum aqueę partes non soleant ita se habere? congelantur enim a frigido, a calido vero liquescunt, & id, qđ a calido ingrossatur, a frigido congelatur: ingrossator aūt a calido id, in quo superat pars terrea: & ideo congelatur a frigido, vt ferrū, & cuprum, & cętera alia, deniq; a calido ingrossatur terreum, vt lac, genitura vero est quid aquosum, non terreū: aquosum vero a calido dissipatur. Ad qđ Aristoteles respondet, ꝙ non crassantur a calido res, in quarū complexione superat aqua & terra tantū, immo possunt ingrossari a calido res in quibus excedit aqua & aer. Cuius ratio ex butyro assumi potest, quod quidem crassatur ob mistionē partis aereę cum eo in motu, idq; de oleo apparet, ꝙ cū in aqua agitatur, ingrossatur, & dealbatur. sed vt apparet ex natura butyri, & olei, excedit in eis portio aerea. ideoq; super aquā natant. Dicamus ergo res aereas, quę a sua ꝓprietate ingrossantur, a calido esse albas, hinc est ꝙ quando admiscetur purgamentū argenti cum oleo, & aqua, & calefiant, efficitur ex hoc corpus maius, ꝙ̄ prius erat: grossiusq;, cum tamen prius esset subtile: & album, postquā fuerat nigrum: Cuius rei causa est mistio partis aereę, ex qua augetur, & albescit, & clarificatur, vt accidit butyro: & niui: nix enim spuma quędā est. Hac igitur causa oleum dealbatur, si aquę admisceatur, & agitatur. aer enim ingreditur eius partes: retineturq; ibi, donec superent eius naturam ampullę albę ascendentes sup̄ ipsum. crassescit enim oleū a calido, sicut a frigido, cuius causa redditur Quarto Meteororū. Si ergo ita est, semen exit a corpore crassum & album, ob excessum partis aereę in eo, quę quidem calida existit & humida. qđ si corpus decide rit extra, dispergitur spiritus calidus, & portio illa aerea ab eo, remanetq; portio aquosa, & reddit̄ humidius & colore nigrū. nihil. n. in eo remanet, nisi aqua, & parū de portione terrea. qđ igitur superat in natura spermatis est aqua: et aer. Quare mentiuntur nonnulli Antiquorum ponentes semen elephanti ita siccesse re extra, donec efficiatur simile ambro: etsi non negemus semen animaliū esse superabundantiā partis terreny eorum in paucitate, & multitudine: & iuxta multitudinem, et paucitatem inesse hanc partem in eo vniuersaliter;, & id quoque euenire ob excessum trereitatis in corporibus eorū. semen enim excremētū est excrementum aūt similatur rei, cuius est excrementum. Quare errant, qui putāt etiam genituram Aethyopum esse nigram, propter nigredinem coloris ipsorū: ac si dentes eorum albos esse non cernerent. Causa vero albedints feminis spuma est. ipsa enim alba existit, et maxime quę ex paruis partibus cōstat, et ex ampullis occultis, quod in oleo quoque & aqua euenit, cum miscentur, & concutiūtur. Et, quia non latuit Antiquos id de natura feminis, ideo visum fuit quibusdā ipsorum, ꝙ planeta Veneris pręest rei venereę: adeo ꝙ vocabant ipsum dominum coitus (siue Deam rei venereę) pṙę cęteris luminaribus, eamq; nomināt spumosam. Causam igitur iam explicauimus, ob quam semen non congelatur a frigido, crassescit tantum a calido: & quare ingrossetur a calido, cum in eo non excellat portio terrea.

Vtrum in his animalibus, quæ semen in fœminam mittunt, insit aliqua constituendi conceptus pars. Cap. III.

Equitur, vt & dubitemus & dicamus, si in iis, quæ semen emmittunt in fœminam, nulla pars constituendi conceptus sit, quod subierit, quonam vertatur corpulentia eius, quando ipsum facultate, quam in se continet, agit. Definiendum igitur prius est, vtrum quod in fœmina constituitur, accipiat aliquid ab eo, quod subierit, an

A nihil accipiat. Atq; etiam de anima, qua animal dicitur (est aũt animal parte animæ sensuali) vtrum in semine & conceptu inest, an nõ, & vnde cõceptum enim inanimatũ esse nemo statuerit vita omnibus modis priuatum: quippe cum nihilominus semina, & conceptus animalium viuant, quam stirpes, & aliquandiu prolifica sunt. ego animam in iis habere vegetalem palam est. sed quamobrem eam primũ haberi necesse sit, ex iis, quæ alibi de Anima disseruimus, apertũ est. Sensualem etiã, qua animal est, tempore, procedẽte recipi, & rationalem, quia homo certũ est. non enim simul & animal fit & homo, nec animal & equus. eademq; in cęteris animalibus ratio est. finis enim postea contingit. proprium aũt est. finis cuiusq; generationis. quamobrem de mente etiam, quonam tempore, & quomodo, & vnde eã recipiant, quæ principium id participãt, plurimum dubitatur. Sed enitendum pro viribus, & quoad fieri potest, accepisse operæpreciũ est. Animam igitur vegetalẽ in seminibus, conceptibus, scilicet *non B dum separatis, haberi potentia statuendum est, non actu, priusquã eo modo, quo conceptus, qui iam separãtur, cibum trahãt, & officio eius animæ fungantur. principio enim hæc omnia vitam stirpis viuere videntur. de anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atq; etiã de intellectuali. omnes enim potentia prius haberi, quam actu, necesse est. sed aut omnes contingere, cũ ante nõ fuerint, necesse est, aut omnes cũ ante fuerint, aut partim cũ ante nõ fuerint, partim cum ante fuerint: & contingere aut in materia non subeuntes semen maris, aut eo, quidem inde veniẽtes. sed in mare aut omnes extrinsecus contingere, aut nullam, aut partim extrinsecus, partim non extrinsecus. Cæterũ oẽs ante esse impossibile rationibus his esse ostẽditur. Quorũ. n. principiorũ actio est corporalis, hæc sine corpora inesse nõ posse certum est. verbi, gratia ambulare sine pedibus. itaque extrinsecus ea venire impossibile est. nec enim ipsa per se accedere possunt, cum inseparabilia sint, neq; cum corpore. semen enim excrementum ali- C menti mutati est. Restat igitur vt mens sola extrinsecus accedat, eaq; sola diuina sit. nihil. n, cum eius actione cõmunicat actio corporalis. Sed enim omnis animę siue virtus, siue potẽtia corpus aliud participare videtur, idq; magis diuinum, quam ea, quæ elementa appellantur. verum prout nobilitate * ignobilitateue animæ inter se differunt, ita & natura eius corporis differt. Inest enim in semine omniũ, quod facit vt fœcunda sint semina, videlicet quod calor vocatur. idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine spumosoque corpore continetur, & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemento stellarum. quamobrem ignis nullum animal generat, neq; constitui quicquam densis, vel humidis, vel siccis videtur. at vero Solis calor & animalium, non modo qui semine continetur, verumetiam si quid excrementi sit, quanquam diuersum a natura, tamen id quoque principium habet vitale.

Anima potẽtia non actu in conceptu & semine.

* Codex Gręcus non habet nõdũ, nec Io. gr.

Mens diuina.

Vitalis calor in semine.

cæterum calorem in animalibus contentum nec ignem esse, neq; ab D
igne originẽ ducere, apertum ex his est. Corpus autem genituræ, in quo semen animalis principii contentũ vna prouenit, partim separabile a corpore, in quibus diuina pars cõprehenditur, qualis est quæ mens appellatur: partim inseparabile. hoc inquam genituræ semen dissoluitur, versumque in spiritum euanescit, cum naturam humidam aquosamque habeat. quamobrem an semper id foras exeat, quærendum non est, neq; an pars vlla sit formæ constitutæ. quomodo nec de succo, a quo lac cogitur quæri tale quid conuenit, nam is quoq; mutat, & nulla pars constitutæ magnitudinis est. De anima quemadmodum conceptus & genitura habeant eam, & quemadmodum non habeant, definitum iam est. potentia enim habent, actu non habent. Semen autem cum excrementum sit, eodemque moueatur motu, quo augetur corpus, digestione vltimi alimenti, vbi vterum subiit, constituit & mouet excrementum fœminæ eodem motu, quo E
ipsum mouetur. nam illud quoque excrementum est, habetq; omnes partes potentia, actu nullam. habet enim eas partes potentia, quibus differt fœmina a mare. nam vt ex læsis interdum læsa, interdum non læsa gignuntur, sic ex fœmina partim fœmina, alias non fœmina, sed mas generatur. fœmina enim quasi mas læsus est. Et menstrua semen sunt, quanquam non purum. Vnum enim illud non habent, originem & principium animæ. quamobrem quibus animalibus oua subuentitia gignũtur, partes quidem vtrorumq; obtinet ouum institutum: sed principio caret, quapropter animatum non est. id enim a maris semine affertur, quod principium vbi fœminæ excrementum receperit, conceptus fit. humidis vero corpulentiis, cum incalescunt obducitur, vt in pulte, refrigerata crustula. Corpora autem omnia cohærent & continentur lentore, quem in dies iamque adauctis corporibus natura accipit nerui, quæ partes animalium cõtinet, in aliis neruo, in aliis eo, quod neruo proportionetur. F
curis etiam formæ eiusdem est, & vena, & membrana, & oẽ eiusmodi genus. differunt hæc enim inter se maioris minorisque ratione, & omnino excessu defectu ue.

Fœmina quasi mas læsus est.

Vtrum sperma sit animatum.

AVER. Cum iam Aristoteles pertractauerit de natura seminis, reuertitur ad, id quod prius erat inuestigaturus, videlicet vtrum in semine ipsius cõceptus sit anima, vel ne: & si habeat animam, vtrum oriatur in eo, vel extrinsecus accedat, tanquam res separata, quę non continetur in ipso. Patet autem neminẽ posse dicere semen embryonis non habere animam: fit enim ex semine ipsius fœtus animal, & ex grano stirps. Quandiu enim semen non habet actum nutritionis et augmentationis, adhuc habet animam nutritionis: orta enim fuit in ipso anima nutritiua in actu, in libro autem de Anima iã declaratum fuit, quod primum productum in conceptu est ipsa virtus nutritiua, mox resultat in eo virtus sensitiua vitalis, postmodum vero rationalis: non quod simul homo fiat & animal: imo differentia hominis, quę est ipsa propria perfectio eius, producitur in animali. De intellectu tamen inter cęteras potentias animę, vtrum sit productus, vel deforis

A accedat, dubium maximum habet. Sed de his virtutibus productis id, quod eſt
de ſe manifeſtum, conſentaneū eſt hic pertractare: & dimittamus id, quod tenet
dubium, ad declarandum in libro de Anima. Et dicamus ꝙ, cum ſuppoſueri-
mus iſtas animas non ſubire ſemen maris, ita vt ſemen ſit animatum per eas: ſe
men enim vt apparet ex ſui diſpoſitione videtur eſſe excrementum alimenti, &
non quid animatum: patet de neceſsitate ipſas omnes ingredi genitum extrinſe
cus, & non eſſe genitas: vel omnes genitas: aut aliquas genitas, aut aliquas non
genitas. Quod tamen manifeſte apparet ex his diuiſionibus eſt, ꝙ quędam ha-
rum potentiarum non poſſunt eſſe ſeparatę: & ſunt videlicet illę, de quarum ra
tione eſt, vt non perficiant opus ſuum, niſi per organa corporea. nam non pōt
aliquid ambulare ſine pedibus, neque videre ſine oculo. quod clarius patet de
virtute nutritiua, cum impoſsibilis ſit digeſtio abſque ventre. De intellectu tñ
dubium eſt, cum eius operatio nō videatur communicare cum organo corporeo.
Et cum id oſtēſum fuerit, ſupponamus hic veluti per ſe notū, ꝙ omnis anima ma
terialis communicans alicui corpori compoſito, omnis nobilior eſt quatuor ęle-
mentis, quāuis ex ipſis conſtet illud corpus: & quemadmodum differunt animę
inter ſe nobilitate & ignobilitate, ſic etiam hęc natura, quæ animam recipit. Et
non poſſumus vllo pacto dicere animam ineſſe ſemini: neq; etiam poſſumus di-
B cere ipſum nullam habere animam: ſed bene poſſumus dicere ipſum habere po
tentiam animatam. Intelligo aūt per potentiam animatam illam virtutem, qua
ſemen efficit figuram, & procreationem. nam dicimus ſemen non habere virtu-
tem nutritiuam actu, quia non habet alimentum actu. Neq; ignem tantum eſſe
dicere poſſumus, neq; ab igne originem ducere, vt declarat Ariſtoteles, & ſi eſ-
ſet quid igni proportionatū. Ex igne.n.apertum eſt, non gigni animal, neq; tan
dem vllum animatum: eius enim naturę non eſt pręſtare figuram, & formā ali
cui rei: cum ex eius diſpoſitione appareat ipſum non eſſe formam alicuius cor-
poris, niſi inquantū corrumpit illud corpus, non ex parte, qua conſtare ipſum fa
cit, & dat eſſe ei, ꝙ ſi ita res ſe habet, ſequitur ꝙ eius naturę nō eſt conſeruare
entia, longe minus pręſtare eis figuram, & formam. Calor vero animaliū, & ca
lor, qui ad Solem relatus eſt, aperte videntur conſtituere corpora animata, eaq;
generare: & in corporibus, in quibus apparet huiuſmodi calor, fortaſſe erit ſe-
men in animali prolifico, aut aliquod aliud excrementum naturale in animali
infęcūdo. Ex his igitur modis apparet id, quod dicit Ariſtoteles, ſ. ꝙ ſemini
ineſt virtus efficiens principiū vitę: quę nec eſt ignis, nec ab igne oritur: neque
eſt ſufficiens huiuſmodi virtus efficere animatum, abſque Sole, & corporibus
cęleſtibus. cauſę nanq; infinitę impoſsibile eſt quia reducantur ad principiū ęter
num. Neque poſſumus dicere ipſam eſſe ſubſtantiam ſeparatam, cum eius actio
C fiat cum inſtrumento vitali. apparet enim opus ſubſtantię ſeparatę fieri ex ſe
non per aliud. quod autem agit organo, eius operatio eſt per aliud. Hanc equi
dem virtutem appellat Galenus informatiuam. et non eſt anima nutritiua, ut ima
ginatus eſt Auicenna. nec eſt etiam intellectus ſeparatus, vt apparet ex verbis
Abubachar in libro ſuo de Anima, ſed eſt virtus ad aīam relata: quam Ariſtote- Varię opiniones de ſeminis virtute efficiente.
les intendit, dum dixit ꝙ in elementis eſt inſita quędam virtus animata. & ſicut
inter ſe animę differunt nobilitate & ignobilitate, ita oportet etiam hanc virtu
tem animatam differre nobilitate & ignobilitate. Principium vero, & virtus
exiſtens in ſubſtantia ſeminis dans animā generansq; ipſam, iam exiſtimatur a
quibuſdā hominibus ꝙ ſit virtus ſeparata cū ipſum ſemē nō habeat aīam. Item
nō videtur aīam efficere aīam ſibi ſimilē, quemadmodū calor calorē efficit ſibi
ſimilem. Hoc eſt, quod putat Abubachar benalzaig: quam opinionem imagi
natur fuiſſe ipſius Ariſtotelis in hoc ſermone: & dixit, ꝙ hoc intendit, cum di-
cit, id appellari intellectus. Sed huiuſmodi ſententia ſimilatur illi, quę ponit
ideam, videlicet ꝙ, ſi daretur hic forma ſeparata producens formam in materia,
poſſet fieri aliquid ex nihilo, formaq; non indigeret ſubiecto, niſi eo modo, quo
corpus indiget loco: quia generatio eſt ipſius compoſiti ex materia, & forma:
quod quidem iā declarauit Ari. in Septimo Methaphyſices, & hęc res generās
eſt ipſum tranſmutās materiam, in qua eſt forma in potentia, donec ponat ipſam

fit actu. Si verò quispiam velit dicere, ꝙ transmutans materiam non est dator D
formę, dicemus ei ꝙ forma est finis transmutationis materię, quę est eadem trāſ
mutatio: & dator principij transmutationis est dator finis ipsius formę. Si tamē
velim adhuc aliquis dicere, ꝙ fortasse ille finis, quem dat transmutans mate-
riam, est forma cōplexionalis, sed intellectus agens est dator formę animatę.
dicemus ei ꝙ, si posset dari forma complexionalis per se existens, quādo recipit
animam, nomen eius diceretur vniuoce. sed res non ita se habet. nomen. n. car-
nis, quod dicitur de carne habente animatam virtutem ęquiuoce dicitur. Sed si
dicatur, quonam pacto calor animatus in semine existēs animam producit, cum
iam fuerit declaratum ꝙ ex conditionibus agentis est vt sit vniuocum? Dice-
mus ꝙ non est ex cōditionibus formę agentis, vt sit in materia, quę sit eiusdem
speciei cū materia, in quam agit forma. exempli gratia, forma agens ipsius lecti
reperitur in anima artificis, quę differt a materia formę lecti, quę est lignum: hęc
enim virtus aīata est similis arti, & continetur in genere naturę cœlestis: & id
qđ ipsam generat, est de necessitate quid separatum (siue immateriale) cum vi
deatur agere in aliud absq; instrumēto corporeo. iam aūt fuit declaratum in lib.
de Anima, ꝙ huiusmodi res appellatur intellectus. Videtur tamen hic dari ali
us motor separatus pręter motorem, qui habetur in libro Physicorum: itq; il
lum pręcedere natura. ablato. n. hoc motore, aufertur huius actio: sed non cō
tra. hęc. n. est conditio ipsius prioritatis naturę, vt dictum est. Responsio vero B
quęsiti, cuius dubiū pręcessit in principio huius tractatus, videtur hominibus dif
ficillima: adeo ꝙ Galenus argumentatur contra Aristotelē circa id, quod dixit
semen non esse partem conceptus. Dicit enim ipse ꝙ, si nō esset pars fœtus, exi
ret a vulua: sed vulua ipm appetit, illudq; retinet. Narrauit etiā de illa muliere,
quę abortum fecit ex pręcepto Hippocratis, qui iussit ipsam saltare post coagu
lationē, paucis diebus post impregnationē: ex qua cecidit sperma, qđ iam inuolu
tū erat quadam membrana ex circuentibus fœtū. Auicenna vero concedit ꝙ
est pars fœtus, verumtamē est pars formæ, non materię. imaginatur enim ipsum
esse proprium calorem naturalem, vel ꝙ transmutatur ad proprium calorem
naturalem ex pauca transmutatione. Aristoteles vero putat ꝙ illa pars, quę
est in semine prompto ad hoc vt fiat fœtus, est pars aerea tantum: & ꝙ iste spi-
ritus ingreditur sanguinem menstruum, cum quo admiscetur admistione gene-
rante in eo ebullitionem, & concoctionem, tumoremq;, & ampullas, principio
autem suę vesicationis, & tumefactionis apparent ampullæ, ex quibus secerni
tur cor. Per hanc aūt virtutem, ut ipse putat fit formatio mēbrorum, eorumque
figura, atq; discretio: & datur vnicuiq; mēbro forma sua complexionalis sibi
propria. sed perfecta iam generatione separatur huiusmodi pars aerea ex fœtu,
& corrūpitur, cū trāsmutetur in aerem existentē in concauo mēbrorum, & mea F
tibus membranarum circuentium fœtum. pars vero aquea, quam habebat, trans
mutatur, & egreditur cum superfluitatibus materię, nam materia nō excusatur
a superfluitate, quę exiat in fine gñationis ex vulua. Sed habebitur necessitas
huius opinionis, & eius veritas per notitiam propositionū ab Aristotele declara
tarum de semine genitali. Nam, vt ex superioribus dictis apparet, semen est in
strumentū, tale aūt vt organum tres habet proprietates quarū duę sunt commu
nes rebus naturalibus, & artificialibus. Prima est ꝙ instrumentum non est pars
rei factę, siue sit materia, siue forma: neque est pars materię. Secunda vero est,
ꝙ organum separatur post constituti perfectionē. Tertia, quę est propria rebus
naturalibus, est ꝙ instrumentū tangit omnes partes rei confectę intus, & extra
eodem modo: arte vero tantum exteriora tanguntur ab organo. Si ergo obser-
uaueris has res essentiales inhærentes ipsi instrumento, vt tale est, apparebit ꝙ
semen est organum virtutis informatiuę per partem aeream ipsius. Nam, si esset
humiditas admista cum sanguine menstruo, tunc sequeretur de necessitate vt
pars ipsius rei generatę esset pars materię eius, vel formę. Et ideo imaginatus
fuit Auicenna, ꝙ sit pars formę ipsius fœtus. ipsius. n. conceptus, qui generatur,
diuiditur in materiam, & formam. & si ita esset, non posset separari. ꝙ si sic res
se haberet, indigeret motore mouente, donec misceretur cum sanguine men-

A ſtrali, & contemperaretur in eo: quod quidem mouens de neceſsitate eſt tãgẽs. neceſſarium igitur erit dari hic corpus, vel inſtrumentũ ante ipſum. exemplum tamen ab Ariſtotele datum de coagulo & lacte fecit errare Auicennam. Pars vero aerea bene poteſt admiſceri cum corporibus fungoſis, penetrareq; in ea: cum moueatur huiuſmodi motu per ſe, non ab alio corpore mouente ipſum, ſed a virtute informatiua tantum. Humidum quoque impoſsibile eſt, ꝙ quando admiſcetur, remaneat in ſe ipſo: immo tranſmutatur vel ad ſubſtantiam corporis miſti, aut ad aliud corpus, pręter vnumquodq; miſtum. Hę igitur propriatates organo inhęrentes, inquantum organum eſt, reperiuntur quoquę parti aereę ipſius ſeminis: quare non oportet ipſum eſſe inſtrumentum, niſi per hanc partem duntaxat, Neque nomen ſpiritus dictum de parte aerea, & de ſpiritu in corde exiſtente dicitur vniuoce. Nam, ſi ita eſſet, tunc ſpiritus ſeminalis eſſet pars ipſius animalis, & non ſepararetur. & ſi ita res ſe haberet, tunc ſpiritus ipſius animalis reperiretur ſine corde, et tandẽ abſq; mẽbris animaliũ. quo dato, daretur aĩal ſine organo, ſed mere ſimplex. neq; vna, & eadem forma haberet vnũ, & idẽ ſubiectum, ſed duo ſubiecta diſtincta: quorum alterum eſſet cor, alterum humidũ ſeminale, in quo exiſtit pars aerea. Sed dicimus hanc partem aeream admiſceri cũ huiuſmodi humido, ex eo quod generatur ab eo: ſeparaturq; ab ipſo eo mo-
B do, quo ſeperantur partes aereę a rebus humidis. quę ſecretio fit, quando contangit ſanguinem menſtruum, & ibi ſeparatur ab huiuſmodi humido, & acentratur in ipſum, quouſq; faciat ipſum adipiſci formam, & figuram: mox ſecernitur ab ipſo conceptu per viam reſolutionis inſenſibilis, quamprimum perficitur vnumquodq; membrum ipſius, non vt Galenus imaginatur ꝙ eſſet neceſſarium generari dolores in matrice a tali reſolutione. dolores enim proueniunt a rebus pręter naturalibus. Et hęc eadem pars aerea eſt, quę gignit in ipſis granis, & in animalibus generatis ex putredine. Priuatio autem huius partis aerę, & primi humidi in vuluis reperti, eſt cauſa vt nonnulla membra, quando inciduntur nõ coniungantur, neq; reſtaurentur, ſed non, vt imaginatur Galenus, ſ. ꝙ hęc membra ex ſemine creantur. nam ſi ita eſſet, non videretur aliquod membrũ reſtaurari in aliquo animali, in alio vero non: & in aliqua ętate reſtaurari, in alia vero nõ. Dicitur enim ꝙ, ſi oculli pullorum hirundinum erumpantur, mox reuertuntur. oſſa vero ſenum aut non reſtaurari, aut difficile recuperari. Id autem, quod Galenus aſſerit, ſ. ꝙ genitura maris eſt pars fętus, eo quia apparet in principio conceptionis prima membrana contexta ſuper ipſum, eſt manifeſte falſum: cũ inſtrumentum non poſsit ſeparari a re fienda toto tempore totius generationis, iam enim narrauit Ariſtoteles ſe vidiſſe ſimile illi, quod vidit Hippocrates de illa muliere, quę ſaltauit. Ex hoc igitur ſermone declaratum fuit
C quę nam ſit pars efficiens ex ipſo ſemine, & quo pacto poteſt dici ipſam ſeparari poſt generationem, & ꝙ ipſa non eſt par: ipſius, adeo ꝙ fateamur ipſam eſſe mixtam.

Quænam ſint generationis cauſæ, & quemadmodum partes quæq; conſtituantur in animalibus. Cap. IIII.

Nimalia vero, quorum natura imperfectior eſt, conceptum, cum perfectus iam eſt, ſed nõdum animal perfectum, foras mittunt. quod quas ob cauſas ita fiat, ante diximus. Perfectum autem eſt animal, cum conceptus iam aut mas, aut fœmina eſt, ſcilicet in quibus ſexus hæc differentia habetur. Sunt enim quæ nec marem neque fœminam generent, videlicet quæ & ipſa non ex fœmina mareque, & coitu animalium procreantur. ſed de eorum generatione poſtea dicemus. Quæ autem animal intra ſe

generant, scilicet naturæ perfectæ animalia, quousque animal pariat, D forasq; emittant. gerunt intra se innexum quod gignitur. At vero quæ foras animal pariunt, cum intra se prius ouum genuerint, eorum nonnullis ouum iam perfectum absoluitur, vt eorum, quæ foras pariunt ouum, atque ita animal ex ouo intra fœminam nascitur, aliis cum alimentum in ouo contentum absumptum iam est, repletur ab vtero & perficitur: atque ob eam rem ouum vtero non abiungitur. hæc cartilagineorum piscium differentia est, de quibus post seorsum per se, differemus. Nunc a primis incipiendũ est. prima autem sunt, quę perfecta. eiusmodi autem sunt, quæ animal generant. eorumque primum homo est. Decessio igitur seminis omniũ non aliter quam cæterorum excrementorum fieri solet. fertur enim vnũ quodque suum in locum, non vim spiritu inferente, non alia eiusmodi causa cogente, vt quidam a testibus trahi modo concurbitarum medicinalium per vim spiritus opinantur, quasi fieri posſit, vt nisi vis inferatur, alio tendat excrementum alimenti aut humidi, aut sic E ci, quoniam retento spiritu ita vniuerso excernatur. At id commune omnium est, quæ mouere volumus. vires enim retento spiritu augentur. nã & sine ea vi excrementa per somnum exeũt, si meatus laxi pleniq; excremẽti sunt. simile ab iis dicitur, vt si quis plantarum semina dixerit quotannis a spiritu secerni eo, vbi fructum afferre solent. Sed enim causa eius rei, vt diximus, est, quòd excrementis partes capaces descriptæ a natura habentur omnibus, tum inutilibus illis sicco & humido, tum sanguini quæ venæ vocantur. Fœminæ itaque venis duabus, maiore, atque aorta fissis superne venarum multitudo tenuium in vterum desinit, quibus alimento expletis, naturaque præ sua frigiditate facultatis concoquendi indiga trãsfunditur in vterum, propter venarum tenuitatem, cum præ sua angustia nequeant exuperantiam continere. Itaque affectus hic veluti mariscæ, aut alia profusio sanguinis euenit. Cęterum menstrua nullo circuitu certo describuntur. tendunt tamen moueri decrescente mense. idque ratione recta, sunt enim corpora animalium frigidiora, cum euenit, vt continens aer talis efficiatur, mensium autem coitus frigidi sunt propter Lunæ defectum. iamque fit, vt fines mẽsium, quam media, sint frigidiores. igitur postquam excrementum mutatum in sanguinem, est, menstrua moueri tendunt eo, quem modo dixi, circuitu. at, si concoctum non est, paulatim aliquid subinde secernitur. quamobrem quæ alba vocantur, paruis, adhuc & puellis proueniunt. Seruat corpora integra vterque excrementorum hic secessus, cum modice fit, vtpote cum ab excrementis vindicentur. quę causæ corporibus sunt vt ægrotent. Sed, si vel non fit, vel immodice fit, damnum euenit. aut enim morbi oriuntur, aut corpus emarcescit & extenuatur. quamobrem & ea alba cum frequenter mouentur, & superant, incrementum auferunt puellarum, Fit

A igitur necessario excrementum hoc ob eas, quas diximus, causas. Cum enim natura concoquere nequeat, excrementum, fiat necesse est, non solum alimenti inutilis, sed etiam in venis, & per tenuissimas venas exundando superet. sed melioris notæ, finisque gratia natura eo abutitur in hunc locum, scilicet generationis causa, vt quale erat futurum, tale alterum oriatur. iam enim tale potentia est, quale est corpus, cuius secretio est. Fœminis igitur omnibus excrementū fiat necesse est. sed sanguineis amplius, earumque mulieribus plurimum, verum cæteris quoque aliquid colligi in vuluarium locum necesse est. causam quamobrem sanguineis amplius, eorumque homini plurimum, ante exposui. Sed cur in fœminis omnibus excrementum hoc inest, in maribus non omnibus inest? quędam enim non emittūt genituram, sed vt quæ emittunt motu suæ genituræ creant, quod instituitur ex materia contenta in fœmina, sic ea motu suo interno in ea parte contento, vnde semen secernitur, idem faciunt. & con-
B stituunt. pars ea locus septi transuersi est in omnibus id habentibus, principium enim naturę cor, proportionale ue est. Causa inquā, cur omnibus maribus non fit excrementum genitale, cum omnibus fœminis fit, quod animal corpus est animatum, ad quod instituendum fęmina semper materiam præbet mas vim creandi, hanc eorum vtrique facultatem tribuimus; idque est, quo alterum mas, alterum fœmina, fit. itaque corpus & magnitudinem præberi a fœmina necesse est. a mari nihil tale necessario desyderatur, nec enim instrumenta in iis, quæ efficiuntur, inesse: neque ipsum efficiens necesse est. corpus igitur ex fœmina est, anima ex mare. substantia enim corporis alicuius anima est. & ideo quæ non vnigena coeunt (quod ea faciunt, quorū tempus par, & Vteri gestatio proxima, & corporis magnitudo non multo discrepās) hæc primos partus similes sibi edunt communi generis vtriusque specie quales ex vulpe & cane generantur, aut

Fęmina semper materiā prębet, mas vim creādi.

C ex perdice & gallinaceo, sed tempore procedente diuersi ex diuersis prouenientes, demum forma fœminæ instituti euadunt. quomodo semina peregrina ad postremum pro terræ natura redduntur. hæc enim materiam corpusque feminibus præstat. quamobrem pars fœminarum ea, quæ semen recipit, non meatus traiectusque quidam est, sed vterus amplior. mares, qui semen emittunt, meatus ad id emittendum habent exangues. excrementum autem quoduis simul & suo in loco est, & excrementum efficitur: nec prius vllum., nisi vis magna cogit, & contra naturam diuertitur. sed quam ob causam excrementa animalium genitalia secernuntur, declaratum iam est.
Cum autem semen de mare accessit in fœminę vterum, partem purissimam excrementi constituit. Plurimum enim in menstruis quoque humoris inutilis continetur, vt in maris genitura quod humidissimum est, tum eadem emissione, tum in diuersis. prior enim emissio minus fecunda quam posterior est. minus enim caloris ani-

malis continet propter cruditatem. at vero quòd concoctum est, crassum & corpulentius est. Quibus autem vel mulieribus vel cæterorum animalium fœminis nihil foras emittitur, quoniam non multum excrementi inutilis continetur, iis tantumdem, quod colligitur, in vtero est, quantum iis, quæ foras emittunt, remanet, quod maris facultas constituit, aut in semine decedente contenta, aut marem subeunt particula fœminæ, quæ proportione respondeat vuluis: vt in quibusdam insectis fieri cernitur. Humorem autem, qui a fœminis cum voluptate emittitur, nihil ad conceptum conferre dictum est ante. sed potissimum inde videri potest, quòd vt maribus, sic & fœminis accidat noctu per quietem, quod pollutionem appellant. verum hoc nullum indicium est. nam & adolescentibus idem euenit, qui etsi emissuri aliquando sunt, tamen nondum emittunt, & iis, qui vel emittunt, vel emissuri sunt, infœcundum. Res se habet, vt sine maris emissione concipi impossibile sit atque etiam sine menstruorum excremento, quod aut redundans effluat foras, aut intus satis fit. At sine ea voluptate, quæ fœminis per coitum euenire solet, concipitur, si locus turget, & vulua descendit propius. veruntamen magna ex parte sic accidit, vt cum profusione fœminæ agatur, quoniam os vteri se comprimat, cum profunditur, in qua quidem profusione voluptas & mari & fœminæ contingere solet. semen etiam maris melius ita dirigitur, & iuuatur. Profusio autem non intus fit, vt quidam volunt. os enim vteri angustum est: sed ante, quo fœmina mittit vaporem illum nonnullarum recrementum. eodem enim mas etiam mittit quod fuderit. & aut ibidem manet semen emissum, aut intro ab vtero trahitur, si calidus est, & modice temperatus. cuius rei inditium, quòd locus, qui modo madebat, resiccatus mox sentiatur. Animalibus etiam, quorum præcordiis vulua iungitur, vt auibus, & piscibus, qui animal pariunt, ne semen illuc trahatur, sed profusum deueniat ipsum impossibile est. Trahit genituram hic locus suo calore. menstruorum etiam decessio, & confluuium fomitem in ea parte caloris parat: itaque vt vasa non illita, calido diluta humore, aquam in se trahunt ore inuerso, ita attrahitur. Nec audiendi sunt qui partibus accommodatis ad coitum officialibus id fieri opinantur. nullo enim pacto sic fieri potest. Contra etiam euenit iis, qui semen a muliere quoque emitti aiunt. accidit enim vt postquam foras emiserunt, retrahant intro. siquidem quod emissum est misceri debet cum maris genitura. quod ita fieri superuacaneum est. at vero natura nullam rem superuacaneam facit. Cum autem excrementum fœminæ in vtero constiterit a maris genitura, quæ simile facit, vt lactis coagulum: coagulum enim lac est continens calorem vitalem, qui partes similes ducit eodem, vt vnit atque cõstituit: & genitura ita se habet ad menstruorum naturam. eadem enim

A natura lactis & menſtruorum eſt. itaque coactis iam partibus corpulentus humor excernitur, obducunturque circum parte reficceſcente terrena membranæ, tum neceſſario, tum etiam alicuius gratia: nā & caleſcentis frigeſcentis ue rei extrema ficce ſcere neceſſe eſt, & animal non in humido, ſed ſeorſum contineri oportet. Vocantur ea, quibus obuolutus eſt fœtus, partim membranæ, aliæ ſecundæ, quæ maioris minoris ue ratione differunt. hæc pari modo in omnibus tam ouiparis quam viuiparis habentur. ſed .n. cum conceptus inſtitutus eſt, facit ſimile iis, quæ ſeruntur. principium enim primum ſemina quoque intra ſe continent. quod potentia primo cōtentum; vbi ſecretum mox eſt, germē mittit & radicem, qua alimentum aſſumitur. incrementū enim deſyderatur. ſic in conceptu quodammodo, cum partes corporis omnes potētia inſit, principium maxime promptum habetur. quamobrem cor primum actu ſecernitur, quod non modo ſenſu ita fieri conſtat, verum etiam ratione. Cum enim

ὑμένες, mebranę.

χόρια ſecundę.

Cor primũ actu ſecerni.

B quod gignitur de ambobus abiunctum iam eſt, ſeipſum gerere, gubernare, & diſpenſare debet, perinde quaſi filius a patre emancipatus, ſeorſumque collocatus. itaq; principium haberi oportet, a quo etiam poſt ordo membrorum deſcribatur, & quæcunque ad abſoluendū animal pertinent, diſponantur. nam, ſi extrinſecus aliquando aderit, & poſt ineſſe incipiet, non ſolum dubitaueris, & quonam tempore accedat quæ fieris, ſed etiam cum pars quæuis diſtinguitur, id primum ſubſtare neceſſe eſt, ex quo & incrementum, & motus cæteris partibus contingat. Quamobrem qui ita, vt Democritus, aiunt exteriora primum animalis diſcerni, tum interiora, quaſi lapideum aut ligneum animal condant, non recte dicunt. res enim talis nullum principium habet. at animalia omnia habent, atque intra ſe continent. quapropter cor primum diſtinctum in omnibus inſpicitur animalibus, quæ ſanguinem habent. id enim principium eſt & ſimilarium & diſſimilarium partium. iam enim principium id

C accepiſſe animalis, conſtitutique fœtus decet, cum alimentum deſyderat. quod enim iam animal eſt, augetur. alimentum autem vltimum animalis ſanguis eſt, aut quod ſanguini proportionetur, quorum vaſa & conceptacula venæ ſunt. quamobrem venarum quoque principium cor eſt. patet hoc ex Hiſtoriis & diſſectionibus animalium. Sed, cum potentia quidem animal ſit, ſed imperfectum, aliunde accipiat alimentum neceſſe eſt. quamobrem vtero, & parente, vt terra planta vtitur ad cibum hauriendum, donec perficiatur, & iam ſit animal potentia greſſile. quocirca ex corde primum venas illas duas natura deſcripſit, de quibus venulæ dependent in vterum, ex quibus, qui vmbilicus vocatur, conſtat. Vmbilicus enim vena in aliis ſimplex, in aliis multiplex eſt. quam venam putamen cuticulare ambit, quod vmbilicus vocatur, quoniam venarum imbecillitas tutellam, operimētumq; deſyderet. Venæ autem quaſi radices

contingunt ad vterum, per quas alimentum haurit fœtus. eius enim rei gratia animal in vtero manet, non, vt Democritus ait, vt membra formentur secundum membrum parentis. apertum hoc in ouiparis est. nam illa in ouis distinguuntur separata a vulua parentis. Sed dubitaueris, cum primum cor oriatur sanguine præditum, sanguis autem sit alimentum, quod extrinsecus venit, vndenam primum alimentum subierit. An id verum non dicitur, alimentum omne esse extrinsecus: sed protinus vt in plantarum seminibus inest aliquid tale primum, quod lacteum vocatur, sic in animalium materia excrementum constitutionis alimentum est. Incrementum igitur fœtui per vmbilicum contingit eodem, quo plantis, modo per radices. atque etiam animalibus ipsis, ubi absoluta iam sunt, ex eo, quod continetur, alimento idem accedit. de quibus post suo loco dicendum est. Distinctio autem partium non, vt quidam opinantur, propterea fit, quia simile suapte natura ad simile feratur. nam præter alias multas, quas ratio ista habet, difficultates accidet, vt quæuis pars similaris seorsum creetur. verbi gratia ossa per se, & nerui, & carnes, si quis eam causam approbet. Sed quoniam excrementum fœminæ potentia tale est, quale natura animal est, partesque potentia insunt, actu nulla inest, ideo pars quęque existit. Quoniam etiam agens & patiens, cum se inuicem tetigerunt, quendam in modum alterum agens, alterum patiens est, modum hunc ita intelligi volo vt conditionibus, sicubi, quando describatur. ita enim continuo alterum agit, alterum patitur. materiam igitur fœmina præbet, principium motionis mas, & quemadmodum quæ ab arte efficiuntur, per instrumenta efficiuntur, sed verius dixerim per motum eorum, qui artis operatio est: ars autem forma eorum, quæ efficiuntur, est in alio: sic a facultate siue virtute animę vegetalis agitur, vt quę in animalibus ipsis & plantis postea ex alimento vis eadem efficit incrementum, vtendo caliditate & frigiditate, quasi instrumentis (motus enim in iis consistit, & ratione aliqua vnumquodque efficitur) sic etiam principio constituit id, quod natura efficitur. F eadem enim materia est, ex qua augetur, & ex qua constituitur primum. Itaque facultas quoque agens eadem, quę principio est, sed maior. quod si hęc vegetalis anima est, eadem quæ generet quoque est. idque natura cuiusque est insita, & in plantis, & in animalibus omnibus. cætere animæ partes aliis insunt, aliis desunt animalibus. sed cum in plantarum genere nullo discerniculo sexus mas distinguatur a fœmina, in animalibus, quanquam non omnibus, distinguitur, & mas ob eam rem desyderat fœminam. Atqui quæsierit quispiam, qua de causa fœmina desyderet marem, nec ex seipsa generet: quandoquidem animam habet eandem, & materia excrementum fœminæ est. causæ illud est, quod animal sensu differat a planta. nec fieri potest vt vel facies, vel manus, vel caro, vel alia pars

Quęstio qua de cā fęmina marē desyderet.

A sit, nisi anima sensualis insit, aut actu, aut potentia: & aut aliquatenus aut simpliciter. erit enim vt mortuus, aut pars mortui. quòd si mas est efficiens talis animæ, impossibile est vt fęmina ex seipsa animal generet, vbi mas a fęmina separatur. eo enim quod diximus, mas definitur, qua mas est ratione. Quæstionem vero propositā ratione non carere patet in auibus, quæ oua subuentanea pariunt, cum fęmina aliquatenus possit generare. quod & ipsum recipit quæstionem, quonam modo oua eorum dicuntur viuere. Nec enim ita vt oua fęcunda possunt. sic enim actu animatum ex iis efficeretur. neque ita se habent ista vt lignum, aut lapis, quippe quæ corruptione aliqua pereant, vt quę vitam quodammodo ante participarent. Cōstat igitur hæc aliquam habere potentia animam. sed quam? istam vltimam prorsus habeant animam necesse est, quæ vegetabilis est. hæc enim æque in omnibus tam animalibus quam plantis inest. B Sed cur partes & animal non efficiant? Quia sensualem animam habere ea oportet. non enim animalium partes ita sunt vt plantarum. quamobrem maris societate opus est. mas enim a fœmina separatus in iis est. & quidem sit vsu euenit. subuentanea enim illa fœcunda redduntur, si mas coiuit tempore quodam. sed de eorum causa post. Si quod autem genus est, quod fœmina sit, & mas distinctum non habeat, id ex seipso animal generare potest. Quod etsi nondum fide digna exploratum habemus, tamen facit vt in genere piscium dubitetur. eorum enim, quos rubros, siue rubelliones vocant, mas nullus adhuc visus est, sed fœminæ omnes fœtu plenæ reperiuntur. verum de his nondum compertum habemus, quod fidem faciat satis. quod autem nec mas, neque fœmina sit, in genere quoque piscium est, vt anguilla, & genus mugillum quoddam in fluuiis lutulentis. At vero in quibus sexus maris & fœminæ distinctus habetur, fieri non potest vt fœmina ipsa per se generet perfecte. ita C enim mas frustra esset. quamobrem in iis mas semper perficit generationem. hic enim sensualem dat animam, aut per se, aut per genituram. Sed cum partes omnes potentia in materia insint, cum principium motionis affuit, perinde vt in spontinis illis miraculis, quod subinde sequitur, excitatur, & quod nonnulli Naturales authores exponere volunt, cum dicant simile ferri ad simile: dicendum partes moueri non mutantes locum, sed manentes, & altera scentes mollitie, duritie, colore, & reliquis partium similarium differentiis factæ iam actu, quæ ante erant potentia. Fit autem primo principium, quod in sanguineo genere cor est: in cæteris proportionale, vt sępius dictum est. idque effici primum non modo sensu percipitur, sed etiam quod per obitum vita hic vltimo deficit, euenit nanque in omnibus, vt quod vltimum fit, id primum deficiat: & quod primum, id vltimum, quasi natura decursionem reducem agat, & a calce ad carceres, vnde proruit, redeat, est enim generatio ex non

In genere pisciū dubitatur an sine mare generent.

Cor primū, qd gignitur, vltimū, qd vitam obit.

ente in ens: cor ruptio contra ex ente in non ens. Gignuntur post D
principium, vt dictum est, interiora, prius quam exteriora; sed prius maiora quam minora visuntur, quamuis nonnulla prius non oriantutur. primum superiora præcordiis formantur eademque magnitudine præstant. nam inferiora & minora sunt, & minus discreta, idque in omnibus, quæ parte superiore inferioreque distinguuntur, exceptis insectis. Quæ enim ex iis vermiculis nascuntur, parte inferiore amplius crescunt, superiore iam inde a primo ortu minora sunt. Gressilium mollibus solis nullum discrimen est superioris & inferioris. Quod autem de parte superiore diximus priusquam inferiore constitui, idem in plantarum etiam genere euenit, semina enim prius mittunt radicem quam ramos. Distinguntur animalium partes spiritu, sed non aut parentis, aut suo, vt quidam Naturæ interpræces voluere. hoc enim in genere auium & pisciuin, & insectorum palam fit, quæ partim seiuncta a parente na- E
scuntur ex ouo, in quo formantur, & explanantur: partim non spirant omnino, & tamen aut ouo aut vermiculo enascuntur: alia quanquam spirant, & in vtero capiunt explanationem, tamen non prius spirare incipiunt, quam pulmo perficiatur. Articulatur & hic, & omnes priores partes, antequam animal spiret. Item quadrupedum quæ multifida sunt, vt canis, leo, lupus, vulpes, lupus ceruarius, omnia cæcos generant: post palpebræ dehiscunt. Itaque constat in cæteris quoque omnibus, vt quantitatem, sic qualitatem potentia ante substantem effici, actu post ab eisdem causis, a quibus distinguitur quantitas, & duo ex vno effici spiritum vero inesse necesse est, quoniam humidus, & calidus est, cum alterum agat, alterum patiatur. Iam Antiquorum nonnulli naturæ interpretum, quę postquam efficeretur pars, tentarunt quidem exponere, sed parum vsu periti earum, quæ accidunt rerum. partium enim

Cuius cā, & qđ eī' cā differunt.

aliæ priores aliis sunt: quod in cæteris etiam rebus. Prius autem F
multiplex iam est. id enim cuius causa, & quod eius causa, differunt. & alterum generatione, alterum essentia prius est.

Quod eius causa duplex.

Quin & quod eius causa duplicem recipit differentiam. aut enim est vnde motus: aut quo vtatur id, cuius causa. verbi gratia genitale & instrumentale rei generatæ. horum enim alterum, idest generans & agens præesse oportet, vt quod doceat priusquam quod discat, sed tibias post eum, qui tibiis discat. frustra enim aderunt tibiæ iis, qui vti nesciant tibiis. Cum itaque tria hæc sint, primum finis, quem esse id dicimus, cuius causa: secundum, quod eius causa, scilicet principium generans & mouens: efficiens enim & generans, qua talia sunt, ad id pertinent, quod efficitur, & generatur: tertium vtile, & quo finis vtatur: primum eam partem habere necesse est, in qua principium motus continetur. hæc enim protinus pars finis prima & potissima est. cum post eam totum & finem.

A tertium vero & vltimum partes iis accommodatas instrumentales ad vsus nonnulos. Itaque si quid tale est, quod in animalibus inesse necesse sit, quod totius naturæ principium & finem contineat, id effici primum necesse est. qua enim mouens primum oriri, qua pars finis est cum toto oriri debet. Itaque instrumẽtalium partium, quę sua natura genitales sunt, eas semper esse priores oportebit. alterius enim causa sunt tanquam principium. at vero quæ tales ex iis, quæ alterius gratia constant, non sunt, eas esse posteriores congruit. quamobrem vtrę nam partes priores sint, quæ alterius causa, an cuius causa ipsę sint, distingui non facile potest. incipit enim vt partes mouentes priores sint generatione quam finis: mouentes autem ab instrumentalibus distingui non facile est. Atqui ea ipsa via rationeque, quid post quod fiat, quærendum est. finis enim quorundam posterior est, quorundam prior. quamobrem ea pars, quæ principium continet, prima existit:
B mox tota superior moles. quapropter caput, & oculi fœtus maximi inter initia apparent. inferiora ab vmbilico, crura dico, exigua cernuntur. partis enim superioris gratia inferior est. Et neque pars finis, neque genitalis est eius. necessitatem etiam, cur ita sit, non bene reddunt, qui quod semper ita fit dicunt, idque principium in his existimant, vt Democritus Abderitanus opinatur, quòd sempiterni & infiniti principium nullum est. causa autem, cur ita, principium est, & infinitum, quod sempiternum est. Itaque interrogare de eiusmodi rebus cur ita est, quærere, inquit, principium infiniti. Atqui ea ipsa ratione, qua censeant non esse quærendum, nullius rei sempiternæ demonstratio esse poterit. & tamen esse complurium videtur, quarum alię semper fiunt, aliæ semper sunt nam & triangula figura duobus rectis æquale semper habet, & diametrum incommensurabilem esse cum costa sempiternum est. attamen causa eorum aliqua & demonstratio est. Igitur non omnium
C rerum principium quærendum esse recte dicitur: at rerum, quæ semper aut sunt, aut fiunt, nullum principium esse quærendum non bene asseritur. sed ea duntaxat principia non recipiunt examen eiusmodi, quæ rerum sempiternarum sunt. principiis enim alia cognitio, non demonstratio est. principium vero in rebus immobilibus quiditas est. In rebus autem, quę fiunt, iam plura habentur principia, sed modo diuerso: nec omnia modo eodem, quorum principiorum vnum numero est, vnde motus. quamobrem omnia, quæ sanguinem habent, animalia cor primum possident, vt inter initia nostræ disputationis dictum est. in cæteris primum gignitur, quod proportionale sit cordis. venæ ex corde tendunt diducte modo riuorum, qui in parietibus proficiscentes ab eodem fonte pinguntur. partes enim coniunctæ iis sunt, vtpote quæ ex iis coagmententur, atque consistant. Ortos simili-

Idem prim. Post.

rium frigore, caloreue agitur: consistunt, coquunturque alia frigido, alia calido. quarum rerum differentias alibi exposuimus, ante scilicet, quæ humore, igneque resolubiles, quæ humore irresolubiles, igneque illiquabiles sint. per venas igitur & meatulos quosque alimentum resudans, quemadmodum aqua per crudiusculam fictem, in carnem aut carnis proportionale conuertitur frigore consistens. ex quo fit, vt caro ab igne resoluatur. Sed quæ terrena admodum oriuntur, parum humoris calorisque adepta, hæc dum refrigescunt, humore cum calore euaporante duram terrenamq; formam capiunt, vt vngues, cornua, vngulæ, rostra. quamobrem igne hæc molliuntur. Sed humore nonnulla liquescunt, vt ouorum putamina. Nerui & ossa calore interiore conficiuntur siccescente humore. quamobrem ossa resolui ab igne non possunt: quomodo testa in dissolubilis est. quasi enim in fornace excocta a calore generationis ita constat. hic autem calor nec ex qualibet carnem, aut os facit, neque quolibet modo aut tempore, sed ex materia apta & vt apte, & cum apte effici potest. neque enim quod effici potest, efficietur a mouente, quod actu careat. neque quod actum obtinet, efficere ex quolibet poterit. sicut nec Faber arcam, nisi ex ligno facere potest, neque arca effici ex lignis potest sine suo artifice. Inest hic calor in excremento seminali, tantam talemque habens motionem & actionem, quanta modice ad quamuis corporis partem accommodetur. Quod si vel deficit, vel excedit, rem quæ fit, aut deteriorem efficit, aut læsam, & mancam, similiter vt in iis agitur, quæ foris igne coquuntur ad cibum, aut ad alium vsum. sed in iis motum caloris nos moderamur, in illis natura gignentis accommodat. In iis, autem quę sponte oriuntur causæ est motus temporis, & calor. frigus priuatio caloris est. vtitur his ambobus natura vim habentibus necessario, vt alterum hoc, alterum illud faciat. sed in iis, quæ alicuius gratia gignuntur, accidit vt alterum frigefaciat, alterum calefaciat, atq; ita pars quæque qualitate certa efficiatur, vt caro mollis partim necessariò talis exinde facta, partim alicuius gratia. neruus siccus & ductilis, os siccum & fragile, cutis carne siccescente efficitur: quomodo in polentis crustula, quam vetulam vocant. nec solum propter extremum generatio eius euenit, sed etiam quod lentitudo resideat, cum euaporari nō possit. vterum in cęteris lentum id squalidum est. itaque fit vt extrema exanguium animalium testa crustaue constent. at in sanguineo genere lentum hoc pinguius est. & quidem quæ natura non terrena admodum sunt, eorum pingue sub cutis operimento colligitur, qua si cutis ex eiusmodi lentitate consistat. pingue enim habet aliquid lentitatis. sed hæc omnia, vt diximus, partim necessario, partim non necessariò, sed alicuius grãa effici asserendum est. Primum igitur moles superior per generationem distinguitur: inferior tem-

A pore procedente recipit incrementum in sanguineo genere. omnia verò lineamentis primum describuntur, deinde colores recipiunt, & mollitiem, & duritiem, quasi pictoribus officio fungatur natura, cum condit & creat. pictor enim vbi lineis primum descripserit animantem, mox vario illinit colore, ac perficit. Cum itaque principium sensuum, totiusque animalis in corde contineatur, hoc ob eam rem primum gignitur, mox ob eius calorem frigiditas supra, vbi desinunt venæ respondens cordis calori constituit cerebrum. itaque caput a corde continuò generatur, & magnitudine cæteris præstat. principio enim cerebrum multum & humidum est. Sed recipit dubitationem quod oculis animalium euenit. principio enim maximi visuntur, & in pedestri, & in natatili, & in volatili genere. vltimi verò omnium partium perficiuntur. interim enim considunt. Causa autem est, quòd oculorum sensorium positum quidem est, vt cætera sensoria apud meatum. sed cum sensorium tangen- *Dubitatio de ortu oculorum, ac eorum sera perfectione. Solutio.*

B di gustandique protinus sit aut corpus, aliquid proprium corporis animalium, olfaciendi verò audiendique meatus contingant aerem externum pleni spiritus natiui, ortiq; a corde tendant, ac desinant ad venulas cerebro adiunctas, oculus solus proprium corpus præ cæteris habet sensoriis, quod humidum & frigidum est: nec ante contentum eo in loco potentia vt cæteræ partes, tum deinde actu existens, sed a cerebri humore secernitur pars purissima per meatus, qui ab oculis ipsis tendere ad membranam cerebri visuntur. cuius rei argumentum, quòd nec alia pars humida & frigida est in capite præter cerebrum, & oculus frigidus atque humidus est. itaque necessariò locus hic magnitudinem primum capit, post considit, nam & in cerebro eodem euenit modo, vt primum præhumidum, multumque sit, mox humore efflato concoctoque corporatur magis, subsidetque & cerebrum & magnitudo oculorum. Principio igitur caput prægrande propter cerebrum, oculi

C grandes propter humorem in ipsis contentum apparent. vltimi verò perficiuntur, quoniam cerebrum quoque vix consistat. sero enim a frigiditate humiditateque vendicatur in omnibus quidem, sed præcipue in homine. nam & sinciput inter ossa vltimum confirmatur. iam enim cum partus in lucem venit, molle hoc infantis os est. Causa vt hoc maxime hominibus accidat, quoniam cerebrum humidissimum & maximum omnium animalium homines habeant. cuius rei causa est, quòd calorem etiam cordis purissimum obtinet, quod temperamentum intellectus plane significat. homo enim omnium animalium prudentissimus est. Pueri etiam longo tempore nequeunt continere caput, præpondere cerebri. nec secùs partes, quas mouere oportet. principium enim mouendi sero superioribus dominatur, & ad postremum iis, quorum motus non iungitur cum principio, vt cruribus. Palpebra etiam talis pars est. *Cerebri temperatura. Homines maximi habent omnium animalium cerebrũ.*

ſed cum natura nihil ſuperuacaneum,nihil fruſtra fecere ſoleat,con D
ſtat nec prius,neq; poſterius,quã viſus exigat,ab ea effici quicquã.
ſic enim quod factum eſt, fruſtra aut ſuperuacaneum fuerit. itaque
palpebras ſimul & diſtingui, & poſſe moueri neceſſe eſt. Sero igitur
oculi animalium perficiuntur propter copiam humoris concoquendi in cerebro. Vltimi autem, ꝙ mouendi facultas niſi increuerit, nequeat mouere eas partes, quæ tam remotæ a principio refrigerataeque ſunt. Declarant hoc idem palpebræ ſua natura. cũ enim vel quã talibet grauitate caput tẽtatur, aut ex ſomno, aut temulentia, aut alia eiuſmodi cauſa, palpebras attollere non poſſumus, quãquam leui põdere aggrauentur. ſed de oculis iam dictum eſt, quemadmodum oriã tur, & quam ob cauſam vltimi articulentur, & abſoluantur. Cæterarum partium vnaquæque ex alimento gignitur. nobiliſſima quæque, & potiſſimi principii particeps ex concocto ſynceriſſimo, primoque alimento: reliquæ neceſſariæ, ac illarum igratia inſtituendæ, ex deteriore, & reliquiis, excrementiſque. Perinde enim natura E atque paterfamilias prudens nihil admittere ſolet, ex quo facere aliquid commodi poſſit. diſpenſatur autem in cura rei familiaris, ita vt cibus optimus detur liberis, deterior ſeruis, viliſſimus ſociis animalibus. vt igitur incremento iam addito mens aduena facit hęc, ſic in ortu ipſo natura ex materia ſynceriſſima carnem cæterorum ſenſoriorum corpora conficit, in excrementis oſſa, neruos, pilos, vngues, vngulas, & reliqua generis eiuſdem conſtituit. qua mobrem hæc vltima efficiuntur, cum iam ſuppetit excrementum naturæ. Oſſa igitur in prima partium conſtitutione giguntur ex ſeminali excremento: cumque animal augetur, hæc incrementum ex alimento capiunt naturali, quo partes principales augentur. eius tamen ipſius alimenti ſunt, & reliquiæ, & excrementa. fit enim in quouis primum & ſecundum. alimentique ratio duplex eſt, altera nutriendi, altera augendi. nutriens eſt, quod eſſe præ- F
beat & toti & partibus: augens, quod acceſſionem ad magnitudinem faciat. de quibus poſtea differendum latius eſt. Nerui etiam eo modo, quo oſſa inſtituuntur, & ex eodem, videlicet ex ſeminali excremento & nutritiuo. Sed vngues, pilli, cornua, roſtra auium, & calcaria, & ſi quid eiuſmodi aliud eſt, ex cibo gignuntur aduentitio & auctiuo, quem tum a fœmina, tum deforis ſibi acquirunt. Quamobrem oſſa quodam tenus capiunt incrementum. omnibus enim animalibus exitus magnitudinis eſt. itaque oſſa quoque certo augendi termino deſcribuntur. nam, ſi hæc ſemper augerentur, animalia quoque, in quibus os, aut oſſis proportionale eſt, augerentur, quandiu viuerent. magnitudinis animalium meta & terminus his deſcribitur. ſed quam ob cauſam non ſemper capiant incrementum, poſtea declarandum eſt. Pili autem & eorum cognata omnia, quandiu inſunt, tandiu augen-

Naturæ ad patrem familias comparatio.

De pillorũ augmento.

A tur: & magis cum corpora aut ægrotant, aut senescunt, atque decrescunt, quoniam plus excrementi tantisper remanet. cum minus in partes præcipuas consumatur propter senium, aut morbum: nam vbi id quoque ob ætatem defecerit, pili quoque deficiunt. at ossa contra: decrescunt enim cum corpore & membris. defectis etiam pili augentur, sed nasci nequeunt. De dentibus dubitaueris. sunt enim eiusdem naturæ, cuius ossa: gignunturque ex ossibus, vt vngues, pili, cornua, & similia ex cute. quo fit vt ipsa colorem pariter cum cute immutent. alba enim & nigra, & uario modo diuersa pro colore cutis redduntur. at dentes nihil tale recipiunt. ossibus .n. annumerentur in iis animalibus, quæ ossa habent, & dentes. Accrescunt soli omninm ossium tota vita. quod patet in iis dentibus, qui mutuum tactum declinant. causa incrementi est, quoad pertinent ad id cuius gratia, vt fungi officio possint. breui enim tempore attritu consumerentur, nisi subinde repa- De dentium generatione, ac augmento.

B rarentur, quando uel nunc senescentibus nonnullis edacibus dente non magno præditis admodum perteruntur. plus enim in dies admititur quam additur. Quamobrem bene id quoque ad rem quæ accidit, emolita natura est. quippe quæ in senectutem vitæque exitum defectum dentium proferat, & pro uitæ spatio præscripserit modum. Sed, si decies milies, aut decies centies annis vita seruaretur, & prægrandes primos oriri oporteret, & sæpius renasci. quamuis enim assidue reciperent incrementum, tamen detriti plusquam accrescerent, inutiles demum ad cibum conficiendum euaderent. Sed cuiusnam gratia capiant incrementum, dictum iam est. Accidit autem vt neque eandem naturam, quam cætera ossa, dentes habeant. cætera enim in prima constitutione omnia gignuntur, neque est quod post oriatur: at dentes post enascuntur. quamobrem cum deciderint, denuo possunt oriri. tangunt enim ossa, non continuantur. ex eo tamen gignuntur alimento,

C quod in ossa administratur. quapropter eandem, quam ossa, habent naturam, & tunc, cum illa iam suum numerum receperunt. Sed cum cætera animalia dentibus, aut dentium proportionali prædita enascantur, nisi quid præter naturam accidit (perfectiora enim, qnam homo generatione absoluuntur) homo dentibus carens venit in lucem. nisi quid præter naturam intercesserit. sed quam ob causam dentes alii decidant, alii non, post explicabimus. Quòd autem eiusmodi partes excremento constituuntur, ea causa homo in obsepto, & nudissimo omnium animalium corpore est. & vngues minimos pro magnitudine habet minimum. nanque in eo est excrementum terrenum. cum enim excrementum quodque sit, qđ inconcoctum remaneat, tum qđ terrenũ in corporibus est, omnium maxime est inconcoctum. Quemadmodum partes quæque cõstituantur, & quę nam causa generationis sit, declaratum iam est.

ET, quia hoc fuit ab ipſo Ariſtotele declaratum, reuertitur ad declarandum D
qualiter generetur fœtus, & eius membra in quolibet prꝑcedentium gene-
rum. & incœpit a nobiliori, ſ. a ſanguineo, & a pręſtantiori ſanguineorū,
ſcilicet a viuiparo, qđ intra ſe animal generat. & incœpit ſermonem circa hoc,
ſcrutando cauſam gñationis excremētorum maris, & fœminę in corporibus ani
malium, cauſaſque exitus ipſorum. Dicamus ergo ꝙ iam fuit declaratum duo
excrementa, ſcilicet excrementum femineum, & menſtruum, proficiſci ad locū
ſibi proprium ex parte motus virtutum naturalium, quem habent in eorum cor-
poribus, & extrahunt excrementum ab ipſis. Inſunt enim corporibus quędam
virtutes partiales animę nutritiuę, plures exiſtentes. ex quibus quędam eſt vir-
tus attractiua cibi, alia vero expulſiua excrementi ipſius alimenti, non propor
tionati nutrito, ſiue quantitate, ſiue qualitate, vel vtroque iſtorum. aliqua alia re
tentiua ipſius alimenti, donec perficiatur eius concoctio, & ſimilet̃ aliio. alia ve
ro eſt diſcretiua excrementi ab ipſo alimento. Hisq; ſic ſtantibus, ſequitur ꝙ
hęc duo excrementa expelluntur ex corpore a virtute expulſiua, & attrahitur
materia ipſius ad qualitatem propriam a virtute attractiua. Neque res ſe habet,
vt imaginati ſunt priores, ſ. ꝙ hęc excrementa moueantur in corporibus ad iſta
loca, ob eorum naturam grauem, & leuem: aut propter eorum qualitatem primā,
ideſt caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem primas: adeo ꝙ ſic- E
cius, exempli gratia trahat humidius, lęueq; ſurſum moueatur, graue vero deor
ſum. huiuſmodi enim opinionē iam deſtruximus perfecte in pręteritis, Id enim,
quod accidit his duobus excrementis ex huiuſmodi motibus a virtute nutriti-
ua, quam diximus, eſt ſimile illi, quod euenit cęteris excrementis ex huiuſmodi
re: vt eſt excremētum primę digeſtionis, quod eſt excrementū humidi & ſicci.
& huiuſmodi virtutes ſunt cauſa motus materiei plantarum ferentium granum,
& ſemen. Sed debemus ſcire, ꝙ vnaquęq; harum virtutum partialiū vtitur qua
tuor qualitatibus veluti inſtrumento, & re ſibi conuenienti pro ſua propria ope
ratione, adeo ꝙ virtus attractiua, exempli gratia, attrahit caliditate & ſiccita-
te, digeſtiua vero digerit caliditate & humiditate. Cauſa aūt, ob quā hęc duo
excrementa expelluntur a corporibus ętate pubertatis, ex eo ꝙ ſunt excremē
tum vltimi alimenti, quod eſt ſanguis; quia membra quā diu augentur non ex
cedit excrementum ab ipſo ſanguine, qui generatur in corpore, cum ſit pro in-
cremento membrorum creſcentium. Sed deſiſtente incremēto natura ipſum con
uertit ad mēbra ſpermatica: & expellitur illud excrementū ab vltimo alimen
to ad teſtes in viris, in fœmina vero ad vuluam & eius venas, per duas venas, i.
per venam magnam, atque aortam: quia iſtę duę venę ramificantur in multas
venas ad uuluam deſinentes. Quod quidem excrementum ad vterum proficiſci
tur mulierum ob duas cauſas: vna eſt neceſsitatis, alia vero nobilioris notę gra F
tia. Neceſsitatis autē cauſa eſt, qui in fœminis ob frigidam earū complexionē,
impotentiamq; virtutis digeſtiuę earum generantur excrementa multa in ſan-
guine ipſarum, ideſt ſanguis non bene concoctus: qui non eſt aptus vt fiat pars
membri: & cū ex huiuſmodi excremēto fit talis aggregatio, qua venę moleſten
tur, quibus natura oneratur, mouetur virtus expulſiua, & mittit ipſum ad vterū
per illam viam, & meatum, quem diximus. Hinc eſt, ꝙ mēſtrua mulierum ſunt
inordinata: idq; eis accidit, vt plurimū Luna decreſcente, corpora enim ea hora
frigidiora, & humidiora redduntur, ob frigiditatem huius temporis, & humidita
tem: tempus enim coniunctionis luminarium diuerſum eſt a tempore oppoſitio-
nis eorum: quia coniunctionis tempus frigidum exiſtit, ſimilaturq; tempori hye
mis: oppoſitionis vero tempus eſt calidū ſimile ęſtati. Cumq; huiuſmodi excre
mentū naturaliter egreditur, membra mulieris ab ęgritudinibus prꝑſeruātur, cu
ſtodiunturq; a lęſionibus. ſi vero oppoſito modo res ſe habebit, morbi oriētur
in eis. Retinetur autem huiuſmodi excrementum pluſquam conuenit, aut egredi
tur ob defectum concoctionis. nam qñ exiſtit groſsius, quam debet, retinetur: ſi
vero tenuius, profluit. & ob priuationem concoctionis egreditur excremētum
menſtruale vt plurimum a puellis paucum, & album: quare poſsibile eſt vt im
pediātur corpora earū augeri naturali augmento. hęc igitur eſt cauſa propter

Excremētū proficiſcitur ad vterū ob duas cauſas.

A necessitatem eueniens. Causa autē nobilioris norę est, scilicet gratia generationis fœtus. nam, si hęc non fluerent ad vterum, non fieret ibi generatio. quādo.n. natura potest vti aliqua re, quā cogitur extrahere propter necessitatem ad vtilitatem quandā, eam etiā exhibit pro vtilitate illa: neq; in hoc est diminuta, &, quia hoc excremētum est materia fœtus, ideo necesse est vt ipsum obtineat quęlibet mulier fœcunda; quia anima non potest esse sine corpore. Sed, quia mas prębet formam tantum, non oportet omnem marem esse productiuū seminis: immo nonnulli marium formam pręstant per se. Et, quia mas est dator formę, ideo accidit quam plurimis specierū animaliū, quorū mares, si cum fœminis alterius speciei propinquę fœminis specierū eorum in vteri gestatione & magnitudine corporis, figura, atq; forma, coeant, gñant, & partus similes sibi edunt cōmunicātes in similitudine vtriusq; generis, mox tamē procedēte tēpore, iterato q; partu illorū, demū redduntur ipsi nati similes veris patribus: quia ipsa similitudo proculdubio prouenit a datore formę. nam quamuis accidat ipsi formę mutatio aliqua secundum materiam aliquo tempore, attamen durante tēpore in tali dispositione, similitudo redit ad datorem formę: cuius rei simile accidit alicui eidem grano, si seminatur in diuersis terris. Locuti igitur sumus de causa, obquā secedunt a corporibus hęc excrementa prolifica. Sed generatur fœtus ex duobus seminibus modo, quo narrabo: videlicet ꝙ quādo genitura a mare secedit

B per collū matricis, & cadit in orificium matricis, & semen, & vulua sunt contēperata, tunc vulua attrahit ex semine partem conferentem generationi, excremētumq; inutile dimittit: & hoc vel virtute attractiua in vilo existēte, vel calore matricis, sicut attrahit vas calefactum in aere aquam ab extrinseco, aut propter vtrumq; horum simul. vulua.n. calda existit, propter id, quod remanet ex menstruis veluti vas calefactum. In aialibus vero viuiparis habentibus vuluā prope septum transuersum, vt est genus volucris et piscīū, semē illico proficiscitur ad vuluam, & quā primum fuerit ibi, insurgit contra sanguinem menstruum, ipsum que coagulat eo modo, quo diximus, & distinguit ab ipso materiā promptā vnicuiq; membrorum similarium, quare accidit ei ꝓpter calorem, & ebullitionē, vt secernatur humiditas circundans ipsum fœtum: qua humiditate refrigerata post attractionem factam apud principium calefactionis, efficiuntur membranę quę quidem membranę, vt declaratum fuit sermone vniuersali, sunt de genere corporum similarium animatorum, quę a calore constant, & a frigido congelantur: & huiusmodi membranę sunt eiusdem speciei, differunt tamen multitudine, et paucitate: suntque eiusdem speciei in animalibus viuiparis, & ouiparis. Et, cum conceptus iam constitutus est, accidit ei simile, vt in granis, quę seruntur. oriuntur enim germina, & radices ex ipsis. pari modo in conceptu accidit. primo.n. secernitur primum membrū, quod est veluti radix plantę: quod quidē

C mēbrum est principiū venarum, & sanguinis, & est ipsum cor. mox secernit post ipsum membra secundum ordinem: qui quidem actus est communis plantę, & animali; eo quia virtus prima creatiua informatiua, quę est informatiua in potentia efficitur tunc informatiua in actu, quia inuenitur materia ad hoc prompta: non ꝙ membra egredientia ab ea in semine, actu sint disseminata in eo, vt Antiqui sunt imaginati: putant enim ipsa in semine seorium disgregata exire, mox simile ad suum simile deferri, cum quo coniunguntur, adeo ꝙ ex hac re omnia fiunt membra: exempli gratia exeunt partes ossium, quę postea coniunguntur, ex quibus fit os, & sic de ceteris membris similaribus. cuius quidem dicti destructio iam declarata fuit. Quęrunt tamen aliqui, cur virtus actiua, & passiua generationis sint distinctę in animali: cum iam appareant in fœminis aliquarum auium hę duę virtutes indistinctę vsqua ad certum terminum declinantem ad perfectionem generationis. & id in ouis subuentaneis inuenitur. huiusmodi enim oua egrediuntur cum perfecta figura absque semine maris. virtus igitur informatiua horum est in fœmina de necessitate cum ipsa materia. Quare ergo non dicimus actum fœminę esse ex genere operationis ipsius maris? quid quoque prohibuit fœminam non generare ex se? Et nos dicamus ꝙ virtus actiua, & passiua dupliciter reperitur in animalibus, scilicet vel sepa-

Quaesitum.

Responsio.

rata in omnibus operationibus suis, aut distincta in vltima perfectione actus: vt D
accidit in ouis subuentaneis, quę cum careant vltima perfectione, virtus est se-
parata a fœmina, existens in mare, & ideo non recipiunt formam pulli, quę est
vita. virtus autem creaitua oui inest fœminę, a qua nequaquam separatur.
Vtrum autem sit possibile reperire has duas virtutes mistas in omnibus opera-
tionibus suis in aliquo genere animalium, vt reperiuntur in plantis, dubitatio-
nem babet. de qua re veritas haberi contingit per testimonia. Aristoteles ve-
ro dicit nondum id fide digna exploratum habuisse. Veruntamen in genere pi-
scium, in quo fœminę reperiuntur plenę ouis, mas vero adhuc nullus visus est,
ipse Aris. dicit ꝙ de his generibus non habetur ratio ipsius generationis, neque
experimentum compertum est, quod fidem faciat. & ego puto huiusmodi speci
em esse, quam appellamus Salabam.i.angulllam. Quod autem nos determina-
mus, est vbi mas, & fœmina sunt distinct, nequaꝗ̃ potest fœmina generare de
se. natura.n. nullã rem supernacuã facit. Et iste est sermo aptior circa pdicta.

De priorita te organicorum mēbrorũ varię opiniones.

Sed reuertamur vnde dtgressi sumus, & dicamus ꝙ Physici omnes sunt con-
cordes circa ordinem membrorum organicorum in prioritate, & posterioritate
generationis: sunt tamen discrepantes inter se quod ipsorum pręcedat. Nam Ari
stote. putauit cor primo secerni: & membra interiora priusꝗ̃ exteriora: &
membra superioris partis, quę sunnt supra septum, priusquam inferiora. quod B
quidem latus apparet prius in magnis animalibus, exceptis generantibus ver-
miculos, & mollibus animalibus. in plantarum quoque genere pars superior pri
us secernitur inferiori quod in seminibus perspicuum est, quę quidem extra ger
minant absque hoc ꝙ ferantur, vt cepe, & similia. & maior pars membrorum
posteriorum articulantur post generationem in multis animalium viuiparorum,
vt est canis, lupus, vulpis, & leo: quorum catuli cęci nascuntur, & postquam
exeunt extra, palpebrę dehiscunt, & ipsi vident. quod quidem habetur pro in
dicio ꝙ ipsa vulua non habeat virtutem figurandi, & formandi vllo pacto, cũ
huismodi membra oriantur, & perficiantur extra vuluam. Sed qui tenent prin
cipia membrorum animalium esse tria, videlicet cor, hepar, & cerebrum, pu-
tant ista membra simul creari: de qua re vnusquisq; affert suum testimonium.
Sed id, quod dici potest, est hoc, videlicet ꝙ in ipsis causis aliquod dicitur pri-
us tempore, aliquod vero per se & definitione. prius autem tempore est mo-
uens, & materia. nam istę duę causę sunt priores tempore psa forma, & fine:
prius vero definitione. & per se est actus, & finis. Membra tandem cum ad
seinuicem referuntur, reperiuntur denique generatim tres species. Nam ali.

Membra cũ ad inuicē cō parantur triplicia.

quod ipsorum est mouens alterum, non motum ab alio: & est ipsum primum
mouens in corpore. Aliud vero est motum ab alio membro, mouens etiam mē
brum aliud: & sunt videlicet illa membra, quorum proportio ad primum mem F
brum est proportio instrumenti ad artificem, & tibię ad tibicinem. Sunt &
alia, quę ab alijs mouentur non mouentia aliud membrum: quorum proportio
ad membra mouentia mota est proportio discentis musicam ad ipsam tibiam.
Et sicut docens musicam, qui est mouens primum est prior ipsa fistula: & ipsa
tibia est prior discipulo, vt discipulus est, quia instrumentum musicæ mouetur
a docente, & mouet discentem, & discens mouetur, & non mouet: sic etiam
oportet ꝙ detur primum mouens in membris pręcedentibus tempore, post quę
sequantur membra mota & mouentia, mox membra mota tantum. Et, cum
iam ex anatomia apparuerit, ꝙ cor pręstat cunctis membris calorem natura-
lem, qui quidem est instrumentum, quo operatur vnumquodque membrum su-
am actionem naturalem, & suam passionem, vt cerebrum, & tecur, & cętera
membra: cerebrum enim, et hepar cum hoc, ꝙ acquirunt a corde instrumen-
tum, quo operantur, prestant etiam alijs membris aliquid de essentia institutio-
nis sibi proprię: sequitur ergo ꝙ proportio cordis ad hepar, & cerebrũ erit pro
portio docẽtis musicam ad fistulã, & proportio ipsius, & cerebri & hepatis ad
mēbra, quibus tribuunt, est proportio tibię ad discentẽ. Sequitur igitur, ꝙ cor est
prius tempore ipso hepate, & cerebro. heparq; & cerebrum sunt etiam priora
tempore cęteris membris inferioribus ipsis dignitate, & ideo pars superior est

A prior inferiore : nam in parte ſuperiori ſunt cor, & cerebrum. Eſtq; id ſimile ei, quod pictores faciunt . deſcribunt enim ipſi prius lineamenta figurę , deinde implent lineas illas coloribus, & tincturis. Sic etiam accidit in fœtus formatione , in qua neceſſe eſt vt prius generentur membra , quę ſunt radices corporis, quã membra, quę ędificãtur ſuper huiuſmodi radices : quorum proportio ad prima membra eſt proportio tincturę , & colorum ad lineas figurę . & propterea fuerunt membra interiora in generatione priora exterioribus . Ex quibus patet tibi ꝙ cor eſt prius cęteris membris cum ſit omnia membra in potentia; quia ipſa indigens ipſo in actione ipſorum , ipſum vero eſt agens per ſe . quod quidem oſtenditur : quia eſt membrum, quod infrigidatur in vltima hora mortis; & eſt neceſſe vt vltimum membrum , quod corrumpitur a natura , ſit primum membrum quod generatur . Cor igitur habet de neceſsitate prioritatem in generatione . eſt enim principium ad tria , videlicet principium caloris naturalis, principium venarum, tertio eſt principium ſanguinis : mox cerebrum, & hepar ſequuntur ipſum in generatione . cerebrum enim inſeruit ei in ſenſu, & motu, hepar vero in nutritione . Cor ergo apparet ſenſu , primum creatum : poſt quod cerebrum: quod in principio ſuę creationis maius quãtitate aparet cęteris membris, ſeruata videlicet proportione inter ipſa a principio creationis ad perfectionem

Cor eſt principiũ ad tria

B ipſam . Cuius rei cauſa eſt , quia cerebrum eſt frigidum, & humidum : & ideo non poteſt ita cito augeri , ſicut alia membra calida. & , quia corpus humidum etiam facile reſoluitur & diſgregatur , ideo emolita fuit natura munire oſsibus ipſum . Et ob hanc cauſam oculi in principio ſuę creationis maximi viſuntur , & poſt tẽpus concidunt & minuuntur . & eorũ forma rectificatur, & perficitur figura ipſorum : quia frigidũ quoq;, & humidũ non recipit vltimã perfectionẽ, quę eſt ipſa figura : quia liquat, niſi poſt longũ tempus. & ideo apparent cerebrũ, & oculi ex ſui natura grandiora in principio, imperfectaq; figura : & poſt longum tempus rectificatur eorũ figura, perficiturq; forma ipſorum, & funguntur officio ſibi innato. Hinc eſt ꝙ oculi aliquorum animaliũ perficiuntur extra vuluam, vt diximus . Et ob eandem rationem fit, ꝙ os capitis fœtus in principio eſt molle humidum , & ſequente ętate dureſcit, & fortificatur . hoc aũt eſt proprium homini: quia multum in eo excellit calidum & humidũ, parum vero terrena pars . & ideo homo animalium omnium prudentiſsimus exiſtit . Datur & alia cauſa tarditatis figurę membrorum, videlicet quia membrorum , quibus vtitur fœtus extra vuluam, formatio & figura debet tardari : & ob hoc etiam eſt oculorum perfectio ſera, quia exercent ſuam operationem extra vuluam. accidit tamen palpebris , ob difficilem paſsibilitatem et vſum ipſarum, vt non aperiantur, neque earum figura perficiatur, niſi poſt longum tempus . Quod autem

C materia palpebrarum ſit grauis, frigida, & humida, apparet ex eo, quia accidit homini in ſomno, & quiete grauitas palpebrarum, & clauſio oculorum, & difficultas in aperiendo eos . quod quidem accidens eſt proprium oculis inter cętera ſenſoria, ob excellentem humiditatem eorum. ſenſus autem tactus, & olfactus , & cęteri ſenſus exercentur in fine, ideo tardantur tantum. Tardatur autem figura membrorum in generatione proculdubio ob duas cauſas : quarum vna eſt ſera exigentia vſus eorum , cum ſe habeant veluti vltima perfectio , quę quidem eſt propter nobilitatem , non propter neceſsitatem : ſecunda cauſa eſt propter difficilem ipſorum paſsibilitatem . Cauſa aũt prioritatis eorum eſt oppoſita his duabus, ſcilicet propter neceſsitatem generationis poſterioris , & vt adſit cum hoc facilitas paſsibilitatis, ideſt ꝙ ſint propter neceſsitaem: & ob facilem paſsibilitatem eorum . Iam ergo locuti ſumus de cauſis, ob quas fuerũt creata aliqua membra ante alia, diximusq; qualia ſint talia membra. & hoc ſcilicet de omnibus membris organicis . ſimilaria.n. membra cum organicis generantur , cum ſint pars eorum, neq; ab eis ſeparantur, niſi in mortuis .

Debemus quoq; ſcire ꝙ initium operationis virtutis informatiuę, quę informat cum calore ſeminali aereo, eſt diſcretio materię conuenientis ipſi ſubſtãtię membroum organicorum : mox diſcretio materię aptę vnicuiq; membrorum ſimilarium, quę ſunt partes huius membri organici , ipſa.n. prius diſtinguit ma-

De gñatione mẽbrorũ ſimilarium.

teriam cordis: postea vero secernit ab ea membra cordis similaria, quę sunt D partes cordis: denique primo distinguit materiam nobilem pro membro nobili, & ignobilē pro ignobili. Est enim veluti custus, & artifex: qui nihil omittit ex rebus possibilibus fieri, quin eas faciat, easq; ad actū extrahat. Creat etenim sensoria, & cętera mēbra nobilia ex materia nobili denudata a parte terrea. procreat quoq; vngues, & venas, calcaria, pilos, & ossa ex materia immūda. Quod quidem officium et facit nutritiua in nutriēdo corpus animaliū, videlicet ꝙ mittit sanguinem syncerum, atq; nobilem ad cor, & ad alia membra nobilia: excrementa vero mittit ad membra ignobilia. Primo enim trahit ad vnumquodq; mēbrum ex materia sibi conuenienti debitam portionem in quantitate, & qualitate. intelligo per quantitatem magnitudinē minorem, quā possit recipere forma istius membri: qua materia attracta procreat membrum, & facit eius figurā, & parte spirituali in semine existente operatur virtus informatiua omnes species formarū, quę sunt proprię membris organicis, videlicet genus quātitatis, & numeri, & figurae. nam hac portione aerea tantum potest formare figuram membrorum extrinsecus: & facere concauitates eorū intrinsecus: sicut facit vitrearius figuram viri, inflādo ipsum. Ad generationē vero membrorū similariū sufficit extensio caloris tantum, & frigiditatis. nam aliqua eorū consistunt calido, et congelantur frigido: aliqua vero alia calido congelantur. huiusmodi autem res iam declarauimus in Quarto Meteororum. Venę autem, & ossa, & nerui, & vngues, membranęque, & reliqua huiusmodi generis fortificantur, & ingrossantur E a calido. calor enim ingrossat ea, & frigidum congelat ipsa. quia, cum spargitur calor, dans stabilitatē, aufertur ab eis residuum humiditatis, quę erat in eis, & congelantur, & indurantur, & quanto terreitas est maior, & caliditas cōcoquēs est maior, caliditas difficile dissoluit illam rem, postquam congelauit eam ipsa frigiditas, vt testa. sed, si minus de terreitate, & minus de concoctione ibi fuerint tunc molliuntur huiusmodi res a calore, postquam eas congelauit frigiditas. Et, quia corpora simplicia inter se differunt per hęc duo, ideo diuersificantur et in hoc, videlicet ꝙ ex eis aliqua dissoluuntur, aliqua vero molliuntur, aliqua alia neq; mollificantur, neq; resoluuntur. Caro autem constat, & ingrossatur calore, postea congelatur a frigido. humiditas tamen excedit in ea. & ideo non est dura. & est primū mēbrū, quod generatur ex membris similaribus. veruntamen ipsa generatur ex minori concoctionē, quam generentur venę, & membranę, et nerui, & breuiori tempore. Cutis quoque consistit a calore, congelaturq; a frigido: & hoc propter tenacitatem. & mistionem in ea existentem. quare non potest dissolui & disgregari ab ea pars aquea ipsius parte terrea. & cum frigiditas exterior obuiat ei, congelatur: quemadmodū fit in iure pingui calido, quādo exponitur aeri frigido. Et omnia membra animalium recipiunt vegetationem, & augmentum per quantitatem terminatam, quę est ipsa magnitudo data illi generi animalium, vt sunt ossa, & his similia ex membris, quorū proportio ad corpus est proportio fundamenti ad parietem. Dentes tamen, & vngues habēt hoc proprium inter cętera ossa, videlicet ꝙ continuo augentur: similiter & pili. Causa autem, quare dentes continuo crescunt, est quia conteruntur masticatione. &, si non crescerent assidue, corrumperentur ante finem vitę. & ideo regenerātur, & materia ipsorum est prompta huic intentioni. in ossibus vero hoc est impossibile. & si esset possibile, esset frustra, quia non haberet ipsum animal mensuram terminatam naturalem. Et hęc eadem est causa continui ortus vnguium. Continuū vero augmentum pilorum euenit ex necessitate materię, pręter pilos super ciliorum. &, quia dentes incisiui continuo augentur, materiaq; corporis animalis est ad id apta, ideo mutatur complexio dentium in senibus valde, propter mutationem complexionis eorum: adeo ꝙ vel non possunt nutriri, vel cadunt. deniq; natura non potest congregare superfluitatem remanentem ex eorum materia in corpore, & ex ea generare nouos dentes, idemq; facit de pilis, et lana. Differentia vero, quę inter naturā ossiū, & naturā dentiū incidit, est ꝙ ossa fuerunt prius creata intra matricem, & dentes extra. & ideo nō est longiquum, ꝙ oriantur in sene dentes sicci, ossa vero non renascuntur extra quando rūpuntur, neq;

F

Quare dentes cōtinuo crescunt.

A ſanantur: niſi forte oriatur infra ipſa aliquid ſimile oſſi, quod non eſt os, quod vocatur Rosboth, ob eandẽ cauſam, ob quam multa alia membra non ſanãtur extrinſecus, neq; continuantur. Cuius rei cauſa nihil aliud eſt, quã cõuenientia matricis ad generationem horum organorum, aptitudoq; organi generantis ipſa. Nam quod prędominatur in natura horum membrorum eſt portio terrea, vt in oſsibus, & venis: quę quidem indigent eximia concoctione, & temperamento ingenti, donec vniatur humiditas cum ſiccitate in eis perfecta vnione, quę difficile ſeparatur. & id propter nimiam miſtionem, & temperaturam: cuius efficiens operatur per longam decoctionem, & concoctionẽ. Et ideo, quando natura voluit generare iſta membra extra corpus, aut ea reſanare, non corroboratur calor circa huiuſmodi decoctionem, & cõtemperaturam: quemadmodum fuit roboratus ſupra ipſam calor gignitiuus, & genitus intus propter duo: vnum videlicet Propterduo eſt debilitas caloris in corporibus exiſtentis reſpectu caloris generatiui: ſecun- nõ cõtinuadum vero eſt frigiditas loci extrinſeci. quare accidit eis, ꝙ vel frigiditas noce- tur q̃dã oſſa. at ipſis, & congelet ea, antequam perficiatur eorũ figura, vt accidit ipſi rosboth: vel ꝙ frigiditas obſit generationi, & prohibeat ipſam omnino: prętertim ꝙ videtur ſanguis, qui ad vuluam fluit, habere proprietatem additam in humiditate. Hęc ergo eſt cauſa generationis aliquorũ membrorum extra, aliquorum vero nõ. & non vt Galenus putat, ſcilicet ꝙ membra, quę nõ generantur extra, ſunt Cõtra Gal. quę ex ſpermate procreantur. Ex hoc igitur tractatu apparet, quo nam modo
B generantur membra ſimilaria, & organica, & ortus cuiuslibet fœtus.

Quomodo fœtus in vtero animantium augeantur. De coitu diuerſorum animalium. De cauſis ſterilitatis: & de fœcunditate vtriusque ſexus. Cap. V.

Vgentur fętus, qui forma animalis naſcuntur, per vmbilici annexum, vt ante diximus. Cum enim vis quoque nutriendi in animalibus inſit, vmbilicum ſtatim quaſi radicem agunt in vterum. vmbilicum venæ contentæ in putamine complent. plures in maioribus animalibus, vt boue, cæteriſque generis eiuſdem: binæ in mediocribus, ſingulæ in minimis hoc ſanguineum hauriunt alimentum: vterus enim exitus eſt venarum multarum. Animalia igitur non vtrinque dentata omnia, & dentatorum vtrinque, quorum vterus venam non
C ſingularem habet pertinentem grandem, ſed pro vna plures frequentes continet, hæc in vtero habent quæ acetabula appellantur, in quæ vmbilicus deuenit atque adhęret. Tenduntur enim venæ vmbilicares vndique laterum, fiſſeque ſparguntur vſquequaque per vterum, & qua deſinunt, hæc illa acetabula exiſtunt curuamine ſuo coniuncta cum vtero, cauo autem ad fętum couerſa. Secundæ uero & membranæ inter fętum & vterum poſitæ ſunt. Acetabula, fętu accreſcente proficiſcenteque ad exitum, minora ſubinde reddun tur, demumque obliterantur, cum perfectus iam eſt. in ea enim veluti mammas reponitur a natura fętui alimentum ſanguineum, quod dum colligitur, & paulatim ex multis conſiſtit, quaſi puſtula & inflammatio corpus acetabulorum exiſtit. itaque quandiu fœtus ſit minor, nec multum cibi aſſumere poſsit, conſpicua maioraque ſunt: ſed aucto iam fœtu conſidunt & exoleſcunt. Minuta & vtrin-

que dentata animalia magna ex parte acetabulis vteri carent. tendit D
vmbilicus in iis in venam singularem, quæ per vterum maiuscula fertur. cumque eiusmodi animalia alia vnum, alia plura pariant, quo modo vnum, eodem plura habentur. Sed hæc, & dissectionum exemplis, & Historiarum commentariis inspicienda explorandaque sunt.

Patet ordo librorum de Animalibus

hærent enim & continentur animalia ex vmbilico, qui ex vena dependet per æquilibrium directum ad venam quasi aquæductum fluenti, fœtus membranis & secundis obuolutus continetur. Qui infantes in vtero aiunt sugentes carunculam quandam, non recte dicunt. idem enim & cæteris animalibus eueniret. quod tamen nusquam videmus. Atqui facile per dissectiones videtur, si esset. omnes etiam fœtus, tum volucres, tum aquatiles, & pedestres pari modo membranæ tenues ambiunt, separantes ab vtero & humoribus admissis. sed nec in iis ipsis tale quicquam inesse videmus. neque fieri potest, vt per eorum aliquod alimentum hauriant. Iam quę ouo nascuntur, omnia incrementum foris recipere abiuncta ab B
vtero apertum est. itaque non recte aiunt, qui ita dicunt, vt Democritus. Coeunt animalia generis eiusdem secundum naturam, sed ea etiam, quorum genus diuersum quidem, sed natura non multum distat, si modo par magnitudo sit, & tempora æquent grauiditatis. raro id fit, sed tamen fieri & in canibus, & in vulpibus, & in lupis certum est. canes etiam Indici ex bellua quadam simili, & cane generantur. necnon in auibus salacioribus idem fieri visum est, vt perdicibus, & gallinis. Quinetiam aduncorum accipitres specie diuersi coire putantur. idemque in nonnullis aliis auibus euenire animaduersum est. In marinis nihil adhuc exploratum habemus dignum memoratu, qui tamen rhinobati appellantur gigni creduntur ex squatina & raia. Ad hæc, quod de Africa in prouerbio est, semper aliquid noui Africam afferre, propterea dicitur, quòd diuersa etiam genera coeant. nam ob aquę penuriam terræ illius, vel alienigena libidine copulantur, cum in loca paucissima rigua congregentur. sed cum cætera sic orta, rursus ipsa inter se coeant, genera E
reque possint, genus vnum mulorum sterile est, quippe quod neque secum, neque cum aliis iunctum generet. Quæstio igitur in vniuersum, quam ob causam sterilis, aut mas aut fœmina sit: sunt enim steriles & mulieres & viri. atque etiam in cæterorum animalium genere, vt equorum, vt ouium, sunt quæ nullam faciant prolē. sed mulorum genus totum sterile est. Causæ vero sterilitatis in cæteris animalibus plures sunt. nam & a primo ortu naturæ locis ad coitum commodis oblæsis, steriles & mulieres & viri redduntur, vt alteræ non pubescant, alteri non barbescant, sed spadones quidam sint. aliis in processu ætatis idem accidit affectus, aut propter corporis nutricationem pleniorem. mulieribus enim pinguioribus factis, viris corpore melius habito excrementum seminale in corpus absu-

Sēper aliqd noui affert Africa.

De cāis sterilitatis.

A mitur. itaque fit vt illis menstrua desint, his genitura aut ex morbo, viris humidum frigidumque emittitur semen: mulieribus purgationes vicientur, pleneq; excrementorum morbificorum reddun-tur. Multis etiam tum viris, tum mulieribus hoc idem accidit malum oblæsis partibus & locis accommodatis ad venerem. quæ uitia partim curabilia sunt, partim incurabilia. sed maxime steriles tunc perseuerant, cum primo naturæ ortu tales constiterunt. gignuntur enim & mulieres viragines, & viri fœminares: alteris menstrua desunt, alteris semen exile frigidumq; est. Quamobrem ratione recta experimento in aqua probatur fœcunditas seminis. quod enim tenue ac frigidum est, cito diffusum per summa innatat. quod fœcundum est, in imum descendit. calidum enim quod concoctum est. concoctum autem est, quod spissum crassumque est. Mulierum probatio suffitu, vt odores subeuntes vterum efferantur ad locum spirandi, & afficiant halitum. atque etiam illitu, vt colores oculis impositi

Experientia fecunditatis virtutisq; sexus.

B saliuam *perficiant oris. nam nisi hæc ita fiant, meatus corporis per quos excrementum decedit, confusos, obseptos, & obcæcatos esse significatur. sedes enim oculorum maxime omnium locorum capitis seminalis est. quod patet cum sola ipsa per coitum Venereum manifeste immutetur, & vsu immodico rei venereæ oculi aperte languent & subsedeant. causa est quod natura geniture similes cerebro est. aquosa enim materia eius est, calorque aduenticius. purgationes autem seminales a septo veniunt. principium enim naturæ hinc est. itaque fit, vt motus a genitali ad pectus deueniant. hinc odores per spirationem sensum efficiunt. hominibus igitur cæterisque generibus, vt ante retulimus, particulatim hæc læsio obuenit.

* χρωματίζωσι colorent.

Contra Empedoclis & Democriti sententiam, qui non recte senserunt quam ob causam muli sint steriles: aliæ autem & communes, & propriæ redduntur causæ. Cap. VI.

C

T genus mulorum totum sterile est. cuius rei causa non bene ab Empedocle & Democrito redditur. obscure Empedocles, planius Democritus scribit. sed neuter bene afferunt enim demonstrationem æque de omnibus, quæ præter suam cognationem coeant. Democritus meatus mulorum corruptos in vteris dicit, quoniam non ex cognatis principium eorum consistit. sed id cum aliis etiam animalibus accidat, tamen nihilominus possunt generare. atq; si id causæ esset sterilitatis, cætera quoque sterilia esse deberent, quæ ita coeunt. Empedocles misturam seminum causatur, quæ densa ex molli vtraque genitura consistat. caua enim & densa coaptari vicissim, fierique ex iis durum ex mollibus, vt si æs stanno misceatur. Sed nec in stanno & ære causam recte assignat: dixi de his in

problematis, neque principia ex rebus vllo modo cognitis accipit. D caua enim & solida coaptata vicissim, quonammodo faciant mistionem, aut vini & aquę, aut alius cuiuspiam? hoc enim supra hominis captum dicitur. nam quemadmodum caua vini & aquę debeant accipi, præter sensum omnino est. Item cum ita sit, vt equi ex equis gignantur, & asini ex asinis, & mulus ex equo & asino, alterutro mare, aut fęmina, cur ex his tam densum consistat, vt sterile sit, quod prodierit? ex equo autem fœmina & mare, aut asino fœmina & mare sterile non proueniat? Atqui molle & maris equi & fœminæ semen est: coit autem equus cum asino, tum mare, tum fœmina pro differentia sui sexus: ideoque gigni ex iis sterile ait, quia vnum ex ambobus seminibus mollibus conficiatur. ergo & quod ex equo mare ac fœmina gignitur, sterile esse debebit. nam, si alterum misceretur solum, liceret dicere alterum causam esse sterilitatis, vt dissimile genituræ asini nunc vero quasi illius semini, tali & cognati miscetur. Ad hæc demonstratio æque de ambobus, tam mare quam fœmina recte affertur. sed interest, quod mas septennis duntaxat generat, vt aiunt, fœmina improlis omnino est: idque propterea, quia perducere ad finem quod conceperit, nequeat. nam concepisse quidem iam mulam constat. Sed fortasse verisimilior iis demonstratio logica illa videbitur. Logicam apello, quia quo uniuersalior, eo remotior a propris principiis est. Si ex mare ac fœmina speciei eiusdem prolis speciei eiusdem gigni solet, aut mas, aut fœmina, vt ex carne mare & fœmina canis, aut mas aut fœmina: ex diuersis etiam speciebus diuersum specie proueniat necesse est. ver. gratia, si canis diuersum est a leone ex carne mare, & leone fęmina diuersum proueniet, & ex leone mare & cane fęmina diuersum. Cum itaque mulus mas & fęmina sine speciei differentia gignantur ex equo & asino, quæ diuersa specie sunt, impossibile est vt aliquid ex mulis gignatur, nec enim diuersum specie prouenire potest, quando ex mare ac fęmina speciei eiusdem idem specie generatur. neque idem, hoc est mulus. gignitur enim mulus ex equo & asino, quæ diuersa specie sunt, ex diuersis autem specie diuersum animal gigni positum est. Sed enim hæc ratio admodum vniuersalis inanisque est. rationes enim, quæ non ex propriis ducuntur principiis, inanes sunt, & rerum esse videntur, cum longe aberrent. sunt profecto geometricæ rationes, quæ ex principiis geometricis afferũtur, idemque in cæteris est intelligendum. Videntur tamen eiusmodi rationes, quamuis inanes, aliquid esse. nam & inane siue vacuum illud aliquid esse videtur, cum tamen nihil omnino sit. Nec verum est quod concluditur. multa enim ex iis, quę non eadem specie progenerantur, fętifera prodeunt, vt ante exposui. hoc igitur modo nec de cæteris rebus, neque de naturalibus indagandum est. Sed ex iis, quæ in genere, tum equorum, tum asinorum insunt, consyderãdo potius

Logica demonstratio.

Cur propria sterilitatis mulorum.

E

F

A potius acceperis causam. Primum enim vtrunq; eorum singulare pa rit inter cognata animalia plura numero, tum fœminę nō semper cōcipere possunt. & quidem equi interposito tempore admittuntur, quoniam ferre continue nequeant. sed equa menstruosa non est: imo minimum inter quadrupedes emittere solet. asina conceptus incontinens est. genituram vtique inectam emingit. quamobrem verberibus eam sectantes cogunt ne id faciat. Ad hæc frigidum animal asinus est, quamobrem locis frigidis gigni non potest, vtpote sua natura impatiens frigoris, velut apud Scythas, & eorum finitimos. nec vero apud Gallos, qui supra Hispaniam colunt, genus id animalis est. nam ea quoque prouincia frigida est. hinc admissarios etiam non vt equę, sic asinæ ęquinoctio admouent: sed æstiuo solstitio, vt tempore calido pulli nascantur. eodem enim tempore parit quo coierit. Annum vterum fert & asina, & equa. Cum igitur natura sit frigidum animal, vt dictum est, semen quoque genitale

B eius frigidum esse necesse est. cuius rei indicium, quòd si equus superuenerit asinam, quam inierit asinus, non peruertet asini initum: sed, si asinus superuenerit equam, quam equus inierit, peruertet, propter seminis sui frigiditatem. Cum igitur inter seipsa iungũtur, seruatur semen propter alterius calorem. calidius est enim, quod ab equo secernitur. nam asini & materia & genitura frigida est equi calidior est. cum autem mistum vel calidum cum frigido, vel frigidum cum calido est, euenit vt conceptus ex iis seruetur, eaque vicissim ex se ipsa fœcunda sint. At vero quod ex iis prodiit, nō in super fœcundum, sed infœcundum ad perfectam fœtificationem est. Omnino cum vtrunq; aptum, propensumq; sit ad sterilitatem (sunt enim in asino tum ea quæ diximus, tum etiam, vt nisi a prima dentium mutatione generare incipiat, nusquam post generet, sed sterilis omnino perduret) ita in exiguo continetur generandi vis corpo-

C ris asinini, facillimeque labitur ad sterilitatem. Equus etiam simili modo idoneus est ad sterilitatem, tantoq; deest vt sterilis sit, quanto vt quod ex ipsis prodierit semen frigidius reddatur. quod tunc efficitur, cum asini excremento miscetur. Asinus quoque parum deest, quin sui generis initu sterile generet. itaque cum accesserit quod præter naturam est, si ante vix vnum partu naturæ legitimum poterat generare, iam quod peregrinum ex iis prodiit sterilius, nihil deerit, vt sterile sit, sed necessario ste rile erit. Euenit etiam vt corpora mulorum magna efficiantur, quoniam menstruorum decessus ad corporis incrementum vertatur. Cumque partus eorum annuus sit, non modo concipiat, sed etiam enutriat mula opus est. quod fieri non potest sine menstruis. mulis autem menstrua desunt, sed quantum inutile est, cum excremento vesicæ abigitur. vnde fit, ne muli genitale fœminarum, sed ipsum excrementum olfaciant, reliquum in corporis incrementum & magnitudinem vertitur. Itaque conci-

pere quidem aliquando mula poteſt:quod iam factum eſt,ſed enutri re atque in finem perducere non poteſt.mas generare interdum poteſt,quoniam & calidioris naturæ quam fœmina mas eſt,& nihil corporis per coitum confert ad generationem. quod autem facit, Ginnus eſt: quod mulus oblæſus eſt. nam ex equo & aſino ginni proueniunt, cum conceptus in vtero ægrotauit. eſt enim ginnus idem, quod Metachœrum in porcis. quod enim ibi læſum deprauatumq; in vtero eſt, metachœrum vocatur. quaſi aporcellum dixeris. idque cuilibet porco accidere poteſt. Pygmeorum etiam, ideſt nanorum, pomilionum,& puſillorum generatio ſimilis eſt:nam eorum quoque membra & magnitudines viciantur in vtero, & ſunt, veluti aporcellа,& ginni. hactenus de mulorum ſterilitate. D

Ginnus mulus ē oblæſus.

Quomodo fœtus in vtero animalium augeatur. Contra Antiquos de cauſa ſterilitatis muli; ac de cauſa ſterilitatis in vniuerſum.

AVER.

EIus vero nutritio fit per vmbilicum. nam anima nutritiua illico mittit ex vmbilico fœtus venas ad orificia venarum in matrice exiſtentium,coniungitq; eas cum ipſis, veluti arbor,quę mittit radices ad terram,a qua haurit alimentum. Et huiuſmodi venę,quę deferuntur ab vmbilico,ſunt plures in maioribus animalibus,vt boue,cęteriſq; generis eiuſdem. in mediocribus vero binę tantum: in minimis aūt ſingulę tantum. Et inter matricem, & fœtum eſt ſecunda,& membranę inuoluentes fœtum, & illis venis nutritur embryo: quarū E

venarū ſpecies Due.

venarum ſpecies ſunt duę,ſ.pulſatiles, & non pulſatiles. Et vere eius alimentū fit in vulua per hunc locum.nā cum embryo ſit imperfectus,immo eſt pars animalis,neceſſe eſt vt eius alimentum ſit ex ea re,cuius ipſe eſt pars. Aliqui tamē putāt fœtum nutriri ex quadam ſuperfluitate ibi generata. quod quidem dictū ſenſui opponitur,cum fœtus per anatomiam perſpiciatur in vulua animalis inuolutus membranis tenuiſsimis,eum inuoluentibus: neque in his membranis apparet aliquid aptum nutrire ipſum:cernuntur tamen infra illas membranas excrementa generationis,aut ſuperfluitates nutrimenti. iam ergo locuti ſumus de nutrimento fœtus in matrice. Quod autem reſtat hic ex hoc tractatu eſt reddere cauſam,quare mulorum genus eſt ſterile,cum mulus videatur habere quid ſibi proprium, non eueniens alijs animalibus generatis ex animalibus conſimilibus in genere.nam animal,genitum ex animalibus ſimilibus in genere, & non in ſpecie, generat excepto mulo. Antiqui vero dicunt cauſam ſterilitatis muli eſſe, quia generatur ex animali ſimili ei genere,non ſpecie. Democritus enim dicit ꝙ, cum mulus generetur ex animalibus diſsimilibus ſpecie, habet meatum vluę ipſius anguſtum, ineptum fluxui ſpermatis. Empedocles vero dicit ꝙ,cum illa animalia ſint diſsimilia ſpecie,ideo genitura maris, & fœminę eſt humida:neq; poſſunt miſceri,et contemperari. At,ſi eſſet id cauſa,cętera quoq; ſimilia genere haberēt hoc.nos tamē iā inuenimus multa animalia generata ex animalibus ſimilibus genere,quę ipſa quoq; alia generāt. Et,ſi cā ꝓpinqua ſterilitatis mulorū eſſet ſtrictura meatus ſpermatis,id quoq; accideret cūctis aialibus gn̄atis ex aialibus ſiſibus genere.Si vero cā eſſet ꝓhibitio admiſtionis duorū ſeminū ēt, ex eo quia eſt genitū ex alia ſpecie, ſequeretur id ēt in oī aiali genito ab alia ſpecie.Cū hoc tamē dictum Empedoclis eſt fallisſimum : cū ipſa humiditas duorum ſeminum non impediat ea admiſceri. videmus,n. res humidas ex ſui natura admiſceri,adeo ꝙ fit ex eis aliud corpus:econtra res nō humidas.dictum ergo ipſius eſt falſum ex eo,quod ſenſu patet,ſ.ꝙ ſit vhementia humiditatis cauſa priuationis miſtionum.Si vero mulus eſſet ſterilis, pp mollitiem duorum ſeminum,ſ.ſeminis maris & fœminę, & vnum eorum non eſſet durius F

A alio, vt potest imaginari hoc de semine equi, & asini, nō generaretur ex equo, et equa, cum eorū semen esset simile in humiditate, quia sunt eiusdem speciei. cuius erroris cā est, quia posuerunt suā speculationē in hoc circa res vniuersales, & non circa res proprias speciei determinatę. Nos aūt debemus contemplari de eis, nō inquantū mulus sit genitus a simili in genere, sed inquantū generatur a simili in genere quod est equus & asinus, videlicet ꝙ speculemur causam sterilitatis primo, postea contempiari accidentia propria asini, et equi, ex quibus possumus habere causam propriam muli.

Sterilitas autē in summa reperitur in indiuiduis animalium gignitiuorū, non in tota specie, reperiturq; in ipsis singularibus dupliciter, videlicet ꝙ est sterile, ita quod non potest reddi generatiuum, quia est ex sua innata creatione sterile: vel sterile, qd potest euadere fœcundum per medicamina. Et in summa eius cā vel est priuatio seminis absolute, vel ineptitudo seminis ad conceptionē, siue in quātitate, siue in qualitate sua siue propter vtrūq;. Priuatio quidē est, sicut reperiuntur mulieres, quarum menstrua omnino auferūtur, vel ꝙ non habent menstruum ex sua innata creatione, siue ex egritudine aliqua, vel aliquo accidente. Priuatio vero aptitudinis seminis in qualitate est vt sit sanguis menstrualis frigidus non recipiens decoctionem, vel calidior non recipiens coagulationem, vel

Causę sterilitatis quę sint

B excedens in siccitate aut humiditate. & hoc etiam vel a sua creatione, aut ab aliqua ęgritudine. Similiter etiam ꝙ sit semen virile non faciens digestionem naturalem, quam debet agere in sanginem menstruum, siue propter excessum vnius quattuor qualitatum in eo, aut plurium. Priuatur autem conuenienti quātitate, si sanguis menstruus, vel sperma viri sint pauciora quā oportet, aut maioris quātitatis. nam vnaquęq; virtus actiua aut passiua requirit in operatione sibi propria habere per se quantitatem terminatam, & qualitatem terminatam. Dixit. Signa autem indicantia hoc sunt, quia genitura viri, si in aqua ponitur, & per summa innatat, infœcunda est. ꝙ si ipsum semen ad imum descendit fœcundum est. Mulieres id quoq: probant illitu colorum circa oculos, qui si ad os penetrent, saliuamq; immutent, fœcundę sunt. nam id apertionem meatus seminalis ostendit. talis enim locus videtur communicari et, cum per coitum venereum manifeste immutetur hora coitus. Et hinc est ꝙ vsu immodico rei venereę lęditur cerebrū sepissime. causa est quia substantia vltimi nutrimenti eius est similis substantię geniturę, quia est frigidę naturę. lęditur autem per extractionem partis aereę calidę.

Quam ob causam vere muli sint steriles.

ET postq̄ sunt iam declaratę causę sterilitatis absolute, declaremus id, quod proprium est mulo, ex eo quod generatur ex equo, & asino. Et dicamus ꝙ

C ex asini accidentibus ostēditur frigiditas complexionis geniturę eius. Hinc est ꝙ non gignit in terris frigidis, neque admissarij eum coire faciunt in autūno, aut in vere, sed in initio ęstatis. hoc enim tempore parit. nam non posset pullus educari, nisi tempore calido, sequitur ergo ꝙ eius semen est frigidū de necessitate. equus vero quia habet complexionem calidam, videtur ꝙ eius genitura est calida et pauca. fœminę quoq; semen est paucum & calidum: & ideo equa parum est menstruosa: quare nō egreditur ab ea superfluitas nisi pauca, respectu aliorum quadrupedum. Genitura vero asini frigida est & multa, videlicet semē maris & materia fœminę. ostenditur autē frigiditas seminis asini. quia, si equa ex equo cōceperit, d. asinus superuenerit illam equam, peruertet. quod quidem non fiet, si alter equus eam inierit. Et, cum ostensum sit semen asini esse frigidū, declaratūq; fuerit ēt semē equi esse calidū, de necessitate igitur mulus * nō gignit ex his duobus seminibus tōne conuenientię, et tēperamēti reperti intermistionē frigidi cū calido, ita ꝙ vnum eorū tēperet aliud. Et, quia cōueniētia, q̄ est inter semen maris & fœminę in aīali fœcundo est duplex, videlicet aut cōuenientia naturalis, ut est cōuenientia existens inter duo semina ratione similitudinis tantū, vt in animali sibi simili in specie gignitiuo: aut cōuenientia nō naturalis, vt est cōueniētia existens inter duo semina, propter aliquod accidens, quod sit videlicet in duobus animalibus differētibus specie: & huiusmodi cōuenientia nō natu

* forte legē-dum affirmatiue gignitur

talis aut est propinqua naturali: & hoc reperitur in animalibus differentibus D differentia occulta non manifesta: sicut conuenientia, quę est inter semen canis, & semen lycisci, parum enim differt a cane: sicut differt aliquod domesticum a syluestri in eadem specie, quorum similitudo est propinquissime: aut remota, sicut conuenientia, quam diximus pauloante existentē inter semen asini, & equi, cum complexio cuiuslibet istorum sit contrarijssima sibi inuicem: & ideo differentia animalis in ipsis est manifeste diuersa a differentia equi, nam vnum istorū est hinnibile, aliud vero rudibile: Et, quia ipsa generatio non naturalis truncatur, ideo oportet ipsam generationem non naturalem vno duorum modorum se habere, s. vel ꝙ generet, vel non. &, si generet, vel ꝙ eius generatio finiatur, vel ꝙ reuertatur ad similitudinem primi parentis. nam si non desineret, vel nō reuerteretur ad similitudinem primi genitoris, inuenirentur infinita genera. Quod si ad primi genitoris similitudinem conuertitur, tunc eius partus est remotus parum a naturali. & id fit propter propinquam differentiam maris & fœminę, & ob propinquam naturam duorum seminum. Si vero non reuertitur, sed desinit, postquā genuerit plusquā vnum, tunc talis partus est remotus a naturali, plusquā primus. Si vero desinit generatio in principio alicuius generis ex eo geniti, talis generatio est multum remota a naturali. Et ista est generatio equi et asini, vt apparet ex natura seminis ipsorum. quia, quando ipsi gignunt mulum, est generatio innaturalissima, ex eo ꝙ apparet de contrarietate existenti E inter semen amborum: & quia difficilis est generatio ex ipsis, adeo ꝙ, si semen asini esset parum frigidius quā debet esse, nullo pacto generaret. Et hęc generatio non potest reuerti ad similitudinem primi generantis, quia non reperitur aliqua natura differens inter ipsa, remotior q̄ natura asini ab equo. quod quidem fit, propterea quia cuius libet generationis non naturalis operatio fit ex eo ꝙ non seruat naturam suam, siue ꝙ reuertatur ad similitudinem primi generantis, vt paulo ante diximus, siue ꝙ expellatur a natura primi, donec detruncetur, vel ꝙ in principio gn̄ationis finiatur. & hęc sunt oppositissima a generatione naturali. Si ergo ex duobus generatur conceptus cōceptione oppositissima naturali, necessario genitum ex hoc est sterile natura. Et ita se habet mulus: quia non datur in generatione non naturali fœtus remotior a naturali generatione, quā ipse. Et, quia materia seminis muli est inepta generationi, ideo natura eam vertit in magnitudinem corporis eius. Et hac de causa non egreditur in vrina ipsorum aliquid huius excrementi, quemadmodum in vrinis fœminarum aliarum bestiarum. & ideo muli non olfaciunt vrinas fœminarum suarum, quemadmodum olfaciunt equi, & alia animalia. Mula vero potest concipere, sed raro, neque potest fœtum educare, neque nutrire, donec in lucem prodeat, et perficiatur eius forma. mulus tamen potest generare quandoque: quia mas in omni genere habet semen calidius quā fœmina. & quicquid prodit, est mulus oblesus, quia naturalis mulus est ex equa & asino. & quicquid prouenit ex hoc mulo est veluti quod contingit in vna et eadem specie, vt fit Pygmęus in aliquo animali cubiti mēsura. vt porcis etiam accidit. & ideo vocatur eodem nomine grece, idest Methachœrum, quasi aporcellum. Ex hoc igitur tractatu habetur causa priuationis generationis muli. & hic explicit liber. F

Quando asini gignunt Mulam est generatio innaturalissima.

Mula potest cōcipere sed raro.

A ARISTOTELIS DE GENERATIONE ANIMALIVM LIBER TERTIVS.

Cum Auer. Para.

De generatione animantium sanguineorum, & oniparorum: deq; ouis subuentaneis, & cæterorum onorum natura: & quam ob causam alia vnicolora sunt, alia bicolora. Cap. I.

E mulorum sterilitate dictum iam est, atque etiam de iis, quæ animal & foras & intra se pariunt. In sanguineo autem ouiparo genere partim similis B generatio, vt in pedestribus est, idemque de omnibus aliquid accipi potest: partim differentia, tum inter ipsa, tum ad pedestria existit. Criuntur omnia coitu mare in fœminam emittente semen genitale. sed aues ouum edunt perfectum, crusta intectum dura, nisi morbo lædatur. atque omnia auium oua bicolora sunt. piscium cartilaginei, vt sæpius dixi, cum intra se oua pepererint, animal excludunt, ouo in alium vteri locum ex alio translato. molle hoc ouum est, & vnicolor. vnus ex iis animal non parit, qui rana vocatur, cuius causam post exponam. cæteri pisces, qui oua pariunt, ouum Vnicolor edunt, quod imperfectum est. quippe quod extra capiat incrementum eadem causa, qua & quod intus perficitur. De vteris, qua inter se differentia discrepent, & quas ob causas ita sit, declaratum est ante. Viuiparorũ enim alia supra, iuxta cinctum vterum continent: alia infra, iuxta genitale. supra cartilaginea habẽt: infra quę animal & intra se, & foras generant, vt homo, equus, & reliqua generis eiusdem. ouiparorũ etiam alia infra, vt pisces, qui oua pariũt: alia supra, vt aues. Consistunt vel sponte conceptus in auium genere, quos subuentaneos, & zephyrios a Fauonio quidam appellant. qui profecto in iis fiunt auibus, quæ non volaces sunt, vt vncę, sed multiparæ, quoniam excremento ipsæ abundant. vncis in alas & pennas id vertitur corpusq; exiguum, siccum & calidum habetur. decessus autem menstruorum, & genitura excrementum sunt. cum igitur & pennarum natura, & seminis excremento gignatur, nequit natura large vtroq; versus profundere. Hæc eadem causa est, & vt aues vncę nec salaces sint nec multiparę, sed graues volacesq;, quarum corpus grandiusculũ, vt columba & similes: aut graues non volaces, quarum corpus grande, vt gallina, coitu superent

C — *Viuiparorũ alia infra cintum vterum supina cartilaginea habent.*

& partu. grauibus enim non volacibus, vt gallinis: perdicibus, & reliquis id genus multum eius excremēti fit. quapropter mares eorum salaces sunt, & fœminæ multum materiæ suggerunt, & quidem pariūt ex his aliç complura, aliç sçpe, cōplura gallina, per dix, struthio Libycus: sæpe autem colūbarium genus, sed non multa, quippe q̄ medium sit inter adūcū genus & graue. volax enim ut aduncū est, corpulentum vt graue. itaq; quoniam volax est, excremētumq; eo transit, pauca parit, sed sæpe corporis magnitudine, & ventris calore & facultate concoquendi maxima, atq; etiam quòd cibum facile sibi acquirat. adunca. n. difficulter id faciunt. Paruæ etiam aues salaces præfœcundæq; sunt, quomodo interdū plantæ minores sunt fertiliores. quod enim incremento corporis deest, in excrementum seminale exundat. quamobrem gallinç Hadrianæ multa admodum pariūt. fit enim propter corporis exiguitatem, vt alimentum ad partionem sumptitetur. vulgares etiam gallinæ fœcundiores sunt generosis. corpora enim alteris humidiora, alteris grandiora & sicciora. animus generosus in eiusmodi corporibus potius cōsistit. quin & tenuitas ac imbecillitas crurium facit, vt eorū natura & salacior sit, & fœcundior: quo modo & hominibus euenit alimentum enim, quòd crura subiret, in seminale excremētum transfertur. quodquod enim inde natura adimit, hic adiicit. nā vncungues aues peda sunt firmiore, & crure crassiore, causa victus. itaq; omnibus his de causis neq; salaces sunt, neq; præfœcundæ. Tinunculus potissimum in eo genere fœcundissimus est, qui solus fere aduncarum, & bibit. humor autem & natiuus, & aduentitius seminalis cum calore inditio est, sed ne ipse quidem multa admodum parit, verum cum plurimum quatuor. Cuculus parum generat, quanquam adūcus non est, quia naturæ frigidæ est: quod ipsius pauore iudicatur. seminale autem animal calidum esse & humidum oportet. pauidam esse hanc auem apertum est, cum ab omnibus auibus fugetur, & alienis pariat nidis. Columbarium genus bina magna ex parte parere solet. nec enim vniparum est, cum nullla auis pariat vnum, excepto cuculo, qui & ipse duo interdum parit. nec multa parit: sed sæpe bina aut terna cum plurimū, sed bina magna ex parte. sunt enim hi numeri inter vnum & multa. Cibum in semen conuerti in iis, quæ abunde fœtificant, pluribus declaratur euentis. Arborum enim multæ, cum admodun copiose tulerint, exarescunt fructificatione, nisi corpori alimentū remāserit. Annuis etiam idem euenit, vt leguminibus, vt frumentis, & reliquis huiuscemodi. cibum enim omnem in semen consumunt. quippe cum genus id fertile admodum sit. Necnon gallinarum nonnullæ, cum adeo valde peperissent, vt etiā bis die pepererint, mox a tāto partu interiere: Hyperinæ enim, ideſt effœtæ, & aues, & plantæ fiunt. quod vitium nimia excrementi secessio est, vt exhaustæ effœtç que dicantur, quæ ita afficiuntur. Hæc eadem affectio causæ leænæ

A etiam est; vt sterilescat primum enim quinq; aut sex parit catulos, tum anno secundo quatuor, mox tres, deinde pari modo per annos singulos minus vno, postremo nullum, cum & excrementum omne consumptum iam sit, & ætate desinente semen vna defecerit. Quibusnã auibus subuētanei partus consistāt, & quę præfœcūdę, pumue fœcūdę, quasq; ob causas, dictū iā ē. Fiūt subuētanea oua, vt ante retulimus, quoniā materia seminalis in fœmina est, nec menstruorū decessio fit auibus, vt viuiparis sanguine præditis in iis.n omnibus fit, aliis magis, aliis minus, aliis quātū rē indicet. Piscibus ēt, vt auibus, mēstrua nulla prodeūt. quamobrē iis quoq; conceptus consistit sine coitu, vt auibus, sed minus aperte. frigidior. natura piscium est. Decessio igitur menstruorum, quæ viuiparis fit, eadem consistit in auibus per debita excrementi tempora. &, quia locus septo propinquus calidus est, magnitudine iuxta perficiuntur. sed ad generationem

Cur fiāt oua subuētanea.

B imperfecta, tum hæc, tum illa pisciū sunt, nisi semē maris accedat: cuius rei causam ante exposui. Volacibus subuentanea nō gignūtur scilicet eadem causæ, qua multa nec ab iis ipsis generātur. vncunguibus enim parum excrementi inest, & marem desyderant ad excrementi commotionem. gignuntur subuentanea oua plura numero quam quæ fœcunda sunt, sed minora, ob vnam eādemque causam. quòd enim īperfecta sunt, minus augentur: ꝙ minus augentur, plura numero existūt. minus etiam suauia sunt, quoniam minus concocta. concoctū enim in quouis genere dulcius est sed oua auium, aut piscium non perfici ad generationem sine mare satis exploratum habemus. An in piscibus quoq; fiat cōceptus sine mare, non æque aper tum est. sed potissimum in fluuiatili genere rubellionibus id accidere visum est. etenim nonnulli statim habere oua videntur, vt de his in Historiis scripsimus Omnino in auium genere, ne ea quidem oua, quæ per coitum oriūtur, possunt magna ex parte augeri, nisi coitus auis continuetur cuius rei causa est quòd vt in mulieribus coitu

C maris detrahitur mensiū excrementū (trahit enim humorem vterus tepefactus, & meatus aperiuntur) sic in auibus euenit, dum paulatim menstruum excrementum accedit, quod foras decedere non potest, quoniam parum est, & superne ad cinctum continetur, sed in vterū ipsum collabitur. Hoc enim ouum augetur, sicut fœtus viuiparorum, eo quòd per vmbilicum affluit. nam cum semel aues coierunt, omnia fere oua semper habere perseuerant, sed parua admodū. quamobrem de subuentaneis dicere non solent oriri sponte, sed reliquias esse prægressi coitus: quod falsum est. satis enim conspectū est in nouella tum gallina, tum ansere gigni sine coitu. tum etiā perdices fœminæ, & quæ nondū coierint, & quę coierint, quarum vsus in aucupiis, cum olfaciūt marem, vocemq; eius audiunt, alteræ implentur, alteræ statim pariunt Cuius affectionis causa est eadem, quę in homine & quadrupede. nam, si forte eorum corpora accensa libi-

dine turgent ad coitum, alia cum primum viderint, alia cum leuiter tetigerunt, semē emittunt. est hoc auiū genus sua natura libidinosum, vt leui egeat motu, cum turget. citoq; secernat, vt in iis, quæ non coierint, subuentanea consistant: in iis, quæ coierint, oua breui augeantur, & perficiantur. Aues ex iis, quæ ouum pariunt foras, perfectum hoc edunt, pisces imperfectum. quod extra recipit incrementum, vt ante diximus, causa est, quód genus piscium fœcundū admodum est. Itaque fieri non potest, vt multa intus finē recipiant: quapropter foras deponunt. adq; agitur cito, quód vterus eorum piscium, qui ouū pariunt, foras iuxta genitale positus est. Sunt auium oua bicolora, piscium vnicolora omnium. coloris causam videris ex facultate partis candidæ atque luteæ. secernitur enim a sanguine, ꝙ eó venit. nullum enim exangue animal ouum generat sanguinem autem materiā esse corporum, dictum iam sępius est. Pars igitur eius, quæ calida est, propius ad formam in mēbris instituendis accedit, quæ autem terrosior est, corporis institutionem præbet, & remotior est. quamobrem in bicoloribus ouis animal initium suæ generationis a candido sumit. initiū enim animale in *candido est, cibū a luteo capit. Calidioribus itaq; animalibus seorsum ista habētur distincta, ex quo principiū ortus & ex quo alimentum, atq; alterum candidū alterum luteum est: & plus candidi synceriq; semper est, quā lutei, & terreni. At minus calidis & humidioribus contra, plus lutei, idque humidius est. quod in palustribus accidit auibus. cum enim illæ sua natura humidiores sint tum frigidores terrenis auibus constant. itaq; oua earum multum eius, quod vitellum vocatur, habent, minusque luteum. quoniam candidum minus ab eo separetur. Quæ iam sua natura frigida inter ouipara sunt, ea longe humidiora cōstant: quale genus piscium est. nec candidum habent distinctum, quia exiguum hoc est, & frigidę, terreneq; qualitatis copia impedit. quāobrē oīa piscīū oua vnicolora sunt, atq; ad lutea cādida, ad cādida lutea esse dixeris. Auiū vel subuentanea oua colorē eū duplicem obtinēt. habēt. n. ex quo vtrunq; fit, & vnde principiū, & vnde cibus. sed hęc imperfecta sunt, & maris indiga. fiunt enim fœcunda, si quo tempore ineātur a mare. Nec vero sexus causa coloris duplicis est, vt candidum a mare, luteum a fœmina sit, sed ambo a fœmina proficiscuntur. verum alterum frigidum, alterum calidum est. in quibus multum caloris est, distinguuntur: in quibus parum, distingui non possunt. & ob eam rem conceptus eorum sunt vnicolores, vt dictum est. semen autem maris constituit tantum: ideo primum exiguus, albusq; conceptus auium cernitur: mox tempore procedente luteus totus, cum iam plus sanguinis admisceatur: postremo secedente calore pars candida circum insistit, quasi humore æque feruente quoquouersus. candida enim pars oui sua natura humida est, calorēq; animalem intra continet. quamobrem circum ipsa discernitur lutea, & terrena intus ma-

[Margin notes:]

De colorum diuersitate i ouis reperta

Quo pacto generatur et nutritur aīal in ipso ouo.

* co. Gręc. et Io. Gr. legūt calido.

net.& si plura oua coniecta in patinam, aut tale aliquod vas coquis igne,ita,ne motus caloris citatior sit, quam ouorū distinctio,idem in vniuersis quod in singulis euenit, vt lutea cuncta in medio constituantur, candida circitet ambiant. Sed quā ob causam alia vnicolora,alia bicolora sunt oua,dictum iam est.

Vm in superioribus libris Aristoteles narrauerit modum generationis animalis,quod intra se animal parit,hic explicat modum, quo parit animal ouiparum. Nam de animali,quod intra se animal parit,& de ouiparis potest communiter vel proprie tractari. similiter etiam sermo de speciebus ouiparorum aut est vniuersalis, aut proprius vnicuiq; speciei eorum. Sed iam declarauimus res communes generationi animalium genitorum ex mare,& fœmina, & res proprias animali, quod inter se animal parit: incipiamus nunc tractare de animalibus, quę ouum edūt perfectum,s.de auibus,& de pedestribus,nam idem est sermo eorum. Et dicamus ꝙ oua omnium auium,& omnium pedestriū siue quadrupedum sunt bicolora,i.habent colorem album,& citrinum:album quidem vocatur albumen,& citrinum vocatur vitellus. quod quidem album semper circundat citrinum:et AVER.
B hoc in omnibus speciebus ouorum perfectorum. Piscis vero,qui ouū habet imperfectum,ipsum obtinet vnicolorinum. Similiter etiam est genus piscium, qui intra se oua pariunt,& animal excludunt: quod quidem accidit, si ouū ex vno vteri loco in alium transferatur. Et fit in auibus ouum, absq; coitu,quod subuentaneum appellatur. huiusmodi autem ouum his inest auibus, quę multiparę sunt,graues non volaces,vt gallina,& ei similis: hoc.n.genus oua multiplicat, & coitum. Aues autem volaces & vncæ sunt paucorum ouorum,& pauci coitus. Genus vero medium inter has duas species, quę sunt volaces, & habentes leuitatem corporis: vt genus columbarum,est quidem medium in tali re, inter has duas species, scilicet in multitudine ouorum, aut paucitate. Paruę aūt aues sunt magis salaces atque fœcundę. minores etiam gallinę fœcundiores sunt. Differunt autem aues numero ouorum,& tempore. Nam aliquę prolificant tēporibus quibusdam determinatis: & tales aut multa oua,aut pauca ferunt,quędam vero pro maiori parte temporum prolificant, vt gallina. Ouum autem in summa est excrementum menstruosum in fœmina, vt iam alias diximus: quāuis nulli auium generi accidat emissio menstruorum, quemadmodum contingit animali sanguineo viuiparo: quibus omnibus id euenire solet,et si differāt multitudine,& paucitate. Sic etiam calidiores aues & humidiores plus abundant semine & ouis. & ideo huiusmodi genus est grandioris corporis. nam animal
C calidum et humidū magni corporis plus habet de excremento. Aues vero vncę sunt infœcundiores propter duas causas: prima propter excessum siccitatis in ipsis: secunda vero est, quia superfluitas sui corporis absumitur in multitudinē pennę,& magnitudinem rostri, & vnguium,natura enim non potest conuertere vnum excrementum in duo loca & duas operationes. Columba vero est,quasi media inter istas duas res,scilicet siccitatem complexionis,& multitudinē pennę:& ideo est media inter genus multiparum & paucorum ouorum. nam, cum sit volax,similatur vncis:& quia grossior, similatur grādioribus. Et,quia aues quoq; aduncę sunt pauci alimenti, cum non possunt ipsum acquirere, nisi cum difficultate,& ideo pauciora pariunt oua,datur tamen quędam species horū admodū prę fœcunda;sicut datur in alijs non rapacibus species,quę parum est fœcunda,sed hęc duo sunt vt in pluribus. Aues autē, quę pauca pariunt,& nō sunt aduncæ,sunt frigidę naturę:& ideo magis pauidę. Aues autem paruę sunt salaciores,& fœcundiores,quia materia conuertitur in excrementum seminale,propter exiguitatem corporis Habet quoq; huiusmodi auium genus crura minora tenuioraq;. tenuitas enim crurium,atq; debilitas multum generat excrementū, cum non remaneat in his mēbris. id quoq; accidere videtur hominibus,scilicet ꝗ, qui crura habet subtilia libidinosior est habētibus crura grossiora. In multi

Piscis habet ouum imperfectum.

Aues paruę salaciores et fęcūdiores.

Homo habēs subtiliora crura libidinosior.

paris autem auibus, & salacioribus maior portio nutrimenti ipsarum transfer- D
tur in hoc excrementum: & ideo extenuantur & exsiccantur, citoq; corrumpuntur & pereunt. quod est satis manifestũ. vt in fructiferis arboribus, quę abũde ferunt, euenire solet: quę quidem cito exarescunt, & intereũt. Hinc est ꝙ aliqua vegetabilia, vt legumina, & frumentum, semel tantum ferunt, & siccantur postea, quia nutrimentum corporis eorum consumitur in semen. Et ideo gallinę, quę abunde foetificant, cito pereunt. sunt enim quędam, quę quotidie pariunt, alię vero bis in die. Et hęc est causa, ob quam Leęna procedit sterilescendo. primo enim partu quinq;, aut sex parit catulos, mox quatuor, deinde tres, postea duos, postremo vnum. quod quidem est necessarium, quia materia consumitur pre multitudine, quam in principio parit. Et ob eandem causam aliqua arbor inueterascit, vt oliua; quia est auara in fructificando. non .n. transfert in fructus nisi excrementum sui corporis. quare vel ipsa assidue fert paucos fructus, vel fere alternis annis Causa autem ouorum subuentaneorum est multitudo excremẽti. Adde etiam ꝙ virtus informatiua in foemina huius speciei est perueniẽs ad gradum, ad quem non peruenit in alijs speciebus animalium. veruntamen nõ attingit ad hoc, ꝙ ouum recipiat vitam. nam si ita non foret, tunc mas huius speciei esset frustra. Oua quoq; subuentanea sunt minora, & minus suauia, propter inconcoctionem eorum, & tardam generationem. & ideo, quando mas coit quotidie cum foemina, accelerat generationem ouorum: quia semen maris trahit ad E
se materiam ab ipsa foemina. quod quidem piscibus quoq; accidit. quibusdam enim ipsorum inest ouum absq; coitu. Aliqui etiam imaginati sunt ꝙ oua subuentanea sunt reliquię pręcedentis coitus: quod falsum est, vt Aristoteles dicit. quia multę gallinę pariũt, cum tamen nullus gallus inueniatur in toto illo loco. quod manifeste patet. Perdicum quoq; foemina habet sibi proprium, s. ꝙ cum odorem maris olfacit ipso supra ipsam in aere existenti, vel eius vocem audit, impletur ouis. cuius rei causa est, quia sufficit ei paruus motus, cum ad coitum turgeat pre libidine. & quamprimum audit marem, aut eius odorem percipit, semẽ emittit: vt alijs foeminis libidinosis euenire solet, quę cum primum a mare tanguntur, sperma emittunt. Iam ergo diximus causam, quare aliquę aues sunt multiparę, alię vero pauca pariunt oua: & causam generationis ouorum subuentaneorum: et de ouo, quod in vulua augetur, veluti foetus, ex qua alimentum accipit, vt ipse foetus etiam.

Quam ob causam oua alia vnicolora,
alia bicolora sint.

SVnt autem oua bicolora, ꝑpter diuersam naturam eorum, calidiq; virtutẽ: cuius natura est segregare naturas heterogeneas. Nam, cum operatur, & agit in excrementum existens in matrice, secernit ab eo partem terream ex pauca terrestreitate, ponendo partem terream in medio, videlicet vitellum, F
superambitq; ipsum alia pars calida, quę est albumen. quia cum pars aerea seminalis admiscetur cum excremento foemineo, & mouet ipsum, accidit tunc ouo id, quod accidit elementis ex motu vniuersi, scilicet ꝙ graue submergitur, & leue circundat super ipsum extra. Cuius rei inditium est, ꝙ si plura oua sint coniecta in patellam, ibique agitentur forti agitatione & conquassentur, mox coquantur vsq; ad pempasim, inuenies ex omnibus luteum in medio, & candidum circiter ipsum luteum ambit, ac si essent vnum ouum. nam albumen, si ebullierit, circiter ambit exterius. & eius conglutinatio est accidens eueniens ex multa cõtemperatura, et ebullitione. non ex frigiditate & humiditate: vt aliqui sunt opinati. Quod autem candidum sit calidius luteo ratio est euidentissima: eo quia pullus ex candido procreatur, & ex luteo nutritur. Mox alia ratione ostenditur vitellum esse terreum: quia non congelatur a calido, humectatur tamen ab ipso, idest calido gallinę, quando accubat super ipsum. & ideo vitellus est humidior ea hora, ꝙ̃ prius esset. quod quidem indicat ipsum non recipere consistentiam &, figuram: & congelatur a frigido, & ideo humectatur a calido. Aristoteles autem assimilat naturam lutei naturę sanguinis in excessu partis terrę super ipsis, cũ ambo cõgelentur a frigido, & humectentur a calido. Et ratio ostẽdens na

Vitellũ frigidi alumine.

A furam vitelli esse frigidam, est, quia citius corrumpitur extra quã ipsum albũ. Animal quoq; aqueum frigidę complexionis habet plus de vitello tn suo ouo, quã de cãdido in respectu ad oua auium calidarum. Et, si Medici dicunt vitellum esse calidiorem albumine, illud est respectu corporis humani, & non secundum seipsum. Et ideo dictum eorum non est contrariũ dictis in hoc loco. concedunt.n. Medici reperiri aliquas res calidiores alijs, cum tamẽ sint frigidiores in relatione ad corpus humanum: vt vinum nouum, & vetus. nouũ.n. calidius ẽ absolute ipso antiquo. calidius est tñ antiquũ respectu corporis humani. Aues aũt frigidę natura minus segregant istos duos colores, & vtranq; substantiam. Et ideo oua piscium priuãtur albumine omnino, suntq; vnicolora. cuius rei causa est, quia pauca caliditas non habet vim segregandi naturas diuersas. neq; inuenies ouum album, nisi in aiali sanguineo. & hoc ostendit albumen esse caldius. Iam ergo diximus cãm, ob quã aliqua oua sunt vnicolora, aliqua aũt bicolora.

Quo pacto ĩtelligẽdũ sit apud Medicos vitellũ oui albumie esse caldiorẽ, e cõtrario ipsis Philosophis.

De ortu eorum, quæ perfectis ouis foras generantur, tum auiũ, tum quadrupedum, ouum crustæ intectum parientium. Cap. II.



B Secernitur in ouo principium genitale maris ea parte, qua ouum vtero adhęret, fitque proinde dissimile, quod bicolor est: nec plane rotundum, sed altera parte acutius, quoniam partem eam differe oportet, in qua principium illud continetur. quamobrẽ durius ea ipsa parte est ouum, quam inferiore. principium enim operiendum custodiendumq; est. exit etiam pars oui acuta post. quod enim adhæret, id exire postea conuenit. adhæret aũt ea parte, qua principium continetur. & principiũ ipsum in parte acuta est. Idẽ in plantarum ẽt seminibus modus est. principiũ.n. seminis adhæret aut ramo, aut putamini, aut pulpę: vt in legumine patet. qua.n. biualuis fabarum strues, & cęterorum id genus coniungitur, hac principium seminis adhæret. Sed queres de incremento ouorum, quonam modo ex vtero veniat. animalia enim per vmbilicum capiunt cibum: oua autem quo? cum non modo vermium ipsa per se recipiant incrementum. At si quid est, quo adhærent, id quonam transeat, perfecto iam ouo? nihil enim C tale exit cum ouo, vt vmbilicus cum animali. quod enim circiter ambit, testa perfecto iam ouo efficitur. recte igitur hoc ita quæritur. Sed latet primo membranam mollem id esse, quod postremo testa efficitur. perfecto enim ouo durum ac rigidũ euadit ita modice, vt exeat adhuc molle. dolorẽ enim moueret, nisi ita exiret. egressum statim refrigeratum duratur, euaporato humore quamprimum, qui exiguus inest, relictaque portione terrena. Huius itaque membranæ particula quædam vmbilicaris parte acuta principio continetur, tenditque paruis adhuc veluti fistula. quòd in eiectitiis inchoatis ouis patet nam, si auis madefacta, aut alia causa inalgescens eiecit, cruentus adhuc cernitur cõceptus, habensq; sibi annexam appendiculam vmbilicarẽ, quæ ouo amplius increscente obtẽditur latius, atq; minuitur, perfectoq; mucro exitum complet. membrana interior sub hoc vmbilico est, quæ vitellum albumenque ab eo disterminet vbi iam ad cõ

Dubitatio, quo pacto ouorum fiat incrementũ.

summationem ventum est, ouum absoluitur totum, & vmbilicus ratione non insuper apparet. extremum enim vltimum eius est. Partus ouorum contra atq; animaliū euenit animal enim versum in caput, suumq; principiū nascitur. at ouū quasi in pedes cōuersum exit. cuius rei causa quod diximus est, ꝙ ouum ea parte, qua principium continetur, adhæret. Generatio auium ex ouo ita euenit, vt incubante, & concoquente aue, animal ex parte oui secernatur: augeatur ex reliqua parte & cōficiatur. natura enim simul & materiam animalis in ouo reponit, & satis cibi ad incrementū. Cum enim auis intra se perficere nequeat, cibū vna parit in ouo. nam iis, quę forma animalis nascūtur, cibus in alia corporis parte paratur, quod lac vocatur, videlicet in mammis. At auibus hoc idem in ouo natura, constituit, sed contra, quam homines putant, & Alcmæon Crotoniates ait. non enim albumen oui lac est, sed vitellū. hoc enim pullis pro cibo est illi albumen pro cibo esse existimant, propter coloris affinitatē. Oritur pullus incubante aue, vt dictū est. sed, si aut tempus sit bene temperatum, aut locus, in quo oua manent, tepidus, concoquuntur & auium oua, & quadrupedum ouiparorum sine parentis incubitu. hęc enim omnia in terra pariunt, concoquunturq; oua tepore terrę. nam si quæ quadrupedes ouiparæ frequentates fouent quæ ediderint oua, custodiæ gratia potius id faciunt. Gignuntur vero eodem modo oua quadrupedum, quo auium. crusta enim dura intecta, & bicolora sunt, & iuxta cinctum consistunt, vt auium:& reliqua eadem tum intus, tum extra eueniunt. Itaq; omnium causæ eadem consyderatione continētur. sed quadrupedum oua vt validiora tempore concoquuntur, auium imbecilliora sunt. atq; ob eam rem parentem desyderant. Tum etiam natura attendere videtur, vt sensum prouidum, curamq; diligentem erga prolem parētes habeant. sed in genere deteriore hoc facit, quousq; pariant: in aliis quibusdam etiam, donec perficiant. prudentioribus vero plus curę mādatur, vt etiā enutriāt. postremo iis, quæ prudentia iam maxime prędita sunt, consuetudo, amor, & charitas in prolem etiam adultā seruatur. vt homini, & quadrupedum nōnullis. auibus cura donec pariant, & enutriāt.* quamobrē & ab incubitu laborant in prole enutrienda. a partu vero deterius afficiunt, quasi priuatæ aliquo sibi natiuo gestamine. * Perficitur animal in ouo celerius diebus tepidis. tepore enim iuuatur. nam concoctio est calor quidam. terra .n. suo calore concoquit. & quę incubant hoc idē faciunt. adhibent enim suum calorē. Deprauātur etiam oua, & fiunt, quæ vrina appellantur, tēpore potius calido. idq; ratione. vt enim vina tēporibus calidis coacescunt fæce subuersa: hoc enim causę est, vt deprauentur: sic oua pereunt vitello corrupto. id enim in vtrisque terrena portio est. quāobrem & vinum obturbat fęce permista, & ouū vitello diffuso. Multiparis igitur hoc accidit merito, cum nō facile omnibus calor cōueniens reddi possit, sed

D
E
F

Generatio, & nutritio animalis ex ouo, quo pacto fiat.

Albumen nō est lac.

Cura erga prolem.

*Antiquus interpres hēt: quāobrē sæminę, q̄ non incubant, a partu deterius afficiuntur, ita etiā co. Grę. a

Tēpus, quo aial in ouo celerius perficitur.

A aliis deficiat, aliis superet, & quasi putrefaciendo obturbet. Vnci unguibus etiam, quamuis parum fœcundis, nihilominus tamen idem euenit. sæpe enim vel alterum ex duobus vrinum fit, sed tertiũ semper fere. cum enim calida sua natura sint, faciunt, vt quasi ferueat supra modũ humor ouorum. Iam enim naturam quoq; contrariam luteum & candidum habent. Luteum namq; gelu duratur & coit, calore cõtra humescit. quapropter, cum vel in terra, vel per incubitum cõcoquitur, humescit: atq; ita pro cibo animalibus nascentibus est. nec vero, cum ignitur assaturque, durescit, quoniam naturę terrenę est, vt cęra. ideoq; cũ plus iusto calescunt nisi ex recremento humido sint, saniescunt, redduntur q; vrina. At candidum gelu non concrescit, sed magis humescit. causam ante reddidi. ignitum solidescit. quamobrem cum ad generationem animalium concoquitur, crassescit. ex hoc enim consistit animal. luteum autem pro cibo est, & membris subinde instituendis incrementum hinc administratur. quocirca luteum & candidum membranis inter se distinguuntur, quasi naturam habeant diuersam. Sed quemadmodum hæc inter se habeant, tum initio generationis, tũ consistentibus animalibus, atq; ẽt de mẽbranis, & vmbilicis diligentius ex iis, quæ per Historiam scripsimus, cõsyderandum annotandumq; est. Ad id autem, quod impræsentiarũ tractamus, tantum aperuisse satis est. Principio corde constituto, & vena maiore ab eo distincta, vmbilici duo de vena eadem pertendunt: alter ad membranam, quæ luteum continet. alter ad membranã cui secundarum species est, qua animal obuolutum continetur, quę circa testæ membranam est. Altero igitur vmbilico cibũ ex luteo assumit. efficitur luteum copiosius, quippe quòd calescens reddatur humidius. cibum enim, quoniam corpulentus est, humidum esse oportet qualis plantæ suppeditatur. viuunt aũt principio & quæ in ouis, & quæ in animalibus gignũtur vita plantę adhærendo enim capiunt primum & incrementum & alimentum. Alter vmbilicus ad secundas tendit. ita enim in iis, quæ ouo nascuntur animalibus, pullum vti luteo existimandũ, vt fœtus viuiparus sua parente vtitur, quãdiu intra parentem continetur. Cum enim non intra parentem nutriantur, quę, ouo proueniunt, partem eius accipiunt aliquam, habentq; secum in cibo. Membrana vero exteriore nouissima sanguinolẽta hęc perinde, vt illa vtero, vtuntur. simul autem & luteũ & secundas testa oui complectitur vteri proportione, perinde quasi quid vnum obductum amplectatur fœtum, parentemque totam. quod ita est, quoniam fœtum esse in vtero & cum parente necesse est. Itaq; in viuiparis vterus in parente est: in ouiparis e diuerso fit, quasi dixeris parẽtem esse in vtero luteum. est enim cibus, qui a parẽte præstatur. causa est, quod fœtus nutricatio non intra parentem est. Crescentibus vmbilicus primum considet, qui secundis adiungitur. hac enim pullum excludi conuenit. reliquum lutei, & vmbilicus ad luteum pertinens

Luteũ & cãdidũ in ouo naturam habent contrariam.

B

Oui vmbilici duo.

C

post collabitur. cibum enim habeat statim oportet, quod exclusum D
est.nec enim a parente nutritur, & per seipsum statim capere cibum
non potest.quapropter luteum subit cum vmbilico, & caro adnasci-
tur. Talis ortus eorum est, quæ ex ouis perfectis foris generantur,
tum in auibus, tum in quadrupedibus, quæ ouum crustra intectum
dura pariunt. Sed hæc euidentiora in auctioribus sunt animalibus.
nam in minoribus obscura præ sua exiguitate habentur. 26

AVER. OVum vero, quod bicolor est,habet vnā extremitatem non rotundam, sed
est altera parte acutū & durū,& eius albumen est maius.et ideo in pullo
principiū primi membri ,s. cordis est in ea parte. Quę quidē extremitas
duriuscula existit, vt custodiatur primū mēbrū, quę pars acuta ipsius oui cōue-
niēter adhęret vtero,& posterior exit in partu.Et ob hāc cām situs pulli in ouo
prope exitum eius ab vtero fit contrario modo exitus fętus aliorū aīalium:quę
quidem vt in pluribus egrediuntur in caput. pulli vero situatio in ouo est, vt
ouū,exit ,s. ꝙ egreditur post pedes.& merito figura ista primi membri,s.cordis
fuit in acuta extremitate oui:quia principium debet esse in loco calido, & acu-
ties ēt debet esse in loco calido,quia est figura propria igni. Quod aūt principi
um fiat semper a parte acutiori ostenditur, cū ea parte semina plantarū, & legu B
mina habeant principium originis,& motum augmenti. Neq; augetur ouū pfe-
ctum in vtero de se separato ab eo, vt aliqui sunt opinati, propter testam am-
bientem ipsum ouū, perfecta iā eius figura. Nā perfecto ipso ouo, illico apparet
testa,cū tamen non videatur vllo pacto coniunctum vtero,pp quod sunt opinati
ipsum crescerē separatum ab vtero,quod tamen est contra id, qđ opinantur,cum
sensu pateat ouum assumere nutrimentum a vulua, quando ei adhęret sicuti fę-
tus. Nam,si auis eiecerit ouum imperfectum pp aliquam cām,aut rem extrin-
secā,manifeste apparebit in ouo quid simile venę vmbilicari, augetur,& adhę-
ret vtero, & hoc tendit versus partem acutam oui: & quamdiu augetur ouum
crescit etiam is meatus: & quando ouum est propinquū pfectioni, incipit hmōi
meatus congregari in corpore,& exiccari donec detruncetur. & nullū remanet
vestigiū eius:& tūc egreditur ouum cum sua crusta. Est aūt crusta supra ouū,s.
continens ipsum,in vtero mollis propter calorem.& cum extra mittitur, ingros-
satur,& induratur.si enim exiret durum,noceret. Ouum aūt auiū habet hoc,sci-
licet ꝙ pullus nō generatur ex eo extrīsecus,nisi auis super ipsum accubat,cale
faciatq; ipsum: pręsertim matres, quę cū super ipsis sedent, creatur pullus ex
portione albuminis ipsius oui, & capit augmentū & nutrimentū ex alia parte,
videlicet ex vitello.& id certe fit,quia,cum auis intra se nequeat perficere ani-
mal,& extra oriatur in ouo, natura reposuit nutrimētū cū eo. Animali vero qđ F
intra se parit animal, & nascitur,natura aliud excrementū extrīsecū parauit,
videlicet lac. Aliqui tamen Antiquorum existimant pullum nutriri ex albumi-
ne,& ꝙ est veluti lac:& id opinati sunt,propter coloris affinitatem, sed respon-
deatur eis per sensum.Oritur autem pullus in ouo ex calefactione matrū tēpore
cōgruo & loco.Ouū vero animaliū quadrupedum est calidum pp tempus & lo-
cum conuenientem:& quę solent acubare super oua, non vt calefiant oua id fa-
ciunt,sed vt custodiantur.Hoc aūt ouum generatur in vtero prope septū, veluti
ouū auium.& eius crusta est dura,sed calefit de se, quia est calidius ouo auiū.&
ideo,si non calefit,ab aue corrumpitur,& alteratur, & non generat. Pullus prę-
terea celerius exit tēpore calido ꝙ̄ frigido. Vehemens tamen calor multa cor-
rumpit oua.accidit enim vitello id,quod vino accidere solet,quod accessit pro-
pter calorem.Ouis tamē multiparorum hoc plus accidit, cum calorē habeāt de-
bilem,natura.n.nequaquam potest omnibus ouis multum pręstare calorē,vt prę-
stat paucioribus:sed aliis inest calor deficiēs,aliqbus vero sufficiēs,& ideo, qñ
corrumpuntur,ingrossatur totum illud,& fęces agitātur, & non remanet illa dif-
ferentia,quę erat inter duas partes eius ante discretionem duorū colorū. Quan-
doq; etiam id accidit ouis debilibus ipsarum auium,vt aduncarum. Quod autē

A sensu apparet de procreatione pulli in ouo est vt dicam. Primũ, qđ in ouo generatur, est cor, & vena magna orta ab eo. De qua vena ꝓtenduntur duo rami: quorum vnus ad membranam proficiscitur similem secundis, quę pullum circũuoluunt. alter vero ad membranam, quę luteum continet, quo pullus nutrimẽtũ ex luteo accipit, & est sibi veluti vmbilicus. hoc autẽ tempore luteũ est valde humidum ꝑ caliditatem, quam obtinuit. Et hoc merito est, quia humiditas est conueniens nutrimẽto. Assimilatur enim plantę in hoc, scilicet ꝙ capit nutrimẽtum ex ea parte, quę est sibi annexa: quemadmodum capit planta alimentũ ex ea parte terrę, quę est ei propinquior. Luteum igitur in ouo est veluti mater, a qua fœtus capit suũ alimentũ, dum in vulua existit. nam, cum pullus nõ generetur in vtero, ideo natura posuit in ouo nutrimentũ conueniens. Sic ergo procreatur pullus ex ouo perfecto, scilicet ex ouo auiũ, & animaliũ quadrupedũ: cuius, scilicet oui crusta existit dura. durities enim crustę est ꝓpria huic speciei ouorũ & hęc, quę narrauimus, sunt euidẽtiora in animalibus magnorũ ouorũ, vt sunt oua gallinacea. in minoribus vero sunt obscuriora. Iã ergo locuti sumus de modo, quo generantur animalia ex ouo perfecto, loquamur modo de ouis piscium.

B *De iis animantibus, quæ perfectum ouum intra se pariunt, foras autem animal. Quamq; ob causam piscium oua mollia sint, contra quam auium. Cap. III.*



Genus etiam piscium ouiparum est, cuius ea, quæ infra cõtinent vterum, imperfectum pariunt ouum, causa, quam ante reddidimus. Quæ autem cartilaginea nuncupantur, perfectum intra se ouum pariunt, mox animal foras edunt, vno excepto, quam ranam vocant. hæc enim vna foras ouum perfectum parit. causa natura corporis est. caput enim longe grandius reliquo corpore habet, idque aculeatum, valdeq; asperum. quamobrẽ nec postea suos catulos intra se recipit, neque principio animal parit. capitis enim magnitudo & asperitas vt aditum, sic exitum impedit. Et cum cartilagineorum ouũ cute molli operiatur: ꝙ enim frigidiora quam aues sint, nequeũt partem circundantem indurare: ideo ouum vnum ranarum solidum, durumq; est, vt foris seruetur. cæterorum humida sunt natura, & mollia. operiuntur enim intus corpore suæ parentis. Ortus ex ouo idem ranis quæ extra perficiuntur, & iis, quæ intus. sed eorum atq; auiũ ortus partim similis, partim diuersus est. primum enim altero carent vmbilico, qui ad secundas pertinet, quæ sub testa ambiente positæ sunt. cuius rei causa est, quòd testam illam circundantem non habent, cum nihilo his vtilis esse possit. parens enim ipsa integit & seruat. Testa in ouis edendis tutela est contra detrimenta, quę deforis veniant. Tum generatio iis quoque ex oui parte extrema est, sed nõ qua vtero adhærent. aues enim ex cacumine oriuntur, qua ouum adhæret. causa est, quòd auium ouum separatur ab utero. At eorum, quanquam non omnium, tamen plurimorum ouum perfectum vtero adhæret. Cumque animal extremo innascitur, ouum consumi- (C; margin: Ranę oua.)

tur totum, quomodo in auibus, cæterisque, quorum omnium absol D uitur, demumque vtero vmbilicus iam perfectorum adhæret. similis modus eorum etiam est, quorum oua vtero absoluuntur. nonnullis enim eorum ouum perabsoluitur, cum perfectum est. Quæres igitur, cur ita differant auium & piscium generationes. causa est quod auium oua luteum a candido separatum continent, piscium vnicolora sunt, miscenturque in iis ista vsquequaque, & confunduntur. itaque nihil prohibet, quo minus econtrario principium habeant genitale. non solum enim parte sui adhærente tale est, sed etiam altera obiecta. Alimentum vero ex vtero meatibus trahere quibusdam eo ipso principio facile est. apertum hoc est in iis ouis, quæ non absoluuntur. nam in nonnullis cartilagineis ouum non absoluitur vtero, sed inhærens descendit ad animalis generationem, in quibus animal perfectum habet suum vmbilicum ex vtero, consumpto iam ouo. constat igitur vel ante meatus oui eodem tendere. fit hoc in mustelorum genere læui cognomine, vt dictum est. Ortus piscium E his rebus, & his de causis differt ab auium. cętera eodem veniunt modo. alterum enim vmbilicum habent similiter, vt aues ad luteum, sic pisces ad totum ouum. non est enim huius pars altera lutea, altera cādida, sed totum est vnicolor, atque ex eo aluntur, consumptoq; pari modo subsidet, & caro circum adnascitur. Talis eorum generatio est, quæ intra se ouum perfectum, foras animal pariunt.

Cur differāt auium, ac piscium generationes.

Quam ob causam piscium oua foras suscipiunt incrementum, Cap. IIII.

CÆteri pisces maxime in parte foras pariunt oua, omnesque imperfecta, præterquam rana, cuius causam iā reddidimus. eorum etiam, qui imperfectum pariunt ouū, causa declarata est. Ortus vero eorum quoq; ouo F prouenīens, eodem agitur modo, quo cartilagineorū, quę intra se pariunt. sed incrementum celere, atque ex paruis: & vltimum oui durius est. Incrementum oui simile vermibus est. animalia enim, quæ vermem pariunt, primo exiguum edunt, quod per se augetur sine vllo annexu. causa similis, vt in farina subacta humore. fit enim massa ex parua magna, parte solidiore humescente, humida spirascente quod in animalibus natura caloris animalis facit, in massa calor permisti humoris. Augentur igitur oua necessario ea causa: habent enim excrementum massale, sed rei melioris gratia, quoniam fieri non potest, vt totum suum incrementum recipiant, propter summam eorum animalium fœcunditatem. hinc enim & parua admodum excernuntur, & celeriter augentur: parua, quòd vterus angustior sit, quam vt tantam ouorum copiam possit capere celeriter, ne dum per generationem mora in augendo protrahitur, genus pe-

A reat, quando vel nunc magna pars editi partus interiit. quamobrem genus piscium prœfecundum est. rependitur enim & conpensatur a natura interitus multitudine. Sunt quorum vterus dehiscat, & disrũpatur, vt quę Acus vocatur, prę magnitudine ouorum. hæc enim pro multis maiusculos habet conceptus. quod enim natura numero ademerat, id magnitudini addidit. Oua piscium foris augeri, & quam ob causam dictum iam est. De Acu.

De ortu cartilagineorum piscium: eosq́, qui pisces omnes esse fœminas putant, non recte sentire. *Cap. V.*

Ed ouum eos etiam pisces parere indicium est, quòd viuipari quoque pisces, vt cartilaginei, primum oua in-
B ter se pariunt. Totum enim piscium genus ouiparum esse certum est. finem tamen nullum recipit ouum eorum piscium, qui sexu maris & fœmine distinguuntur, & per coitum generant, nisi mas suum semen aspergat. Sunt qui omnes pisces fœminas esse opinentur, exceptis cartilagineis, sed non recte. putant enim eos, qui mares habiti sunt, differe a suis fœminis modo plantarum, in quibus altera fructificet, altera non, vt olea & oleaster, ficus & caprificus sic pisces differre inter se volunt, pręter cartilagineos. de iis enim non ambigunt, quanquam similis ratio partium seminaliũ in maribus omnibus, tum cartilaginei, tum ouipari generis est, & semen genitale vtriusq; suo tempore emitti videtur vuluas ẽt fęminæ habent. Atqui nõ mõ ouiparos, sed ẽt cæteros vuluas hẽre oporteret, quamuis diuersas, vt mule habent in genere veterinorũ, si genus totũ sexu fœmineo esset, nec nisi sterilitate nonnullo
C rũ dissideret. nunc vero partim conceptacula habẽt seminis genitalis, partim vuluas. atque in omnibus, excepto rubro & hiatula, hoc discrimen est, vt aut conceptacula seminis prolifici habeant, aut vuluas. Difficultas autem, qua ita opinari mouentur, solui facile potest, cum rem, quæ accidit, audis. nullum enim ex iis, quę coeunt, tã multa parere posse aiunt, idq; recte. quæ enim ex se generant perfectum, vel animal, vel ouum, hæc non ita pariunt multa, vt pisces, qui oua pariunt. nam innumera quædam eorum multitudo ouorum est. sed illud non vident, quam diuersa piscium oua ab auium sint. aues enim, & quadrupedum ouiparæ, & si qua cartilaginea enumerãda sunt in hoc genere, perfectum generant ouum, & quod editum non recipiat incrementum. at pisces imperfecta pariunt oua, quæ foris incrementum iustum recipiant. eodemque modo mollia & crustata, quę quidem & coire plane cernuntur, quoniam eorum coitus diuturnior est. alterum etiam eorum marem esse alterum

Totũ genus pisciũ ouiparum.

vuluam habere certum est. absurdum prętereà est, nisi in omnibus generibus vis hæc habeatur, quomodo in viuiparis est, alterum mas, alterum fœmina. Causa vero ignorantiæ eorum, qui ita censent, quòd differentię, quæ multæ ac variæ in animalium coitu, generationeque sunt, non omnes pateant, sed paucarum quarundam intuitu idem in omnibus esse oportere arbitrentur. quamobrem & qui conceptus fieri aiunt captu seminis genitalis, quòd a fœminis piscibus deuoretur, rem, de qua verba faciunt, non tenent. Tempore enim eodem mares semen genitale, fœminæ oua habent, & quo fœmina proprius ad partum accedit, eo copiosius, & humidius redditur semen genitale in mare, & vt incrementum seminis in mare, oui in fœmina eodem tempore euenit, sic emissio, nec enim fęminæ vniuersum, sed paulatim pariunt: neq; mares semen suum vniuersum emittunt. Atq; hæc omnia ratione ita vsu eueniũt. vt enim in auium genere sunt, quæ sine coitu oua cõcipiant, quãquã pauca & raro, sed per coitum magna ex parte implentur, sic in piscibus euenit, sed minus. AEque tamen vtroque in genere infœcunda sunt, quę sponte constiterunt, nisi mas suum asperserit semen, videlicet in quibus mas quoque est. Auibus igitur, quoniam oua perfecta exeunt, id fiat, cum intus adhuc sunt, necesse est. at piscibus, quóniã imperfecta omnia oua eduntur, quanquam non intus per coitum cõstitit ouum, tamen si extra aspersum est, seruari potest: atq; in hunc vsum consumitur semen marium genitale. quapropter vna cum ouis fœminarum subsidet, atque minuitur. aspergunt enim mares sequendo in iis, quæ subinde eduntur, ouis. ergo in piscibus quoque sexus discrimen maris ac fœminę est, omnesque coeunt, nisi sexus alicui generi sit indiscretus. & sine maris genitura nihil ex iis potest generari. Facit enim celeritas coitus piscium, vt eius opinionis authores decipiantur. tanta enim celeritate rem veneream peragunt, vt etiam piscatores complures lateant. nemo enim eorum aliquid tale cognitionis gratia obseruat. veruntamen coitus visus est. eodem enim modo, quo delphini, pisces etiam coeunt, ammouendo supina per lapsum, quibus impedimento cauda. sed delphinorum abiunctio diuturnior est: piscium vero huiuscemodi celerrima est. Itaque cum eam non cernant, captu siue voratu seminis, & ouorum, quem exploratum habent, mouentur vel piscatores, vt stultam illam, & vulgarem rationem de conceptione piscium afferant, quam & fabulator Herodotus scribit, quasi seminis deuoratu pisces impleantur. Nec vident id fieri non posse. meatus enim, qui per os intro tendit, in ventriculum fertur, non in vuluam. quodq; ventriculum subierit alimentum id effici necesse est. concoquitur enim. Vuluæ autem plenæ ouorum cernuntur, quę vnde quæso subierint?

A

Contra eos, qui coruos et ibin ore coire, mustelam autem ore parere, hyemam duplex genitale habere, trochum uero seipsum inire opinati sunt. Cap. VI.



Imilis error in generatione quoq; auium euenit. Sunt enim qui coruos, & ibin ore coire opinentur: inter quadrupedes etiam mustelam ore parere. Hæc enim & Anaxagoras & alii quidam Naturales authores scribunt simpliciter valde, & inconsyderate, qui in auium genere ratiocinatione illa falluntur, quòd raro coruorum coitus cernatur, rostrorum coniunctio sæpenumero, quæ omnibus id genus auibus solita est. quod in monedulis, quas mansues alimus, planum est. genus etiam columbinum hoc idem facit. verum hæc, quoniam

B coire quoque visuntur, ea fama caruerunt. Coruinum genus libidinosum non est, quippe quòd parum fœcundum sit. coire tamen id quoque visum est. sed enim non cogitasse, quemadmodum semen ad vuluam deueniat per ventriculum, qui semper quod ingestum est, concoquat, vt patet in cibo perficiendo, absurdum omnino est. vuluas autem id quoque auium genus, & oua habere cernitur iuxta septum. Mustelam etiam modo cæterarum quadrupedum vuluã habere certum est. ex qua quonam pacto fœtus ad os deueniat? sed quia mustela paruos admodum parit, vt & cęteræ fidipedes, de quibus postea dicemus, & sæpe catulos suos ore susceptos transfert, fecit vt ita opinarentur. Quinetiã de trocho, & hyena stulte, magnoq; errore narratur. hyenam enim complures aiunt, trochum Herodotus Heracleota scribit duplex habere, maris ac fœminæ, & trochum seipsum inire. hyenam inire & iniri annis alternis. Sed visa est hyæna mas, & altera fœmina sui discrimine genitalis. locis enim nonnullis

C penuria huius conspectus non est. verum hyenæ tam mares quam fœminæ habent sub cauda lineam quandam similem genitali fœminino. quæ quidem nota quamuis communis sit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares quã fœminæ magis capiuntur. Itaq; qui rẽ parũ diligẽter cõsyderãt, in hanc aberrant opinionẽ. sed de his satis.

Quare cartilaginei pisces mares semen spargere non uisuntur, nec fœminæ suos conceptus. Cap. VII.

E piscium generatione quæres, quam ob causam cartilagineorum, nec fœminæ suos conceptus, neque mares suum semen spargere visuntur, cum generis non vipari & fœminę oua, & mares semen spargere soleant. Causa vero est, ꝙ genus cartilagineum semine minime abundat. vluas etiam fœminæ ad septum positas continent, æque

enim mares a maribus, & fœminæ a fœminis differunt. sunt enim cartilaginei minus copiosi genitura. At vero mas ouipari generis, vt fœmina oua præ multitudine reponit, sic ipse spargit. plus enim seminis habet, quam satis ad coitum sit. tendit enim natura potius absumere semen id ad augenda oua reposita, quam ad primam constitutionem. nam vt & ante, & modo diximus, oua auium intus perficiuntur, piscium extra similis enim quodammodo generatio atq; in vermiparis est, quanquam imperfectiorem edunt conceptum, quæ vermem pariunt. sed vtrisq; tam auium quàm piscium ouis perfectionem mas adhibet. verùm auium intus, cum intus perficiantur: piscium extra, cum hæc imperfecta edantur. nam alias idē vtrisq; cōtingit. Auiū igitur subuentanea fœcūda redduntur, & quæ concepta maris diuersi coitu sunt, naturam in eum, qui post coierit, mutant. propria etiam, quæ incremento carent, cum coitus intermissus est, celeriter accrescunt, cum repetitur coitus: non tamen quouis tempore, sed si prius, quam albumen secerni incipiat. At piscium ouis nihil tale præscriptum est. sed vt seruentur, quamprimū mares aspergunt. cuius rei causa est, quòd hæc bicolora non sunt. hinc enim tempus his tale statū non est. At in auiū genere ratione sic euenit. cū enim luteum & candidum distincta inter se sunt, principium iam habetur, quod proficiscitur a mare. istuc enim mas confert. Subuentanea igitur recipiunt generationem, quoad fieri potest. perfici nanque ad animalis vsque fœcunditatem impossibile est. sensibus enim opus est. At vegetalem animæ virtutem obtinent & fœminæ, & omnia, quæ viuunt, vt sępius dictum est. quamobrem hoc ouum vt plantæ conceptus perfectus est; vt animalis imperfectus. Quod si mas in eorum genere deesset, idem sane fieret, quod in piscium genere, si tale genus in iis est, qđ sine mare progeneret. Dixi de his ante nondum exploratum haberi satis. nunc vero in omni auium genere, alterum mas, alterum fœmina est, itaq; fit, vt qua planta est, perficiat, quòd nō mutetur a coitu: qua non planta, nō perficiat, nec aliud quicquam proueniat ex eo, quod genuit. neque enim vt plantæ simpliciter, neq; vt animalis per coitum prouentus est. Quæ autem oua coitu concepta, discreta iam sunt in albuminis portionem, hæc pro eo, qui primum coiuerit, mare euadunt. iam enim vtrunque principium obtinent.

De partu mollium animantium, & ortu locustarum. Cap. VIII.

Ollium etiam partus similis est, vt sepiæ, cæterorumq; id genus, atque etiam crustatorum, vt locustæ, & reliquorum generis eiusdem. pariunt enim ea quoque per coitum. & quidem sæpe mas coiunctus cum fœmina visus est. Quamobrem hinc etiam historice nequa

A quam dicere illi videntur, qui pisces omnes fœminas esse autumant, nec per coitum parere. hæc enim oriri per coitum arbitrari, illa nō, mirū est. aut si hæc ita parere illos latuit, indiciū imperitiæ est. Diutius hæc, quam cætera coeunt more insectorum, ratione. sunt enim exanguia, & ob eam rem frigida natura. Sepiis, & lolliginibus oua gemina apparent. quoniam vulua earum ita articulata est, vt bifida cernatur. At polyporum ouum simplex est. causa est formaeorū vteri, quæ specie rotunda conglobataq; est. fissio enim eius iam repleri incerta est. Locustarum etiam vlua bifurcis est. conceptum hæc quoq; omnia imperfectum eadem de causa edunt. Locustacei generis fœminæ apud se partim exponunt. quamobrem ampliores ipsæ, quam mares habent tabellas, vt oua seruentur mollia foris reponunt. Fœminis huius generis mares aspergunt, quomodo ouis mares in genere piscium: reduntur que oua eorum glutino cohærentia ad B speciem vuæ. At locustaceis tale quid fieri nec visum est, neque ratione exigitur. conceptus enim eorum sub fœmina continetur, & crusta intectus est. Incrementum tam eorum quam molium oua foris recipiunt, sicut piscium. Adhæret ouo sæpia nascens, parte sui priore. hac enim tantum potest adhærere, cum hæc vna partem posteriorē & priorem eodem habeat. quænam situs dispositio sit eius cum oritur petendum ex Historiis est. De ortu cæterorum animalium, tum pedestrium, tum volatilium, tum etiam natatilium diximus.

De ouis piscium.

Piscium autem, vt diximus, duplex est species. Sunt enim qui ouum gerunt A VER. imperfectum, quod exterius perficitur. cuius rei causa est, quia huiusmodi genus piscium est multiparum, & tale ouum non potest perfici in vtero, ob facilem eius exitum ab eo. est enim locus vuluę inferior, & est paruū ouū. Secunda autem species est, quę perfecta oua parit intra se, mox animal foras edit. nam quando ouum declinat ad partem inferiorem vuluę, perficitur pullus. Et sic reperitur in omnibus generibus cartilagineorum, excepto vno, quod Rana nuncupatur. hęc enim foras ouum perfectum parit. causa est natura corpo C ris eius. caput enim grandius habet, reliquo corpore ad duplum: illudq; valde asperum existit. quamobrem nequaquam habebit iuxta magnitudinem capitis latitudinem loci, tanto magis ꝙ exeat ab eo, propter eius magnitudinē, & eius asperitatem. Est quoq; ouū huius animalis durum, potens seruari foris. cęterorū verò huius generis oua sunt mollia, quę non possunt foras seruari, si ex vtero decedant oua. Ortus aūt pulli, qui ex ouo huiusmodi fit, videlicet ꝙ egreditur aīal, & ex ouo perfecto, est idem specie, diuersus tamē paucis differentijs. omnia enim vtero adhęrent, habentq; vmbilicum, quo nutritur pullus. Sed non est colore diuersum id, ex quo nutritur, & id, ex quo generatur, qd est oppositum, in ouo perfecto. cuius rei causa est paucitas caloris eius. Neque habet vmbilicum productū, ad secundas definentem, quę sub membrana obuoluente ouum positę sunt. Cuius rei causa est, quia hoc ouum non habet testam, quia non pōt esse vtilis ei, cum non cadat extra vterum. Vterus igitur supplet vices ipsius corticis. Tum generatio pulli huius speciei ouorum fit ex parte extrema oui, quę vtero non adhęret. Sed aues ex cacumine oui oriuntur, ea scilicet parte, qua vtero adhęrēt, quę videlicet est acuta pars oui, quę, vt diximus, causa ē, quia huiusmodi ouum non separatur ab vtero, sed auium ouum separatur ab eo. necesse enim est calidiorem esse locum generationis, qui cōseruat ipsum a frigiditate obuiāte. His ergo differentijs discrepant oua auium, et oua huius speciei piscium. De pro

prietate autem secundę speciei piscium, quę ouum parit imperfectum. ob causam, quam narrauimus, est ꝙ augetur foris de se, crescitque celeriter. habet .n. incrementum simile vermibus, quos animalia pariũt, & *cartilaginea, Capit autem incrementum foris: quia natura caloris animati in hoc ouo existentis est similis naturę fermenti: quod quidē de se augetur sine vllo annexu alicuius rei extrinsecę. potest.n. vna & eadem materia recipere paruum augmentum, aut magnum, iuxta excessum, & apparentiam naturę elementi proprij illi quantitati. mutata enim aliqua re ad partes aereas, & prope naturam aeris, augetur eius corpus. & si naturę aquę, & terrę propinquior fuerit, habebit corpus exiguum. quod iam alibi declaratum fuit. Huius autem incrementi duę sunt causę. vna quidem ex necessitate materię: nam cum tanta multitudine non potest perfici incrementum in vtero. alia est melioris rei gratia, vt scilicet custodiatur a lęsionibus & corruptionibus velociter euenientibus sibi. Et oua piscium sunt multa, custodię gratia. natura enim propter id, quod cōtingit eis de corruptione extra, fuit solers in multiplicando ipsa, & accelerare eorum incrementum, vt sic species perduret: aliter autem species corrumperetur. Sunt tamen quędam genera piscium, quorum vterus dehiscit, & disrumpitur antequam emittat oua, prę multitudine ouorum, vt quę Acus vocatur. natura etiam pręstat multitudinem vice magnitudinis corporis eius. Et hęc est causa, ob quam augetur hoc ouum citissime, necessitasque id cogit. Nullam tamen perfectionem recipit ouum horum generum, quę sexu maris & foeminę distinguntur, nisi mas super ouum se extēdat, suumq; semen aspergat super ipsum. & huiusmodi ouum est simile subuentaneo, antequā mas proijciat suum semen super ipsum, a quo, s. non generatur piscis. hinc est ꝙ semen maris huius generis est multum. B

* a,l, insecta

Contra dicētes omnes pisces esse foeminas.

Dicit autem Aristoteles, ꝙ sunt aliqui homines, qui putant omnes pisces esse foeminas, excepto genere cartilagineorum, quod intra se ouum parit, & animal in lucem edit. Putant enim mares aliorum generum piscium differre a suis foeminis, modo plantarū, in quibus altera fructifera est, altera non, vt olea & oleaster, & ficus, & caprificus. Fuerūt aūt ducti ad huiusmodi opinionem, quia putabant fore impossibile multos generari conceptus ex vno coitu: quod quidem est erroneum. Nam manifestū est ꝙ omni generi piscīū, inest mas, & foemina. videntur enim in foemina vuluę distinctę, exceptis duobus generibus habentibus proprium nomen in lingua gręca, scilicet excepto rubro, & hiatula. Pauca tamē est similitudo inter oua piscīū, & auium: differunt enim piscium oua ab ouis auiū, & a quadrupede animali. Dixit, & causa ignorantię eorum, & erroris circa huiusmodi res fuit, quia habuerunt minimam cognitionem circa modos discriminis maris, & foeminę, coitusque illorum & diuersitatis ipsorum in multitudine & paucitate, celeritate & tarditate, atque tempore, & ideo fuerunt imaginati ꝙ aliqua genera non coeunt. E

Coruos ore nō coire, nec deuoratu feminis impleri.

Aliqui etiam eorum sunt opinati, ꝙ corui ore coeunt. Alij vero putant deuoratu feminis impleri, qđ quidem est falsum, cum id, quod ad ventriculum proficiscitur, non in vuluam feratur. credunt autem id de quibusdam coruis, quia raro coeunt, & sunt de genere se vicissim osculante. Putarunt quoque mustellam neque marem, neque foeminam habere, quia paruos admodum parit catulos, quos transfert de loco ad locum: & ideo est occultus eius conceptus. Sed certum est foeminam ipsarum vuluam habere modo cęterarum foeminarum. Nonnulli etiā antiquorū putant Hyenā habere genitale masculinū, & foemininum, seipsamq; inire vno anno, alio vero iniri. De hyena tamen ideo contigit eos errare: quia habet sub cauda lineā similem genitali foemineo indifferēter, tam in mare, quam in foemina in maribus tamē potius inuersam: quę fuit causa eorum erroris in hoc. Et ille vir, qui hoc opinatur de hyena, debet opinari de quadam alia specie nota in lingua gręca seipsam inire. Dicunt enim huiusmodi genus notum apud linguam Gręcam habere vtrunque sexum, s. masculinum, & foemininum, idest trochum: quod totum est falsum, & erroneū valde, cum natura nihil agat frustra.

De cartilagineis.

Cartilagineum vero genus parum abundat semine & ouis: & ideo non videtur eius genitura nisi raro, Et in summa est dubium apud Aristo, de illis duobus

D A generibus piscium prędictis, vtrum habeant marem & fœminam, vel ne: cum nō sit impossibile dari aliquā speciem animalium habentem vtranque potentiā simul, vt in plantis: cuius possibilitatis indiciū habetur ex ouis subuentaneis, in quibus virtus nutritiua est ex fœmina. deficit tamen virtus vitalis, verumtamē nequaquam potest haberi veritas huius rei nisi eximia inquisitione. Oua autem subuentanea similantur partim animalibus, partim plantis. animalibus quidem, quia mare indigent: plantis vero, quia non indigent mare pro virtute nutritiua. quod est oppositum in animali, quod intra se animal parit. Hęc igitur est res, quę de ouis pisciū habetur. sunt tamen aliqui pisces, qui sponte generantur.

Molle vero nominatum genus locustarum oua emittit per coitum. Eius enim mares iam cum fœminis coniuncti visuntur. & quia hoc animal est exangue, ideo frigidū natura. Species vero nominata Loligo parit bina oua. Polyporū vero genus, vnum tantum. causa est figura corporis eorū, quę sphęre similis est. et omnia hęc genera oua edunt imperfecta, vt oua piscium. Secundum etiā genus horū exanguiū oua parit imperfecta, & mas, & fœmina in eis non latet. masque ipsorum facit, vt mas piscium, qui oua imperfecta edit, videlicet ꝙ ad oua se prosternit, super quę semen aspergit, adhęret, atq; conuoluitur circa id, quod contigit: quod in mollibus non est visum. mares tamen ipsorū solliciti sunt de ouis, eaq; tantum custodiūt. Oua vero huius generis sub fœmina oriuntur, quę est B durissimę cutis. Iam ergo diximus de omnibus cōceptibus animaliū ouiparorū, scilicet sanguineorum, vt auium tum pedestrium, tum natatilium, de ortuq; exāguium, vt locustarum, & mollium, quia sunt ouipara. Restat igitur animalium crustatorum, atque testaceorum, & exanguium de ortu differere. De mollib'.

De triplici insectorum generatione. Cap. IX.

E insectis, atq; crustatis huc loco dicendum est via & ratione, qua cœpimus. at primum de insectis. Hęc partim coitu, partim spōte oriri dictum iam est. item vermiculum ea parere, & quam ob causam ita pariunt. genus hoc enim omne fere vermiculum quodammodo parere videtur. conceptus enim, qui imperfectior est, talis est. In omnibus autem vel iis, quæ perfectum pariunt ouum, conceptus primus indiscretus adhuc recipit incrementum: qualis natura etiam vermis est. mox alia conceptum suū ouo perfecto edunt, alia imper-
C fecto, quod extra perficiantur, vt sæpe de piscibus dictum est. Quæ vero intræ se pariunt animal, iis quodammodo post primum conceptum ouiforme quiddam efficitur. humor enim in membrana tenui continetur, perinde quasi oui testam detraxeris. quamobrem deprauationes conceptuum, quæ per id temporis accidunt, fluxus vocant. Sed insecta & vermem generant, quæ vim obtinent generandi, & quæ non per coitum, sed sponte naturæ oriuntur, ex iali origine consistunt. nam & erucas genus esse vermis censendum est, & fœtum araneorum, quanquam propter figuræ orbiculatam speciem similia ouo, tum eorum nonnulla, tum alia compiura primordia esse videantur. Verum non figura, nec mollitie, aut duritie ouum definiendum est. sunt enim conceptus nonnullorum duri, quamuis ouo diuersi, sed quòd totum mutetur, nec ex parte eius animal gignatur, id vermis est. Omne autē hoc vermiculi genus, vbi suæ ma-

gnitudinis finem receperit, quasi ouum efficitur. indurescit enim putamen eorum,& tantisper immota redduntur, quod in vermiculis apum, & vesparum, atq; etiam in erucis apertum est. Cuius rei causa est, quòd natura præ sua imperfectione, quasi maturãs antequã tempestiuum sit, ouum pariat, tanquam hic vermis ad incrementum oui mollis adhuc pergat. Hoc eodem modo in cęteris quoque euenit omnibus, quę non coitu oriuntur, vel in lanis, vel aliis huiuscemodi, atq; etiam in aquis, omnia enim post vermis natuiam motu cessant & putamine obarescunt, mox rupto putamine exit, veluti ex ouo animal, tertia perfectũ generatione, iuq; pennatum magna ex parte. Ratione illud etiam euenit, quod iure multi admirentur. Erucæ enim, cum primo capiant cibum, mox non capiũt, sed motu cessant, quę per id tẽpus aurelię a nõnullis vocãtur. Vesparũ etiam vermiculis,& apum idem accidit. post deindeque nymphæ appellantur, proueniunt, quæ nihil huiscemodi habeant. Ouorum enim natura adepta suum finem, non insuper accrescit, sed ante augetur & alitur, donec distinguatur,& fiat ouum perfectum. Vermium autem alii hoc intra se habent, vnde excrementum ipsis nutriendis accedat, vt vermes apum, & vesparum: alii deforis capiunt, vt erucæ, & cæterorum nonnulli vermium. Sed quamobrem triplicem generationem hæc sortiantur, & qua de causa ex motis immota reddantur, explicatum est. Oriuntur eorum alia per coitum more auium & viuiparorum,& piscium partis plurimæ: alia sponte modo nonnullarum plantarum.

De triplici insectorum generatione.

AVER. INcipiamus primo a genere insectorum; ex quibus aliquod coitu oritur, aliud vero sponte. quod autem coitu id vermiculum parit, & multę species, quę sponte oriuntur a vermibus generantur,& vermis sponte oritur. Sed ille vermis, ex quo talis species oritur, siue ex coitu, siue sponte, similatur vermi, non tamen vermi viuo, quia non mouetur. Est enim ouum, cuius figura est vermicularis,& crescit foris veluti ouum imperfectum: & quando augetur habet figurã oui, nisi q crusta non est dura:& ideo est in principio ouum imperfectum, mox perficitur, deinde fit pullus. Huius igitur generis triplex est species generationis, scilicet in principio est vermis, postea ouum, postremo animal: quod fit in habentibus debiliorem naturam huius animalis. Et ex his vermibus aliqui capiunt nutrimentum primo de foris, in fine vero minime id recipiunt, remanentq; immobiles. alij vero intus habent, quo nutriantur. excrementum etiam alimenti exterius proijciunt. Horum vero generum aliqua sponte oriuntur, alia vero per coitum, quemadmodum in plantis hę duę res reperiuntur.

De generatione, & ortu apum. *Cap.* X.

APum generatio magnam recipit ambiguitatem & quæstionem. cum enim in genere piscium talis quædam sit generatio nonnullorum, vt sine coitu generent, hoc idem in apibus etiam euenire videtur, quoad sensus ratioque apparens admoneat. aut enim aliunde por-

A tare fœtum eas necesse est, vt quidam volunt, eumque vel sponte nascentem, vel ab aliquo animali editum: aut ipsas generare: aut partim portare, partim generare: nam id quoque aliqui dicunt, fucorumq; fœtum tantum portari opinantur. Item generare eas aut per coitum, aut sine coitu: & per coitum generare, aut singula genera per se, aut quodlibet vnum cætera, aut aliud cum alio iunctũ. verbi gratia, apes ex apibus coeuntibus inter se gigni, fucos ex fucis, reges ex regibus: aut cætera omnia ex vno, vt ex iis, qui reges ac duces vocantur, aut ex fucis, & apibus. sunt enim qui fucos mares esse, apes fœminas arbitrentur. alii contra, apes mares esse, fucos fœminas opinantur. Quæ omnia impoſsibilia sunt ratiocinanti, partim ex iis, quę apibus priuatim eueniãt, partim ex iis, quę cũ cæteris sint aĩalibus cõmuniora. Nam, si non ipsæ pariunt, sed aliunde portant fœturã, oriri apes oportet ẽt sine vlla opera apum, scilicet eo loco, de quo semen portetur. cur enim translato semine oriantur, manente suo loco non B oriantur? prorsus oriri nihilominus conuenit, siue sponte in floribus semen id nascitur, siue ab aliquo editur animali quanquam non apes, sed illud animal gigni oportebit, quod semen generet. Ad hæc mel portari ab apibus rationis est: cibus est enim. at fœtum alienigenam deferre absurde crediderís. nam, cuius rei gratia queso? quando omnis labor, qui prolis causa suscipitur, in ea, quæ propria esse videtur, prole versatur. Nec vero apes fœminas esse, fucos mares ratio patitur. arma enim ad pugnam, viresque exercendas nulli fœminæ a natura tribuuntur. sunt autem fuci inermes: carent enim aculeo. apes omnes aculeo armantur. Nec contradici ratione probabili potest apes esse mares, fucos fœminas. mas enim nullus solet in prole elaborare. quod apes faciunt omnino, cum fœtus fucorum gigni videatur, etiam cum nullus est fucus, apum autem non gigni sine regibus. & quidem ob eam rem fœtum fucorum tantum portari aliqui putant. Constat non per coitum gigni vel ex alterutro genere C secum coeunte, vel ex apibus & fucis. portari etiam fœtum fucorum tantum cum impoſsibile sit ob ea, quæ modo diximus, tum ratio aspernatur, vt in genere toto earum talis affectio non eueniat. Quinetiam fieri non potest, vt ipsæ apes partim mares, partim fœminæ sint. in omnibus enim generibus mas a fœmina differt. generarẽt etiam se ipsæ. at nullus earum cernitur fœtus, nisi duces aſsint, vt aiunt. Commune autem argumentum tam ad agendam vicisſim generationem, quam fuci efficiant, & siue seorsum, siue promiscue agi dicitur, quòd nullum eorum coire vnquam visum est. at sæpenumero eueniret, vt coitus cernetur, si alterum mas, alterum fœmina in iis esset. Reliquum est, vt, si per coitum oriantur, reges coeuntes inter se generent. at fuci oriri visuntur, etiam cum nulli sunt duces, quorum fœtum nec portare, neque parere apes suo coitu poſſunt. Relinquitur itaque, vt quod in piscibus euenire videmus, apes sine coitu fu

tros generent, & fœminæ sint, qua generant ratione:sed habeant intra se vt plantæ sexum maris & fœminæ. quamobrem iis datum est instrumentum ad pugnam, nec fœmina appellandum est, in quo mas distinctus non est. quod si in fucis id euenire videtur, ortusq; eorum existit sine coitu, iam & apibus & regibus eandem seruari rationem necesse est, vt sine coitu procreentur. Cæterum, si sine regibus gigni fœtus apum videretur, apes etiam sine coitu ex se generari necesse esset. sed, cum hoc negent, qui in eorum animalium cura versantur, relinquitur vt reges & se generent & apes. Itaque cum singulari quadam peculiarique natura genus sit apum, ortus quoque earum peculiaris merito esse percipitur. nam vt apes sine coitu generent, minus proprium est, cum idem vel in aliis eueniat animalibus, ne idem procreent genus, proprium est. rubri enim generant rubros, & hiatulæ hiatulas. causa est, quòd ipsæ generantur, non vt muscæ, & reliqua id genus animalia, sed ex diuerso, tamen cognato genere prodeunt. ex ducibus enim oriuntur. quamobrem proportio quodammodo in eorum generatione seruatur. duces enim magnitudine fucis, aculeo apibus similes sunt. Apes igitur aculeo regibus assimilantur: fuci magnitudine. aliquid enim discriminis inesse necesse est, nisi semper genus ex quouis idem gigni necesse sit. quod impossibile est. ita enim genus totum duces essent. Apes itaque viribus, & pariendi facultate similes ducibus sunt: fuci magnitudine æmulantur. quòd si aculeum quoque haberent, duces vtique essent. Sed nunc id ipsum ex proposita quæstione restat, & solutum iam est. quæ enim superius dicta sunt, totam hanc soluunt quæstionem. duces enim iidem similes sunt generi vtriq;. qua.n. aculeum generunt, apibus: qua magnitudine præstant, fucis assimilantur. sed duces etiã ipsos ex aliquo gigni necesse est. itaque cum nec ex apibus, neque ex fucis creentur, ipsos se etiam generare necesse est. Cellulæ eorum nouissima construuntur, nec multæ numero. itaque euenit vt duces generent & seipsos, & aliud genus, quod apum est. apes aliud generent, id est fucos. ipsi vero fuci non insuper generent, sed hoc ipsi priuentur. cum enim semper quod secundum naturam est, ordinem habeat, ideo fucos ea quoque facultate priuari vt aliud generent, necesse est. Et quidem ita hoc euenire vidamus. ipsi enim generantur, nihil vero aliud generant, sed in ternario numero finem generatio recipit. atque adeo bene institutum est a natura, vt semper hæc genera seruentur, & nullum deficiat, quanquam non omnia generent. Ratione illud etiam euenit, vt annis prosperis copia mellis proueniat, & fucorũ: imbribus vero cerebris fœtus omnino superet. humor enim facit plus excrementi in corporibus ducum: anni vero temperies facit hoc idem in apibus. cum enim corpore sint minore, temperiem magis desyderant. Recte etiam reges intus manent immunes omni negocio necessario, quasi nati ad sobolis procreatio-

Nota de ordine.

A nem. magnitudine item præstãt, quasi ad prolem generãdam corpus eorum sit institutum, conuenit & fucos ociosos inertesque esse, cum nulla habeant arma, quibus de cibo possint dimicare. cũq; pigritiã tarditateq; corporis degenerẽt apes, mediũ inter reges & fucos tenẽt. ita enim vtiles ad negocia, officiosęq; operarię esse possunt, vtq; & filios alant, & parẽtes quin & sequi suos reges, vt faciunt, cõsentaneum est rationi, qua generationem apum a regibus proficisci statuimus. nam, si tale quid esset, ratione carerent ea, quæ aguntur in earum imperio. atque etiam regibus concedere nihil laboris suscipere, vt parẽtibus: fucos vero castigare vt filios. iustius enim filii castigãtur, & quorum negocium nullum est. Apes autem multas a ducibus ipsis paucis generari simile videtur leonum generationi: qui cum primum quinq; numero generint, mox pauciores generant, postremoque vnum, tum deinde nullum. nam & apum duces primum multitudinem generant, mox sese paucos, atque illarum fœtum mino-
B rem, suum vero auctiorem. quòd enim eorum numero natura ademerat, id magnitudini addidit. Generatio apum ita se habere videtur, tum ratione, tum etiam iis, quæ in earum genere euenire visuntur. non tamen satis adhuc explorata quæ eueniant, habemus. quòd si quando satis cognita habebuntur, tunc sensui magis erit, quam rationi credendum. Rationi etiam fides adhibenda est: si quæ demonstrantur, conueniunt cum iis, quæ sensu percipiuntur, rebus. Apes sine coitu generare argumento illud etiam est, quòd fœtus exiguus admodum in cellulis faui cernitur, cum in secta, quę per cõitũ oriuntur, coeãt diu, pariãt breui, magnitudine ad speciẽ vermis. Quod ad generationẽ cugnatorũ iis animalium pertinet, vt crabronũ, vesparumq;, similis quodãmodo ratio est: sed defuit his locuples naturę dotatio merito. nihil. n. vt apũ genus, habẽt diuinitatis. generãt quippe matrices vocatæ, primosq; fauos confingunt, generatione vero coeundo inter se funguntur. visus est enim sæpe eorum coitus. sed
C quotnam differentiis hæc genera aut inter se dissideant, aut cum apibus, petendum est ex iis, quæ per Historias explicauimus. Atque de generatione insectorum omnium dictum iam est.

Sensus quandoq; magis credimus.

De crabronũ ac vesparũ generatione.

Nota.

De generatione, & ortu testatorum animantium, quomodoq; nonnulla plantarum generationi contigua sint: deq; testatorum incremento. Cap. XI.



Sequutur vt de testatis disseramus. Generatio eorũ quoque partim similis, partim dissimilis cæteris est. idque euenit ratione. quippe cum animalium comparatione plantis, plantarum animalibus assimilentur, ita, vt semine hi gni quodãmodo velut animalia videantur: vt alio mõ nõ semine, & tũ spõte, tũ ex se: aut alia spõte, alia ex se oriri.

Testatorum aĩaliũ cũ plãtis similitudo, ac dissimilitudo.

Alalium ac plantarũ cũ clemẽtis con uenietia, ac eorũ in ipsis generatio.

Sed quoniam naturam, proportione plantis respondentem hoc genus habeat, hinc testa intectum, aut nullum in terra gignitur, aut paruum: quale genus limacum est, & si quid eiusmodi aliud sit, sed rarum. at in mari, similiq; humore multa & varia gignuntur. Genus plantarum contra, mari locisq; huiuscemodi parum, & nullum fere. in terra autem hæc omnia oriuntur. habent enim naturam proportionalem atque disiunctam. Sed quanto vitalius humidum quam siccum, & aqua quam terra est, tanto natura testatorum, quam plantarum viuacior est. nam alias eo quidem spectant, vt sicut plantæ ad terram, sic testata ad humorẽ se habeant, quasi plantæ ostrea terrena, ostrea plantæ aquatiles sint. Hinc etiam fit, vt multiformiora sint, quæ in humore gignuntur, quam quæ in terra. humor enim naturam habet ad effingendum affotmandumque habiliorem, quam terra. nec multo minus corpulentam eam, quæ potissimum in mari habentur. humor enim potulentus dulcis quidem, alumnusque est. sed tum minus corpulentus, tum frigidus est quamobrem quæ sanguine carent, nec natura calida sunt, ea nasci in lacu non possunt. minus etiam in salsis aquis, quæ sint potulentiores, gignuntur, vt testata, vt mollia, vt crustata. hæc enim omnia sanguine vacant, & natura frigida sunt. sed stagnis marinis, & iuxta amnium ostia gigni solent. quærunt. n. vna temporem & alimẽtum. mare autem humidum, multoque corpulentius aqua potulenta est, atque etiam sua natura calidum est, vt particeps omnium partium sit, videlicet humoris aeris, terræ. itaq; omnia adipiscuntur, quæ singulis his locis gignuntur. plãtas enim terræ incolas quispiam esse statuerit, aquæ aquatile animalium genus, aeris pedestre. sed quod magis, minus ue, & remotius, aut proprius res constet, magna miraque differentia existit.

Andẽ ignis simplex.

Quartum genus non his locis quærendum est, quãquam aliquid esse exigit ordine ignis. id enim quartum corpus enumeratur. verum ignis semper formam non propriã habere videt, sed in alio corpore. aut enim aer aut fumus aut terra esse videtur quod ignitum est. sed enim genus hoc apud Lunam quærendum est. hęc. n. quartam illam distantiam adipisci videtur sed de his alias. Natura testati generis cõsistit partim spõte, partim aliqua ab ipsis emissa facultate: quanquam sæpenumero ea quoque spontina oriantur constitutione. Sed generationes plantarum accepisse hoc loco congruit. oriuntur enim eatum aliæ semine, aliæ auulsione. nonullæ etiam sobole, vt cæpe. Hoc igitur tertio modo mituli gignuntur. quippe qui minores subinde iuxta principium adnascuntur. Buccina & purpuræ, & quæ fauare dicuntur, quasi a seminali natura humores quosdã mucosos emittunt. semen vero nullum esse eorum putandum est, sed quo diximus modo, plantis assimilantur. quamobrem larga eorum copia prouenit, cum primum constiterit aliquid. hæc enim omnia vel spõte vt oriantur, euenit. itaq; ratione tũc magis, cum origo pręcesserit, consi

Plantarũ generatio varia.

Testatorũ varia generatio.

A ſtunt.aliquid enim excrementi ſingulis proficiſci credendum meri-
to eſt ab eo principio, cui ſoboles quæq; ad naſcitur.Sed, cum ſimi-
lem habeant facultatem cibus,excrementumq; cibi,fauantiũ ſubſtã
tiam ſimilem eſſe conſtitutioni primę conſentaneũ eſt, quapropter
excremento hoc gigni probabile eſt. Quæ autem vel ſobolem
nullam procreant, vel non fauant,eorum omnium ortus ſpontinus
eſt.Omnia vero,quæ hoc modo conſiſtunt,aut in terra, aut in aqua cum putredine gigni viſuntur, & imbre admiſſo.cum enim dulce in-principium conſtituendum ſecernitur, quod ſupereſt talem accipit formam.nihil autem gignitur putreſcens,ſed concoctum.putredo vero & putridum excrementum rei concoctæ eſt. nihil enim ex toto efficitur,quomodo neque in iis,quæ ab arte conduntur. nam niſi ita eſſet,facere non requiretur. ſed quantum inutile eſt,id aut a natura, aut ab arte detrahitur. Generantur autem in terra humoreq; animalia & plantæ,quoniam humor in terra,ſpiritus in humore,calor animalis in vniuerſo ineſt, ita vt quodammodo plena ſint animæ omnia.

Quo pacto fiãt q̃ ex putredine generantur.

B Quamobrem conſiſtunt celeriter, cum calor ille comprehenſus ſiue exceptus eſt. comprehenditur autem, & humoribus corporeis incaleſcentibus efficitur velut bulla ſpumoſa. ſed differentia nobilioris ignobilioris ue generis conſtituendi in comprehenſione principii animalis eſt. huius autem rei cauſam & loca habent, & corpus quod comprehenditur. In mari vero multum portionis terrenæ eſt. quocirca ex tali cõcretione natura teſtati generis oritur,ita vt pars terrena circiter dureſcat, cogaturq; eodem modo quo oſſa, & cornua (ſunt enim hæc illiquabilia igne) corpus intus contineatur,quod vitam obtinet. vnum ex his genus coclearum coire perſpectum eſt. ſed an ortus earum per coitum ſit,nec ne, nondum exploratum ſatis habetur. Sed enim quæret quiſpiam recte, quidnam in his ſit,quod ſecundum materiale principium conſiſtat: nam in fœminis excre cremento quoddam animalis hoc eſt,quod principium genitale a

Aię quodã modo omnia plena.

Dubium,quod pricipiũ materiale, et quod genitale teſtaceis.

C mare profectum mouens potentia tale, quale id eſt, de quo venit, animal efficit.At in his,quid nam hoc eſſe dicendum ſit,& vnde, & quod principium genitale ſecundum marem? Ponendum igitur in in animalibus generantibus calorem in animali contentum, ſecernendo ex cibo ingeſto,& concoquendo facere excrementum, quod cõceptus principiũ ſit.nec ſecus in plantis, niſi quod in iis,& quibuſdam animalibus nihilo maris principium deſyderatur.habent enim hoc intra ſe miſtum. at plurimorum animalium excrementum illo principio eget.alimentum autem aliis aqua, aliis terra, aliis quod ex iis conſtet. Itaque quod calor in animalibus contentus ex alimento efficit, hoc temporis calor in aere ambiẽte contentus,ex mari aut terra contemit concoquens atq; conſtituit.quod autem comprehenditur exceptum in ſpiritu animali, id conceptum facit, motumque imponit.Conſtitutio igitur plantarum,quæ ſponte oriuntur, ſimilis

Solutio.

est. quadam enim ex parte contrahitur, & alterum eius partis principium genitale, alterum alimentum fit primum iis, quæ oriuntur. At vero animalia quædam verme nascuntur, tum exanguia, quæ nō ab animalibus gignuntur, tū etiam sanguinea, vt mugilum genus quoddam, & aliorum fluuiatilium piscium. ad hæc auguillarum genus. hæc enim omnia quamuis naturam parum sanguineam habeant, tamen sanguinea sunt, & cor obtinent. quod principium sanguinarium corporis est. Quæ autem intestina terræ vocantur, vermis habent naturam, in quibus corpus anguillarum consistit. quamobrē de prima hominum atque quadrupedum generatione, si quando primū terrigenæ oriebantur, vt aliqui dicunt, non temere existimaueris altero de duobus his modo oriri. aut enim ex verme constituto primū, aut ex ouo. quippe cum aut intra se habeant cibum ad incrementum necesse sit, qui quidem conceptus vermis est: aut aliunde accipere, idque, aut ex parente, aut ex parte conceptus. itaque, si alterum fieri non potest, vt affluat ex terra, quomodo cæteris animalibus ex parente, relinquitur necessario, vt ex parte conceptus accipiatur. talem autem generationem esse ex ouo aut verme fatemur. ergo si initium vllum generationis omnium animalium fuit, alterutrum de his fuisse probabile esse apertum est. sed minus rationis est, vt ex ouo prodierint. nullius enim generationem animalem talem videmus, sed alteram tum sanguineorū, quæ diximus: tum exanguium, qualia sunt insectorum nonnulla, & ea quæ testa operiuntur, de quibus agitur. non enim ex parte aliqua oriuntur, vt ea, quæ ouo nascuntur. Incrementum etiam similiter, vt vermes, capessunt. vermes enim augentur in partem superiorem, & qua principium continetur. alimentum enim superius ab inferioribus ministratur. atque id quidem cōmune cum iis, quæ ex ouo proueniunt, habetur. sed illa totam materiam absumunt. in iis vero, quæ ex verme gignuntur, cum ex cōstitutione in parte inferiore contenta pars superior creuerit, mox ex reliquo alimento inferior articulatur. cuius rei causa est, quòd cibus postea quoque in parte septo subiecta conficitur omnibus. incrementum autem hoc modo fieri vermium apertum in apibus, cæterisque similibus est. principio enim partem inferiorem magnam, superiorem habent minorem. Idem augescendi modus in testatis etiam est. quod & ipsum constat in genere turbinato, scilicet anfractibus eius, qui subinde accrescētes plures efficiuntur in partem priorem, quod caput vocatur. dixi fere quemadmodum generatio, tum eorum, tum cæterorum sponte orientium agitur. Omne autem genus testatum sponte instituì apertum hinc est, quòd nauigiis putrescente fœce spumosa adnascuntur, & locis multis, vbi nihil tale aderat ante, post, per inopiam humoris facto cœno, ostreæ prouenerunt. vt apud Rhodum insulam, cū classis applicuisset, & fictilia proiecta, essent in mare, tempore post cœno obducto, testis

Terrigenarū hominū ac quadrupedū animaduersio.

Testatorum incrementū.

D

E

F

A oſtreæ in iis reperiebantur. Nihil autem partis genitalis emitti ab iis argumentum eſt, quòd cum Chii quidem ex Pyrrha Lesbi inſulæ oſtreas viuas portaſſent, & in loca quædam maris reciproci æſtus & luto ſimilia dimiſiſſent, plures nihilo fuere temporis ſpacio, quan quam incremento corporis plurimum profecerunt. Quæ autem oua appellantur, nihil ad generationem conferunt, ſed indicio ſunt nutricationis melioris, quale in ſanguineis pingue eſt. quamobrem ſapore per id tempus præſtant, ciboque laudantur: argumento, quòd & pinnæ & buccina, & purpuræ continent quidem ſemper ouum illud vocatum, ſed alias maius, alias minus. ſunt etiã quæ non ſemper, ſed vere id habeant. mox enim tempore procedente minuitur, demumque totum abolетur, vt pectines, mituli, oſtræ. tempus hoc enim prodeſt eorum corporibus. aliis nihil tale aperte venit, vt callis. Sed ſingula eorum, & quibuſnam oriantur locis petere ex Hiſtoria debes.

Oua in teſtaneis nihil ad eorum generationẽ conferre.

B

De generatione apum.

Apum autem generationis cognitio magnam continet ambiguitatem, & inquiſitionẽ difficilẽ, vtrum coitu oriautur, aut ex ſemine, abſq; mare & fœmina more plantarũ, quę abſq; mare & fęmina generãtur: & ꝙ virius maris & fœminę ſit mixta in ſemine illo, vt in genere nõnullorum piſciũ videtur. Nam, cum ipſę apes videantur habere ſemen. qđ preparent, ex quo fętus etiam augeniur, non poteſt dici ſemen ſponte fieri, & ex nullo animali. Si autem dicere velimus ipſum eſſe ſemen alicuius animalis, tunc neceſſe erit vt ſit ſemẽ alterius animalis ab apibus: vel vt ſit ſemen apum. Et, ſi dicimus ipſum fuiſſe ſemen apum: vel ergo fiet coitu, vel ſine coitu. Et, quia ſpecies apũ, quę in cellulis faui reperiũtur, ſunt tres, vna quę mellificat, q̃ Apes appellãtur: alia vero Reges apũ: tertiã appellant Fucos, ſeu mares apum: vel ergo neceſſario in vnaquaq; harum triũ ſpecierũ apũ coitu generantium inuenitur ſemen maris & fęminę: vel quelibet earum ſeminat de ſe; vel vna harũ ſpecierũ erit mas, & alia fęmina, & tertia generabitur ex his modo genitorum ex ſibi ſimili in genere, nõ ſpẽ: & ſic gñaiio facta ex ſimili in gñe erit duplex. Si aũi gñaiio fiet ſine coitu, alterũ duorum neceſſariũ eſt ẽi: vel ꝙ vnumquodq; horũ generet de ſe; vel ꝙ ipſa tria generentur ex vno genere ipſorũ. Nã dicere ꝙ duo ipſorum generẽtur ex vna ſpecie, & illa vna ſpecies generatur de ſe, aut ꝙ aliqua eorũ coitu

Tres ſpecies Apum.

C orìantur, alia vero ſponte, eſt valde remotum a ratione: quia videtur ꝙ hõi ſpecies poſsint eſſe eędem ſpecie, cum earum operatio ſit eadẽ ſpecie: ſcilicet ꝙ intẽditur ab eis idem finis, qui eſt ſua cuſtodia, Differunt tñ ſpęci eo modo, quo differũt ſpecies hominũ, in qibus ſunt reges, & mercatores, & cultores terrę: qui omnes ſe adiuuant ad cuſtodiam. Et, cum huiuſmodi diuiſiones de apibus ſint poſsibiles, cõſentaneũ eſt contẽplari de eis vt poſſumus per propoſitionẽs, quas circa hoc habemus, quę licet pręſtent opinionem fortem, & non ſcientiam, vſus tamẽ naturalis, ſtatutũq; humanum cogunt ingentem facere ſcrutationam de rebus, quę poſſunt debere excellentem contemplationem: ſiue illud fiat ratione ipſius rei in ſe, vel iuxta poſſe illius, qui eas contemplatur & excellentem ſcientiam eius. &, ſi id qđ attinget de hoc, nõ erit demõſtratio, ſperabit saltẽ ꝙ veniet, qui addat huic contemplationi, innoueiq; in ea ex ſe, ſiue ratione, ſiue per ſenſum, ita ꝙ ſtatuat demõſtrationẽ veram de illo quęſito. & ſi hoc fuerit impoſsibile, finis ergo ſcientię humanę circa hoc negocium erit huius generis verificationis. Propoſitionum vero, quę ſpeculari poſſunt in hoc quęſito, aliquę ſunt ſumptę ex accidentibus proprijs ipſis apibus: aliquę uero ex accidentibus cõmunibus ipſis, & alijs animalibus. Dicamus ergo ꝙ impoſsibile eſt ſemen apũ fieri per coitum aliorum animalium, quod apes portẽt ad ſuas cellulas, & diſponant

ipsum,ex quo foetus oriantur. & id tribus de caussis. Prima,quia bene poterãt D
ex ipso apes fieri,quamuis non portent ipsum apes,neq; adiuuẽt ipsum. & hoc
in eo loco,in quo primo est semen: siue fuerit ex semine animalium,siue ex se.
Secunda ratio est, quia non videmus aliquod animal laborare,;& se immiscere
& misereri alicuius foetus,qui nõ est suus. si igitur semen nõ est suum,quo nam
pacto ergo se imiscent in ipsum, donec foetus ex ipso edantur? Tertia est, quia
quod animalia ferunt est nutrimentum.semen aũt non est nutrimentũ. Istę ergo
sunt rationes sufficientes,quibus potest argui contra ponentem apes portare se
men,a quo generantur foetus. Sed contra eum, qui dicit ipsas habere mares &
foeminas;& ꝙ foeminę sunt ipsę apes, & quę mares appellantur (siue fuci) sunt
species, quę hoc proprio nomine appellantur: vel econuerso ꝙ fuci sunt foe-
minę,& apes sunt mares,potest opponi per sufficientia testimonia. Cõtra arbi
trantem quidem apes esse foeminas, & fucos mares recte arguitur,ꝙ arma non
tribuuntur foeminis a natura,& mares inermes faciat. apes enim aculeum opti
nent,fuci vero non. Opponitur quoque contra secundum dictum. quia nullus
mas solet in prole elaborare & in educatione,& foemina nihil faciat,& quieta
maneat,vt apparet de fucis. Ratio autem euidentissima ostendens fucos non gi
gni sponte: quia aspergunt suum semẽ in cellulam, absque hoc ꝙ ibi sit illa spe
cies. & ideo putarunt aliqui homines, ꝙ semen huius speciei est ferens apes tã
tum.& iam diximus hoc esse impossibile. Si autem dicamus ꝙ vnaquęq; harũ E
trium specierum habet marem & foeminam, esset contra id, quod a natura vi-
detur. solet enim natura marem a foemina distinguere discrimine, sensu appa-
renti. Et,si his modis supradictis argumenta concludunt contra illa dicta, si
apes ergo coitu generarent, nihil aliud restat, nisi ꝙ reges sint mares, & apes
foeminę, & fuci sint foetus imperfecti euenientes in fine generationis, quando
materia fluitur. & ideo sunt futiles,neque aculeo armantur. Aristoteles tamen
putat non dari testimoniũ ab ijs,qui in eorum cura versantur,& cella,ꝙ coeãt.
&, si coitu generarent id cerneretur. Quod si hanc concedamus opinionem, se-
quitur ꝙ apes oriuntur sine mare & foemina,vt plantę ex se generantur, videli
cet omnes illę tres species.Et,si dicamus ipsas ex se oriri, sequerentur necessa-
rio illæ diuisiones,quas proposuimus,scilicet,vel ꝙ vnumquodq; illorum trium
generum generet seipsum,vel ꝙ vnum generet illa tria aut duo ex ipsis,& ter-
tium generetur ex se. Et,si dicatur vnũquodq; horum generare seipsum,seque
retur illud inconueniens prędictum,scilicet ꝙ fuci educarent & generarent re-
liquas duas species. scimus enim educationem fieri gratia generationis.reperiũ
tur tamen fuci, licet non reperiatur huiusmodi species in cellula. Videtur aũt
verisimile apud Aristotelem vnam generare illas tres species, & ipsa generari
ex se,eo modo, quo generat vna species aliam sibi similem in specie: & est,sci
licet illa species,cuius generatio nõ desinit, & generat alias duas species eo mo F.
do,quo aliquid generat sibi simile in genere.& huiusmodi generatio est,quę de
finit. Quę ergo sic generant ex his tribus speciebus apud Aristotelẽ sunt ipsi
reges,qui se generant perpetua generatione, generãtq; alias duas species, absq;
hoc ꝙ ipsę generẽt:imo generatio desiuit in eis.Et affert rationem ostendentem
hanc speciem habere hoc proprium,scilicet generare illas duas quibusdam testi
monijs. Vnum est,ꝙ similatur duabus speciebus, vt pater cum filio. Similan-
tur enim reges apibus ipsis,quia aculeum gerũt: suntq; similes fucis magnitu-
dine corporis.Secũdum testimonium est, quia intus manet ista species in cella,
habetq; magnitudinẽ corporis. remanet enim intus propter generationẽ: ideo
est immunis ab omni negocio, Magnitudo quoq; corporis regum est prompta
multitudini excrementi,ex quo fetur ę oriuntur & proles. fuci vero sunt ocio-
si,inertesq; ob paucam superfluitatem corporis eorum, & quia non habent spe-
ciem, Tertium testimonium est,quia a regibus proficiscitur species illa ociosa,
quam a cellula tamen expellunt,quando mel minoratur.verisimile enim est pa
tres castigare filios. Et, si dicatur quonam pacto ex pauca specie oritur magna
species,respondetur ꝙ simile videtur generationi leonum,cum ipsa leęna primo
plures numero gignat, & procedit pauciores generando: sic etiam accidit his
regibus,

A regibus, qui primo multas generant, videlicet ipsas apes, mox pauciores, s. quando minoratur excrementum corporis eorum, & sunt ipsi fuci appellati: mox generãt pauciores illis, & sunt ipsi reges: & ideo eorum corpus est aptum huic officio. Et multiplicatur fetura apum annis pluuiosis: quia humiditas hoc tẽpore multiplicatur in corporibus illorum ducũ: annis vero rẽperatis copia mellis ꝓuenit & fucorum. Hoc igitur est, vt opinior, quod Aristoteli visum fuit de ortu apum. Ex quo dicto etiam sequuntur aliqua ex inconuenientibus prędictis, videlicet ꝙ fratres educant, & alant sorores, et fortasse minus inconueniens est, ꝙ apes generent se, & reliquas duas species. veruntamen hoc etiã est quid debile ratione similitudinis, & exiguitatis corporum eorũ respectu corporis regũ. Sed, quomodocunq; ꝓueniat ista opinio, sequetur ipsam speciẽ gignitiuã habere tres virtutes aggregatas, s. mixtionem marium & fęminarum generantiũ secundam speciem similem in genere: & marium gignentium tertiam speciem. hoc aũt est, si ponamus vnam fęminam, & tribuamus numerum in generatione ipsis maribus. exempli gratia, si asinus equam inierit, fiet inde mulus: sed si equus equam inierit, fiet equus. Potest tamẽ tribui numerus ipsi fęminę, & vnitas virtuti marium. exempli causa, si equus asinam inierit, proueniet inde mulus: &, si asinus asinã inierit, fiet inde asinus. Sequitur ergo dari id promiscuum iuxta dispositionem existentem in se distinctam; iam enim ex semine plantarum multę species B oriri visuntur, & pręsertim ex ficu. De ortu igitur apũ hęc est perfecta cõtemplatio, quę habetur. Quidam aũt hominum putant mares esse ipsas vespas. quod si ita esset, sequeretur alterũ duorum, s. vel ꝙ apes generarent simile apibus et vespis, vel ꝙ gignerent apes & vespas. generans enim gignit sibi simile in specie, vel genere. cum enim mas & fœmina sunt idem specie, generabunt sibi simile in specie: & quando non sunt idem specie, generabunt simile in genere. vt mulus, qui oritur ex asino & equo. Vespę aũt coire videntur, quarum fęminę cellulas fauis preparant feturis & semini, parumq; differunt a specie crabronũ. quę species omnes infra terram oriuntur: quia eorũ natura est conueniẽs terrę. qua etiam re sunt similes plantis & animalibus testaceis. differunt tamen ab insectis secundum magis & minus. nam ex eis aliquod habet naturam propinquiorem terrę, aliud vero remotionem. quod enim habet suum esse propinquius naturę terrę, erit remotius a natura animalium. & quanto remotius, tanto propinquius naturę animalium. De vespis. & crabronibus.

Hinc dicitur animal testatum vitalius, quam ipsa planta: quia aqua superat in eo, aqua. n. conformior est animali ꝗ terra. talem enim habent inter se discrepãtiam, s. vt fiat proportio plantę ad terram, qualis est proportio ostreorũ ad aquã, & ideo plantę dicuntur quasi ostrea terrena, & ostrea plantę aquatiles. Et, quia C natura aquę viuacior est natura terrę, ideo animalia aquatilia sunt multiformia pluraque specie ꝗ animalia terrena. Aquę autem dulciores sunt inhabiliores generationi animalium aquis marinis, quemadmodum & aquę salsiores sunt ineptiores generationis; Sunt aũt aquę marinę habiliores generationi ipsis aquis dulcibus: quia mare habet maiorem communicantiam & contemperaturã cũ reliquis elementis, ꝗ ipsa aqua dulcis, s. cum aere, igne, & terra, paucam enim habent communicatem aquę dulces. & ideo animalia sanguine carentia in stagnis marinis, & iuxta amniũ profunditatẽ gigni solent. in valde salsis non repitur nisi animal testatum. Tandẽ impossibile est aliquod corpus simplex recipere formam vitę, quare, si in aliquo loco superabit vnum elementum excessu quodam manifesto, vel non generabitur animal in eo loco vllo pacto: vel, si generabitur, erit animal imperfectum ob nimiam excellentiã huius partis elemẽti in ipso, & pręsertim portionis terrę, & ideo reperiuntur differentię magnorum animaliũ, & arborum ex parte communicationis eorum cum elementis. Et dicamus ꝙ animalium aliud est aquatile, in quo natura aquę dominatur: aliud est terreum, in quo natura terrę excellit; aliud etiam aereum, in quo natura aeris excedit, quę omnia inter se magna miraq; differentia discrepant circa hoc in multitudine et paucitate. Et in summa nos inuenimus differentias rerũ viuentium esse ęquales numero ipsis quatuor elemẽtis: plantas enim terrę incolas esse fertur. Animaliũ Capitis vndecimi expositio.

quoq; aliquod est genus relatum ad aquam: aliud vero ad aerem: aliquod aliud ad ignem. & vnumquodq; horum generum habet suum locum, videlicet elementum superans in eo, in quo reperitur. Attamen genus quartum, quod igni proportionatum est, nullum habet animal: quia ignis existens in loco suo, qui scilicet est concauum orbis lunę, est simplex, cum quo nihil elementorum admiscetur. & ideo ignis non videtur esse nisi forma alterius corporis, videlicet quando ignitur & inflammatur in alio corpore. Et hęc est vna euidentissima ratio, ostendens ꝙ ignis, qui in concauo orbis lunę, est simplex. & ideo non potest generari animal in eo loco. Sed cur ignis non apparet, nisi sit forma alterius corporis, iam Aristoteles dixit ꝙ locus aptior huic scrutationi est, vbi scrutabitur de natura lunę. Dicit enim ipse ꝙ luna habet in speciebus maiorem cõmunicantiam cum specie terrestri. & in illo loco videtur scrutari de accidentibus, in quibus communicant elementa, & corpora cœlestia, in quantum sunt simplicia. Natura enim luminis corporum cœlestium videtur communicare cum natura formę ignis: & pręsertim lumen Lunę. Nam, sicut ignis lucet, quando est forma corporis terrestris densi, sic etiam ipsa stella videtur lucere pręcęteris alijs partibus cœli, propter densitatem. Et quemadmodum aliquod elementorum est per se luminosum, & transparens, vt ignis; aliud vero lucet propter aliud, vt terra, & cętera elementa: sic etiam res se habet in corporibus cœlestibus. Nam, cum Luna sit luminosa propter aliud, & opaca de se, ideo similatur naturę terrę. & hęc est summa tractatus generationis insectorum.

Ratio probans ignem in concauo orbis Lunę existētē simplex eē corpus.

D

E

De generatione testatorum animalium.

TEstatorum vero animalium aliquod fit sponte, idest ex putrefactione: aliud vero ex humiditate generata in eo a proprietate virtute quadam ex virtutibus in ipso existentibus. & ista species generationis est media inter genitum ex putrefactione, & genitum ex semine. Datur enim species huius generis genita ex excremento humido muccilaginoso, quę humiditas corpus eius circunuoluit, nullumq; habet semen hęc species. Accidit etiam his speciebus, vt quędam generentur ex putredine: aliquę vero ex excrementis aliarũ. quę enim non habent hoc excrementum, semper ex putredine oriuntur. huic autem speciei accidit etiam ꝙ, quando generatur ex putredine, remanet ex ea excrementum, ex quo generatur aliud animal. Hoc autem ita se habet, quia impossibile est quicquam generari ex tota materia sua, nisi ꝙ concoquatur ipsa materia, & disponatur ad recipiendam formam, a qua secernatur excrementum ineptum. nam sicut ars expellit superfluum, ipsumq; secernit a rebus, quę conduntur, sic etiam natura efficit. Generatur autem animal in terra, vt diximus, quia in terra est aliqua portio aquę, & in aqua portio aeris: quibus omnibus inest calor animatus, qui est subiectum in generatione: cum sit necessarium generans esse in subiecto diuerso a subiecto generati. Si ergo ita est, dicamus omnia hęc tria loca esse plena virtute animata generatiua proculdubio. & ideo ex ipsis generantur species, quando in eis oriuntur duo corpora: vnum scilicet, in quo est virtus gignitiua: aliud vero in quo est forma genita. Distinguuntur etiam hęc animalia iuxta differētiam corporum, in quibus retinetur virtus gñatiua ipsorum, & forma generata. benedicatur Creator vniuersi in sapientia. Diuersitas vero horum corporum est ꝓpter diuersitatem loci: & diuersitas locorũ pp diuersitatem naturarum elementorum, et exuperantiam vnius eorum in vno loco ex his tribus locis prędictis, scilicet terra, aqua, & aere: quia non datur animal nisi in his tribus locis. In hoc quoq; genere testatorum manifeste apparet dominium partis terrenę. & ideo natura tribuit ei testam circũuoluentē ipsum vndiq;. nam, quando calor separatur ab ea parte, solet cõgelari, & cõdensari, sicut cornua & ossa, & quia in hoc genere superat portio terrena, ideo non reperitur in eo species gignitiua, nisi species, quę videtur coitu copulari, non tamen certificatur vtrum ex huiusmodi coitu fiat generatio, vel ne.

F

Non datur animal in sphera ignis

Sed, cũ fuerit itā declaratum ꝙ animal gignitiuũ habet virtutem materialem, quę est excrementum fęminę, & virtutem actiuam, quę est superfluitas maris, & ꝙ insunt hę duę virtutes plantis, scilicet actiua & passiua, sed indistin-

A ctę, quęrendum ergo est quęnam erit virtus animalis geniti ex se, quę se habeat vt materia, & quę sit virtus procedens ab eo veluti mouens. quid etiam sit excrementum, ex quo generetur alimentum huius fœtus. nam declaratum est vnū quodque animal gignitiuum habere excrementum, a quo conceptus capiat nutrimentum tempore augmenti: & hoc siue in his, quę animal pariunt, siue quę ex ouo, vel ex verme generantur in animali scilicet ouiparo & vermiparo. Et est dicendum ꝙ materię harum specierum generantur ex mixtione facta a corporibus cœlestibus in elementa, eorumq; contemperatura, inferendo scilicet in ea complexionem aptam recipere formam. sed virtus, quę se tenet vt instrumentum, aut subiectum virtutis informatiuę, est ipse calor generatus ex Sole & stellis, quando infertur in aliquo corpore prompto huic officio, id est in corpore aereo, quod est veluti corpus geniturę creatę in animali gignitiuo. Efficiens autem illius excrementi, ex quo fit incrementum huius speciei animalium est efficiens ipsius materię: & est dans formam complexionalem huic corpori, qua fiet nutrimentum propinquum in potentia: quemadmodum pręstat ipsi materię formam complexionalem, qua recipit formam. Et, sicut oportet formam artificialem perfici in subiecto alio a subiecto rei factę, sic etiam est necesse, vt forma generatiua sit in subiecto, quod non sit pars geniti, siue sit huiusmodi subiectum semen animalium siue sit excrementum putrefactiuum. Et hoc subie-

Dubium de virtute materiali, mouẽte, & excremento in testaceis.

Solutio.

B ctum ingreditur definitionem virtutis, quę appellatur informatiua apud Galenum: & Aristoteles vocat eam animam, Cuius efficiens apud ipsum est Sol et cęterę stellæ: sed apud alios est forma separata, quam Plato vocat ideam: & multi ex secta Peripateticorum appellant eam colcodeam (siue datricem formę.) Vtrum autem huiusmodi formę animatę proueniant ex formis separatis, quę ab extra intromittantur, & non sint genitę, iam alibi declaratum fuit. Si ergo res ita se habet, sequitur ꝙ in omni generato, tam gignitiuo qua non, dantur tres materię: videlicet materia subiecta ipsi formę generanti, & materia subiecta rei generarę, & materia nutritiua, quas materias tres iam ostendimus esse distinctas in animali generatiuo, Semen enim maris est subiectum formę generantis, & huius seminis est pars aerea. materia vero fœminę est subiectum formę generatę. materia autem nutrimenti est excrementum fęminę, quę est materia ipsius formę. Et hoc patet in generibus animalium generatiuorum viuiparorum, aut auiparorum, vel vermiparorum, Et hoc, quia ouum videtur diuidi in generatione in duas partes, quarum quęlibet ab alia distinguitur quadam membrana ambiente illam partem, ex qua pullus creatur, & partem, ex qua fit nutrimentum pulli. Sic enim res se habet in generatione, videlicet ꝙ animalium procreatio conspicitur in superiori parte vermium: alia vero pars remanet pro nutrimento, quod in apibus, cęterisque similibus apertum cernitur. & ideo ge-

In vnoquoque generato dãtur tres materię.

C neratur pars superior vermis magna, inferior uero parua. idemq; comprehenditur in testatis: quod & in quodam eius genere, scilicet turbinato, constat (vt fertur) animal huius speciei crescere ex parte vergente versus superius ipsius materię, remanente inferiori parte pro nutrimento eius. Et sicut istę tres materię sunt distinctę in animali gignitiuo sensu & ratione, sic & in animali imperfecto, scilicet ꝙ sponte oritur, differunt ratione, si non differunt sensu. & id propter imperfectionem huius generis. & eadem est ratio de plantis & arboribus, quanto enim animal nobilius est, tanto hæ res sunt euidentiores & manifestiores in eo, Species vero ostreorum, de quibus iam sumus locuti, multę enascuntur ex fęce spumosa putrescente In nauigijs, oriunturq; in locis multum cęnosis (seu spumosis) vt narrat Aristoteles quosdã homines transisse mare & reliquisse in littore maris fictilia, quibus spuma repletis trãsacto quodam tempore ostreę fuerũt ortę in eis, Testatur quoq; Aristote. hoc genus non habere virtutem generatiuam, cum fuissent quędã ex iis transportatę in quibusdam temporibus ad quędam loca marina, quorum locorum consuetudo non erat, vt in eis reperirentur huiusmodi species, quę tamen ibi vixerunt, incrementoq; corporis plurimũ profecerunt, sed non generauerunt. in illo tamẽ loco defecerunt, deficientibus illis singularibus illuc se collatis, Quũ aũt, qđ videtur in his, quę intra se habẽt

ouum, non est vere ouum, sed quid eueniens eis tempoce aprico, & bono, quod D
inest eis veluti pinguedo in animalibus sanguineis. quamobrem tale ouum eo tempore in cibum laudatur. Argumentum autem, ꝙ huiusmodi ouum non fit propter generationē, est, quia semper illud continent omni tēpore eodem modo. Sunt etiam quædam quæ vernali tempore id habent: cuius causa est, quia hoc tempus prodest ad pinguescendum. Ex hoc igitur libro patet generatio cuiuslibet generis animalium tum generatim, tum singulatim. Et hic estplicit hęc suprema pars speculationis, definitq; liber. Laus Deo.

ARISTOTELIS

DE GENERATIONE ANIMALIVM

LIBER QVARTVS.

Cum Auer. Para.

Anaxagoram, Democritum, Empedoclem, & nonnullos alios non recte de maris & fœminæ generatione sensisse: alias autē huius rei assignandas esse causas. Cap. I. E

E generatione animalium omnium, tum vniuersim, tum singulatim dictum iam est. Sed, cum in eorum perfectissimis mas fœmina distincte habeantur, easque facultates omnium animalium, & plātarum esse principia fateamur, quanquam in aliis discretas, in aliis indiscretas, differendum hic est primo de eorum ipsorum generatione, imperfectis enim adhuc suo in genere distinguitur sexus maris & fœminæ. Sed vtrum prius etiam, quam hæc differentia sensu nostro percipi possit, alterum mas, alterum fœmina sit, F
discrimine facto in vtero, an post, ambigitur. Alii enim protinus in seminibus hanc esse contrarietatem aiunt, vt Anaxagoras, & alii Naturales authores. etenim semen gigni ex mare, fœminam autem locum præbere. marem a parte dextra, fœminam sinistra proficisci: & vteri latere dextro marem contineri, fœminam sinistro. Alii vero vtero id adscribunt, vt Empepocles. quæ enim vtetum subierint calidum, hæc effici mares arbitratur; quæ frigidum, fœminas. caliditatis vero frigiditatis ue causam esse confluuium menstruorū, quòd frigidius vel calidius sit, & aut antiquius aut recētius. Democritus Abderites differentiam maris ac fœminæ fieri quidem in matre ait, sed non caliditate frigiditateue alterum effici marem, alterum fœminam: sed vtrius tandē semē euicerit, quod ab ea prodiisset parte, qua mas & fœmina inter se differunt. Hoc enim Empedocles profecto negligentius opinatus est, vt caliditate frigiditateque

A tantum differre hæc inter se existimaret, cum partes ipsas genitales, & vterum magnam habere differentiam cerneret, nam, si postea-quam formata sunt animalia, alterum partibus fœminæ omnibus, alterum maris constitutum, mox in vtero tanquam fornace ponantur, quod vterum habet, in calido, quod non habet, in frigido: erit fœmina quod vtero caret, mas quod vterum habet. quæ res impossibilis est. itaque eatenus quidem melius a Democrito dicitur. quærit enim ille differentiam huius generationis, & reddere conatur: sed an bene, nec ne, id alio pertinet. Tum etiam, si caliditas & frigiditas causæ sint, vt partes hæ differant, hoc explicare debuerunt, qui ita volunt, hoc enim fere est docere de generatione maris, ac fœminæ. his enim partibus planè differunt. Nec parũ negocii est, causam generationis earum partium ab illo principio ducere, cum necesse sit ita se qui, vt si animal refrigeratur, pars efficiatur ea, quam vterum appellamus: si calescit, non hęc efficiatur. eodemq; mõ de iis partibus, quæ B ad coitum accommodantur. nam eæ differũt inter se, vt ante expositum est. Ad hæc, sæpenumero euenit, vt eadem in parte vteri gemini mas & fœmina generentur, idq; satis inspeximus in dissectionibus animalium viuiparorum, tum pedestrium, tum etiam piscium. Quæ si non illæ conspexerat, merito errabat, cum eam adferret causam. sed si cum hæc explorata habuisset, ita sensit, absurdum sane est, quòd insuper putarit causam vteri esse caliditatem aut frigiditatem. ambo enim semper aut mares aut fœminæ efficerentur. quod non ita euenire videmus. Item cum partes eius, quod gignitur, discerptas esse fateatur (partim enim in mare, partim in fœmina esse putat, ideoq; alterum coire cum altero concupiscere) magnitudinem earum quoq; partium esse diuisam, velleq; coniungi necesse est, non refrigeratio ne calefactione ue ita institui. sed seminis huiusmodi causæ complura fortasse obiici possunt. modus enim hic causæ figmento similis C est omnino. Cæterũ, si ratio seminis ita se habet, vt explicatũ a nobis est, & neq; ex omni corporis parte decedit, neque materiã vllam iis, quæ gignuntur, præbet, quod proficiscitur a mare, iam & ei, & Democrito. & si quis alius ita censet, occurendum simili modo est. Nec enim discerptum esse potest seminis corpus, vt partim in fœmina sit, partim in mare, vt Empedocles censet, cum dicat.

Sed discerpta gerunt mas ipse, & fœmina membra.

Neq; totũ ipsum ex vtroq: decedens, quia pars aliqua partem aliã vicerit, ideo efficitur mas aut fœmina, quanquam omnino melius partis exuperãtia fœminam aut marem effici dixerit quam per incuriã calori aut frigori tãtum causam tribuat. sed cur formã etiam genitalis diuersam esse vna eueniat, causa reddẽda ẽ, vt hęc semper vicissim consequantur. nam, si quoniam iuxta sunt, ita fit, reliquæ ẽt quæque partes consequi debuerũt. sunt. n. inter eas, quæ superant, aliæ aliis propinquæ. itaque simul & fœmina esset & matri simile, aut mas

& ſimile patri. Abſurdum etiam tantum eas effici partes oportere, nec totum corpus mutari exiſtimare, & præcipue, primoque venas, quibus veluti deſcriptione deductis, corpus adiacet carnium, quas ſuam recipere qualitatem propter vterum nulla probabili ratione dici poteſt: ſed potius vterū propter eas ſuam recipere qualitatem ratio eſt. quanquam enim vtrūque ſanguinis conceptaculū eſt, tamen venæ ſunt prius. principium autem mouens prius eſſe ſemper, & cauſam generationis aliqua ſui qualitate neceſſe eſt. Accidit igitur differentia earū partium inter ſe fęminæ & mari. nec id eſſe principiū, neq; cauſam eſſe hanc arbitrandum, ſed aliam, etiam ſi nullum ſemē vel a mare, vel a fęmina decedit, ſed quolibet modo conſiſtit, quod gignitur. Quinetiam contra eos, qui marem a dextra, fęminam a læua parte proficiſci aiunt, eadem ratio ſufficit, quæ contra Empedoclem & Democritum. ſiue enim nulla materia a mare affertur, ſiue aliqua affertur, vt volunt, nihil dicunt qui ita cenſent. Necnon Empedoclis ſententiæ pari ratione occurendum eſt, qui marem a fęmina diſtinguit caliditate vteri, & frigiditate. quod illi etiam faciunt, qui dextris ſiniſtriſq; rationem deſcribunt, quāquam videant marem & fęminā inter ſe differre, & parte & toto. Sed cur ſiniſtris corpus vteri adiungatur, dextris nequaquā? nam, ſi fętus eò venerit, nec eam ipſam habuerit partem, fęmina erit ſine vtero, & mas erit cū vtero, ſi ita fors tulerit. Item, vt ante retulimus, & fęmina parte vteri dextra contineri viſa eſt, & mas læua. & ambo eadem in parte, idq; non ſemel, ſed ſæpius, quā aut mas in dextra, aut fęmina in læua, nec minus ambo in dextra gignuntur. atque etiam cum gemini, mas & fęmina geſtarentur, marem in læua, fęminam in dextra contineri perſpectum eſt. Proxime quia aliqui perſuaſi dicunt teſte prælıgato dextro aut ſiniſtro euenire per coitum, vt mas aut fęmina generetur (ſic enim & Leophanes dicebat) tum etiam exectis alterum teſtem hoc idem accidere quidam aiunt non vere: ſed rem coniectantur futuram ex cōſentaneis, atque anticipant, quaſi ita ſit, priuſquam ita fieri videant. ignorāt etiam nihil ad generationem maris aut fęminę conferri ab iis partibus. cuius rei indicium, quòd multa animalia & ipſa mares ac fęminæ ſunt, & generant partim fęminas, partim mares, cum tamen teſtes non habeant. velut ea, quæ pedibus carēt: verbi gratia, genus piſcium & ſerpētum. Cauſam vero maris & fęminę caliditatē frigitatem ue arbitrari, ſecerniq; de dextris aut de ſiniſtris nō ſine vlla ratione dici poteſt. ſunt enim partes corporis dextrę calidiores ſiniſtris, & ſemen cōcoctum calidius eſt, quale id quod ſpiſſum eſt. fœcundius autem quod ſpiſſius eſt. ſed valde à longè tangitur cauſa, cum ita affertur. accedēdum autē ſemper ad rei cauſas primas, quoad maxime fieri poteſt, proprius. De corpore igitur toto, & de partibus, quid quæq; ſit, & qua de cauſa iam ante explicatū alibi eſt. Sed, cum mas & fœmina potentia quadam & impotentia de

Ariſtotelis opin. de cauſa diuerſitatis ſexus.

D

E

F

A finiantur. quod enim potest cōcoquere, & constituere, & secernere se mē, atque principium obtinet formæ, id mas est. Principium autem nō hoc dico, ex quo, vt materia, tale gignitur, quale quod generat, est: sed id, qđ primum moueat, siue in seipso, siue in altero possit hoc facere. quod autem recipit, nec potest constituere & secernere, id fœmina est. Item, si omnis cōcoctio calore efficitur, mares quam fœminas esse calidiores necesse est. ob frigiditatem enim & impotentiam fœmina sanguine abūdat quibusdam sui corporis locis. Idq; indicium facit contra quam aliqui afferunt causam, cum fœminā esse mare calidiorem opinentur, ob menstruorum emisfionem. sanguis enim calidus est, & quod plus sanguinis habet, hoc calidius est. putant autem hunc affectum moueri abundantia sanguinis & caloris, quasi æque quoduis sanguis esse possit, modo humidum sit, & colore cruentum: nec ita eueniat, vt minus sanguininis, & syncerius fiat in corpore alimenti melioris & habitus. sed illi perinde ac excre

Quid mas.

Quid fœmina.

Non ex fœminarū menstruis eas calidiores maribus esse arguendum.

B mentum alui, quod pluris sit, hoc indiciū esse naturæ calidioris magis, quam quod minus existimant. Atqui cōtra omnino est. vt enim in fructibus cōficiendis ex copia primi alimenti parum secernitur, quod vtile sit, demumq; nulla pars remanet respectu copiæ primæ: sic in corpore animalis, postquam parrtes per succesfionem alimentum conficiendū receperunt, ad postremum parum admodum remanet ex toto alimento. quod in aliis sanguis, in aliis proportionale sanguinis est. Sed, cū alterum potest, alterū non potest secernere excrementum syncerum, omnisq; facultas instrumentum aliquod sibi accōmodatum habet, & quæ melius, & quæ deterius idem efficiat: fœmina autem & mas, cū multifariam verba hæc, posse, & non posse, dicantur, modo prædicto sibi opponantur: instrumentum ob eam rem tum fœminę tum mari tribui necesse est. itaque alteri vterus, alteri coles datus est. Natura autē simul & facultatē cuiuis dat, & instrumentum. sic enim melius est. quamobrem singula loca vna cum sin-

περίνεος, coles.

C gulis excrementis & facultatibus sibi accommodatis instituuntur. atque vt nec visus sine oculis, neq; oculus sine visu pficitur, sic & aluus & vesica, simul atq; excrementa fieri possunt, conditur. Sed cū idem sit, ex quo generētur, & augeantur, idq; sit alimentum, pars corporis quæq; ex tali materia, taliq; excremento qualis est capax, cōsistet, & fiet. Gignitur item ex contrario quodāmodo vnumquodque, vt nos censemus. Ad hæc, tertium illud sumendum est, vt quoniam omnis delatio in contrarium est, quod non ab eo superatur, a quo conditur, siue creatur, id in cōtrarium mutari necesse sit. His ita subiectis, apertius fortasse iam fuerit, qua de causa alterum mas, alterum fœmina fiat. Cum enim principium nō superat, neque concoquere potest propter caloris inopiam, neque ducit in suam formam, sed tantisper superatur, mutari in contrarium necesse est. contrarium autem maris fęmina est, videlicet qua alterum mas, alterum fœmina est.

φορὰ de latio.

φθορὰ corruptio.

& cum facultatis suæ virtutis differentiam habeat, instrumentũ quo D
que habet auersum.itaq; in tale mutatur. parte autem aliqua oppor
tuna mutata, constitutio tota animalis multo discrepat forma Licet
Spadones. hec perspicere in Spadonibus, qui vna parte truncati tam a pristina forma discedũt, parumq; a fœmina specie distãt. Cuius rei causa est, quòd partes nonnullæ principia sunt. principio autem mutato, multa ex iis, quę sequuntur, cõmutari & dimoueri necesse est. quòd si mas principium quoddam & causa est, masque est, qua aliquid potest, fœmina verò, qua non potest, potētię autem & impotentiæ ratio sic describēda est, vt facultas aut assit aut desit concoquendi vltimi alimēti, quod in sanguineis sanguis appellaẽ, in exanguibus proportionale, eiusq; causa in principio & parte, quæ originē naturalis caloris cõtinet, sita est, cor profecto in sanguineis constitui, & aut marem aut fęminam fieri quod gignitur necesse est: in cæteris vero generibus mas & fœmina est, quod proportionale cordis habeatur. origo & causa fœminæ & maris hæc, & in hoc est. Fęmina autem & mas iam est, cum partes etiam habēt, quibus fęmina differat a mare. non enim quauis parte mas aut fęmina est, quomodo nec videns nec audiens, sed repetendo dicimus. item semen excrementum esse vltimum alimenti positũ est. Vltimum autem id intelligi volo, quod in vnãquanq; partem feratur, quamobrē quod generatum est, simile ei quod generauit, est. nihil enim refert ab vnaquaque parte proficiscatur, an ad vnamquãq; accedat. sed rectius ita. Maris autem semen differt, quod principium in se contineat tale, quo moueat, & alimētũ in animali vltimum concoquat: fęminæ semen materiã tantũ præbet. quoties igitur semen superat maris, ad se ducit: cum separatum est, in contrariũ demutatur, hoc est in corruptionem. contrarium aũt maris fœmina est. fœmina cruditate frigiditateq; sanguinei alimenti describitur. natura vero excremento cuique dat conceptaculum. semen autem excrementum est, quod in calidioribus atque maribus sanguinei generis cõtractius est. quapropter membra capientia eius excrementi meatus in maribus sunt. at fœminis præ cruditate copia redũdat sanguinea. inconfectus enim inconcoctusque sanguis est. itaque conceptaculum eius haberi necesse est, idque dissimile esse, & amplius. quocirca natura vteri talis est, qua parte fœmina differt a mare. Exposui causam, quamobrem alterius mas, alterum fęmina generetur.

Fœmina tãtum materia prębet.

E

F

Indicia, quibus maris a fœminæ generatione generatio discernatur. *Cap. II.*

Ndicia vero faciunt res, quæ accidunt. Nouella enim, & senescens ætas magis, quam florens fœminas generat. in altera enim calor nondum perfectus est, in altera deficit,

Humidiora etiam, effœminatioraque corpora fœminam potius gignunt. & semina humida magis, quam spissa, hoc idem faciunt. hęc enim omnia eueniunt caloris inopia naturalis. Flatibus item aquiloniis magis, quam austrinis mares gignuntur. fit etiam vt excrementis eiusmodi corpora abundent. plus autem excrementi concoctu difficilius est, quamobrem maribus semen, mulieribus menstrua decedunt humidiora. Tum etiam vt menstrua secundum naturam mensibus decrescentibus potius fiant, eadem de causa accidit. tempus enim hoc mensis frigidius est & humidius, propter Lunæ decrementum, defectionemq;. Sol.n. per totum annum, hyemem atque æstatem facit: at Luna per mẽsem id agit. quod ita fit, non accessu discessuq; Lunæ, sed alterum increscẽte luce, alterũ decrescente. Necnõ pastores aiunt interesse ad maris ac fœminæ pecoris feturã, non solũ si ita accidit, vt initus aquilonis, austrinis ue flatibus fiat, sed ẽt si, cum pecus coit, spectat ad aquilonem aut austrũ. Ita minimo interdũ momẽto causa datur caliditatis aut frigiditatis. Cur mensibus decrescẽtibus mẽstrua secundum naturã potius fiãt. A Sole ac Luna calor diuersimode efficitur.

B hæc vero causam complent generationis. Dissident omnino inter se mas & fœmina, ob eas, quas diximus causas, ad maris aut fœminæ generationem. sed moderatione, quæ intercedat, opus est. nam omnia, quæ vel natura, vel arte efficiũtur, ratione aliqua funt. Calor autẽ, si valde superat, exiccat humorem: si multum deficit, non concernit. sed medii rõnem ad rem condendam seruari requiritur. alioquin, vt in iis, quæ igne coquuntur, plus ignis deurit, minus non coquit, ac euenit vtrinque, ne quod agitur perficiatur: sic in coitu maris & fœminæ moderatione opus est. Hinc multis tum maribus, tum fœminis euenit, vt coniuncti inter se nequeant generare, disiuncti queant: & aut minoribus natu, aut maioribus hæ contrarietates existant, æque in generatione, sterilitateque, & maris fœminæque procreatione. Quin & inter terras & aquas interest eisdem de causis. Quę cõferũt ad gñatione.

C qualitatem enim quandam potissimum recipit & alimentum, & dispositio corporis ex temperamento aeris continentis, & cibi ingredientis: sed præcipue ex alimonia aquæ. huius enim vsus plurimus est, atq; in omnibus aqua alimẽto est, ẽt siccis. Quamobrẽ aquæ crudæ & frigidæ aut sterilitatem, aut partum fœmineum faciunt.

AVER.

Vm superiori libro finem imposuerit ipse Aristoteles circa generationẽ genetum animalium, incipit in hoc libro inuestigare accidentia, quę fetui eueniunt tempore conceptionis, propter quę efficiãtur mares & fœminę, & similes genitori, aut non similes, & cętera accidentia, quę conceptum consequuntur: mox indagabit, quę pregnanti accidere contingunt tẽpore impregnationis, vt retentio lactis & huic similia. Et incipit inquirere causam, ob quam aliqui fœtus sunt mares, alii vero fœminę: & affert ad hoc opiniones Antiquorum, easque destruet: postmodum demonstrabit eius rationem de hac re.

Contra Antiquos, non recte sentientes de generatione maris, & fœminę.

Dicamus ergo ꝙ Antiquorum opiniones sunt tres, Vna est Democriti, di-

centis causam marium & fęminarum esse exitum totius seminis ab omnibus mē D
bris maris et fęminę. ꝙ si maris semē euicerit, tūc erit mas: & si fęminę, fęmina. Secunda opinio est Empedoclis, ponentis causam marium & fęminarum esse frigiditatē vuluę, eiusq; caliditatem. ꝙ si semen in vuluā calidā proiiciatur, fiet inde mas: sed si in frigidam, erit fęmina. Tertia opinio est dicentium partes matricis esse causam. nam si genitura ī dextro latere proijciatur, fiet mas: sed si in sinistro, erit fęmina. Arist. vero laudat primam opinionem: quia cōtemplatur res essentiales generationis, videlicet semen. Alij vero posuerunt suam speculationē circa res insequentes semen, cū ponant suam inquisitionē circa hoc ex parte ipsius vuluę. Et ideo dicit Aristoteles, ꝙ ipsi sunt contemplati de cā sexus masculinei & fęminei, vt illi homines, qui speculātur aliquid per quid remotū. Et ideo opponit eis in hoc, ꝙ putant illas rationes, quas dicunt, esse causas proprias, & non res accidētes causis propriis. Et rationes, quibus vtitur contra has duas opiniones, sic se debent habere. Et summatim omniū antiquorū opinio fuit, ꝙ ista differentia fętus, scilicet discrimen seminis maris & fęminę reperitur primo in vulua, non ante hoc. Quęsitum autem primum de huiusmodi differentia sic debet proponi; videlicet vtrum causa, ob quam oritur mas & fęmina sit quid accidēs semini in vulua, aut sit aliquid ex natura seminis, antequā in vuluā proijciatur. Quibus ipse respondent quinq; rationibus. quarū Prima est cōmunis vtri- E
que opinioni simul, Secunda vero est propria Empedocli: Tertia est propria secūdę opinioni, Quarta est cōmunis duabus opinionibus, Quinta quoq; Empedocli. De prima igitur dicit, ꝙ apud eum, qui putat caliditatē matricis, & eius frigiditatem esse causam, sequetur ꝙ discrimē existens inter marem & fęminā esset propter caliditatem vuluę & eius frigiditatem, non propter naturā maris. ꝙ si ita esset, sequeretur ꝙ differentia existens inter marē & fęminam non fieret propter aliquam virtutem, aut propter aliquod membrū, sed propter frigiditatem & caliditatem tantum sed manifestum est ꝙ discrimen maris a fęmina fit virtute & membris. sequitur igitur ꝙ causa discriminis harū virtutū reperietur in natura seminis, non in vulua. Nam, vt Aristo. dicit, si exemplo ponamus duos fętus perfectos in eorum procreatione, quorū vnus habeat membra masculina, alter vero fęminea, & sint ī duabus vuluis, quarum altera frigida, altera calida. ponamus quoque per exemplum, ꝙ habens membrū virile ceciderit in vterū frigidum, & habens membrum fęmineum in vuluā calidā, non equidē orientur in vulua frigida membra fęminea in eo, postquam obtinuit mēbrū maris vllo pacto, etiā si esset in vuluam vltimo caliditatis. & sicut fornax calida, aut frigida non facit impressionem differentem in formis vasorum fictiliū, & in eorum figuris, sic etiam in vulua calida aut frigida non fit impressio in figura maris aut fęminę. Secundam rationem sumpsit a geminis. Nam, si frigiditas vuluę, aut cali- F
ditas esset cā, qualiter ergo in eadem vulua inuenientur gemelli, quorū vnus est mas, alter vero fęmina? Tertia ratio est sumpta a sensu, cū in latere sinistro mas conspiciatur, fęmina vero in dextro latere vuluę. quod quidem argumentum cōcludit contra ponentem hanc opinionem. Fortasse tamen poterunt dicere ꝙ, si ligetur dexter testis maris, hora coitus, aut si fuerit euulsus, generabitur fęmina: &, si ligetur, aut incidatur sinister, orietur mas. Arist. tamen dicit ipsos falsum testificare: & ꝙ eorum ratio circa hoc est similis pręcantatoribus, qui ducūt rationes suas de rebus, quas putant reperiri ex rebus, quę adhuc non fuerunt, sed dicūt ꝙ erūt. Et quod demonstrat fallitatem huius dicti est, quia plura aīalia mares aut fęminas generantia non habent testiculos. Quarta autem ratio est ꝙ, si calor vuluę & eius frigiditas esset causa membri virilis & fęminei, tunc vuluę inesset virtus informatiua, & id, quod habet virtutem informatiuam vnius mēbri necesse est ipsum habere virtutem informatiuam omnium membrorū. si ergo ita est, sequitur alterū duorum, s. vel ꝙ fęmina generet ex se, vel ꝙ semē maris est tantum materia. cuius rei impossibilitas iam fuit declarata. Quinta vero rō est, quia ipse dicit ꝙ, si causa membrorum virilium & fęmineorum non esset in semine sed in vulua: & cā cęterorū mēbrorum inesset semini, videlicet aliorū membrorum maris, & membrorum fęminę, tunc sequeretur ꝙ in latere sinistro for-

A mareiur mas absq; membro virili,& in dextro fęmina absq; vulua:quia mēbra maris distinguuntur a membris fęminę per viam vniuersalem. Hęc inquam est responsio contra dicentem vuluam esse causam differentię existentis inter marē & fęminam. Sed dictum illius, qui ponit causam esse victoriam membrorum maris egredientem in semine maris supra membra fęminę exeuntia in semine fęminę, aut excellentiam membri fęminei supra semen maris, est fundatū sup hoc, videlicet, ꝙ semen egrediatur de quolibet membro maris, similiter etiā in fęmina. quorum duorum dictorum destructio iam fuit declarata. Et posito ꝙ concedamus hanc opinionem, et ponamus propter huius rei causam marem & femīnam fieri, sequeretur alterum duorum, scilicet vel ꝙ ponamus aliqua mēbra fętus esse in semine maris, & aliqua in semine fęminę; vel ꝙ dicamus ꝙ mēbrum maris egrediatur semper ex semine maris, & membrum vuluę ex semine fęmineo: & quodcunque horū duorū superet aliud faciet huiusmodi genitū, videlicet siue marem siue fęminam. Est aūt falsum ponere aliquas partes embryonis inesse semini masculino, & aliquas alias semini fęmineo. nā, si ita esset, nō generaret animal nisi singulū. Et, si dicamus ꝙ ex semine masculino egrediātur oīa mēbra maris, ex fęmineo vero omnia mēbra fęminę, mox superet mēbrū maris sibi proprium: & membrum fęminę sibi proprium propter vicinitatē vniuscuiusque eorum ad alterum inuicem, sequeretur ꝙ hoc eueniet omnibus mēbris, & sic nō generaretur fętus mas tantū, aut fęmina tantum. Et in summa inquiremus causam

B diuersitatis horum duorum membrorū fętus, & non causam diuersitatis parentum, quia hęc duo membra non sunt causa diuersitatis differentiarū maris, & differentiarum fęminę: sed huius rei causę sunt res, ex quibus fiunt hęc duo membra. Nam hęc membra simplicia, ex quibus componitur masculinū membrū in mare, & vulua in fęmina sunt venę, & eis similia: sed ante illud est causa efficiens, & causa materialis, ex qua generantur membra simplicia, quibus appropriatur vnumquodque horum duorum membrorum. Et ideo qui dicit causā maris & fęminę esse exitum membrorum in semine, non dicit cām huius differentię, sed affert ipsammet differētiā. & ideo necesse est, vt nos inquiramus hāc cām per causam efficientem, & materialem horum duorum membrorum.

Et postꝙ fuit iā declaratum, ꝙ istę causę vel sunt impossibiles, vel sunt res consequentes causas naturales harum rerum, vt est causa dextri & sinistri, nostrum igitur est contemplari causam huius rei ex iam declaratis. Et dicamus iam fuisse declaratum semen maris pręstare formam, & semen fęmineum materiam, id est sanguinem menstruum concoquendo ipsum, & substantificando ipsum, donec recipiat formam, quam ex sui essentia recipere debet, & est videlicet forma specifica maris & fęminę, & ꝙ mas & fęmina non differunt specie, sed differunt debilitate & robore, & tandem oppositione, quę *Aristotelis opinio, & eius fundamenta.*

C datur in vna & eadem specie: & ꝙ iam sciuimus huius rei causam esse, quia mas est calidior fęmina, eiusque genitura calidior muliebri: & ideo eius semen habet vim concoquendi & informandi. Sed qui putant fęminam esse calidiorē mare propter multitudinem sanguinei ab ea egredientem tēpore mēstruorum, errant. quia plurimus exitus sanguinis non indicat caliditatem. nam huius causa est priuatio digestionis sanguis autem indigestus non est calidus. inest quidem caliditas ipsi sanguini syncero digesto, vt sanguini, a quo generatur semen maris. cuius sanguinis pauca portio generatur ex multo sanguine indigesto: quia digeritur, & concoquitur in omnibus membris nutritionis per omnes gradus digestionis, ex quo secernitur excrementum ineptum, donec egrediatur ab eo clarus, purus: qui quidem sanguis est alimentum vltimum primi mēbri, qd est cor, vt declaratum fuit. & hoc in animali sanguineo. exangue enim habet humiditatem vice huius sanguinis. qua natura existente in hoc sanguine constituitur semen fęmineū, sicut natura menstruorū indiget ingenti cōcoctione, & multa: quia priuatio digestionis excedit i fęmina. Hęc igitur est vna ex radicibus suppositis nobis in hoc q̄sito. Secundū pręsuppositum est, ꝙ figura membrorum diuersificatur propter diuersitatē virtutum existentium in ipsis. nam forma cuiuslibet mēbri est apta operationi virtutis, propter quā creatur, vt oculus, exempli gra- *Vide. 8. Meth.*

tia,est propter visum : figura quoq; auris,exempli gratia,est propter auditum: D
sic etiam membrum virile est propter virtutem masculineitatis, officiumq; sibi
aptum : & membrum fœminę propter operationem virtutis fœmineitatis, & of
ficiũ sibi proprium . sequitur ergo , ꝙ diuersitas virtutum est causa diuersitatis
membrorum , non ꝙ diuersitas mẽbrorũ sit causa diuersitatis virtutum. Tertiũ
quoq; presuppositum est,ꝙ cum fuerit iã declaratum in libris vniuersalibus,ꝙ
omne qđ generatur,ideo generatur, quia superat forma agẽtis super formam pa
tientis,& ipsam vincit,donec conuertat eam ad suam naturam , illamq; reddat
sibi similẽ in specie: & ꝙ corruptio proueniẽs ex generatione fit , quia superat
forma patiẽtis ipsum agens, anteq̃ agens cogat ipsam cõuerti ad sui naturam :
quod ita se habet,quia agens & patiens sunt aliquo modo contraria,aliquo mo
do similia, vt in libro de Generatione & corruptione declaratũ fuit : agens igi-
tur & passum,ex eo ꝙ sunt cõtraria, vnũquodq; ipsorum mouet inuicem aliud,
& nititur cõuertere ipsum ad sui naturam, superatq; agens vt in pluribus virtu
te naturę suę. Veruntamen non euadit,quin patiatur & moueatur a passo. quę
quidem res habet gradus . de perfectione.n.agentis et eius virtute est,vt domi-
netur passo dominio perfecto,absq; hoc ꝙ alteretur a passo alteratione sensibi-
li . & imperfectio agentis,eiusq; debilitas est, vt alteretur agens a passo,donec
reducat ipsum ad suam formam : quę quidem malitia, & debilitas habet etiam E
gradus . His ergo subiectionibus sic suppositis , facile possumus ostendere cau-
sam,ob quã aliqui fœtus sunt mares,aliqui vero fœminę . Et dicamus ꝙ iam di
ximus semen maris esse agens,& fœminę passum,& ꝙ fœmina est cõtraria ma
ri,& ꝙ oĩs transmutatio fit de cõtrario in contrarium . & cum semen maris sit
agens,& semen fœminę passum : & transmutetur qñque semen maris a semine
fœmineo:qñ transmutatur agens a patiente non prouenit forma passi,similis for
mę agentis vndequaq;,transmutatur iñ ad aliquod contrarium omnino,siue ser-
uetur in specie forma agentis,qñ transmutatio sit pauca, siue non seruetur,quan
do transmutatio est magna : Si ergo ita est,& fœmina est cõtraria formę maris,
& mas & fœmina sunt specie eadẽ.causa igitur, ob quã vnus cõceptuũ est fęmi
na,alter vero mas,nõ est nisi virtus seminis maris et eius debilitas.&,quia hęc
contraria nõ hñt mediũ, & duo sunt extrema , quę seruant formã speciei, ideo
oĩs embryo est aut mas,aut fœmina. Et ob hanc contrarietatẽ existentẽ in for
ma fœtus primo differunt membra maris & fœminę , est.n. causa diuersitatis
mẽbrorũ ipsa diuersitas virtutum . nam variata prima forma , variantur & cę-
tera mẽbra . Mas igitur habet membrũ propriũ,& fœmina membrũ propriũ.
Sed quo pacto hoc eueniat, dico .s. ꝙ semen maris est ex sanguine, & suo natu
rali calore cõcoquit semen fœminę,ipsumq; constare facit:cui pręstat calorẽ na F
turalẽ similem in spẽ calori naturali appropriato huic speciei:& tunc semẽ fęmi
nę põt recipere formã specificã geniti . Si.n. semen maris p̃stat semini fœmineo
calorem ęqualem calori maris in hac specie,genitũ erit de necessitate mas:quia
sanguis existens in corde huius fętus generatur ex concoctione,& calore simili
sanguini existenti in cordibus mariũ huius speciei.&, cũ huiusmodi sanguis sit
ęqualis in caliditate sanguini mariũ,erit eius excrementum seminale ęquale in
actu,& in caliditate ipsi excremẽto maris. qđ si ita est,sequitur ꝙ habebit mẽ
brũ masculinũ de necessitate:quia natura nihil agit frustra. Quod si semen ma-
ris pręstat semini fœmineo calorẽ minorem calore naturali reperto in cordibus
mariũ,erit de necessitate ęqualis calori naturali reperto in cordibus fœminarũ
huius speciei : nam in vna specie nulla alia est differentia,nisi ista. & , cũ calor
cordis huius fętus fuerit similis calori cordiũ fęminarũ huius spẽi, erit quoq; ex
crementũ huius sanguinis simile in caliditate excremento sanguinis fœminei,&
habebit hmõi fœtus de necessitate membrum fœmineum . Fortior aũt causa,ob
quã discrepant membra maris & fœminę,est diuersitas naturę huius excremẽti.
& causa diuersitatis naturę huius excrementi in ipsis est diuersitas naturę calidi
tatis naturalis existentis in cordibus eorum . & cã diuersitatis huius caloris est
diuersitas virtutis ipsius agentis in debilitate & robore respectu materię . Tan-
dem generatio in animalibus fit de necessitate,seruata quadam determinata pro

A portione in quantitate & qualitate inter virtutem agentis, quę inest mari, & patientis, quę inest fœminę. Nam, si calor agentis esset fortior q̃ debet, efficeret adustionem in materia, & non concoctionem, neq; ex hoc fiet fœtus. & si esset minor quã debet, operaretur cruditatem in materia &, inconcoctionem, ex quo etiam nequaquã fiet embryo. similiter si esset materia humidior quã debet, aut siccior & frangibilior plusquã debet. Ortus quoq; mariũ & fœminarũ fit seruata proportione terminata in quãtitate, & qualitate inter semen maris & semẽ fœminę. Et ob hanc causam reperiuntur aliqui homines non habuisse liberos, qui cum in aliam transferuntur ętatem, generant. Quidã etiam visi sunt non generare cum vna muliere, & tamen cum alia generant. idemq; accidit fœminis. Videtur quoque aliquis, qui in vno anno generat fęminam, & in alio marem. Nonnulli etiam generant marem ex vna muliere & fęminam ex alia. & idem accidit fęminę. Patet igitur ex modo dictis causa marium & fęminarum. & propter quid aliqui homines generant vno tempore mares, & alio tempore fęminas. nonnulli etiam generant marem cum vna muliere, & cum alia fœminam.

Indicia, quibus generatio maris a generatione fœminę discernitur.

B SI ergo huiusmodi terminata proportio, inter virtutem actiuam & passiuam existens, est causa ortus marium & fęminarum, sequitur q̃ res, quę ab extrinseco accidunt, faciunt ad variationem huius proportionis existentis inter agens & passum. & ideo ex ipsis possunt accipi testimonia, & indicia (vt fuit declaratũ de causa masculorũ & fęminarum in tractatu suo) quę sunt quinq; genera. Vnum est ętas, Secundum complexio, Tertium flatus ventorum, Quartum natura loci, Quintum aqua & aer. Iuuenes enim videntur plus mares generare: senescentes vero & adolescentes fęminas. nam iuuenum complexio calidior est complexione senum & puerorum. quod indicat calorem seminis maris esse causam generationis marium: quia in pueris calor est adhuc diminutus, cum nondum peruenerit ad vltimam perfectionem, in senibus vero iam est depauperatus. Complexiones quoque sunt indicium huius rei. inspicimus enim humidos fęminas generare vt in pluribus. nam, quia in eis excedit humiditas, superat etiam frigiditas: quorum complexio similatur complexioni fęminarum. minime igitur habent perfectam vim concoquendi. Existimatur quoque ventos aliquid facere ad generationem, pręsertim ad fęturam ouium. nam cum coeunt, & sufflat ventus meridionalis, gignuntur fęminę. flatu enim C austri humectatur semen, quę quidem humiditas multa est causa in cõcoctionis: flatu vero septentrionalis venti mares generantur, cum huiusmodi ventus exiccet, & arefaciat. Indicium autem ostendens humiditatem esse causam inconcoctionis est, quia menstrua fiunt potius de crescente Luna, cum huiusmodi tempus sit frigidius cęteris temporibus mensis, humidiusq;. & id propter luminis Lunę priuationem: nam Luna agit sua propria circuitione, sicuti agit Sol in quatuor temporibus reuolutione sibi propria. Verumtamen causa actionis Solis est eius propinquitas, & distantia a zenith capitis per suum circulum obliquũ. causa vero actionis Lunę est incrementum lucis ipsius & decrementum. Narrat enim Aristoteles q̃ pastores imaginantur non solum diuersitatem ventorum esse causam fœturę marium & fęminarum, verum etiam aspicere regionem ventorum, quando pecus coit. nam si ad austrum aspectat, fęmine generantur: si vero ad aquilonem mares oriuntur. Locus etiam videtur facere aliquid in his rebus, videlicet sua caliditate, frigiditate humiditate, & siccitate. Similiter etiam ciborum discrepantia, & pręcipue aquarum, multum enim faciunt ipsę in hoc, adeo q̃ aquę frigidę quandoq; semen penitus abolent. Locuti ergo sumus de causa marium & fęminarum, circa quod attulimus veras demonstrationes, rationesque euidentissimas.

Causarum, quinque gña in gñatione masculorũ.

D

Causæ, ob quas nati, vel parentibus, vel aliis sint aut similes, aut dissimiles. Cap. III.

Aedem causæ sunt, & vt alii parentibus similes generentur, alii dissimiles, & alii patri, ali matri, tum corpore toto, tum vero partibus singulis, & parentibus magis, quam maioribus suis, & iis potius, quam quibuslibet, ac mares potius patri, fęminę matri, alii nulli consanguineo similes, sed tamen homini similes, alii ne homini quidem, sed iam monstro. Qui enim suis parentibus similis non est, monstrum quodammodo est. discessit enim in eo quodammodo natura ex proprio genere, cępitque degenerare. Sed initium primum degenerandi est fęminam generari, non marem. verum hoc necessarium est naturæ. genus enim seruari oportet eorum, quæ fęmina & mare distinguuntur. Sed cum fieri possit, ne aliquando semen superet maris aut ob ætatem iuuenilem, senilemue. aut ob aliam eiusmodi causam, fœminam ob eam rem gigni necesse est. at monstrum gigni non necesse est, scilicet ad causam cuius gratia, & finem, quāquam per accidens necesse est. nam principium hinc sumatur oportet. Quoties enim excrementum seminale bene concoctum in menstruis est, motus maris agit pro sua forma. nihil enim refert genitura dicatur, an motus id, quod partem corporis vnamquamque augeat. nec interest augentem motum, an principio instituentem placeat appellare. eadem nanq; ratio motus est. itaq; si superat, faciet marem, non fęminam, & similem ei qui generat, non matri. sed si non superat, pro ea, qua non superarit, facultate defectum faciet. Facultatem autem hoc modo intelligi volo. quod generat nō solum mas est, sed etiā talis mas, vt Coriscus, aut Socrates. nec modo Coriscus est, verum etiam homo. Ad hunc modum alia propius, alia remotius insunt in eo quod generat, videlicet, qua genitale est, non per accidens. verbi gratia, si grāmaticus aut vicinus cuiusquam, qui generat, est. Valet autem semper in generando magis quod proprium & particulare est. Coriscus enim & homo, & animal est: sed propius a proprio distat homo, quam animal. Generat autem & quod particulare est, & quod genus est: sed magis quod particulare. hoc enim substantia est. quod enim gignitur, & si quale quid est, tamen hoc quicquam est, idque substantia est. quamobrem ex facultatibus insunt in seminibus eiusmodi omnium motus. maiorum etiam propria in nepotum semine insunt potentia. Sed propinquius semper quod particulare est. particulare Coriscum dico, & Socratē Sed cum omne, quod mutatur, non in quodlibet, verum in sibi oppositum transeat, ideo & quod in generatione non superatur, transeat in oppositum necesse est, pro ea facultate, qua non superarit quod generat, moueatque. q; si qua est mas,

E

F

Generat & quod particulare, et qđ genus est.

A non potuit, fęmina gignitur. sed si qua est Coriscus aut Socrates, non patri, sed matri simile gignitur. vt enim omnino patri mater opponitur, sic singulis generantibus singulæ generantes opponuntur. similique modo in sequentibus facultatibus agitur. semper enim in sequentem & proximum maiorum potius transitur, tam in patre, quam in matre. Insunt autem motus alii actu, alii potentia: actu insunt motus eius, qui generat, & vniuersalium, vt hominis, vt animalis. potentia insunt motus fœminæ, & maiorum tam in patre, quam in matre. mutatur igitur transigens in opposita. motus autem, qui creant, soluuntur in propinquos. Verbi gratia, motus eius, qui generat, si soluatur, primum differentia minima in motum patris transibit, mox in aui, atque deinceps ad hunc modum in cæteros similes. In fęminis quoque transitus fit. motus enim concipiétis in motum soluitur matris: si nō in eum, in auię: eodemque modo in superiores. Sed potissimum ita natura fert, vt qua mas, & qua B pater est, simul & superet, & superetur. parum enim discriminis est. itaque vt simul vtrunque eueniat, nequaquam difficile est. Socrates enim vir talis quis est. quamobrem mares magna ex parte similes patri existunt, fęminæ matri. simul enim in vtrunque disceditur. opponitur autem fęmina mari, mater patri: discessusque in opposita fit. Sed si motus, qui a mare est, superarit, qui vero a Socrate ē, nō superarit, aut hic superarit, ille non: ita euenit, vt mares similes matri, fęminæ similes patri generentur. Itē, si motus soluantur, & qua mas est, seruetur, Socrates autē soluatur in patris, mas erit auo similis aut alicui cæterorum superiorum maiorū, prout solutio tetenderit. Sed si qua est mas, superetur, fęmina erit similis potissimum matri. si autem & hic soluatur motus, matri assimilabitur matris, aut alicui superiorum pari ratione. Idem modus partium quoque est. sæpe enim aliæ patri similes, aliæ matri, aliæ maiorum alicui similes cō C stituuntur. insunt enim & partium motus, alii actu, alii potentia, vt sæpius diximus. Omnino subiicienda sunt tria illa. vnum, quod modo dixi, motus inesse, alios potentia, alios actu. alterum, degenerare in oppositum, quod superatur. tertium, transire in motum proximum id, quod soluitur. & si minus soluitur, in propinquum, si magis, in remotiorē discedere, demumque ita confundi, vt nemini suorum similes prodeant, sed commune tantum relinquatur, vt homo fit. cuius rei causa est, quòd commune particularia consequitur omnia. homo enim vniuersale est: Socrates pater, & quæcunque est mater, particulare est. Causa vt motus soluantur est, quòd omne agens patitur etiam a patiente: vt quod secat, hebetatur ab eo quod secatur: quod calefacit, refrigeratur a calescēte: deniq; quodcūq; mouet, excepto primo, mutuo mouetur aliquo motu. verbi gratia quod pellit, pellitur quodā modo: quod premit, reprimitur. Interdū etiam ita fit, vt quod agit, magis patiatur, quam agat, & refrigere-

Cur vt plurimum mares patri fęminę matri similes existant.

Causa solutionis motus quę fit.

tur quod calefacit, calefcat quod frigefacit, cum aut nihil fecerit, D
aut minus, quam ipfum affectum eft. dixi de iis, cũ de ratione agen-
di patiendiq; docerem. videlicet quibus in rebus ineffet agere & pati.
Degenerat autem quod patitur, nec fuperatur, aut defectu faculta-
tis eius quod coquit & mouet, aut copia, frigiditateque eius, quod
concoquitur & diftinguitur. Cum enim partim fuperet, partim
non fuperet, facit multiforme quod conftituitur: vt Athletarum
nonnullis per vfum cibi nimium accidit. Cum enim per copiã pa-
ftus natura nequeat fuperare, vt proportione augeat, formamque
feruet eandem, diuerfę efficiuntur partes, & adeo interdum, vt nihi-
lo fere fimiles primis euadant. Proximum huic eft morbus, quem
Satyriam appellamus, etenim in eo præ abundantia fluxionis, aut
flatus crudi in partes faciei decumbentis, facies animalis diuerfi &
fatyri apparet. Sed quam ob caufam mares, & fœmine generentur,
& alii parentibus fimiles, fęminæ fęminis, mares maribus, alii e
diuerfo, fęminæ patri, mares matri, denique alii maioribus fuis fi B
miles, alii fuorum nemini fimiles exiftant, idque tũ corpore toto, tũ
partibus fingulis, de iis inquam omnibus dictum iam eft. Senten-
tię autem aliorum etiam Naturæ interpretum funt de iis rebus, fcili
cet quamobrem fimiles parentibus generentur. Afferunt illi dupli
cem modum rationis. nõnulli enim ita cenfent, vt ab utrouis plus fe
minis venerit, ei fimilis magis generetur, æque toti totum, & par-
ti pars, quali ex vnaquaque parte femen decedat: fed fi par de vtroq;
venerit, fimilis neutri procreetur. quòd fi falfum eft, nec omni ex
parte decedit, conftat nec fimilitudinis & difsimilitudinis caufam id
effe quod referunt. Tum etiam quemadmodum fimul & fœmina fit,
& patri fimilis, aut mas & fimilis matri, non facile explanare pof-
funt. Qui enim, vt Empedocles aut Democritus, caufam de ma-
re, & fœmina reddunt, impofsiblia modo alio dicunt, fed qui quod
plus minusue a mare, aut a fœmina fecefferit, alterum marem, alte-
rum fęminam gigni caufantur, ii nequeunt explicare quemadmo- F
dum fęmina patri fimilis, mas fimilis matri reddatur. fimul enim
plus de vtroque venire impofsibile eft. Ad hæc, cur fimiles maio-
ribus fuis magna ex parte, remotisque generentur, cum nihil femi-
nis ab illis fecefferit, nihil profecto ifti quòd bene tueantur habent.
Sed qui reliquum fimilitudinis modum afferunt, ii tum cętera, tum
vero hoc melius dicunt. Sunt enim qui femen genitale dicant quã
uis vnum, tamen veluti omnifariam quandam effe multorum fe
minum miftionem. Itaque vt fiquis multa faporum genera in
eodem humore mifcuerit, moxque inde fumat, pofsitque fumere
femper non tantundem ex vnoquoque, fed modo huius, modo il-
lius plus, alias etiam ex hoc fumat, ex illo nihil fumat: fic in femi-
ne genitali effe, cum ex multis ac variis miftum fit. a quocunque
enim gignente accefferit plurimum, ei fimilem forma generari. Sed
hęc

Pri. de Gñe tione,

Satyria mor bus,

Aliorũ fenteñ tię, cur fimi- les nati fiant parentibus, ac earũ ĩcrę pationes,

A nec ratio nec plana est, & passim fictitia est. vult hæc non actu, sed potentia inesse, quam omnifariam seminis commistionem appellat. & quidem ita dici melius est. illo enim modo impossibile est, hoc possibile est. Verum qui ita causam reddunt, nullo modo rationẽ afferre de omnibus facile poterunt, cur fęmina, cur mas gignatur. quamobrem sæpenumero fęmina patri similis, mas matri proueniat. atque etiam de maiorum similitudine, ad hæc, qua de causa interdum homo quidem, sed nulli suorum similis generetur. alias vsque adeo procedendo degeneret, vt demum ne homo quidem, sed animal tantum aliquod existat, quæ monstra dicuntur.

Causę, ob quas nati sunt similes, vel dissimiles parentibus, aut aliis.

Loquamur modo de causa similitudinis, & dicamus iam apparere aliquos natos similes parentibus, quosdam vero dissimiles. Et qui similes, alii patri similantur, alij alicui trunco patris, s. auo, aut alicui ramo vt fratri, aut alicui ramo trunci paterni, vt fratri patris: alii matri, aut alicui ex radicibus ip B sius aut ramis radicũ: alii sunt similes alicui hominũ a casu, quę similitudines oẽs quandoq; sunt in toto corpore, nonnunquã tñ in vno membro aut in pluribus. Sunt & aliqui homines, qui similãtur patri in vno membro, & in alio matri: similiter in ramis patris & eius trunco, & in ramis matris, & eius trunco. omnia igitur hęc apparẽt de similitudine. Causa autem similitudinis in vniuersali, & causa masculineitatis & fęmineitatis est eadẽ genere. Dissident tñ differẽtiis iã dictis. nã cum agens pręstet passo aliquã similitudinem per se: sintq; in mare, qui agit in semen, tres formę, Vna est forma specifica propria huic speciei. Alia est forma masculineitatis, quę est veluti differentia illius speciei. Tertia autem est forma indiuidualis, qua est hoc agens determinatum: sequitur ergo ꝙ quando agens dominatur supra materiam passi perfecto dominio, ꝙ pręstabit ei illas res formas. ꝙ si huiusmodi mas exempli gratia fuerit homo, fętus quoq; erit homo, & mas similis huic homini. Sed si deficit vna harum formarum propter debilitatem agentis in pręstando vnam earum, tũc conceptus fertur ad eius oppositum. Si enim deficit forma speciei, tunc huiusmodi conceptus non erit homo perfectus, sed monstrũ. si vero hęc forma non deest, sed deficit pręstare aliã, quę est forma maris, tũc hęc forma vertetur ad sui oppositum, quę est ipsa fęmina. & si deficit in forma indiuiduali sibi propria, transit conceptus ad formam, C quę se habet veluti opposita, & diuersa ad istam formam: & est ipsa forma indiuidualis matris, quę est illa similitudo sibi propria. Et quandoq; agẽs nõ est potens in pręstando formam masculineitatis, sed roboratur supra formam indiuidualem: quare conceptus erit fęmina similis patri. & fortasse erit oppositum huius, s. ꝙ conceptus erit mas similis matri. quod quidem ita fit, quia vnum quodq; ipsorum, s. agens, & patiens mouentur a se inuicem, & habent esse. Et, quia hic motus necessario fit de contrario in contrarium: ordo aũt huius motus & huius transitus est vt narrabo, videlicet ꝙ cum actio agentis fuerit perfectissima in pręstando hanc formam, s. formam similatiuã: tunc cõceptus erit sibi similis. sed si fuerit parum imbecilior, erit similis trunco eius, aut ramo, siue ramis truncorum. Et huiusmodi ordo in propinquitate, & remotione eius erit iuxta eius debilitatem et vigorem. quanto. n. fortius fuerit in optime operãdo, fiet trãsitus formarum ad similitudinem propinquam agenti: & quanto virtus fuerit debilior tanto plus erit transitus ad similitudinem remotiorem. Si vero agens fuerit impotens pręstare passio similitudinem in eo repertam, aut in vno trunco & ramo, transfertur de necessitate similitudo ad aliud oppositum, videlicet ad similitudinem matris, aut ad similitudinem vnius trunci eius, aut rami, aut ramuli trunci. ꝙ si motus huius transmutationis fuerit fortis, transibit natus ad similitudinem matris. & si debilis, tunc transibit in similitudinem vnius

AVER.

Tres formę in genito.

trunci aut rami, & id propinquius aut remotius iuxta debilitatem motus, & vigorem eius. & si tollatur hic motus a duobus extremis, scilicet ex parte maris & feminę, tunc motus erit similis cuicunque hominum acciderit. Exempli gratia; si Socrates habuit liberum ex Rachele: & motus proueniens a Socrate fuerit perfectus, tunc natus erit similis ei. sed si fuerit debilis, tunc motus transfertur ad patrem Socratis, et erit similis auo suo. ꝙ si plus debilitatur, trāsfertur ad ramos eius, aut ad ramos truncorum eius, vt si similetur fratri suo, aut patruo. Nam quanto motus fuerit debilior tanto plus transmutabitur in remotiorem ramum, vt transfertur ad truncum remotum, & transfertur a trunco ad ramum iuxta robur rami, & debilitatem trunci. vel ꝙ potest esse, ꝙ non transferatur ad ramos, donec debilitetur, ita vt non possit fieri translatio ad truncos. Sed si aufertur motus totaliter ex parte Socratis, & eius radicū, et ramorum ipsius, et ramulorum radicum, tunc de necessitate transferetur ad primum contrarium, qd est Rachel, & natus erit similis ei. & si debilitatur motus plus, tunc transferetur ad vnum truncorum ipsius Rachelis, aut ad ramos eius, aut ad ramulos truncorum eius, quod etiam fit propinquitate & remotione, ꝙ si talis motus omnino aufertur, tunc natus erit similis cuicunque contigerit, & ideo figurę sunt diuersę inter se, & disperatę. Et ob hanc eandem causam fit etiā similitudo, in vno mēbro, vel in pluribus. & hoc siue sunt similia membris patris, aut vni radicum eius, aut vni ex ramis ipsius, aut ramis radicū, siue mēbris matris, aut vni ex radicibus eius, aut alicui ex ramis eius, aut ramulis radicum. Iam ergo explicauimus causam, ob quam quidam natorum sunt similes, alii vero dissimiles. & id de omnibus speciebus similitudinis, quę reperiuntur, quas enumerauimus. D

Aliorū opiniones d natorum similitudine cū parentibus.

Dvę tamen fuerunt opiniones Antiquorū de similitudine. Vna fundatur supra hoc, s. ꝙ semen deciditur ab omni membro sibi simili; hi aūt putant ꝙ a quo plus seminis egreditur, fiat illius similitudo, nā si id a mare pueniat fiet quoq; eius similitudo. si vero a femina, erit etiam simile sibi. Sed iam fuit declaratum hanc opinionem esse falsam, neq; ipsi possunt ostēdere quo pacto femina sit similis patri, & mas feminę: quia id a quo plus egreditur, debet ēt superare in vtroq;, s. in masculineitate, aut in feminineitate, & in similitudine. Secunda opinio tenet natum fieri ex duobus seminibus inuicem mixtis & cōtemperatis, & quamuis hęc opinio sit dignior dictu illa prima, cū ponat similitudinem esse in semine in potentia, attamen iam patuit eius destructio, cum fuerit verificatum, ꝙ semen maris, ex eo ꝙ est subiectum generantis, & eius instrumentum, etiam nō potest esse pars generati. Nam, si semina essent pars geniti, tunc ipsum generans non haberet organum; quod est falsum, cum supponatur ꝙ vna ex cōditionibus generantis est ꝙ contangat, aliter enim non fiet actio & passio. Est quoque ex conditionibus contangentis esse corpus, oportet ergo ipsum generās agens esse aut corpus, aut generans per organum corporeum. sed falsum est ꝙ sit corpus: relinquitur igitur ꝙ est de necessitate generans per instrumentum corporeum, quod est ipse spiritu seminalis, vt fuit declaratum. Fit quoque instantia contra istos, quomodo aliqui natorum non similantur patribus. ꝙ si dicant causam huius rei esse contemperaturam seminum secundum ęqualitatem, sequetur tunc ꝙ similitudo erit communis inter patrem, & matrem. Contra hāc etiam opinionem obiicitur propter quid fęmina est similis patri, & mas matri. B E

Quas ob causas monstrosa animalia generentur, & quare aliis unifer, aliis paucifer, aliis multiplex sit partus. *Cap. IIII.*

Roximum enim ab iis, quę iam explicauimus, est, vt causas de monstris reddamus. ad extremum enim, cum motus soluantur, & materia nō superetur, remanet quod ma

A ximè est vniuersale, id est animal. Iam puerum ortum capite arietis, aut bouis referunt. idemq; in cæteris membrum nominant animalis diuersi. vitulum capite pueri, & ouem capite bouis natam asseuerant. Quæ omnia accidunt quidem causis supradictis. sed nihil ex iis, quę nominant, est, quamuis similitudo quædam generatur. quod euenit etiam non in monstrum peruersis. quamobrem sępenumero per conuicium nonnulli deformes assimilantur, aut capræ ignem efflanti, aut arieti *peculeo. Physiognomon quidā omnes ad duorum aut trium animalium formas redigebat, & dicendo plerunq; persuadebat. Sed enim impossibile esse, vt tale monstrū gignatur, idest alterum in altero animal, tempora ipsa grauiditatis declarant, quæ plurimum discrepant in homine & cane, & in oue & boue. nasci autem nullum nisi suo tempore potest. partim igitur hoc modo dicuntur monstra, partim quod forma prodeant multimembri, scilicet multis pedibus, aut multis capitibus. sed profectò rationes monstrorum, & oblæsorum animaliū propinquæ, & similes inter se quodammodo sunt: mōstrū.n. oblæsio quædā est. Democritus vero monstra fieri ea causa scribit, q̄ duo subeunt semina, alterū āte, alterū postea: quæ, cū in vtero confundātur, euenit, vt membra coalescant atque dissideant. Auibus vero, quoniam coitus agitur crebro, idcirco semper & oua, & colorem euariare autumat. Sed si ita sit, vt ex vno semine, eodemq; coitu plura generentur, quod patet, præstat non circumire via omissa breui & facili. iis enim tum maximè id accidere necesse est, cum semina non distinguuntur, sed simul subeunt. quòd si semini maris causa tribuenda est hoc modo dicendum sit. Sed enim ex toto potius causam in materia, constituendisq; conceptibus esse censendum est. quamobrem monstra eiusmodi raro admodum fiunt in iis, quæ singulos pariunt sed crebrius in iis, quorū partus est numerosus, & præcipue in auium genere, earumque potissimum in gallinis. iis enim partus numerosus, non modo quòd sæpe pariant, vt columbę, verū etiam quòd multos simul conceptus intra se continent, & temporibus omnibus coeūt. hinc gemina etiam pariunt plura. cohærent enim conceptus, quoniam in propinquo alter alteri ęst, quomodo interdum fructus arborum cōplures. quòd si vitella distinguuntur membrana, gemini pulli discreti sine vlla superuacua parte generantur. Sed, si vitella continuantur, nec vlla interiecta membrana disterminantur, pulli ex iis monstrifici prodeunt, corpore & capite vno, cruribus quaternis, alis totidem, quoniam superiora ex albumine generentur, & prius (vitellum enim cibo iis est) pars autem inferior postea instituit, quanquā cibus idem, in discretusq; suppeditat. Iam serpens etiam biceps visus est, videlicet eadem de causa. nā id quoque genus oua parit, & multa numero. sed rarius in eo monstri iustitutio euenit, propter vteri formam. porrecta enim in versum copia ouorum continetur pro vteri longitudine. Nec vero in

Alij petulco. sed Antiquus interpres habet porco pręconizanti.

In gallinis crebrius mōstra fiunt.

genere apum aut vesparum tale quid accidit. cellulis enim discretis partus earum continetur. at in gallinis ecótrario fit. Vnde apertum est causam euentorum huiusmodi in materia esse putare oportere. vt enim in iis, quæ plura pariunt, magis: sic in iis quæ pauciora, minus id accidit. quocirca homini minus. singularem enim perfectumque parit. nam & homini locis, quibus mulieres præfœcundæ sunt, magis id euenit, vt in terra Aegypto. capris vero & ouibus magis, vt fœcundioribus accidit. atque etiam magis multifidis. multipara enim id genus animalia sunt, nec partum perficiunt, vt canis. cæcos enim magna eorum pars solet parere. quod quam ob causam accidit, & quamobrem periant multos postea explicabimus. sed enim hæc propensiora iam sunt suapte natura ad monstrificam partionem, quando nõ similes sibi generant, sed imperfectos. nam & monstrum quid dissimile est. quamobrem iis, quorum talis natura est, facilius casus hic obuenit. in iis enim potissimum, & quæ metachœra appellantur, consistunt, quæ aliquatenus labe monstrifica sunt affecta. nam de esse, aut superesse quicquam, monstrosum est. monstrosum est enim res præter naturam. sed præter eam, quæ magna ex parte fit. nam præter eam, quæ semper & necessario est, nihil fit. verum in rebus iis, quæ magna quidem ex parte ita fiunt, sed aliter etiam possunt fieri, euenit, quod præter naturam consistat. nam & inter eas ipsas, quibus accidit quidem præter hunc ordinem, sed nunquam quolibet modo, minus monstrum esse videtur. quoniam quod præter naturam fit, idem etiam secundum naturam quodammodo est, cum naturam materiæ natura formæ non superat. quamobrem nec ea monstri nomine appellantur, neque vbi fieri aliquid solet, vt in fructibus. Vitis enim quædam est, quam aliqui capneum vocant, quæ cum vuam albam soleat ferre, si nigram tulit, monstrum id esse non putant, quoniam sæpissime id facere ea soleat. causa est, quòd sua natura inter albam & nigram est. itaque non longe disceditur, nec præter naturam fere. non enim in aliam naturam transitur. At in iis, quæ pariunt plura, tum ea ipsa eueniunt, tum vero copia partus impedit alter alterius perfectionem, & causam genitalem. De partu numeroso, paucifero, & singulari, atque etiam de iis partibus, quæ aut supersunt aut desunt, quæstio existere potest. Gignuntur enim interdum alia pluribus, quam iustum sit digitis: alia vno tantum. eodemque modo in cæteris partibus, aut excedunt, aut deficiunt. nonnulla etiam duplici genitali, altero maris, altero fœminæ nascuntur. & in genere quidem hominum, sed maxime in caprarum. gignuntur enim quas vocant hircinas, propterea quòd simul genitale habent & maris, & fœminæ. iam & cornu gerens in crure capra conspecta est. Partibus etiam internis mutationes detrimentaque accidunt, vt vel careant aliquibus, vel habeant minuta, & læsa, vel plura numero vel nõ suis

Mulieres Aegypti p̃fœcundæ.

Mõstrosum quid.

Quæstio de partuũ multitudine, ac paucitate: ac ipsarum partium defectu abundantiaue.

Monstrorũ varietas.

τραγαιναι capræ hircinæ.

A posita locis. Sed corde carens nullum vnquam animal ortum est:
quanquam liene carens, & duplicem habẽs lienem, & altero vacans
rene visum est. Iecore etiam carens toto nullum notatum est, quan-
quam quod non totum haberet, iam patuit. hæc autem in perfectis
viuisque reperiuntur. Felle item priuata prodierunt, cum sua natu-
ra habere deberent. alia contra plura habuerunt. Iam locis etiam *Obseruo.*
permutatis iecur latere sinistro, lien dextro contineri visus est.
Hæc, vt modo dixi, in animalibus iam perfectis explorata sunt, in
nascentibus autem varie perturbatur. quæ si parum de sua natura
discedunt, viuere solent: si plus, viuere nequeunt, videlicet cum
quod præter naturam est, partibus viuendi principalibus accidit.
Modus vero consyderandi de his est, vtrum eandem causam putare
oporteat partus singularis, & partium defectus: itemque partus
numerosi, & partium excessus, an non eandẽ. Primum igitur quòd
alia pariunt multa, alia vnum, merito quispiam miretur. Quæ enim
B maxima inter animalia sunt, ea singulos pariunt: vt elephas, came-
lus, equus, & reliquæ solipedes. quæ partim maiora cæteris sunt,
partim longe magnitudine superant. Canis vero, & lupus, & reliqua
multifida omnia fere pariunt multa: atque etiam parua eiusdem
generis, vt mures. bisulca pauca generant, preterquam sues. hæc
enim inter multipara est enumeranda. Ratio enim probabilis est,
vt maiora animalia plura generare, plusque afferre seminis possint. *Cur aialia*
Sed certe id ipsum, quod admirari facit, causæ est, ne admiremur. fa *magna pau-*
cit enim eorum magnitudo, ne multa pariãt. cibus enim iis absumi- *ca, pua plu-*
tur in corporis incrementum. minoribus vero natura demendo de *ra generent.*
magnitudine auget in excremento seminali exuperantiam. Item
plus seminis genitalis esse, quod maioris est animalis, minus autem
quod minoris, necesse est. at multa effici parua in eodem possunt,
multa magna effici difficile est. mediocribus vero magnitudinis me
C dium a natura datum est. Sed quamobrem animãtium alia maiora,
sunt, alia minora, alia mediocria, causam ante reddidimus. Sunt au
tem alia vnipara, alia paucipara, alie multipara. & magna ex par-
te vnipara sunt quæ solipeda, paucipara quæ bisulca, multipara
quæ multifida. cuius rei causa est, quòd magna ex parte magnitu-
dines corporis iis differentiis distinguuntur. tamen non ita in om-
nibus est. magnitudo enim & paruitudo corporis causam habent
partus amplioris & parcioris, non solipedis aut multifidi aut bisulci
generis ratio. cuius rei testimoniũ est, quòd elephas animalium maxi
mũ, idemque multifidum est. camelus bisulcum est, quod maximũ
inter reliqua est. nec solum in pedestrium genere, sed etiam in volati
lium, & nantium magna parum fœcũda sunt, parua vero perquam
fœcunda eadem causa. plantæ etiam, non quæ maximę sunt, pluri- *Dubitatio &*
mũ afferunt fructus. diximus quamobrẽ alia parere multa, alia pau *causa nume-*
ca sua natura assolent. Sed huius quæstionis illud maxime quis mire *rositatis par-*
tus.

cur in iis, quæ pariunt multa, quod plerunque vno initu animalia id D genus impleri cernitur. Semē autem maris, siue ad materiam cōfert, se adhibens partem conceptus, & miscens cum semine fœminæ, siue nō eodē modo, sed vt non cēsemus, cogit, conditq; materiam cōtentam in vtero, seminaleque fœminæ excrementum, vt succus lactis humorem spissat, cur tandem non vnum efficit animal incrementi maioris? vt succus in lacte non certa quantitate ad cogendum describitur, sed quò plus lactis plus succi subierit, eò plus colostri concrescit. Semen igitur trahi a locis vteri, atque ob eam rem multa generari pro numero locorum & accetabulorū, quę vnum nō sunt, opinari nihil rationis est. sæpe enim eodem in loco vteri gemini consistunt. in genere etiam multiparo, cum plenus fœtuum vterus fuerit, deinceps alius ab alio iacere cernuntur. quod ex dissectionibus patet. Sed vt perficiendi cuiusq; animalis certa est magnitudo, tum ad maius, tum vero ad minus, quem terminū non supragrediūtur, vt vel maiora, vel minora euadant, sed in medio magnitudinis spacio excessum defectumue inter se capiunt, atque ita homo alius alio auctior est, & cæterorum quoduius animalium: sit materia seminalis, ex qua consistū r, non indefinita est, nec in plus, nec in minus, vt ex quantalibet possint generari. Quæ igitur animalia ea, quam diximus, causa plus excrementi secernunt, quam satis sit ad vnius animalis originem, iis fieri non potest, vt ex eo toto vnum gignatur animal: sed tot numero gigni necesse est, quot magnitudinibus debitis præscripta sunt. nec vero maris semen, aut facultas contenta in maris semine plus quicquam, aut minus constituit, quam a natura sancitum est. eodemque modo, si plus seminis mas emiserit, aut facultates plures in semine diuidendo contentas, nihilo maius efficiet quāuis plurimū accesserit: immo contrarium aget. exiccando. n. corrumpet. neque enim ignis, quo plus fuerit, eo magis calefaciet aquā: sed certus caloris terminus est, vltra quē si ignē augeas, E nihilo reddes aquam calidiorem, sed facies vt magis euaporetur, demumq; delatur & exiccetur. Cū igitur hæc moderationē certam inter se requirant, f. excrementum fœminæ & maris, qui semen emittant, multipara animalia statim emittunt quod sibi conueniat. videlicet mas, quod diuisum possit constituere plura: fœmina tantū, vt plura cōstitui possint. Lactis autem illud exemplū simile nō est. seminis enim calor non modo efficit quantum, sed etiam quale quid. at succi & coaguli calor quantum duntaxat constituit. Causa igitur, vt plures conceptus cōtrahantur, nec vnū cōtinuum ex cunctis cōsumetur in multiparis animalibus, hæc est, ꝙ non ex quantolibet conceptus incoetur, sed si aut parum, aut multum admodum sit, gigni nō poterit. præscipta enim certaq; est virtus, & patientis, & augētis. Simili modo in vniparis magnisque animalibus, non multa ex multo excremento consistunt, cum in iis etiam ex certo quanto certū quan-

Cōfirmatio ex lacte.

Dubitationis solutio.

A cum, quod cōficitur, fit. plus igitur materiæ talis nō mittit ea, quam prædiximus, causa. quam autem mittit, talis per naturam est, qua vnus tantū conceptus generetur. q̃ si aliquando plus accesserit, tunc gemini nascentur. ex quo fit, vt hæc portenta potius iudicentur, quoniam præter solitū, & quod magna ex parte agatur proueniunt. Homo cum omnibus generibus ambigit. nam & vniparum, & pauciparum, & multiparum interdum est. sed maxime sua natura vniparum est. humore profecto caloreque corporis multiparum est. feminis enim natura humida & calida est. sed suæ magnitudinis ratione pauciparum, atque vniparum est. Hinc tempus etiam vteri ferendi enorme vnum hoc animal sortitum est. cæteris enim vnum est tempus, homini vero plura sunt, quippe cū & septimo mense, & decimo nascatur: atque etiam inter septimum & decimum positis. qui enim mense octauo nascuntur, etsi minus, tamen viuere possunt. cuius rei causa accipi ex iis, quæ modo explicauimus, potest. dixi de

Nota.

Homini tempus ferendi vteri enorme.

B his in problematibus, atque de his rebus ita disseruisse, statuisseque satis sit. Partium autem superuacuarum præter naturam eadem causa est, quæ geminorū generationis. iam enim in conceptu causa accidit, videlicet si plus materiæ consistit quam pro ipsius natura partis sit. sic enim accidit, vt vel pars maior, quam iustum sit efficiatur, verbi gratia, digitus, aut manus, aut pes, aut aliud ex cæteris postremis aut membris: vel fisso conceptu plures reddantur, quomodo in fluuiis vertigines geminantur. fit enim ibi, vt humor, qui fertur, & profluens mouetur, si in aliquid offenderit, secetur, & ex vna in duas euadat constitutiones, quæ eundem habeant motum. hoc eodem modo in conceptibus euenit. adnascuntur partes. ille vacantes maxime quidem propinquæ, sed aliquando etiam remotæ propter conceptus motionem, quanquam præcipue, quod materiæ exuperantia ibi redditur, quo tandem decubuit. formam vero vnde superfuit, inde recipit. Quibus autem gemina habere genitalia

Sectione nona.

Partium superuacuarū, et agnatarū ratio.

C accidit, alterum maris, alterum fœminæ, iis semper alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum subinde delitescat, quoniam præter naturam est. agnatum est enim modo abscessus. nam & abscessus assumunt aliquid nutrimenti, quamuis post geniti sint, & præter nuturam. Sed si quod creat, omnino aut superat, aut superatur, similia oriūtur duo, ac si partim superauit, partim superatum est, alterum fœmina, alterum mas generatur. nihil enim interest de partibus, an de toto dicamus, videlicet quā ob cām alterū mas, alterū fœmina gignatur. vbi aūt partes eiusmodi desunt, vt postrema aliqua, aut alia quæuis membra, eandem cām esse putandū, quā, si omnino qđ gignitur, abortū patiatur. abortus aūt conceptuum euenire complures certū est. Differunt agnationes a partu multiplici quomodo exposui. monstra vero cū iis dissident, eo quòd pluribus coalescant. sed nonnulla hoc etiam modo veniunt, si in parte

De gemina habentibus genitalia.

φύματος. abscessus.

Agnatarum partiū a mōstris differētia.

maiore, & precipua quadam peruersum est. Vt si qua gemino liene, D aut pluribus renibus oriuntur, tum etiam locis partium commutatis, monstrum dicimus. quod diuersione motuum, translationeq; materiæ accidit. Vnum ne an plura sit per coagmentationem, quod monstrificum prodit animal, iudicandum est principii ratione. verbi gratia, si cor pars eiusmodi est, quod vnum cor habet, vnum animal est, quod duo, id duo est animal, quæ sibi coaluerunt propter cõceptuum coniunctionem. partes vero superuacuas agnationes esse declaratum iam est. Accidit etiam sæpe vt pluribus ex iis, quæ ante oblesa non viderentur, animalibus iam perfectis meatus aut adducti cõcorporarentur, aut diuerterentur. Iam fœminis nonnullis os vteri compressum, concorporatumque ab ineunte ætate ad tempus vsque menstruorum perseuerauit, mox vrgentibus menstruis, doloreque infestante, aliis sponte disruptum est, aliis dissectum a Medicis. nõ nullæ interierunt, cum aut per vim disrumperetur, aut disrumpi non posset. Pueris etiam quibusdam genitalis postremum, & meatus, qua excrementum vesicæ transit, non eodem tetenderunt, sed infra meatus ille transegit. quamobrem demissis clunibus mingunt, qui testibus paulo in partem superiorem retractis, videntur a longe simul, & maris habere genitale, & fœminæ. Meatus etiam alimenti sicci coaluit aliquibus bestiis, scilicet ouibus, & quibusdam aliis. nam & vaccam fuisse Pirinthi accepimus, cui cibi excrementum extenuatum per vesicam transmittebatur, dissectusque anus denuo propere coalescebat, nec resecando euincere vitium poterant. De partu multiplici & paucifero, ac de agnatione partium aut defectu, atque etiã de monstrifico partu dictum iam est. E

Quo pacto monstrosum aial vnũ an plura sit diiudicãdum. Multa priu' non oblesa cognita postea visa sũt

Perinthi.

Quis ob causas monstruosa animalia generentur.

AVER. ET postquã tractauimus de cã similitudinis, expedit mõ tractare de causa, ob quam monstrosa animalia generentur. Dicit autem Aristoteles, ꝙ ista monstra in sua preternaturali egressione non expoliantur a specie aĩalis generantis ea. Plures tamen Antiquorum ponebant id esse possibile. nam potest nasci agnus habens caput bouis, & homo habens caput agni sc͂dm ipsos. Et Ari. dicit ꝙ huiusmodi monstrositas non pretergreditur naturam, nisi qualitate, aut in quantitate, aut in numero, aut in situ. In qualitate quidem, vt animal, quod neque mas est, neque femina, quod incertum appellatur. in quantitate, vero vt si habuerit caput maius, aut minus. in numero autem, vt si habeat duo capita, aut quatuor crura, aut ꝙ careat his membris. in situ quoque, vt si habet lienẽ in dextero, & iecur in sinistro latere situatum. Corruptio in qualitate est, vt in boue, quem viderat Aristoteles clausum, s. non emittentem excrementũ siccũ. Cuius rei causa est alterum duorum, s. vel debilitas agentis, vel inobedientia recipientis, vt contingit rebus artificialibus, quibus euenit corruptio in figura pp alterum horum duorum, aut propter vtrunq;. Excessus vero, & defectus contingens in mensura, & in numero est eadem causa, ob quam aliqua animalia multa pariunt. quamobrem monstra eiusmodi crebrius fiunt in iis, quorum partus est numerosus. quare primo de causa multiparorum animalium tractandum est. Et dicamus circa hoc animalia esse in triplici differentia. Nam vel sunt anima- F

Animalia in triplici sunt differentia.

A lia, quę singulum pariunt, quorum corpora sunt magna, vt camelus, & elephas, atq; equus, magnaq; ex parte ea, quę solipeda sunt vel sunt multipara, & sunt quę minora habēt corpora, & plerūq; sunt multifida, & aues paruę: vel sunt me diocria inter multipara, & paucipara, & sunt quę corpora habent mediocria, et vt in pluribus sunt bisulca. Scrofa autem est media inter bisulcas, et solipedes: nam reperiuntur quędam ex ipsis bisulcę, quędam vero solipedes. sunt tamen eius cōceptus plures pp excessum humiditatis, & caliditatis in ipsis. et ideo Aristoteles similat ipsas plantę viridi in bona existenti terra. Aliqui tamen putant pluralitatem conceptum euenire ex multitudine locorum vteri, in quibus semē dispartitur, nam videtur eis esse necessarium duo semina admisceri, donec ex ipsis fiat vnus fętus. Et si necesse est in omni conceptu misceri vtraq; semina, sequitur q causa, ob quam fiunt plures conceptus, sit pluralitas locorum vuluę. Nam apud eos non videtur dari causa partitionis partis, nisi partiantur loca, & tamen id, quod de hoc opinantur est falsum: quia Aristoteles narrat vidisse multotiens animalia multipara habere gemina in eodē loco vuluę. Cā aūt pluralitatis conceptuum est, vt dicit Aristoteles videlicet q cū materia, a qua generatur animal, non sit in quacunq; quantitate contigerit, similiter & instrumentū quo agens agit, sed in certa quantitate a natura terminata, quare vnus fętus habebit quantitatem terminatum a natura, & instrumentum determinatę quantitatis a

B natura: sequitur igitur q, quando materia fęminę fuerit in maioris quantitate, q̄ requiretur ad creationem vnius foetus: materia queque instrumentis generantis fuerit in maiori quantitate quā exigit organum generans, qd ēt locus sustineat, tunc foetus erunt plures vno. Hinc est q animalia, quę naturaliter emittūt multum semen, multa pariunt: quia liberalitas peruenit ex datore formę, auaritia vero ex natura materię. Si ergo non posset aliquod aīal prestare de semine, nisi quantum est conueniens. quantitas pro vno fętu tantum non generaret nisi vnū tantum. q si medio modo se haberet, erit quoq; mediocre in multiplicatione fętuum. Magnum autem animal pauca parit, quia materia seminalis in incrementum corporis absumitur. locus quoque est strictus ad hoc, quia pportio magnitudinis corporis conceptuum suorum ad ipsorum magnitudinē est minor proportione magnitudinis corporis conceptuū aīalis multipari ad magnitudinē patrum, & ideo magnum aīal, non potest ferre plusquam vnū fętū. Sed aīalia minora multum semen obtinent. & hęc proportio in eis est magna, i. proportio corporis patris ad corpus nati. Aīalia vero mediocria habēt mediocritatem in multitudine & paucitate conceptuū, quia hmōi cā est mediocris in eis. Causa igitur pluralitatis fętuum in summa est multitudo seminis: & cā multitudinis seminis sunt duo, videlicet exuperantia caliditatis & humiditatis in complexione hu-

C ius animalis, & paruitas corporis. Homo autem in hoc est medius inter hęc duo genera. i. inter pauciparum, & multiparum. ratione enim suę magnitudinis, pauciparum est: sed ratione exuperantię caliditatis & humiditatis tn eo est multiparum. Est ideo magna ex parte vnum parit, quandoq; tamen plura. q si plura vno generat, gemina sunt vt in pluribus. causa est manifesta ex iam dictis. sunt tamen quędam mulieres, quę plura duobus pariunt: vt narratū fuit de foeminis existentibus in parte Aegypti, quę quatuor pariunt & quinq;. Hinc est q tempus vteri ferendi ipsius est diuersum a cęteris aīalibus, propter diuersam cōplexionem hominis in caliditate & humiditate, et est inęquale in hoc. nam aliquę foeminę septimo pariunt mense, sed plerūq; in nono, aliquando vero in octauo.

Ratio temporis partus, ac eius vita.

Causa autem, ob quam nati in septimo mense, & in nono viuūt, in octauo vero raro viuūt, quāuis plus in vtero maneāt, q̄ natus in septimo, est, quia qd in septimo nascitur, est multę caliditatis, & humiditatis, & perficitur eius figura, nasciturq; in hoc tēpore, qd est minus tēpus, in quo possit pfici figura hominis. sed qui in nono nascitur, minorem habet caliditatē, & humiditatē, q̄ nati in septimo, & ideo perficitur eius creatio in tpe longiori, Nato tū in octa

no tempus id non est sibi; naturale sed naturale tempus eius est nonus mensis. ac D
celerauit tamen exitum propter aliquod accidens : aut eius tempus erat septi-
mus, & tardauit exitum, propter aliquod accidens. Et ideo vt in pluribus
non viuit. quia natus in octauo est de necessitate vnius trium dispositionum,
scilicet vel ꝙ est complexionis nati in septimo, aut nati in nono, aut comple-
xionis medię inter septimum & nonum : vt iam euidenter id apparet, Si igi-
tur eius complexio est septimi, contingit ipsum tardate vsque ad octauum,
propter aliquod accidentale, & non est natus secundum naturalem vsum. simi-
liter, si eius complexio est noni, festinauit exitum propter rem accidentalem, ꝙ
si eius complexio fuerit media inter ista duo, tunc talis partus in tali hora erit
naturalis. &, si ita res se habuerit, viuet, vt viuunt nati in nono & in septimo: et
ideo non nascuntur secundum naturam, nisi nati in septimo, et in nono. Id autem,
quod sunt opinati Astronomi, ꝙ contingit natum proculdubio ęgrotare in octa-
uo, est quid vanum : cum ipsa ęgritudo non sit quid naturale, quod accidal cuili-
bet nato. Iam ergo reddidimus causam, ob quam aliqua animalia sunt multipara
alia vero paucipara. Ex hoc etiã declaratur causa mẽbrorum fętus superfluorũ,
& diminutorum, nam, quando semen fęmine superfluit in maiori quantitate,
quam sit determinata, pro vno fętu, non tamen sit tanta exuperantia, ꝙ faciat
pro duobus, tunc de necessitate habebit huiusmodi membra superflua, membra
enim sunt pars animati. Et hoc etiam fit iuxta aptitudinem materię superfluen- E
tis pro natura singulorũ mẽbrorum, nam si esset conueniens pro capite erit bi-
ceps: & si pedibus manibusq;, habebit quatuor pedes, aut quatuor manus, Ve-
runtamen huiusmodi varietas ipsius nati viuipari semper fit in membris igno-
bilibus. nam, si membris nobilibus id fieret, nequaquam posset nasci viuum: et
si viuũ oriretur, non posset viuere. Quę aũt gemina habent genitalia, s. vnũ ma
ris, alterum fęminę, cã est eiusdem generis. Et ideo impossibile est aliquẽ talẽ
natũ perfecte habere mẽbrũ maris, & fęminę, quia vtraq; hęc mẽbra sunt inui
cẽ contraria: quamobrẽ non possunt perfecta reperiri in uno corpore. Nam im
possibile est vt in uno, & eodem, corde copuletur forma complexionalis pro-
pria sexui masculino, & forma propria fęminino. & impossibile est reperiri in
eodem corpore duo excrementa simul perfecta, s. semen maris & semen fęmi-
nę: neq; vtraq; membra propria huic excremento. possunt tamen reperiri in eo
dem corpore illa duo mẽbra, dũmodo sint imperfecta: aut aliud perfectũ, aliud
imperfectũ. Defectus aũt membrorum fit quoq; propter defectum partis mate-
rię conuenientis huic membro: aut propter impedimentum receptionis formę
huius membri: aut ob debilitatem virtutis agentis, in discernendo materiam
aptam huic membro, Et eiusmodi monstrositates ex magna parte solẽt eueni-
re in animalibus multiparis, multumq; coeuntibus, vt colũbis, & gallinis. quan F
doq;. n. parit ouum, habens bina vitella, paritq; columba pullum habentẽ qua-
ternas alas. & agnus cornu gerens in crure conspectus est, & hoc est monstrum
extraneum, Excessus quoque et defectus fit in membris interioribus, quemad-
modum in extrinsecis. Quod autem talis diuersitas transeat speciem illius ani-
malis, vt aliqui opinãtur hominem generari habentem pedes equinos, vel ali-
ter, non fuit verificatum id apud Aristotelem. Nam agens, generans in specie,
non potest pręstare ipsi materię aliam formam, quam illam, quę est in illa spe-
cie, quia nulla alia est in sua essentia, neque materia etiam propria huic speciei
potest recipere aliam formam. Cuius rei indicium affert ex varietate temporis
conceptionis. tempus enim, quo equus gignitur, non est illud in quo homo gene
ratur. sed, si homo equum generaret, tempus quoq; generationis ipsorum esset
idem quod est falsum. impossibile igitur est dari animal compositum ex dua-
bus speciebus Quod, si inuenieretur aliquid, quod possit imaginari sic se habere,
illud erit quidam casus contingens ex corruptione materię, aut ex debilitate
agentis, aut ex vtroq;: non ꝙ id sit vere pars alterius animalis. Iam ergo locu-
ti sumus de causa excessus membrorum & eorum defectus, & de multitudi-
nis conceptuum causa eorumq; paucitate.

Cur natim octauo mense nõ viuãt.

A *Quamobrem animalium aliæ superfœtent, alia non: & quæ superfœtant interdum fœtus enutriant, interdum non: & alia libidinosa in eo genere sint, alia non. Cap. V.*

Nnimalium vero alia nunquam superfętant, alia superfętant. quorum quædam enutrire suos conceptus semper possunt, quædam interdum possunt, interdum nequeunt. Causa ne superfętent est, q singula pariunt. solipedes enim, & quæ iis auctiores sunt animantes nunquam superfœtant. facit enim earum magnitudo, vt excrementum omne in conceptum absumatur. quippe cum in iis omnibus corporis sit magnitudo. quæ autem magno corpore sunt, eorum fœtus quoque magni pro sui generis magnitudine instituuntur. ex quo fit, vt elephantorum fœtus magnitudine vituli gestetur. B Multipara ideo superfœtant, quoniam plures conceptus superfœtatus quidam alter alteri sunt. Quæ autem ex his magnitudine prædita sunt, vt homo, si alter coitus proxime ab altero accessit, enutrire quod superfœtatum est possunt. iam enim id euenisse visum est. Cuius rei causa id quod diximus est. eodem enim coitu plus seminis mittitur, quod partitum multiplicare conceptum potest, si alterum post alterum accedit: sed, si iam aucto conceptu coitus adhibetur, superfętari quidem potest, sed raro: quoniam vterus magna ex parte ad partum vsque se comprimat. si tamen aliquando accidit vt superfœtetur (iam enim id euenisse constat) perfici non potest, sed conceptus abiguntur similes iis, quos abortus vocamus. vt enim in vniparo genere omne excrementum absumitur in id, quod præcesserit, ob corporis magnitudinem, sic in iis fieri solet. sed in illis statim, in his cum iam fętus accreuerit. tunc enim similem vniparis conditionem recipiant. C Pari ratione sola animalium mulier, & equa grauida coitum patiuntur. homo enim sua natura præfœcundum animal est, aliquid etiam in vtero, tum spatii, tunc excrementi superest, quanquam non tantum, vt vel alterum possit alere. mulier itaque obeã causam coitum recipit. equa autem soliditate suæ naturæ, & quod aliquid spatii in vtero supersit, vt dictum est, amplius quidem, quam vt ab vno occupetur, sed arctius quam vt alterum perfecte possit superfœtari. Libidinosa natura est equa ob eundem affectum, quo solida omnia veneris sunt appetentiora. illa enim ita se habent, quia carent purgatione, quę perinde est fęminis, vt coitus maribus. equa enim menstrua minime emittit. Omnium autem viuiparorum fœminæ solidę sunt libidinosiores, quoniam simili modo se habent, atq; mares, qui semen genitale collectum non excernunt. fœminis enim purgatio menstruorum seminis exitus est, cum menstrua non nisi semen sint inconcoctum, vt ante diximus. quamobrẽ mulie-

Mulier et equa sola aĩaliũ grauida coitum patiũtur.

res quæ incontinentes ad rem veneream sunt, libidine cessant, cum D
sępius generarint iam enim seminale excremẽtum, quod libidinem
accendebat, emissum facit, ne prætetea concumbendi auiditas stimu
let. In genere auium fœminę minus quam mares venerem appetũt,
quoniam vterum continent mixta septum. mares contra salaciores
sunt, quoniam testes intus habent retractos. itaque fit, vt quæ ex iis
sua natura abundant semine, coitum semper desyderent. fœminæ igi
tur huius generis propensiores ad coitum sunt vteri descensu: mares
testium retractu. Diximus quam ob causam alia nullo pacto super
fœtant, alia superfœtant quidem, sed conceptus interdum enutriũt,
interdum non, & quamobrem alia libidinosa, alia non libidinosa in
eo genere sunt. Sunt autem nonnulla superfœtantia, quæ longo
etiam interposito tempore coeundi possint enutrire conceptum,
quem superfœtarint: videlicet ea, quorum genus semine genitali
abundat, & corporis magnitudine caret, & multa generat. Cum E
enim multiparum sit, vterum habet ampliorem. cum semine abundet,
multum purgationis excrementitiæ emittit. cum corporis magnitudine
careat, maioreque portione purgatio superet quam conceptus
desyderet nutrimentum, possunt vel post constitui animalia,
eademque enutriri, ac perfici. vteri etiam eorum non se comprimunt,
quoniam excrementum purgationis superest. quod mulieribus
quoque euenit. fit enim nonnullis grauidis purgatio, & interdum
quæ ad finem vsque perseueret. sed iis præter naturam hoc eue
nit: quamobrem fœtus afficitur detrimento. at eiusmodi animalibus
per naturam sic agitur. Ita enim corpus eorum principio consti
tutum est, quale corpus leporum est. hoc enim animal superfœtat.
quippe quod nec magnum sit, & plura generet. multifidum enim
est. tale autem quoduis plura geneat. semine etiam abundat, quod
eius hirsutie significatur. copia enim pili exuperat. nam hoc vnum
pilos & sub pedibus habet, & intra genas. pili autem abundantia F
& hirsuties copiam indicat excrementi. quamobrem homines pilosi
libidinosiores, & seminis copiosiores sunt quã lænes. lepus igitur
sępenumero fœtus alios impfectos gestat, alios perfectos iam edit.

Quæ superfętantia longo interposito coeundi tpe conceptum enutrire possunt.

Lepus superfętat.

Homines pilosi libidinosiores.

Quare viuiparorum alia perfectum, alia imperfectum animal pariunt. *Cap.* VI.

Viuiparorum alia imperfectum animal pariunt, alia perfectum. solipedes & bisulcæ perfectum: multifidæ cõ plures imperfectum. Cuius rei causa est, ꝙ solipedes singulos pariunt: bisulcæ aut singulos, aut binos magna ex parte. enutrire autem quæ pauca gignuntur, facile possunt. multifidæ, quæ pariunt imperfecta, omnes multiparę sunt. quo fit, vt partum adhuc recentem alere possint, auctum iam,

A adeptumque magnitudinem nequeant: sed cum corpus ad nutriendum non sufficiat, partum emittant, vt ea quæ vermem pariunt. quędam enim ex iis catulos inarticulatos propemodum pariunt, vt vulpes, vrsa, leæna, & alia nonnulla. sed omnia fere cæcos, vt ea quæ modo, atque etiam canis, lupa, lupus ceruarius. Sola inter multipara sus parit perfectos, eaq; vna euariat. generat enim multos more multifidi generis, cum & bisulcum, & solipes sit. sunt enim locis quibusdam sues solida vngula. Partu igitur numerosa est, quoniam alimentum, quod in corporis magnitudinem absumeretur, in excrementum seminale decedit. id enim vt solipes magnitudine caret. quin & potius quasi ambigens cum natura solipedum bisulcum est. hac igitur causa & vnum parit, & duos, & quod plurimum multos. enutrit vero vsque in finem, quæ peperit, propter sui corporis alimoniam probam. habet enim vt solum pingue suis stirpibus, sic scrofa filiis alimentum copiosum & commodum. Aues etiam nonnullæ imperfectos, & cæcos pariunt pullos, videlicet quæ cum paruæ

Vulpes & lęena catulos pariunt inarticulatos.

B corpore sint, multos progenerant, vt cornix, pica, passer, hirundo, & pauciparis generis, quæ copiam alimenti parere vna cum prole non solent, vt palumbes, turtur, columba. Quamobrem, si quis hirundinum nouellarum adhuc oculos præpungat, rursum incolumes redduntur. cum enim fiunt, non facti iam corrumpuntur. itaque denuo oriuntur, ac pullulant. Omnino hæc præueniunt generationē perfectam ob alendi inopiam. generant vero imperfectos, quoniam perfectionem præueniunt. quod in pueris etiam patet, qui mense septimo nascuntur. Sæpe enim nonnulli eorum præ sua imperfectione ne meatus quidem integros adhuc habent, ut aurium, aut narium, sed post accrescentes recipiunt, multique ex iis vitæ compotes euadunt. Mares potius quam fœminæ oblæsi in genere hominum nascuntur, cum in cæteris animalibus nihilo potius mares, quam fœminæ ita proueniant. Cuius rei causa est, quòd in hominibus lon-

Hirūdinum oculi ppuncti rursum incolumes redduntur.

C ge mas a fœmina differt calore naturæ. quo fit, vt mobiliores sint mares in vtero quam fœminæ. motu autem ipso franguntur, cum recens quoduis facile præ sua imbecillitate frangi posit. Hæc eadem causa est, ne fœminæ similiter atque mares perficiantur in genere hominum. quippe cum & intra parentem fœmina tempore longiore conficiatur, quam mas: & vbi in lucem venerint, celerius fœminæ quam mares perficiantur. nam & pubes, & vigor, & senectus fœminis prius venit quam maribus. sunt enim fœminæ sua natura debiliores, frigidioresque: & sexum fœmineum quasi lesionem naturalem, & detrimentum esse putandum est. Intus igitur tarde prę sua frigiditate discernuntur. hæc etenim discretio concoctio est. calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius est. sed foris propter suam debilitatem cito ad ætatis florem, senectutemque perueniunt. etenim omnia minora, vt in artis operibus, sic in na-

Mas a femina in calore maxime distat.

Sexus fœmineus quasi lęsio est naturalis.

turæ eius ad finem deueniunt. Eadem causa est, vt qui gemini mas & fœmina in genere hominum prodeunt, minus seruentur, cum in cæteris animalibus nihilo referat. hominibus enim hic concursus præter naturam est, cum non pari tempore mas & fœmina discernantur. sed aut marem conari, aut fœminam præuenire necesse sit. at in cæteris id non præter naturam est. In ferendo etiam vtero homines cum cæteris animalibus dissident. cum enim cætera plurimum temporis valeant corpore, cum vterum ferunt, mulieres magna ex parte ægræ degunt. Cuius rei causa aliqua vel ad vitam referri potest. cum enim mulieres vitam ociosam, & sellulariam quandam degant, plus contrahunt sibi excrementi. nam quibus gentibus solitum est, vt mulieres labores suscipiant, iis nec vterus tam difficulter gestatur, & partus facilis est. denique quibusuis locis mulieres, quæ laborare consueuerunt, facilius pariunt. labor enim incrementa consumit, quæ in mulieribus ociosis augentur. cumq; parturigo laboriosa sit, labor et exercitatio actæ vitæ facit vt spiritum possint retinere in quare partus facilitas conciliatur. Adferunt igitur ea quoque, vt modo dixi, aliquid causæ ad eius affectionis differentiam, qua mulieres cæteris animalibus in ferendo vtero discrepant. Sed maxime causa est, quòd cum cæteris, aut exigua purgatio, aut nulla manifesta fiat, mulieri plurima euenit. quæ cum per vteri gestationem desierit, infestat atque perturbat. quippe cum etiam non grauidis, nisi purgationes fiant, ægritudines accidant. Principio potius, cum concipiunt, perturbari solent magna ex parte. conceptus enim purgationem impedit, & præ sua exiguitate absumere copiam excrementi inter initia non potest: quanquam post, vbi iam plenius absumere cœperit, leuat. At in cæteris animalibus, quoniam parum excrementi est, modice ad fœtus incrementum accommodatur. cumque excrementa, quæ nutricationem impediunt, absumantur, valent felicius. Nec secus aquatile genus, aut volatile afficitur. Iam vero accrescente fœtu, quibus non æque proba altio contingit, causa est, quòd fœtus incrementum plus excrementitii alimenti desyderet. Paucis quibusdam mulieribus euenit, vt prægnantes melius valeant corpore, videlicet iis, quarum in corpore exigua continentur excrementa, quæ absumi possint cum alimento, quod fœtui administratur.

Cur mulieres difficulter vterū ferant.

Quam ob causam mola in vteris mulierum generetur, & quare potius in muliere, quam in cæteris animalibus. Cap. VII.

DE eo, quod mola vocatur, videndum est. Accidit hoc vitium mulieribus nonnullis grauidis, quanquam raro. pariunt enim quod molam vocant. Iam accidit enim mu-

A lieri cuidam, vt cum concubuisset, & se concepisse putasset, primum ventris moles augeretur, & reliqua ex ratione venirent. Sed cum tempus pariendi iam esset, nec pareт, neque moles minueretur, sed annos tres aut quatuor ita perseueraret, quad dysenteriæ, idest difficultati intestinorum implicata, eoq; modo periclitata, demum pepererit carnem, quam molam vocant. Quin & tota vita edurat hoc vitium, vt & consenescat, & commoriatur. Quæ autem prodierit, adeo obdurescit, vt vix ferro transigi posit. causam huius affectus dixi in problematibus. Afficitur enim conceptus eodem modo, quo ea, quæ inquinari dicimus, cum elixantur, nec per calorem, vt quidam volunt, sed potius propter caloris debilitatem. natura enim de vita certare videtur, nec posse perficere, finemque apponere generationi. quamobrem aut tota vita, aut longo tempore durat, quod inchoatum est. nec enim vt perfectam, nec vt alienam omnino habet naturam. causa nanque duritiæ cruditas est. quippe cum inquinatio B quoque cruditas quædam sit. Sed quæritur cur cæteris animalibus idem non accidat, nisi quid admodum lateat. causam vero esse putandum, quod mulier vna omnium animalium affectionibus vteri obnoxia est, & menstruis abundat, nec potest ea concoquere. cum igitur ex humore concoctu difficili conceptus consistit, tunc gignitur quod mola vocatur, idque in mulieribus merito, aut solis, aut maxime.

Quamobrem animalium, alia superfœtant, alia vero non.

Post hoc inuestigare debemus, quamobrem animalium alia superfœtant, alia vero non. Et dicamus ꝙ animalium alia non superfœtant, vt solipeda, & his auctiora: alia uero concipiunt post primum conceptum, ipsumque enutriunt, vt multifida, pręcipue quę crura habent multum hirsuta, vt apes, pręsertim paruę, vt passeres, et hirundines. Sunt tamen quędam, in quibus si secundus coitus fuerit propinquus, primo poterunt iterum concipere supra primam conceptionem, fœtumque enutrire, & eius creationem perficere, C vt homo & equus id tamen raro homini euenit. Sępe tamen accidit mulieribus ex superfœtatione abortum facere: presertim quando illa duo tēpora sunt remota. Tota autem causa huius rei est multitudo & paucitas seminis, & conuenientia loci. Animalia autem auctiora non superfętant: quia eorum excrementum absumitur in conceptum primum, scilicet excrementum fęmineum, neque supererit ex eo, nisi quantum enutriat primum conceptum tantum, & non ꝙ recipat ex eo superfęturam. Magnitudo quoque corporis facit vterum esse strictum ad recipiendos duos fętus. Quę enim magni corporis sunt, fętum habent magnum. ex quo fit vt elephantorum fętus magnitudine vituli gestetur. Animal vero semen multiplicans & multiparum superfętat, ob eius seminis multitudinem, exiguitatemque corporis, in quo superest semen post creationem primi, & eius enutritionem, quod potest secundum conceptum recipere, & ipsum enutrire. Hoc autem plus fit in animali habenti crura pilosa: quā in aliis: quia semine abundat plus, quam aliud. idque significat copia pilorum intra genas, & crura. copia enim pili indicat abundantiam excrementi. quamobrem homines pilosi sunt libidinosiores. Et quandoque egreditur fętus primę conceptionis, & remanet secundus, cui animali inest proprie imperfecta sępe parere, quę exterius perficiuntur, propter caliditatem & humiditatem eius,

vt relatum fuit de pluribus. Ideoq; tale animal pullos parit cęcos: mox aperiun D
tur eorum oculi, perficiturque eorũ procreatio exterius. Nonnunquam tamẽ ori
tur imperfectus fętus, qui non perficitur deforis, pręcipue in senibus, iuuenis nã-
que vim habet enutriendi suos fętus. Attamen sus multos parit fętus, & perfe-
ctos. est enim eius natura media inter multiparum, & non multiparũ. est namq;
bisulca: & est media inter solipedum & multifidum. sunt enim in locis quibus-
dam sues solidę vngulę, more equorum. Pauciparum vero animal perfectũ pa-
rit. Causa aũt, ob quam animal superfętat, appropinquantq; vtreque conceptio
nes, est nimia caliditas, & humiditas: multitudoque seminis, & amplitudo vteri,
quod homini & equo euenit. Secunda tamen impregnatio raro perficitur: quia
ex natura animalium est vnam ferre conceptionem, neque solent sanguinem
emittere post coitum. Quare auiditas concumbendi minus stimulat post impre-
gnationem, quamobrem mulieres, quę sępius generarint libidine cessant; quia
seminale excrementum earum, quod est sanguis menstruosus, iam consumptum
est in eis. Sunt & aliquę mulieres, quę os vuluę habent clausum, post conceptio
nem vsque ad secundam cellulam; & ideo raro superimpregnantur. ꝙ si accide
rit, secundus fętus abortum facit. Aristoteles tamen dicit id iam constare tem-
poribus euenisse pręteritis, ex parte magnę quantitatis seminis. quod multitu-
dine sanguinis menstruorum ostenditur iterum superimpregnari: sed ex par-
te naturę ipsarum, quia sunt magnitudine prędítę, non perficitur secundus conce B
ptus Mulieribus quoq; non superesse multum seminis post primam conceptio-
nem ostenditur: quia raro sanguis effluit ab eis post impregnationẽ secundũ na-
turalem vsum. qui si flueret: id propter debilitatem fętus accideret: & pręser-
tim dum est paruus. Et, quia natura hominis est particeps harum duarũ specierũ,
scilicet multiparę, & pauciparę, ideo dissident tempora conceptus eius. parit. n.
septimo mense, & octauo, atque nono. Accidit autẽ ipsi nato in septimo id, quod
euenit speciei multiparorum; quorum. s. fętus imperfectus prodit, perficitur ta-
men foris, propter multam caliditatem, & humiditatem huius fętus; vt Aristote
les narrat multos natos in septimo habere meatus auriũ: & nariũ obturatos,
mox exterius aperiri. Inest quoq; magna disceptatio inter maris creationẽ, &
feminę hoĩum, Generatio. n. marium in vtero, & perfectio figurę eorũ fit angu-
stiori tẽpore ꝗ̃ feminę: qđ patet ex earũ abortu, Cuius rei causa est, quia mas
est calidior fęmina; & ideo mouetur mas in vtero priusquã fęmina. & ob hoc ẽt
accidũt maribus in conceptione plures deprauatione quã fęminis. Crescit aũt
fœmina extra vterum plusꝗ̃ mas, & id ob debilitatẽ, non propter caliditatem,
qđ ex duobus euenit, vel. s. ex virtute agentis, aut ex debilitate recipiẽtis in his,
& ideo fructus deprauati citius maturantur, ꝗ̃ synceri. Et ob nimiã discrepãtiã
ipsius vteri inter marẽ & fęminã accidit mulierẽ raro generare, gemellos, quo-
rũ alter sit mas, alter vero fęmina. quod tñ non contingit cęteris animalibus: in F

De causa molę.

his enim maris, & fęminę procreatio fit eodem tempore. Inest tamẽ mulieribus
quid propriũ, s. ꝙ earum menstrua abolescunt statim post coitum, inflaturq; ea-
rũ venter, adeo ꝙ putant se concepisse: tempus tamen partus transit quandoque
ita perseuerat pluribus annis, donec senescat mulier, & pereat. Nonunquã tñ ge
nerat ante hoc frustrũ durissimum; qđ nõ inciditur gladio, nisi cũ difficultate. et
eiusmodi rei cã est debilitas naturę, & corruptio digestionis, priuatioq; vltimę
concoctionis. Cuius rei causa est: quia non inuenies naturam concordare inter
duo semina in qualitate, & quãtitate. & coquitur hoc excrementum a calore ab
soluto, nõ a calore naturali, appropriato ipsi informationi, et figurę. Accidit aũt
his, veluti rebus, in quas agit calor naturalis tẽpore digestionis, q̃ ingrossantur,
& indurescunt: quia calidi naturalis est disgregare partem humidam, & con-
gelare terream. Hoc tñ est ꝓpriũ mulieribus plusꝗ̃ fęminis cęterorũ anima-
lium: quia plus abundant menstruis, quę est vna ex causis indigestionis. & ideo
accidit eis hoc, pręsertim quando semen maris est male cõplexionis. Iã ergo re
tulimus causam, ob quam aliqua animalium super impregnantur, alia vero non
cur etiam aliqua perficiunt conceptum suum, alia vero non.

Quę

A

Quæ animalia lac habeant, & quam ob causam a natura datum sit. Cap. VIII.

Ac autem fit iis fœminis, quæ animal intra se generant, quod vtile partus tempore est. natura enim id alimenti gratia externi in animalibus parauit, vt nec deesset tempore debito, neque ultra id tempus superesset. quod ita plane euenire uidemus, nisi quid præter naturam acciderit. Sed cæteris animalibus, quoniam tempus simplex ferendi uteri, partusque datum est, lactis concoctio ad hoc tempus solet accedere. hominibus uero quoniam plura sunt tempora, primo adesse necesse est. Quamobrem lac mulierum, cum ante se primum mensem inutile sit, utile iam septimo redditur mense. Causa etiam necessitatis propria, concoctio lactis temporibus vltimis habetur. principio enim decessio huiuscemodi excrementi absumitur in fœtus generationem. omnibus autem alimento est, quod dul-

B cissimum & coctissimum sit. itaque sublata hac facultate, reliquum salsum, maleque sapidum esse necesse est. Sed cum fœtus magis, magisque perficiatur, plus excrementi superest. minus enim absumitur, idque dulcius est, cum non æque detrahatur, quod bene cōcoctum sit. non enim insuper ad fœtus informationem consumitur, sed ad incrementum mediocre, quasi iam fœtus constet adeptus finem suum. est enim & conceptus perfectio. quamobrem exit, permutatque generationem, vt qui iam sua receperit, nec præterea accipit quod suum non est. quo tempore lac vtile datur. Colligitur hoc parte superiore corporis, & mammis, propter ordinem primæ, originalisq; cōstitutionis. præcipua enim pars animalis, quæ supra septum est. inferior vero ad cibum, & excrementum accommodata est, vt gressile animalium genus habens intra se alimenti suppetias loca permutet. Hinc seminale quoque excrementum secernitur ob eam, quam in-

Omnib' alimēto est qd dulcissimū, & coctissimum sit.

C ter initia disputationis nostræ reddidimus causam. est enim naturæ sanguineæ tū excrementum maris, tum menstrua fœminæ. sanguinis autem & venarum principium cor est, quod in ea ipsa parte superiore positum est. quapropter hic primum excrementi talis mutationem innotescere necesse est. Ex quo fit, vt & voces tum marium, tum fœminarum immutentur, cum semen ferre incipiunt (hinc enim vox suam originem trahit. alteratur vero, cum id, quod moueat, alteretur) & mamæ subleuentur etiam maribus plane, sed fœminis amplius. quod enim in parte inferiore multum excernitur, ideo locus mammarum inanis, fungosusque fęminis fit, eodemque modo iis euenit animalibus, quibus mammę infra habentur. Igitur & vox, & mammæ in cæteris quoque animalibus documentum euidens præbent homini visum habenti generis cuiusque. sed plurimum in genere hominum interest. Cuius rei causa est, quòd excre-

Mutationis vocis cā, & māmarū subleuationis.

mentum plurimum,& mulieribus præ cæteris fœminis & viris præ-cæteris maribus est pro magnitudine, alteris menstruorum, alteris genituræ. Itaque cùm hoc fœminæ excrementum non a fœtu hauritur,& tamen ne foras profluat prohibetur, colligi id in loca inania, quæcunq; eiusdem meatibus adhærent, necesse est. Talis autē locus mammarum in omnibus est vtraq; de causa. scilicet notæ melioris gratia ita conditus, atque etiam necessario hic iam cōsistit, & alimentum concoctum animalibus redditur. Concoctionis autem causam non solum, quam modo diximus, accipere licet, sed contrariam etiā. nam & vt fœtus maiusculus iam factus plus assumat cibi, minusq; ob eam rem per id tempus supersit, ratio probabilis est. quod autem minus est, concoqui celerius potest. Sed lactis naturam eandem esse quam excrementi, ex quo vnumquodq; generetur, apertum est. nam quod ante diximus, eadem materia est quę alit, & ex qua generationem natura constituit, eaq; sanguineus humor in sanguinem habentibus est. lac enim sanguis concoctus est, non corruptus. Empedocles vero aut non recte putauit, aut non bene vsus verbo translatitio est, cum dixerit. Octauidecimo mensis pus extitit album. putredo enim concoctioni contrarium est. pus autem putredo quædam est. lac vero res est concocta prorsus. Nec lactantibus fiunt purgationes secundum naturam, neque lactantes concipiunt. & si conceperit, lac extinguitur. quoniam eadem lactis, & menstruorum natura est natura autem non tam large profundere potest, vt anceps sit. sed si alteru tram in partem secernitur, in alteram desit necesse est, nisi quid acciderit violentum, & præter id, quod solitum magna ex parte est. Tēporibus etiam bene præscripta est generatio animalium. cum enim præ magnitudine non satis præterea fœtui est alimentum, quod per vmbilicum ministratur, lac ad alendum vtile succedit. cumque per vmbilicum alimentum non subeat, comprimunt sese venæ illæ, circum quas tunica est, quę vmbilicus vocatur, atque ob eam rem tunc exitus opportune fœtus consequitur.

Lac sanguis est cōcoctus non corruptus.

D E F

Quę animalia lac habeant: & quam ob causam a natura datum sit.

AVER.

DE lactis natura expedit loqui. de qua tria sunt contemplanda. Primo eius vtilitas. Secundo perfectio causę materialis tempore exitus eius. Tertio cognitio naturę ipsius. Fit autem lac iis fęminis, quę animal intra se generant. Videtur autem ipsum fuisse paratum fęminis gratia alimenti ipsius fętus post partum, & ideo tempore congruo huic rei exire videtur, videlicet septimo mense. hac enim hora vbera lac obtinent dulce, & coctum: sed antea apparet sine dulcedine: siue sit non dulce totaliter, siue sit salsum, quod est vt in pluribus. ꝙ si lac ante hoc exiret, esset frustra: si uero postea non egrederetur, periret fętus ob priuationem nutrimenti. Inuestigare autem de causa materiali, ob quam lac apparet eo tempore, inquisitionem habet & scrutationem. Videtur enim materiam lactis & materiam fętus esse eandem; est enim excrementum sanguinis menstruorum, Cuius rei inditium est communitas mammarum cum matrice, tempore pubertatis: augentur enim mammę tempore pubis. Ratio autem euidentissima huius rei est, ꝙ fęminę deponunt menstrua, dum lactāt: fluūt

A tamen, quando desinunt lactare. Quod ideo fit, quia natura non potest vti eodē excremento pro duabus operationibus diuersis eadem hora. Cum ergo materia lactis, & fętus sit eadem, vt determinauimus, sequitur ꝙ causa, ob quam emanat septimo mense est vna duarum, vel vtrq; simul, vel quia de sanguine, puro syncerissimo, prompto naturę lactis plus absumitur in ipsum fętum in principio suę creationis, quam post perfectionem: quia fętus, eiusque robur ad immu tandum sanguinem, ex quo nutritur, alio modo se habet in fine rei, quam in principio generationis: plus enim indiget suo simili in principio rei, quam postquam fuerit factus maiusculus. vel quia sanguis perueniens ad mammas ipso conceptu iam adulto est paucus: eo enim tempore plurimo indiget alimento, paucus quidem sanguis maiorem recipit concoctionem, pręsertim quando est syncerus, vel propter vtrunq; simul, videlicet quia hoc tempore multiplicatur sanguis purus in mammis, & minoratur non purus. quare fit tunc lactis digestio, cum lac sit digestissimum & coctissimum: & ideo est dulce. Substantia autem lactis est excrementum sanguinis menstruorum plene concocti. cuius dicti inditium, vt diximus, est quia est album dulce. albedo enim significat exuperātiam partis aereę in ipso, & in summa substantię calidę, & humidę. de natura autem sanguinis est, vt perfecta eius concoctione, albus reddatur, quem admodum & semen maris, & materia, quę pus nuncupatur, alba existit: quia na- Quid sit substantia lactis

B tura conatur transmutare ipsum in bonum: & ideo natura ipsum expellit hoc tempore. digeritur aut pus, quia natura ipsum expellit, & extrahit a corpore. sanguis vero digeritur, quia ex eo membra nutriuntur. Errauit ergo Empedocles, cum dixerit lac esse pus, quia similatur ei in albedine. Prodit autem fętus tempore determinato, videlicet quando lac apparet: quia tunc non sufficit fętui id, quod peruenit ad ipsum de alimento in vtero, donec perueniat ad magnitudinem, quam non sustinebit matrix, & mouebitur ad expellendum ipsum.

Quam ob causam partus animalibus in caput uersis fiat. Cap. IX.

Artus autem pronis in caput conuersis fit per naturam animalibus omnibus, propterea partem ab vmbilico maiorē habeant, quam inferiorem. maiora autem plus ponderis continent itaque veluti in statera dependentes eo vergunt, quo trahuntur.

C

De tempore ferendi uteri, & quare non omne animal possit esse diuturnius. Cap. X.

Teri autem ferendi tempora certa cuique animalium sunt magna quidem ex parte pro vitæ spatio. viuaciorum enim generationes quoque diuturniores esse necesse est. Non tamen id causæ est, sed magna ex parte sic euenit. maiora. n. pfectioraq; sanguinei generis aīalia plus tēporis uiuūt. sed nō oīa maiora sunt uiuaciora. homo. n. plus tēporis, quā quoduis animal viuit, excepto elephante, quod quidem vsu adhuc fide digno mouerimus. quanquā homo minoris est incrementi, quam veterina, & alia multa. Causa, ne quoduis animal possit diu viuere, est, quòd pro aere ambiente temperatur, atque etiam

ob alios naturales casus, de quibus dicemmux. Tempora ferendi D vteri pro magnitudine animalium, quæ generantur descripta sunt. haud enim tempore breui constitutiones perfici magnas, vel animalium, vel quorumuis aliorum fere facile est. Quamobrem equi, & quæ iis cognata sunt animalia, quanquam minus temporis viuunt, tamen diutius vterum ferunt: alia enim annum, alia quod plurimum menses denos grauida exigunt. hac eadem de causa elephantorum etiam vterus diutinus est. biennio nanque gestatur, propter exuperantiam magnitudinis. Ratione autem optima tempora omnium, & grauiditatum, & generationum, & vitarum dimensionem circuitibus sibi exposcunt recipere. Circuitum appello diem, noctem, mensem, annum, & tempora, quę iis descri buntur, atque etiam Lunæ traiectiones. sunt enim Lunæ circuitus complementa, & silentia, & interpositorum temporum sectiones. ita enim coit cum Sole. mensis nanque communis amborum circuitus est. Luna autem principium est propter Solis societatem, receptumque lucis; fit enim quasi alter Sol minor. quamobrem conducit ad omnes generationes, perfectionesque. calores enim & refrigerationes cum moderatione quadam generationes, sine moderatione corruptiones efficiunt. terminum autem tum principii, tum finis qualitatum earum motus horum syderum obtinet. vt enim & mare, & omnem humorum naturam subsistere, mutariue pro flatuum motu, & quiete videmus, aerem vero & flatus pro Solis, Lunęque circuitu affici; sic ea, quæ ex iis, aut in iis oriuntur, sequi necesse est. Nam vt rerum minus principalium circuitus sequantur, magis principalium rerum circuitum ratio est. vitam enim quandam & ortum, & interitum. vel flatuum esse fateor. Conuersionis vero eorum syderum alia fortasse principia sunt. Natura igitur ita sibi vult, vt eorum numeris generationes & obitus numeret, sed exquisite id facere nequit, propter materiæ indefinitionem, & quod multa principia incidunt, quæ generationes destinatas secundum naturam, & corruptiones sæpe impediant, atque ita causa sint earum, quæ veniant preter naturā. Sed de alimento intrinsecus ministrando animalium, atque de generatione in lucem agenda, & seorsum de singulis, & summatim de omnibus dictum iam est.

De actione Solis circuitus & Lunę in hęc inferiora.

De causa, ob quam partus fit precedente capite; & de causa varietatis vteri ferendi.

AVER. Partus autem omnium animalium per naturam fit precedente capite, quia talis pars est nobilior, seu grauior. Causa vero propinqua varietatis temporum vteri ferendi ipsorum animalium est diuersitas in magnitudine, & paruitate: differentiaque virtutis seminis concoquentis fœtum, & discrepantia temporis vitę eorum videlicet tempus augmenti, iuuentutis, & senectutis, atq; decrepitatis. Tempus enim conceptionis est spatium perfectę informationis eius:

A & id ad eius complexionem, & corporis magnitudinem refertur. eius quoque empora quatuor extra vterum seruant proportionem generationis in vtero. Et ideo animal viuacius permanet diutius in vtero, sicut etiam maiorum animalium generatio diuturnior est generatione minorum: diutius etiam viuunt, quã minora. quod ita euenit propter caliditatem, & humiditatem exuperantem in eorum complexione. Sed non omnia viuaciora sunt maiora: sed id fit vt in pluribus. Homo enim plus viuit, quam quoduis animal viuiparum, excepto elephante; cum tamen sit minoris magnitudinis aliorum animalium. Euenit autem hominis perduratio ex eius complexione, quę similis est complexioni aeris ambientis ipsum calidi, & humidi. Datur tamen animal, cuius conceptio diuturnior est, propter eximiam magnitudinem eius, & paucitatem caloris & humiditatis: cui accidit, vt minore tempore viuat, vt equus, & similia. Et in summa tempora conceptuum animalium, sunt determinata, & mensurata per reuolutiones stellarum, & presertim per suos circuitus manifestos, vt est circuitus motus diurni, & circuitus Solis, qui est tempus anni, & circuitus Lunę, qui est tempus mensis. Circuitus enim horum sydcrum, videntur aliquid facere circa tempus impregnationum animalium, pręsertim circuitus mensis. Et ideo tempora multorum animatiũ perficiuntur mensibus perfectis. & hoc vt in pluribus. Faciunt autem menses in re conceptus aliquid: quia est compositus ex
B natura Solis, & natura Lunę. & ideo diuersificatur effectus Lunę in mense, propter diuersam receptionem lucis ipsius a Sole. Quando enim perficitur, fit quasi alter Sol: & propterea habet in suis dispositionibus magnam conuenientiam cum Sole in speciebus generatorum. Quod patet ex his, quæ visuntur in coniunctionibus, & oppositionibus, & quadris, cognoscitur enim eius immutatio in motibus aquarum, & ventorum, & cæterorum, quę generationi tribuuntur. Et cum hoc appareat, s. ꝙ circuitus Solis & Lunę sit causa plurium temporum conceptus animalium & vitę eorum, non videtur dissonum ꝙ circuitus aliorũ syderum sint causa temporum conceptionis cęterorum animalium, temporumque vitę ipsorum; immo hoc est necessarium. nam credere debemus, ꝙ principia entium, & eorum finis conseruatur per circuitus syderum. huiusmodi enim proportio, et ordo non potest prouenire a materia. ordo namque, & rectitudo fit per hanc naturam, quę est apta generationi, et perfectioni ordinis, & eius efficientis: non ꝙ sit conueniens corruptioni & priuationi ordinis. Caliditas vero, & frigiditas, & demum qualitates elementorum sunt conuenientes vtrique rei simul, videlicet generationi & corruptioni. quod certe ideo est, quia natura ignobilis sequitur naturam nobilis, & digni: sed corruptio & interitus non prouenit ab ipso nobili ex prima intentione. corruptio vero, & generatio
C harum rerum, & tandem excessus, & defectus fiunt propter naturam materię. De accidentibus igitur, quę accidunt fœtui in vtero matris iam dictum est, reddidimusque eorum causas, & principia. Et hic definit liber.

ARISTOTELIS D

DE GENERATIONE ANIMALIVM

LIBER QVINTVS.

Cum Auer. Para.

De affectionibus, quibus animalium partes inter se differunt, agendum esse. De somno, & vigilia in prima generatione. Item de discrimine oculorum in animantibus. Cap. I.

E affectionibus, quibus animalium partes differant inter se, differẽdum nunc est. Affectiones partium dico cæsietatem oculorum, aut nigredinem: vocis acumen, aut grauitatem: & coloris aut corporis, & pilorum, aut pennarum discrimen, quorum alia totis generibus insunt, alia vtcunque sors tulit habentur. quod maxime in hominibus accidit. mutationes et p ætatem aliæ omnibus æque aïalibus ueniunt, aliæ cõtra: vt in vocis, colorisq; pilorũ ratione videre licet. cum.n. cætera non canescant, manifeste in senectute, homo maxime omnium ita afficitur, & alia statim ab ortu naturæ consequũtur, alia ꝓgrediente ætate, & senescentibus accidunt. De his igitur, cæterisq; huiusmodi omnibus non eundem præterea modum causæ esse putãdũ. quæ.n.non sint opera vel naturæ communia, vel generũ singulorũ propria, horum nullũ alicuius gratia aut est, aut fit. Oculus enim alicuius gratia est, sed cæsius non alicuius gratia est, nisi hæc affectio sit propria generis. nec vero ad rationem substantiæ pertinet in nonnullis, sed vt quæ necessario fiant. Ad materiam & principium, quod mouerit, causæ eorum referendæ sunt. etenim, vt initio disputationis nostræ dictum est, non quia tale quid gignitur quodque, ideo tale quid est, scilicet in iis, quæ statuta, definita & certa naturæ sunt opera: sed potius quia tale est, idcirco tale & gignitur. substantiam enim generatio sequitur, & substantiæ gratia est, non ipsa generationem. Veteres tamen naturæ interpretes contra esse putarunt. Cuius erroris causa fuit, quòd causas plures esse non viderent, sed materiæ tantum, & motus causam, eamque indefinite cognoscerent: rationis vero & finis causam non consyderarent. Sed enim alicuius gratia vnumquodq; est. gignitur autem iam ob eam causam, & reliquas, quæ in ratione cuiusque continentur, quæ vel alicuius gratia est, vel cuius gratia aliud est. Quæ vero non eiusmodi sunt, videlicet quorum generatio est, eorum iam causa quęrenda in motu, generationeque est, vt pote cum discrimen constitutione recipiant. oculum enim

Veteres materię & motus cãm cognouerũt: rationis aũt & finis nõ consyderarunt.

E — F (marginal letters)

A necessario habebit. tale enim animal subiectum est. sed talem oculum necessario quidem, sed non tali necessitate. verum alio modo, scilicet quoniam talem aut talem rem suapte natura agere patiue potest. His ita definitis, de rebus, quæ deinceps eueniant, differamus. Principio pueri cum nati fuerint, dormire omnium maxime imperfectorum animalium solent, quoniam intra parentem, cum primum sentire cęperint, tempus dormiendo totum fere consumunt. Sed quæritur de prima generatione, vtrum vigilia præcedat, an somnus. quòd enim in proficiscente ætate magis expergisci visuntur, cõtrarium, idest somnum principio generationis inesse probabile est. Tum etiam transitio de non esse in esse per medium fieri solet. somnus autem talis sua natura esse videtur, vt viuendi & non viuendi interliminium sit, & neque omnino sit, qui dormit, neque non sit. viuitur enim potissimum vigilia propter sensum. Sed, si animal B habere sensum necesse est, & tunc primum est animal, cum primum contingit sensus, primã illam dispositionem non somnum, sed similem somno esse putandum, qualis plantarum est. etenim ita accidit, vt per id tempus vita plantæ animalia viuant. At plantis somnũ inesse impossibile est. nullus enim somnus inexpergiscibilis est: affectio autem illa plantarum, quæ omni est proportionalis, inexpergiscibilis est. Necesse etiam est animalia dormire partem maximam temporis, quoniam incrementum & pondus locis superioribus impositum est. causam autem dormiendi talem esse alibi exposuimus. Veruntamen expergisci in vtero etiam videntur, quod tum in dissectionibus, tum in prole ouipari generis patet: mox ob dormiscunt statim rursusque delabũtur. quamobrem egressa quoq; in lucem, bonam temporis partem dormiendo traducunt. Cum pueri vigilant, non rident: cum dormiunt, rident. interdũ etiam lachrymant. Accidit enim dormientibus etiam animalibus sensus, non mo C do quæ somnia, vocantur, sed etiam præter somnia, vt iis qui dormientes resurgunt, & quidem pleraque agunt sine somnio. sunt enim qui dormientes resurgant & ambulent, videntes eo modo, quo qui vigilant. iis enim sensus accidentium contingit, quanquã non vigilantibus, tamen non vt somnium. Infantes vero ꝑpter consuetudinem quasi nescii vigilandi, sentire, viuereque in dormiendo videntur. tempore autem procedente, incrementoque transeunte in partem inferiorem expergiscuntur. iam magis & partẽ maiorem tẽporis ita degunt, sed initio plus, quã cætera animalia somno dediti viuunt. imperfectissimi enim omniũ perfectorum partuũ nascuntur, & incremẽto partis superioris exuperant. Oculi omniũ puerorum statim a partu cæsiusculi sunt. post vero immutantur in eam naturam, quæ futura est. quod in cæteris animalibus non euenit manifeste. Cuius rei causa est, ꝙ cæteris animalibus oculi in suo cuiusque genere vnicolores potius sunt, vt boum nigri, ouium om-

Vtrum animal pri' dormiat an vigilet.

Dormientibus accidit sensus.

De colorum in oculis varietate.

nium aquini, aliorum ruffi toto genere, aur cæsii, nonnullorum cā prini, vt caprarii generis. At hominum oculos varios, versicolores- que esse euenit. nam alii cæsii, alii flauidi, alii nigri, alii caprini. quamobrem cęterorum, vt nulli suo in genere dissident inter se, sic nulli a se ipsi differunt. quippe qui non plus, quā vnum colorem habeant sua natura. Equus maxime oīum cęterorum animalium ver sicolor est. aliqui.enim cæsii altero oculo nascuntur, quod nulli ex cęteris bestiis euenit manifeste, quanquā homines nonnulli altero oculo diuerso gignantur. Ergo vt cætera animalia nihil mutationis, vel recens nata, vel ætate prouectiora recipiant, pueris aūt id eueni- at, satis causæ hoc esse existimandū ꝙ cæterorū ea pars vnicolor, ho minis versicolor est. sed vt cæsiū potius, quam alium habeant colo- rem, causa est, ꝙ partes nuper natorū imbecilliores sunt. cęsietas aūt imbecillitas est. Sed in vniuersum de oculorum discrimine quęren- dum, accipiendumque est, quā ob causam alii cæsii, alii flauidi, alii caprini, alii nigri. Sed cæsios, opinari plus ignis habere, vt Empe- docles ait. nigros autem plus aquæ, quam ignis. atque ob eam rem cæsios interdiu acute cernere non posse, scilicet ob aquæ inopiam: nigros noctu deficere ob ignis inopiam non bene est. siquidem vi- sus non igni, sed aquę tribuēdus in omnibus est. causam etiam colo rum, vel alio modo reddere possumus. sed si ita est, vt ante dixi, cum de sensibus agerem, atq; etiam prius cum de anima, vt aquæ propria pars hæc sensoria sit, non aeris, aut ignis, cur ita hanc esse causam eo rum putandū est, quod alii plus humidi habēt, alii minus, quam mo tus competens requirat, alii modicum. Itaq; qui multum humoris continent, Nigri sunt, quoniam humoris copia transpici satis nō po test. Cæsii, qui parum habent humoris. vt in mari etiam cernitur. ete nim quantum eius satis transpicitur, cæsiū apparet: quātum minus, aquinum: quantum præ gurgite alto nō pręfinitur, id opacat, & ni- grum, aut cœruleū sentitur. qui autem inter eos sunt, eo iā differūt, quod magis minus ue ita constiterint. Eādem causa esse, putandum, & vt cæsii acute inter diu cernere nequeāt, nigri noctu. Cæsii enim præ sui humoris exiguitate mouentur magis a luce, & rebus visibili- bus, scilicet, qua humidi quaq; perlucidi sunt, quanquā motio eius partis visio est, qua perlucida, non qua humida est. Nigri vero ob hu moris copiam minus mouentur. lux enim nocturna exilis est, & si- mul quiuis humor per noctem moueri difficilius potest. conuenit autem eum qua perlucidum, necnon moueri, neque magis moueri, quā congruū sit. leuior enim motus expellitur a vehementiore. qua- mobrem, qui aut suum conspectum a colore validiore transtulerint, aut de Sole in opacum se contulerint, nō cernunt. motio enim, quæ iam vehementis inest, impedit eam, quæ extrinsecus accidit. deniq; visus siue validus, siue inualidus, nequit res splendidas cernere, quo- niam eius humor vltra modum afficitur & mouetur. Aegritudi-

De causis discriminis oculorum.

Quę causę acute obtuse ve videndi.

D

E

F

A nes etiam oculorum, vtrorumq; indicium faciunt. Glaucoma enim cæsiis potius accidit, lusciositas nigris. est autem Glaucoma siccitas potius oculorum. itaque senescentibus magis euenit. nam oculi quoque vt reliquum corpus senectute siccescunt. Lusciositas vero humoris copia est. quapropter minoribus natu potius accidit. cerebrum enim eorum humidius est. Visus autem optimus est, qui inter multum & parum humoris moderatus constat. hic enim nec per exiguitatem turbatur, vt colorum motiones impediat, neque per nimietatem præbet mouendi difficultatem. Sed non modo ea, quæ diximus, causam habent, vt obtuse, acuteue cernatur, verum natura etiam cutis, quæ pupillæ vocatæ obtenditur. translucidam enim esse eam requiritur. Talem autem esse, quæ tenuis, alba, & leuis sit, necesse est. Tenuis igitur est, vt motus, qui extraneus veniat, recto tramite feratur. Leuis, ne rugis obumbret. senes enim ob eam rem acute non cernunt. nam, vt cæterarum partium cutis, sic oculorum quoq; senescenti-

Glaucoma.

Lusciositas.

Cutis, quæ pupillæ obtenditur, quaLis esse debeat ad acute cernendū.

B bus obrugatur, & crassior redditur. Alba autem esse debet, quoniam nigrum translucidum esse non potest. hoc. n. ipsum est nigrum, quod nō transluceat. vnde fit, ne laternæ possint lucere, si ex tali cute confectæ sunt. Per senectutem igitur & morbos acute cernere ob eas causas nequeunt. pueri vero paucitate humoris, cæsii principio sunt. Sed altero oculo cæsii præcipue homines, atque equi gignuntur eadem de causa, qua & homo solus canescit, & equus inter cætera animalia vnus euidentius albescit pilo per senectutem. canicies enim debilitas quædam humoris sit in cerebro, & cruditas est. quod idem cæsietas quoq; est. vis enim eadem est humoris admodum tenuis, quæ pauci: & admodū crassi, quæ multi. Cū igitur natura æque conficere nequit, aut vtroq; cōcocto humore, aut non vtroque concocto, sed altero cōcocto, altero non, tunc euenit, vt cæsii altero oculo reddantur. quamobrē autem alia acute cernant, alia non, duplex ratio est:

Canities qd.

C acumen. n. cernendi bifariam fere dicitur. audiendi et, olfaciēdiq; ratio similis est. dicitur. n. acute cernere, aut quod procul cernere potest, aut quod differentias rerum, quæ cernūtur, quā maxime sentiat: quæ quidē simul nullis eisdem cōtingūt. Idem. n. manu admota, aut per fistulam, quanquam nihilo magis colorū differentias indicet, tamen longius cernet. & quidem ex foueis, puteisq; interdū stellas cōspiciunt. Itaq; si quod animal multum quidem prominentiæ adiunctum oculis habet, sed humorē pupillæ non putum, neque modicum conuenienter extraneo motui, neque summam cutem prætenuē obtinet id, vt exquisite colorum differētias nō percipiet, sic procul cernere poterit. quo etiā comintus magis, quā quæ humorem quidem illum syncerum, operimētumq; eius prætenue habeat, sed supercilio, quod promineat oculis, careat omnino causa enim cernēdi tā acute, vt differentiæ percipiantur, in ipso oculo est. nā vt in veste mundissima vel minima macula pspicua est, sic in puro, synceroq; oculo, vel

Duo modi acute vel nō acute cernēdi ac eorum causæ.

parua motio patet, sensumque afficit. At vt procul cernatur, motus que a longinquis visibilibus deueniat, causæ situs est oculorũ, quæ.n. oculis prominentibus sunt, ꝑcul cernere nequeunt: quæ contra intus in cauo oculos habẽt positos longe aspicere possunt, quoniã motus in vastum non dissipatur, sed recto tramite meat. Nihil.n. interest an visus exitu cerni dicatur, vt quidã aiunt. nã nisi ante oculos quicquã sit dissipari visum, atq; ita minorem rebus occurrere, quę cernũtur necesse est, minusq; procul videre, quã si motu a rebus, quæ vidẽtur, ꝑficiscẽte cernatur. similẽ.n. motui effici visionẽ necesse est. Ita igitur potissimum res cernerentur longinque, si illico ab oculĩ veluti fistula quædam porrecta ad rem vsque cernendam cõtinuaretur. sic.n. nulla ex parte dissolueretur motus, qui a re visibili proficisceretur. Sed cũ ita non sit, quo amplius porrigitur, eo longius cernatur, necesse est. D

Cause discriminis oculorum hæ sunt.

Voniam scientia rei perfecta habetur, per scientiã quatuor causarum ipsius, & per cognitionem affectionum consequentiũ ipsam: superioribus autem libris iam differuerat Arist. de quatuor causis membrorum animalium: hic explicat quod reliquum fuerat sibi de hoc, videlicet scientiam accidentium, & immutationum consequentium ipsa ex necessitate materię ipsorum; vt sunt nigredo & cęsietas oculi, acumen vocis & eius grauitas, discrimen quoque colorum, & pennarum. Dicamus ergo ꝙ horum accidentium aliqua sunt necessaria toti speciei, vt nigredo oculorum cetuorum: alia vero parti speciei, vt cęsietas oculorum quorũdam hominum. insunt & alia animalibus iuxta tempora ętatum: & hoc quandoque est commune omni animali, vt est mutatio vocum contingens circa perfectionem virtutis generatiuę. nonnunquam est quid proprium vni speciei, vt canities homini ętate senii. alia sunt, quæ hora partus apparet. quarũm affectionum omnium nulla alia est causa quam necessitas materię, et mouentis. Horum igitur accidentium, quę naturę tribuuntur partiatim, aut generatim, non reperitur causa gratia cuius, sed ob necessitatem materię, & virtutis mouẽtis. Et ideo Antiqui putarunt, ꝙ ita se habet res in ipsis differentiis, & formis, quemadmodum in his accidentibus, scilicet ꝙ sint ex necessario esse ipsius materię, non ꝙ sint gratia alicuius rei. & id, quia ignorauerunt causas, scilicet formam & finẽ. ipsi enim non consyderauerunt ex causis, nisi mouentem, & materiam, omniaq; illis tribuerunt. sed causę, id est finis, & formę debent inquiri in natura membrorum, & eorum figura, non autem in ijs affectionibus, quę ei insunt. Exempli causa, de oculo quęritur causa, cuius gratia est tale membrum, quę visus: sed ipsum esse nigrũ aut cęsium acquiritur ex parte materię, et mouẽtis. E F

De Somno & vigilia.

HIs igitur rebus sic distinctis, declaratoq; modo speculationis horum generatum, incipiamus nunc tractare de his affectionibus, & primo de concepibus animalium, vtrum dum in vtero sunt tribuatur eis somnus, aut vigilia. Videntur enim fętus animalium, pręcipue qui imperfecti nascuntur, ꝙ maiorem partem vitę eorum, dum sunt paruuli, in dormiendo traducunt. quod indicat vitam eorum in vtero esse vitam dormientis, aut similem dormiẽti. Est enim dormientis expergisci a somno proculdubio, quod ostenditur ex iuuenũ euigilatione, quorum ętas contraria est infantili, cum in iuuene superet siccitas ętate iuuenili, sed humiditas dominatur in infantili ętate. Necessarium quoque est vt natura vitę conceptus in prima generatione ita se habeat, cum natura transeundo de genere ad genus prius transeat ad medium inter ipsa. cum igitur conceptus primo proficiscatur ex natura plantę ad naturam animalis sensitiui, necesse ergo est ipsum transire ad rem similem naturę medię inter ista duo.

A que est somnus. dormiens enim non sentit actu, quemadmodum vigilans, neque est equidem sensu priuatus omnino, vt planta. Debemus autem credere, quod hec affectio, que conceptui accidit in vtero, non est vere somnus: nam verus somnus inest illi, qui solet expergisci. est.n. sensus imperfectus similis sensui aialis medij inter naturam plante, & naturam animalis perfecti. Nam conceptus in prima sui generatione viuit more vite plante: at plantis somnus non inest, quia inexpergiscibiles sunt. Embryo tandem transfertur ab illa natura ad perfecte sensationis naturam media hac natura. quamobrem maiorem partem sue vite post egressum ab vtero dormiendo consumit: quia somnus est propinquus de se huic nature. & ideo infans facit suas operationes naturales dormiendo, plusquã vigilando. flet enim interdum cum dormit, & ridet: quod non facit in principio sui partus, dum vigilat. & motus, qui fit in vtero, est motus huius vite, non motus vite vigilantis. Hec quoque affectio, scilicet somnus accidit animalibus propter augmenti necessitatem, & propter virtutem sensitiuam, vt in alijs libris iam de quiditate somni explicatum fuit.

De varietate oculorum.

His igitur sic explicatis, loquamur de causis cesietatis & nigredinis. Oculi omnium puerorum statim a paruo orti cesiusculi sunt: post vero immutantur in colorem naturalẽ illius fœtus. Et hec affectio patet in oĩbus

B natis aialiũ. oculi.n. in alijs aialibus vnicolores sunt, vt boũ nigri, caprarũ cesij. Oculi vero hominum sunt versicolores, nã alij sunt coloris indici, qui ad nigredinẽ declinat: alij cesij, alij sunt medij coloris iter istos colores. Equus tñ maxime omnium aliorum animaliũ habet hoc propriũ, quod alterum oculũ cesium, alterũ vero versicolorẽ habet. Quãdoq; pueris etiã hora ortus eorum similis affectio euenit. procedit deinde minuẽdo paulatim. sed in vniuersali primo de oculorum discrimine scrutandum est, quam ob causam alij cæsij, alij nigri, alij flaui. Empedocles autem opinatur cesios plus ignis habere, nigros vero plus aquee nature. & ob eã rẽ nõ acute cernũt in nocte habẽtes oculos nigros, ob aquee turbitatẽ & opacitatẽ, ac tenebrositatẽ: sed qui cesios habet oculos, acute cernit, pre luciditate ignis. Aristote. tamen dicit id non esse verũ, quia in natura oculi, qui est organũ visus, aqua superat in eius partibus, & non ignis, nã si ignis dominaretur in oculo, corrumperet eius operationẽ, impediretq; visum. Cõuenit igitur nos querere eiusmodi causam ex parte nature superantis in hoc instrumẽto. Et dicamus quod cum humiditas oculi fuerit multa, tũc eius color erit niger: si vero pauca, tunc erit cesius, siue flauus: si autem media inter multitudinẽ & paucitatẽ, erit glaucus. Quod aũt huiusmodi affectiones eueniãt ex paucitate aque, & eius copia, patet ex eo, quod in mari cernitur. nam si eius aqua turget, eius color erit niger, vt attramentũ: si vero mõ opposito se habuerit cerulei erit coloris, siue indici. hec igitur est fortior & apparentior causa, ob quam

C oculi sunt versicolores. Potest quoque id fieri proptet admistionẽ portionis terree cum aquosa. Virtus quoq; digestiua facit ad indiciũ colorem: & priuatio harum duarũ rerũ facit ad cesietatem, vt earum mutatio facit ad glaucitatẽ. Situs quoq; huius humiditatis in oculo potest facere ad hoc, iuxta eius eminentiã, aut profunditatẽ. profunditas enim est causa obscuritatis, quia paucum lumen potest in oculis esse: eminẽtia vero ipsorum est causa acuitatis luminis eorum. Sed cã, ob quã oculus cesius plus noctu cernit, quã niger, est, quia cesius color ẽ exigui humoris, clariorisq; ad recipiẽdũ lumẽ noctis, quã recipiũt oculi multe humiditatis, quia passibilitas motus pauce humiditatis a lumine est facilior quam motus multe humidtatis. est.n. multa humiditas difficilis motus, & ideo lumen stellarũ in nocte nõ põt mouere eos. Cesij aũt mouetur a lumine diei motu quodã, quẽ oculus nõ põt naturaliter sufferre, cui accidit debilitas, queadmodũ accidit habentibus fortẽ visum, si radium Solis conspiciant. Aegritudines quoq; oculorũ indiciũ faciũt huius cause. egritudo nãq; vocata Glaucositas cesijs potius accidit: Lusciositas vero, siue Nyctalopa nigris. causa.n. egritudinis glauconie est excessiua siccitas, propter paucã portionẽ aquosam: & ideo senibus euenit. sed causa nyctalope morbi est humiditas, quapropter huiusmodi infirmitas plus

accidit iuuenibus, cum habeant cerebrum humidius. Bonitas vero visus fit, B quando talis humiditas est equalis in multitudine & paucitate, cum enim ita se habet, non moleste fert motum debilem, neque debilitatur a forti motu; vt sunt qui oculos habent glaucos, qui sunt boni coloris medij inter duos colores, s. cesietatem, & nigredinem seu indicium colorem. nam bonitas visus non fit ex equalitate quantitatis huius humiditatis tantum, sed ex equalitate qualitatis eius & id quando tunice oculi sunt syncerissime, & lenes. nam vnum ex debilitantibus visum senum est corrugatio cutis cooperientis visum asperitasq; eorum, & pauca synceritas: pueri vero ob paucitatem humoris & digestionis cesii, siue glauci in principio sunt. Quod si alter oculorum discrepat in complexione circa hoc, tunc erit alter cesius, alter vero niger: que affectio equis, atq; pueris accidit eadem de causa, qua & hominibus. Cesietas enim & canities sunt due affectiones sequentes cruditatem humoris cerebri; & paucam concoctionē eius. Dictum ergo est, que est causa cesietatis, & glaucositatis, & nigredinis. Et speculemur causam, ob quam animalia acute cernunt, alia vero non. Acumen autem cernendi bifariam dicitur, aut enim dicitur ꝙ procul cernere potest res ipsas, & illas cognoscere: aut ꝙ differentias rerum visarum, earumq; partium potest diiudicare. sunt enim quidā hominum, qui acute cernunt in vna specie acuminis: alij vero in secundā specie. Sed causa, ob quam res longe cernantur, est profunditas oculi, bonitasq; tunice & organi. Nam, quando oculus est in cauo E positus, & boni tegminis, non dissipatur eius virtus a lumine exteriori, emissioq; virtutis oculi ad rem prospectam recto tramite meat, vt emissio aque, que ex angusta fistula proficiscitur. Causa vero, propter quam percipiuntur differentie rerum, est synceritas organi, exquisitasq; eius claritas. nam minima macula plus conspicitur in veste mundissima. ideoq; in oculis claris apparent res occulte. Cum tamen cōtingit aliquos homines habentes organum visus clarum non habere bonam tutelam, differentias rerum ex propinquo, plusquam ex remotis percipiunt. quod patet in habentibus oculos grossos, propter preeminentiam oculorum. & qui habent bona tectoriā, plus attingunt res a lōnginquo, & perspiciunt differentias earum. & ille, in quo vtrēq; res copulantur, perfecte cernet vtroq; modo.

De auditu, & olfactu, eorumq; ratione. *Cap.* II.

Adem vero audiendi, olfaciendique ratio est. aut enim ita exquisite audiunt, & olfaciunt, vt quam maxime differentias omnes subiectarum sensibilium rerum sentiant: aut ita, vt procul audiant, aut odorentur. Vt igitur bene differentiæ iudicentur, causa sensorium est, F quomodo in cernendo, videlicet si syncerum, tum ipsum, tū eius mēbrana est. Meatus.n.sensoriorum omnium, vt dixi, cum de sensibus agerem, tendunt ad cor, aut ad cordis proportionale, si corde caret. Itaque meatus audiendi, quoniam sensorium hoc aeris est, quia spiritus natiuus in aliis pulsum, in aliis spirationē facit, hac desinit. quapropter verba edifcuntur, vt quod audieris reddere ore possis. qualis.n. motus subierit ꝑ sensoriū, talis quasi ab vna, eadēq; effigie motus ꝑ vocē agitur, vt quod audieris, idē dicas. Oscitātes ēt, aut spiritū reddentes, accipiētesue, minus audiunt, quoniā extremū sensorii auditus ad partē spiritalem terminetur, & quatiatur, moueaturq; cū instrumēto spiritali, quoties illud spiritum mouet. mouetur enim cū mouet. necnon temporibus anni, temperamētisque humidis idem

A accidit, vt aures impleri spiritus videantur, quoniam vicinæ sunt ori gini loci spiritalis. Iudicium igitur exquisitum differentiarũ tum so ni, tum odoris in synceritate sensorii, summæq; membranæ positum est. ita enim omnes motus manifesti, vt in visu, in his etiam veniunt, quoniam & procul sentire, aut non sentire, similiter atque in ratione videndi accidit. Quæ enim ante suas sensorias partes productiores, veluti aquæductus possident, hæc procul sentire possunt. quamobrẽ quorum nares porrectæ sunt longius vt catellorum Laconicorum, hæc valent olfactu. ita enim motus non interpelantur, sed a longe directi sensorium subeunt integri: quomodo in iis, qui manu admo ta fronti longius cernunt. Auriculæ etiam longæ, imbricateque amplius, quasi grundis, intusque anfractu longiore intortæ quales nonnullarum quadrupedum sunt, melius administrant. quippe quæ motum eminus excipientes ad sensorium reddant. Homo pro ma B gnitudine minime fere omnium animalium procul sentire potest, cum tamen differentiarum sensu maxime omnium valeat, cuius rei causa est, quòd sensorium syncerum, minimeque terrenum, corpulen tumue obtinet. cutem etiam tenuissimam præ cæteris animalibus homo suapte natura pro magnitudine habet. Vitulus marinus nimirum recte a natura constitutus est. Cum enim quadrupes ouiparum sit, auribus caret, meatusque tantum habet, quibus audiat. causa est, ꝙ vitam hic in humore traducit. pars autem aurium addita meatibus est, vt motus a longe delatus aeris seruaretur. itaque nihilo vtiles ei auriculæ essent, immo vero offenderent, cum intra se copiam reciperent humoris. De visu, auditu, olfactuq; dictum iam est.

Vbi iudiciũ

AVER.

Auditus quoque & olfactus differunt in ipsis animalibus acumine, & priuatione acuminis. Dicitur aũt acumen de his duobus sensorijs dupliciter, vt de sensu visus dictum fuit, videlicet ꝙ aliqui homines audiunt procul valde, & olfaciunt: alij vero percipiunt valde ipsas differentias odorabilium & vocum. quę causa est eadem cum causa diuersitatis acuminis visus, videli C cet synceritas organi proprij his duobus sensibus, & cõuenientia figurę eius, vt qui nares porrectas habent longius olfaciunt, vt canes venatici, quorum nares sunt productę, valent olfactu, proculq; olfaciunt: & vt aĩalia habentia figurã aurium optimam, quas mouent ad omnem partem. Sed differentias sensationũ horum duorum sensuum percipiunt habentes hoc orgaṇum syncerum. Maxime aũt homo valet his duobus sensibus, quo ad partẽ, qua differentias sensibiliũ cognoscit: alio tamen modo minus fere omnibus aĩalibus sentire potest: quia membrana & tutela non sunt eodem modo in homine, vt in alijs animalibus, s. ꝙ in homine sunt debiles, & in alijs fortes. In homine etiam syncerissimę, in alijs vero turbatę, quod homini inest propter suam temperatam cõplexionẽ, & eius subtilitatem. Cuius etiam tegmen debile existit, propter debililatem cutis eius. membrum quoq; recipiens in eo est syncerissimũ, ob temperiẽ complexionis, & bonitatem sensus auditus hominis. Cognitio quoq; differentiarũ re rũ, quę ediscuntur ab eo, fit mediante hoc sensu; & quia organum locutionis est ẽt cõmune huic sensui, nam eadẽ verba, quę ingrediuntur aurem, lingua reddũ tur. cumq; homo oscitat, minus audit, scilicet hora oscitationis. & similiter quã do spiritus emittitur a suo corpore. Quod ita fit, quia huiusmodi sensorium sentit per aerẽ quietum ingressum in aurem: & cum homo oscitat, aut respirat, cõ mouetur aer ortus in aure, & turbatur sensatio; quia hoc organũ sic est situatũ,

vt ab eo egrediatur aer, & auris moueatur ad motum aeris: quare non imprimuntur in eum impressiones motuum. nam ex conditionibus receptionis harũ impressionum est, vt aer afferens motum ad aurem sit quietus. organum quoq; in se sit quietum. & ideo, quando aures sunt plenę fumo accidentali mobili, male audiunt. Omne autem animal quadrupes viuiparum habet aures pręter vitulum marinum, qui tantum meatũ aurium habet: quia maiorem partem suę vitę in aqua traducit, plusque in ea degit. Fuerunt enim aures creatę in animali, vt soni ferantur ad ipsum a longe per aerem: & dum moratur hoc animal in aqua non indiget illo organo, quia incassum esset, cum impleatur aqua, immo noceret motui eius. Iam ergo locuti sumus de causa diuersitatis vnius speciei animalium in acuitate vniuscuiusq; horum sensuum. & sufficiat sermo huius rei in reddendis causis diuersitatis aliarum specierum circa hoc, quia eadem est causa in genere. D

De pilorum in animantibus varietate, & quæ pilorum vice sint. *Cap.* III.

Ili discrepant, & inter se in hominum genere per ętates, & cum cæteris animalibus quæ habent pilos. habent autem quæ intra se animal generant fere omnia. Iam & aculeos, qui a nonnullis vice pilorum geruntur, genus esse pilorum existimandum est, vt herinaceorum aculeos, & siquid eiusmodi aliud in genere viuiparo est. differentiæ vero pilorum existunt duritię, molitie, longitudine, breuitate, rectitudine, crispitudine, multitudine, paucitate. ad hæc, coloribus, vt albedine, nigredine, eorumq; mediis. sed nonnullas earum differentiarum per ętates quoque recipiunt, videlicet cum minora natu, aut maiora sunt. quod præcipue in homine palam fit. pilosior enim ętate prouectus redditur homo, & parte priore capitis nonnulli caluescunt. Pueri quidem, mulieresq; non caluescunt. viri autem procedẽte ætate calui euadunt. necnon capite homines senescentes canescunt. quòd nulli fere ex cæteris animalibus accidit manifeste, quamuis equus euidentius quam cætera ita afficiatur. caluescunt homines parte capitis priore. canescunt primo temporibus. sed nemo vel temporibus, vel occipite caluescit. Quibus autem animalium pili non sunt, sed pilorum proportionale, vt auibus pennę, piscibus squamæ, iis etiam nonnulli ex iis affectibus veniunt ratione eadem. Sed cuiusnam rei causa genus pilorum datum animalibus a natura est diximus ante, cum causas partium redderemus. nunc præsentis operis, atque officii est, vt quibusdam præcedentibus rebus, & quas ob necessitates hæc eueniãt, explicemus. Causa crassitudinis, tenuitatisq; pili, cutis potissimum est: aliis enim cutis crassa: aliis tenuis, & aliis rara, aliis densa est. tum differentia humoris inditi consors causæ est: aliis enim pinguis, aliis aquosa est. Omnino cutis naturam terrenam esse statuimus. cum enim per summa sit, humore euaporante solida, terrenaq; redditur. Pili autem, proportionaleq; pilorum non ex carne, sed ex cute oriuntur, cum humor in B F

Cutis natura & differẽtia.

A iis euaporetur, atque exhalet. quamobrem crassi ex crassa, tenues ex tenui cute proueniunt. quòd si cutis rarior, & crassior sit, crassi gignentur propter copiam portionis terrenæ, & meatuum laxitatem. sed si spissior est, tenuiores exeunt propter meatuum angustiam. Item si vapor aquosus inest breui resiccescens, facit ne pili capiant magnitudinem. at si pinguis est, contra euenit. non enim facile exiccari potest, quod pingue est. quamobrem in totum animalia, quorum cutis crassior est, pilo sunt crassiore, quamuis non quæ cute maxime ita constant, magis ita habeant pilum, propter eas, quas modo diximus causas, vt generi suum pre bubus & elephantis, & multis aliis vsu euenit. nam & si cutem crassiorem boues, elephanti, & pleraque alia habent, quam sues, tamen pilo tenuiore teguntur. Eadem causa est, cur hominum capilli crassissimi sint. capitis enim cutis crassissima est, & humoris plurimum continet. rara etiam admodum est. Quinetiam vt pili longiores

B breuioresue sint, causa est, quòd humor qui euaporetur, non facile exiccari potest. causa vero ne facile exiccetur duplex est, scilicet quantitate & qualitate. nam si humor aut multus, aut pinguis est, non facile exiccari potest. ideoque hominum capili longissimi sunt. cerebrum enim, quod humidum & frigidum est, largam humoris copiam præbet. Simplex autem, crispusue oritur pilus exhalatione pilorum. Nam, si fumosa est præ sua caliditate & siccitate, crispũ efficit pilum. inflectitur enim, quoniã duplici delatione feratur. terrenum. n. deorsum, calidum sursum fertur: cũq; præ sua imbecillitate inflecti facile possit, intorquetur, quod pili crispitudo est. Aut igitur ita cã reddenda est, aut qm̃ parum humoris, multũ aũt portionis terrenę inest, efficitur, vt pili resiccati ab aere ambiente contrahãtur. inflectitur enim quod rectum est, si euaporatur, & contrahitur, atq; cõuellitur pilus, quemadmodum cum igne aduritur, vtpote cũ crispitudo conuulsio sit ob humoris inopiam ab aeris continentis calore. In- (Cur hominũ capilli longi)

C dicium rei est, q & duriores sunt pili crispi, quã recti. durũ. n. quod siccum est. simplici autem pilo sunt, quę humore abundãt. fluit enim humor in iis, non stillat. Quocirca Scythæ incolæ Ponti, & Thraces pilo sunt promisso, & simplici. nam & ipsi humidi sunt, & aer ambiens eos humidus est. Aethiopes contra, qui loca incolunt calida crispo sunt pilo. siccum est. n. & cerebrum eorum, & cœlum ambiens. Sed sunt quæ quãuis cutem habeant crassiorem, tamen tenuiori sint pilo, ea videlicet causa, quam ante exposui. quo enim meatus tenuiores sint, eo pilos enasci tenuiores necesse est. quapropter ouium generi tales sunt pili. vellus. n. multitudo pilorum est. Sunt etiam, quæ mollem quidem habeant pilũ, sed minus tenuẽ, vt lepores cõtra quã oues. leporũ. n. pilus per summa cutis enascitur. quãobrem longitudine caret, & simile accidit, vt in iis, quæ lino decerpuntur, quæ quãuis mollia sint, tamen nullã longitudinẽ habent, nec implexum vllũ

recipiunt. Oues frigidi tractus cōtra quam homines afficiuntur. Scythæ enim molli sunt pilo. at oues Sauromaticę duro. causa eadem, quæ in omnibus feris est. frigus enim indurat, propterea quod cogēdo exiccat. cū enim calor eximitur, humor vna euaporatur. itaque non solū pilus, sed ēt cutis terrena, duraq; euadit. causa in feris vita agrestis est, in cicuribus autem his loci frigiditas. Indicium vel echini pelagici faciunt, quorū vsus contra vrinę stillicidia est. quippe qui frigiditate maris prealti, in quo degūt (sexaginta enim, atq; ēt amplius passum gurgite oriuntur) ipsi quidem exigui sint, sed aculeos grandes, durosq; gerant. Causa magnitudinis est, quod incrementum corporis diuersum eo est. cum enim parum caloris obtineant, neq; concoquere possint, multū ob eam rem habent excrementi. aculei autem, & pili, & reliqua generis eiusdem excremento nascuntur. duri vero & rigidi modo pene lapidis constant propter frigus, & gelu. eodemq; modo cætera, quæ terra, gignit, duriora, & terrosiora, lapidosioraq; gignūtur locis aquiloniis, quam austrinis, & vento ex- E positis, quam concauis, & quietis, frigent. n. omnia magis, humorque

Indurat & calor & frigus diuersimode,

euaporatur. Indurat igitur tum calor, tum frigus. nanq; euenit, vt ab vtrisq; humor euaporetur, scilicet a calore per se, a frigore per accidēs. vna enim cū calore humor abstrahitur. nullus enim humor sine calore est. sed frigus non modo indurat, sed densat etiā, calor vero laxat, rarioraq; facit. Eadē causa est, vt natu grādibus duriores & pili, & pēnę, & squamæ reddantur. cutes enim duriores, crassioresque efficiuntur senescente ætate. reficcantur enim. & quidem senectus ipsa, vt nomē significat, terrena est, quoniam sine calore est, & cum calore humor defluit. Calui omniū maxime animalium homines aperte efficiuntur. quod genus affectionis generale quodammodo est. nam & plantarum aliæ semper frondent, aliæ frondem amittunt, Et aues, quæ certo tempore se abdunt, & latent, pennas amittunt. qualis affectus caluitium in hominibus est, quibus accidit, vt F caluescant. Cū enim paulatim & frōdes, & pennæ, & pili defluat, vbi vniuersim hic affectus euenerit, vocabula accipit hæc, caluescere, defrondescere, depennescere. Causa autem huius affectus inopia humoris calidi est, qualis precipue est humor pinguis. quocirca plantę, quæ pingues sunt, fronde perpetua virent. sed de his alias. sunt. n. iis vel aliæ causæ huius comites affectionis. Euenit hoc plantis hyberno tempore. mutatio enim hæc potior, quam ætas earum est. Animalibus etiam, quæ latent, idem tempus iacturæ est. sunt enim minus, quā homines natura humida, atq; calida. Homines aūt suis ætatibus hyemem, æstatemq; agunt. quamobrē nemo ante, quā coire in-

Vnde caluities,

cipiat, caluescit, sed a venereo coitu potius id euenit, scilicet iis, quā sua natura sunt eo propensiores. Cum. n. cerebrum frigidissimum omnium corporis partium sit, tum rei venereæ vsus refrigerat. caloris nanq; synceri, naturalisq; secretio est. itaque cerebrum sentit me-

A rito prius, quæ enim imbecilla, vitiosaq; sunt, causa parua, exiguoq; momento immutantur. Quapropter siquis cogitet, vt & ipsum cerebrũ parum calidũ est, magisq; talem esse obductã cutem necesse est, atque etiam magis naturã pilorũ, videlicet quanto plus ipsa caloris origine distet, recte id ita euenire existimabit. Vt qui semẽ ferant, ea ipsa ætate caluescant, qua semen emittãt. Eadẽ cã est, & vt priore ca pitis parte caluescant, & vt hoibus solis oium aialiũ id eueniat. ꝙ.n. parte priore cerebrum cõtinetur hinc ea parte caluescimus. quòd autem homo maximum, humidissimumq; cerebrũ habet, hinc solus animaliũ ita afficitur. mulieres non caluent, quoniam natura earum similis puerorũ naturæ est. vtraq; .n. sterilis seminalis excrementi est. spadones ẽt non caluescunt, quoniã in fœminã mutãtur: & pilos, qui postea gignũtur, aut non ꝓducunt, aut amittunt, si forte habent, præterquã pubem, quam mulieres etiam habent, cum cæteris illis careant. oblæsio.n. hæc mutatio de mare in fœminam est. Causa vero, vt

Soli homines caluescunt.

B quæ latent, rursus pennas recipiant, quæq; frondem amiserint, denuo frondescant, caluis aũt nunquam redeat pilus, ꝙ anni tẽpora illis mutationem corporis magis afferunt. itaq; pro temporũ mutatione vicissitudo gignẽdi, amittendiq; sequitur, vt aialia pẽnas, pilosue, plãtæ frondes aut dimittãt, aut recipiãt, at vero hominibus ꝑ ætatẽ euenit, ver, æstas, autumnus, hyems. itaq; cũ ipsæ ætates non permutentur, fit, ne affectus, qui ob eas accidunt, permutentur. quanquam similis causa est. ac de cæteris pilorum affectionibus diximus fere.

De varietate pilorum.

AVER.

INcipiamus tractare de causa pilorum, & dicamus ꝙ omnia fere animalia viuipara pilos habent, hominumq; pili diuersi sunt ab alijs. Aculei aũt quorundam animaliũ vterinaceorum, & similium viuiparorum geruntur vice pilorũ. Sunt autem differentię pilorum multę, vt durities mollities, longitudo breuitas, crispitudo & rectitudo, multitudo & paucitas. differuntq; coloribus, vt albedine nigredine & eorum medijs. per ętates quoq; differẽtias recipiunt ipsi pili, vt canities in homine, quę primo vt plurimum genis aduenit: & vt
C caluities eueniens maribus, quibus proprie inest, canities vero est ꝓpria homini: inest tamen equo etiam. Aialibus vero, quibus vice pilorum inest quid proportionale, & conueniens, vt squamę, & crustę, accidunt etiã affectiones pilorũ, vt casus, & depilatio: de quo ante diximus, cũ causas pilorũ reddidimus tam ex necessitate materię, ꝙ̃ nobilioris notę gratia. intendimus aũt hic reddere causã horũ discriminum, quibus pili differunt. Et dicamus crassitiem pili, eiusq; tenuitatem insequi naturam cutis animaliũ. nam quorundam animalium cutis tenuis existit, nonnullorum vero grossa: alijs vero rara, alijs densa inest. Discrepãtia autem naturę pilorum insequitur naturam cutis: quia materia pilorum est excrementum terreum cutis. cuius indicium est ꝙ, si cutis incidatur, non oriuntur ibi pili. quod ideo est, quia pili ex cute oriuntur, non ex carne. natura igitur pilorum insequitur naturã cutis: quare in cuti subtili tennes existunt, in crassa crassi, in humida humidi, & in sicca sicci. Nam ex cute decidunt duo excrementa, quemadmodum & ex alijs membris, quorum alterum humidum, alterum vero siccũ. humidum quidem dissipatur: siccoum vero pilos generat. & hoc, qñ cutis est grossa, fungosa, & eius foramina sunt lata, tũc pilus est grossus propter exuperãtiam portionis terrę in eo, & amplitudinẽ pororum, ꝙ si cutis extiterit densa, tenuis, & pili etiam erunt tenues propter tenuitatem cutis, & an-

Ex cute decidunt duo excremẽta.

gustiam pororum. Sed, si huiusmodi excrementum existens in cute sit paucũ D
& siccũ, tũc pili non habebunt longitudinem neq; multitudinẽ. ꝙ si multũ fue-
rit, tunc pili erũt longi, & multi. Multiplicantur tamen in cute grossa, & efficiũ
tur capilli hominũ longi: quia hęc duo simul cõcurunt in cute capitis eius. nã, cũ
excrementum cutis capitis eius sit multum & humidum propter crassitiẽ eius et
humiditatẽ cõplexionis ipsius cũ amplitudine orificiorũ. Cutis igitur in summa
est apta sua quantitate, & qualitate generare pilos. intelligo per qualitatẽ pin-
guedinẽ, & humiditatẽ, & amplitudinem foraminum. per quantitatẽ vero intelli
go multitudinẽ materię. Iam ergo locuti sumus de causa multitudinis pilorum et
paucitatis, asperitatisque & subtilitatis. Simplex vero, & crispus pilus propter
vnam duarũ causarum fieri potest, vel ꝑꝑ vtranq; simul. Quarum vna est, quia
fumus, ex quo pilus crispus oritur, est cõpositus ex portione ignea, & terrea: ꝑꝑ
quam compositionem quęret portio terrea impellere ipsum deorsum & ignea
sursum, quare cõtingit pilũ inflecti ꝓpter hos duos motus contrarios. Secũda ve
ro causa potest esse propter humiditatem, & siccitatem. Nam si siccus & igneus
fuerit valde, tũc accidit pilo tortuositas: vt cũ ad ignẽ accedit. ꝙ si humidus &
frigidus existit, tũc cõtingit pilum extendi. Aer quoq; ambiẽs ipsum extra mul
tum facit ad hoc. quod ostenditur: quia qui in septẽtrione incolũt pilos habẽt re
ctos: qui vero meridiem crispos, veluti pię. qui autem medium horum locorũ ha
bitant, vt est insula Andalugię, capillos capitis habent medios inter simplicita- E
tem & crispitudinẽ; pręsertim illa ciuitas, quę temperatior est cęteris ciuitati-
bus Andalugię nõiata Corduba, & alijs remotioribus. Huius aũt ciuitatis tẽpe
ramentum ostenditur ex virtutibus hoĩum eius, & bonitate intellectus: habẽtq;
naturaliter optimos mores, pręsertim virtutes, quę paci, & bone opinioni tribuũ
tur. Differunt aũt ab hominibus Sibilię, cum tñ sint, propinquę. quamobrem
differunt ẽt inter se pili vnius speciei aĩalium, videlicet ꝑꝑ diuersitatẽ regionũ:
quemadmodum discrepat lana ouium educatarũ in terris Andalughię a lana
ouium Dalmatię, & aliis ex diuersitate regionũ. Est.n. ouium vellus in hac pri
ma subtilissimum, propter tenuitatem materię, et siccitatem eius, & igneitatem:
& ideo fiunt ex ista lana pãni tenues valde, similes pannis sericis. Sed qñq; pili
ouiũ in quibusdã regionibus sunt crassi valde, propter grossitiẽ materię & eius
siccitatẽ. Et, qñ materia est pinguissima. & subtilis, & pauca, est paucorũ pilo-
rũ, vt leporum, & cuniculorũ, & similiũ. sed, si materia abundat crassitie, & sic
citate, pauca tñ pinguedine, tunc ex ea aculei fiunt, vt in erinaceo: pręcipue si
contingat eiusmodi species inhabitare loca frigida syluestria. frigus enim cõge
lat ista membra terrena: quia calor eximitur, frigusq; extra proficiscitur, cum
quo eximitur humiditas eius, & congelatur. & ideo cutis in hoc genere est ter
rea dura, similiterq; pilus. & ob hanc cãm Echini, quibus Medici vtũtur pro
destillanda vrina, qui in mare oceano degunt, quod frigidũ existit, habent acu- F
leos duros præ frigiditate maris, & profunditate eius. est.n. profundũ circa sexa
ginta passus, vt aiunt. hi aũt echini exigui sunt. absumiturq; excrementũ terreũ
eorum in aculeos: quia multũ huius excremẽti in corporibus eorum habent ꝑꝑ
priuationem cõcoctionis, cum parum caloris obtineãt. ob quã rem idem accidit
pilis aĩalium existentium in regionibus aquilonis, quę sunt multũ vẽtosę; quod
tamen non ita euenit australis. Deniq; frigus solet congelare materiã terreã a
calido ingrossatã: vt in Quarto Meteororum dictum fuit. & ideo corpus dẽsum
habet poros angustos. cõtraria tñ est actio caloris. & quia in his superat frigidi
tas & siccitas, ideo senescente ętate habent cutim durã, & pilos aĩalia pilosa,
& aculeos spinosa, & pennã pennata, & squamam squamosa, crustãq; crustata.

De Caluitie.

CAluescere autem viro accidit veluti plantis defondescere. plantarum.n.
aliquę frondem amittunt; alię vero frondent. cuius rei causa eadem est ge
nere. idemq; pennis auium euenit. Cuius affectionis vniuersaliter est pri
uatio humidi pinguis, quo nutriuntur hęc, quę defluunt. cuius humoris inopia fit
ex temporibus, vt aues, quę pennas amittunt quodam tẽpore determinato: quẽ
admodum & plantarum folia defluunt hyberno tempore; vel ex ętatibus, vt cal

A uitium, quod tempore senectutis euenit, affectio nanq; ętatum animalium simila
tur affectui quatuor temporum in plantis, & animalibus. &, quia natura sene
ctutis est similis naturę autumni, quo tempore plantę folia amittunt, aues vero
pennas, sic etiam homines eo tempore caluescunt, capili tamen non redeunt, cũ
tamen frondes, & pennę reuertantur. quia homo non facit nouam reuolutionẽ,
tempora vero circuunt, & iterantur. Sed cur cerebrum potius caluescit, quam
cętera membra, parsque anterior & non occiput, vir etiam & non mulier, causa
est vt dicam. Capiti autem hoc proprium est, quia non datur membrum in cor-
pore humano, generans capillos, sicut cerebrum. cuius causam iam diximus,
scilicet quia cutis capitis est calida & humida crassa; sed adueniente ętate supe
rat frigiditas & siccitas in ea, & desinit materia prõpta capillis: quare accidit
ei huiusmodi affectio. Fit autem in anteriori parte capitis tantum, quia illa pars
est tenuior cęteris partibus cerebri, & calidior, cuius humiditas cito finitur. ꝙ
autem sit ea pars humida ostenditur, quia est lenis tempore infantię. Et, cum hęc
affectio insequatur siccitatem, & frigiditatem, ideo maxime fit ex coitu vene-
reo, cum soleat consumere materiam calidam, & humidam. merito.n. membrũ
natura frigidum prius afficitur ex exitu huius excrementi a corpore, s. sperma
tis, quam alia membra. Inter cętera aũt animalia homo tantum caluescit, quia
ipse solus habet capillos in capite. mulieres vero non caluescunt propter earũ
B complexionem humidam. & viri complexio sicca existit: ideo caluescit. & pro Cur mulier nõ caluescat
pterea spadones non caluescunt, neq; hoĩes habentes complexionem valde hu
midam, pręsertim si complexio huius membri fuerit humida, De grossitie igi-
tur pilorũ, & tenuitate, simplicitate, crispitudine, de pilationeque iam dictũ est.

Quam ob causam homines canescant. Cap. IIII.

COlorum autem causa cæteris quidem animalibus cutis natura est, vt vnicolora sint, & varia. sed hominibus nihil causæ cutis affert, nisi ad canitiem, videlicet eam, quæ morbo, non quæ senio accidat. nam eo vitio corporis, quod vitiligo vocatur, pili efficiuntur albi. sed, si albi sunt pili, cutem albedo non sequitur. cuius rei causa
est, ꝙ pili e cute exeũt. itaque si cutis ægrotat, extenuataq; est, pilus Egritudo capilli canities
C quoque ægrescit. ægritudo autem pili canities est. Aetatis vero illa
canities inopia, & exilitate calori cõtrahitur. omnis enim ætas labitur in frigiditatem, cũ iam corpus inclinatur, & consenescit. senectus.n. frigida est, & sicca. de alimento autem, quod quãcunq; partem corporis subeat, ita intelligendũ est, vt calore proprio concoquatur, qui cũ agere nequeat, deprauetur alio, & aut repletio sequatur, aut ægritudo. sed de eiusmodi causa postea differemus, cum de incremento, & alimento agemus. Quibus igitur hominibus natura pilorũ parũ calida est, plusq; humoris subit, calor propius nequit cõcoquere: atq; ita humor putrescit, calore aeris ambiẽtis. fit.n. putredo quæq; a calore, sed non suo natiuoq;, vt alio loco exposui. putredo autẽ & aquæ, & terræ, & quorũuis eiusmodi corporum fieri potest. quamobrem terreni etiam vaporis putredinem nouimus, quæ situs vocatur. etenim situs caries vaporis terreni est. Itaque in pilis quoque alimentũ tale, cum nõ concoquitur, putrescit, atque ita efficitur

ea, quę canities appellatur: quę alba propterea est, quod & situs vnus D cariosorum fere albus est. Cuius rei causa est, quod multum aeris continet. omnis enim vapor terrenus vim habet aeris crassioris. situs enim quasi respondens pruinæ existimatur. nam si vapor se efferens concrescit, pruina fit. sin putrescit, situs. quapropter vtraq; per sūma hærent. Vapor.n. per summa est, & recte a poetis in Comœdiis transfertur cōuicio in canitiem, cum senectutis situm pruinā nominant. alterum enim genere idem est. vapor nanq; vtrūq; est. alterum, id est situs, speciel idem est. putredo enim vtrūque est. hoc ita esse indicium est, quòd plerisq; per ęgritudinem pili canuerint, mox valetudini restitutis nigruerint. causa est, quòd per ægritudinem, vt totū corpus inopia caloris naturalis laborat, sic ptes etiam minimæ eadem participant labe. multum autem excrementi consistit in partibus corporis, quāobrem in pilis etiam cruditas est, quòd canitiem faciat, post vero cum conualuerint, & vires receperint, denuo mutantur, & B quasi iuuenes ex senibus redduntur, affectiones que proinde mutantur. Recte etiam dixeris morbum esse aduentitiam senectutem. senectutem autem esse morbum naturalem. itaque morbi nonnulli idem faciunt, quod senectus. Tēpora autem primo canescunt, quòd occiput vacat humore, cū non contineat cerebrum. sinciput vero habet multum humoris. quod autem multū est, difficile id putrescit. at in temporum pilis, nec tam parum humoris est, vt cōcoqui possit, nec tam multum, vt putrescere nequeat. cum en im is locus medius inter vtrosque sit, extra vtrunque affectum esse potest. Causa canitiei humanæ dicta iam est.

Tēpora primo caluescunt.

Quam ob causam nonnulla animalia pilis, aut iis quæ pilorum uice funguntur, immutentur. *Cap. V.*

Caeteris autem animalibus, ne per eam ætatem hoc idem manifeste eueniat, causa est eadem, quam de caluitio diximus. Parum enim cerebri, idque minus humidam habent, vt calor ad concoquendum sufficiat. Equis maxime omnium, quæ nouerimus, animalium canities innotescit: quod os, in quo cerebrū tenuius, quā cætera pro magnitudine habeāt. argumentū est, quod ictus in eo loco periculosus est. vnde illud Homeri.

Et quam setæ hærent capiti, lætaleque vulnus præcipue fit equis.

Cum igit præ tenuitate ossis affluat humor, & per ætatē calor deficiat, pili isti canescunt. Rufi ēt celerius, quā nigri canescūt. nā & ruffitas, quasi imbecillitas pili est. imbecilla autem quæq; celerius senescūt. Grues senescētes effici nigriores aiunt. cuius affectus causa esse potest, quod pennarū natura earū albicet, plusq; humoris senescentibus iis cōstituitur in pennis, quā vt facilius putredini pateat. Canitiē autem effici putredine quadā, nec esse, vt quidam putant, arditatē, indi

A cium est ꝙ pili, qui vel pileo, vel alio tegmine operiũtur, celerius ca nescunt. flatus.n. putredinẽ prohibent. operimentum aũt flatum arcet. Iuuat ẽt olei aquę misti perunctio. aqua.n. refrigerat, oleũ vero ne celiter exiccetur, prohibet. aqua.n. facile reficcatur. Canitiem aũt non esse ariditatem, nec pilum, vt herbã exiccatum albescere, indicium est, ꝙ pili nonnulli cani illico oriuntur: at nullũ oritur aridum. multi ẽt suo extremo albescunt: in vltimis.n. ac tenuissimis calor minimus habetur. cęteris aĩalibus, quibus pili albi gignuntur, natura, non affectu id euenit. Causa autem colorum in cæteris cutis est. albotum enim alba est cutis, nigrorum nigra. variorum, permistorũque partim alba, partim nigra esse conspicitur. At in homine cutis nulla causa est. qui enim sunt albi, admodum nigros habent capillos. Causa est, ꝙ homo omnium maxime tenuem cutem habet. pro magnitudine itaque nihil ad pilorum mutationem cutis valet, imo præ sua imbecillitate ipsa mutatur, & vel a Sole, vel a flatu redditur
B nigrior, nec pili vllo pacto cum ea mutantur. at vero in cæteris cutis vim loci præ sua crassitudine obtinet. itaque fit, vt pili pro cute immutentur, cutis autem ipsa nihil a flatu, aut Sole afficiatur.

De coloribus animantium. Cap. VI.

Nimalium vero alia vnicolora sunt (appello Vnicolora, quorum genus totum vnum habet colorem, quomodo leones fului sunt omnes. idemque in auibus, & piscibus, & reliquis animalibus omnibus intelligit volo) alia versicolora sunt. Sed toticolora ea, dico quorum corpus totum quidem eũdem habet colorem, sed nõ omniũ eundem, vt bos totus albus est, aut totus est niger. Alia varia sunt, idque dupliciter: aut enim genere, vt pãthera, vt pauo, & pisciũ nõnulli, vt quę thrassæ vocãtur: aut non genere toto, sed pte, vt boues, vt capre interdum variæ generãtur. in auium ẽt genere columbæ, & alia ple-
C raq;. Transeunt vero toticolora multo magis, quã vnicolora, tum in colorẽ sui generis simplicem, vt ex albis nigra, & ex nigris alba redduntur, tũ vero in mistũ ex iis, quoniã in totius generis natura inest, ne vnũ habeat colorẽ. hinc.n. facile vtroq; versus mouetur, vt vicissim mutetur, & varium efficiatur. vnicolora contra nunquam.n. mutãtur, nisi per affectũ, idq; raro. iam.n. perdix visa est alba, & coruus, & passer, & vrsa. Accidunt hæc, cum in generatione peruertuntur: facile.n. moueri, deprauariq; potest, quod paruum est. tale aũt quod gignitur est. principium.n. iis quæ gignuntur, in paruo consistit. Aquis etiam inmutantur ea potius, quæ sua natura toticolora, genere aũt versicolora sunt. calidæ enim aquæ pilũ faciunt albũ, frigidę nigrũ: quomodo plãtis etiã euenit. Causa est, quòd calida plus aeris habet, quam aquæ. aer aũt perlucẽs, albedinem facit, quemadmodũ spumã quoq; effici certũ est. Vt igitur cutes per affectum albæ differunt ab

iis, quæ tales natura sunt sic pili inter se differunt, qui morbo, aut D
ętate, quiq; natura albuerint, s. eo ꝙ causa est diuersa. alteri enim calore naturali, alteri alieno albi efficiuntur. Albedinem vero omnibus aer vaporosus præbet inclusus. quamobrem quæ vnicolora non sunt, uentre omnia plenius albent. calidiora etiam, suauioraq; sunt omnia alba fere eadem de causa. concoctione enim dulce efficitur: concoctio autem calore. eadem causa vnicoloribus quoque, sed aut nigris, aut albis reddenda est. caliditas enim atque frigiditas causam habent naturę cutis, & pilorum. membrum enim vnumquodq; suum habet calorem. Quinetiam linguæ simplicium ac variorum inter se differunt, atque etiam ipsorum simplicium, sed versicolorum, vt alborum, & nigrorum. causa vero est, quod ante dixi, quod variorum cutes variæ sunt, alborum albæ, nigrorum nigrę: linguam autem perinde, ac partem aliquam esse exteriorem putandum, qualis manus, aut pes est: quanquam ore operiatur. itaque cum variorum cutis non E
sit vnicolor, cutis quoque linguam ambientis ea ipsa causa est. Mutant colores auium nonnullæ, atque etiam quadrupedum syluestriũ aliquæ p tempora anni. cuius rei cã est, ꝙ vt homines p ætatem mutantur, sic illa per tempora. plus enim discrimen hoc in iis potest, quã mutatio ætatis. Varia etiam magis sunt, quæ vario magis cibo uescuntur. quod parte plurima dixerim, idq; recta ratione, vt apes vnicolores sunt magis quam crabrones, aut vespę. nam, si cibi causę sint mutationis, merito ciborum varietas facit, vt magis euarient motus, & alimenti excrementa, ex quibus & pili, & pennæ, & cutes gignuntur. Ac de coloribus & pilis satis definitum sit ad hunc modum.

AVER. EXpedit modò tractare de colore pilorum. cuius rei speculatio triplex existit. Prima de colore prouenientę ex natura ętatum. Secunda de diuersitate coloris iuxta naturam speciei. Tertia de causis, ob quas discrepant colores in vna speciei animalium, & in membris indiuiduorum huius speciei. & huiusmodi discrepantia, quę membris et indiuiduis inest, potest esse permanens: F
vt est diuersitas, quę inest maribus pauonum, & aliquarum auicularum. potest tamen esse immanens, vt color columbarũ, & quarundam auiũ. Dicamus ergo hoĩem tantum effici versicolorem per ętates, & est ipsa canities, & equum. sed in aue noĩata Grues (si verum est quod dicunt ipsam denigrari in senectute, cum tamen in iuuentute sit flaua ad albedinem declinãs) illa affectio videtur accidere ętate iuuẽtutis, & augmenti propter robur caloris naturalis. tẽpore vero declinationis & diminutionis propter debilitatẽ caloris naturalis, & dominiũ extranei. Si ergo ita est, & canities oritur tpe senectutis, & declinationis, patet ipsam generari propter debilitatem caloris naturalis. Nam calidi est denigrare substãtiam siccam, quando ipsam vincit: quẽadmodum facit ignis in ligna, ꝙ cõuertit ea in carbonẽ. &, cum calor naturalis corporis senũ debilitatur, non concoquit nutrimentum quo capilli nutriũtur, perfecta cõcoctione: generaturq; in eo ab aere ambiẽte calor putredinalis. quare dealbantur ab isto calore putrefactiuo orto in eo ex debilitate caloris innati: qui dealbantur propter admistionẽ partis aereę, cum iam declaratũ fuerit colorem album fieri ex mistione portionis aereę cum terrena aut aquosa. & ideo butyrũ & canfora, & spuma sunt alba. Et habet ipsa canities hunc colorem de necessitate propter calorem extraneũ. nam falsum est id ex calore naturali prouenire: cum ea hora calor naturalis sit debilis, & frigiditas & siccitas sit fortis, quanto enim frigiditas & siccitas augẽ

A tur in corpore, crescit dealbatio capillorum. Siccitas tamen est causa canitiei p accidens, non per se, cuius indiciũ est quia plures hominũ, quando ęgrotant forti ęgritudine, capilli capitis eorũ dealbantur: quibus sanatis iterum denigrescũt. quod totum fit ex debilitate caloris naturalis tempore ęgritudinis, & eius fortitudine tpe in columitatis. Quod etiam indicatur ex eo ꝙ, cum continuant cooperire caput eorum, cito incurrunt canitię. Neque verũ dicit, qui putat flegma esse causam canitiei, quia phlegma est nutrimentum primum, & capillus nutritur ex nutrimento vltimo. nutritur aũt phlegmate, postquã fuerit transmutatũ magna transmutatione: quare non possumus dicere hunc esse colorem phlegmatis. Bene tamen potest dici phlegma esse vnam ex causis caloris putrefactiui de albantis canitiem; quę tamen est causa remota. Similiterq; accidit genis; quia albedo generata in eis fit a calore putrefactiuo exteriore, vt euenire solet rebus, quę putrefiunt: non ꝙ hęc albedo sit phlegmatis, vt posset aliquis imaginari. Accidit aũt canities plus homini quã aliis, ratione quãtitatis humidi existentis in eius corpore, & eiusdem qualitatis in respectu ad colorem naturalem corporis eius: quare calor elemẽtaris non potest supra humidum, quo nutritur capillus in fine vitę humanę, & generatur in eo calor putrefactiuus, ipsumq; dealbat. Is igitur affectus est quid proueniens ex proportione existenti inter calorẽ

B hominis & humidum, quo capillus nutritur. Cęteris vero animalibus propter exuperantiam siccitatis materię corporis eorũ, ex qua capillus nutritur, & propter eius paucitatẽ id non euenit; videlicet, ꝙ sit impotens calor corporis eorum in digerendo ipsum in aliquo tempore. Ad quod facit subtilitas ossium capitis. tenuitas namq; ossis est causa, vt ipsum ingrediatur aer exterior, & putrefaciat ipsum. & propterea prius dealbãtur capilli temporum vt plurimũ: qđ etiam equo accidit. Indiciũ autem, ꝙ ossa temporum equi & hois sint subtilia, est, quia si vulnerantur, pereunt. Ostenditur etiam albedinẽ canitiei gñari a calore putrefactiuo, propterea quia extremitates capillorum prius dealbãtur, quem admodũ extrema frondiũ plus pallent: quod fit propter debilitatem caloris naturalis extremitatũ. sed albedo capillorum cutis albę insequitur cutem albã: quod ex ęgritudine accidit. Iam ergo locuti sumus de causa, ob quam homines, & equi canescunt. Sed causa diuersitatis coloris pilorum in vnaquaq; specie aĩalium est ipsa diuersitas coloris cutis eorũ. Nam, cum pilus fiat ex superfluitate nutrimẽti cutis, excrementũ erit simile aliquo pacto naturę cutis mẽbris, cu ius est excrementũ: colorq; insequitur cõplexionẽ cutis; sequitur igitur ꝙ color pili insequitur colorẽ cutis. Causa igitur versicoloris pilorũ in aĩalibus habẽtibus plures colores, est diuersitas naturę cutis. & ideo diuersitas coloris pauo

C nũ prouenit ex diuersitate naturę cutis. Aer quoque, & aqua, venti, cibiq; locorũ magnã hñt vim in variandis coloribus, vt narrat Aristo. ꝙ in prouincijs Romę, sunt duo flumina, quorũ si ex vno oues bibant, pariũt agnos albos: si vero ex alio, nigros pariũt. In quibusdam tñ aĩalibus color non separatur ab eis: vt nigredo a coruo, quia color insequitur naturã membrorũ radicaliũ. dixerũt tñ visum iam fuisse coruũ album, & predicem albam. sed pauo est versicolor: quia eius color non insequitur complexionem radicalem eius. Sed cur in homine color cutis sit diuersus a colore pilorum, & non sequitur color pili colorẽ cutis, causa est subtilitas cutis hominis impotentis transmutare pilum, & eum trahere ad colorem suum. cuius subtilitatis indicium est ꝙ alteratur a minima causa extrinseca obuiãte, vt est Sol, & ventus, cum tñ pilus non alteretur. Excrementum quoq; cũ exit propter bonam secretionẽ virtutis discretiuę, oportet ipsam habere cõplexionẽ remotã a complexione membri, cuius est excrementũ. Mutatur tñ qñq; color animalis propter aliquã ęgritudinẽ; qui postea reuertitur remota ęgritudine. sed alibi dictum fuit de natura colorũ. Iam ergo fecimus sermonem quare diuersificatur color pilorum per diuersitatem ętatum, & iuxta naturam speciei, & naturam membri. Color etiã cutis quorundam animalium variatur rationẽ mutationis quatuor complexionũ, quẽadmodum variatur propter ętatem, cuius rei causa est eadem. Animal vero multicolor est diuersatum naturarum, quia eius membra sunt diuersa complexione; & ideo eius excrementa

sunt diuersa. & propterea apes vnicolores sunt, quia cibus est vnus: sed fuci D
versicolores sunt, quia cibus eorum diuersus existit. Et postquã sumus locuti de diuersitate colorum, loquamur de differentia vocum.

De voce animantium, & eius mutatione. Cap. VII.

DE voce, cum animalium alia vocis grauioris sint, alia acutioris alia firmæ, ac in vtranque exuperantiam mo dice constantis: cumque etiam alia magnam vocem, alia paruam reddant, & læuitate aut asperitate, flexibilitateq; aut rigiditate discrepent, consyderãdũ quas ob causas hæc singula habeantur. Igitur acuminis, grauitatisq; causam eandem esse arbitrandum, quam mutationis, cum minora, maiora q; natu mutantur. Cætera enim omnia cũ natu minora sunt, vocem mittunt acutiorem. vituli autẽ bubuli grauiorem. quod idẽ maribus etiam, & fœminis eius generis euenit. Cum enim in cæteris E generibus fœmina vocem mittat, quam mas acutiorem (quod maxime in homine patet. hanc.n. facultatẽ natura homini potissimum tribuit, quoniam oratione solus animaliũ homo vtitur, orationis aũt materia vox est) cum inquam cęteræ fœminæ acutius sonent, contra in bubus est. vacæ.n. grauius quã tauri sonant. sed cuiusnam gratia, vocem aĩalia habeant, & quid vox sit, omnino quod sonus & strepitus, ptim in iis quæ de Sensu, partim in iis quæ de Aĩa disseruimus explicatum est. Cum autem graue in tarditate motus consistat, acutum vero in velocitate, vtrum quod moueat, an quod moueatur, causa si tardi, aut velocis, quærendum est. Quidam enim quod multum est tarde moueri, quod parum, velociter id moueri aiunt: eamque esse causam, vt alia vocem grauem emittant, alia acutam. Quod recte aliquatenus dicitur, sed non recte in totum. genere enim recte dici videtur, graue in magnitudine quadam esse eius, quod mouetur. F nam si hoc ita esset, paruam, eãdemq; grauem emittere vocem non facile liceret: nec magnam, & eãdem acutam. Videtur etiam grauitas vocis naturæ generosioris esse. necnon in modulatu grauis modulus præstantior incitato est. perfectum enim in superantia consistit. grauitas autem superantia quædam est. Sed, cum acutum & graue in voce diuersa sint a magnitudine vocis & paruitate (est enim & acuta magna, & parua grauis) simili modo medius eorum tenor ambigit quonam alio definienda sit magnitudo vocis, & paruitas, nisi multitudine eius qđ mouetur, & paucitate? qđ si definitione illa statuendum sit acutum & graue, accidet, vt eadem sint grauis magneq; vocis, & acute parueq; vocalia. Sed enim eã est, ꝙ magnũ, & paruum, & multum ac paucum non eodem accipiuntur modo, sed altera simpliciter, altera respectu quodam. magniuoca enim sunt, eo quod multum simpliciter est, quod mouetur paruiuoca, eo ꝙ parum. grauiuoca autem, & acutiuoca, eo ꝙ respectu inter se habito differentiam

Dubiũ, ꝗ sit tardi & velocis in voce causa. Aliorum solutio.

Grauitas vocis est naturę generosio ris.

Solutio propria.

A hanc recipiunt. Nam,si quod mouetur superat vires eius quod mouet,tarde qđ fertur ferri necesse est:si superatur,velociter. Itaq; qđ valet,interdum multum pro viribus mouens tardum efficit motum : interdum velocem,si superat,eademq; ratione, qđ debile est, si plus mouet quā viret patiuntur, tardum efficit motum: si parum præ sua imbecillitate,velocem. Causæ contrarietatum hæ sunt,ne aut omnia minora natu vocem mittant acutam, aut maiora graue, neq; mares & fœminæ æque omnes aut grauem,aut acutā. Ad hæc,vt et ęgri acutum sonent, & qui bene valent,atq; etiā vt senescentes vocem mittant acutiorē,quanquā senilis ætas contraria iuuenili est. Plurima tamen patre minora natu,& fœminæ acutæ sunt vocis,cum præ sua imbecillitate parum aeris moueant. fertur.n.velociter,qđ parū est.velocitas aūt acumen in voce est. Vituli & vaccæ partem, quam mouent, non habent validā,alteri propter ætatem,alteræ propter fœminei sexus naturam.cum tamen moueāt multum, graue sonant.graue est.n.

B quod grauiter mouetur,multumq; aeris tarde fertur. multū autē ea mouent,cum cætera parū moueant, quia vas,per quod primum spiritus fertur,amplū in iis est,multumq; aeris mouere cogitur.cæteris angustius,ac parcius est.ætate autem procedēte,vires ea pars recipit, quæ in vnoquoq; moueat. Itaq; in contrarium mutatur, vt quę vocem acutā mittebant,grauiorē,quā prius mittāt:quæ autem grauem, acutiorem,quamobrem tauri acutius sonant,quā vituli,& vacæ. Vires autem omnium neruis continentur.quapropter cum ætate florēt, robustiora sunt.minus enim compacta,neruataque sunt,quæ minora natu adhuc sunt. Item recentiorum nerui nondum intenduntur, senescentium iam laxantur:quamobrem ad motum quoque sunt imbecilliora. sed potissimum tauri neruosi sunt, & eorum cor ita constat.itaque contentiorem eam obtinent partem,qua spiritum mouēt, quasi fidiculam intentam.talem cordis bubuli esse naturam significatur,vel eo osse,quod in nonnullis gignitur: ossa enim naturam ner-

C uorum requirūt. Execta omnia in fœminam mutantur. & quoniam vires neruosæ in suo originali principio laxantur,similem fœminis mittūt vocem.laxatio vero similis fit,vt si quis fides intendens adhibuerit pondus,quod annexum reddat cōtentiores,quomodo textrices faciunt,quæ,cum stamina distenderint,annectunt quas leuas vocant.ita enim natura quoq; testium annexa meatibus seminalibus dependet,qui meatus ex vena tendunt,cuius origo ex corde est,iuxta ipsum principium,quod vocem moueat.quamobrē meatibus seminalibus immutatis,ad eam, qua semen excernere possunt, ætatem, pars illa quoque vna cum iis immutatur,qua immutata, vox etiam mutatur,maxime.s.maribus.sed fęminis etiam idem accidit,quāquā obscurius, quod quidam hircire appellant, cum vox mittitur inæqualis, post vero restituitur in sequētis ætatis grauitatē aut acumē. Sublatis igitur testibus, tentio quoque meatuum laxatur, quomo-

Execta cur vocem mutent.

do in fidicula & stamine sublato pondere, laxatis his, principium; quod moueat vocem, eadem ratione laxatur. Causa hæc est, quamobrem execta mutentur in fœminã, tũ voce tũ etiã reliqua forma: quoniã ita accidit, vt principium laxetur, ex quo intencio corporis est, non vt quidam existimant, quod testes ipsi copula sunt multorum principiorum. sed paruæ mutationes causam afferunt magnarum mutationum non sui ratione, sed cum euenit, vt principiũ vna cum iis ipsis mutetur. principia. n. quãuis magnitudine parua sint, tamen facultate sunt magna. hoc est. n. principiũ esse, vt ipsum quidem cã sit multorum, sed ipsius nulla sit superior causa. Caliditas etiã, aut frigiditas loci confert eodem, vt natura tale constituatur animal, quod aut grauem, aut acutam vocẽ emitat. Spiritus. n. calidus crassitudine sua grauitatem efficit vocis: frigidus pe sua tenuitate cõtrarium facit. quod vel in tibiis patet. qui. n. calidiore vtuntur spiritu, & talem emittũt, qualem tibicines, & lamentantes, grauiorem sonũ inspirant tibiis. Asperioris aũt vocis, aut læuioris, omnis deniq; huiusmodi inæqualitatis causæ est membrũ, instrumentũq;, per quod vox fertur, cũ aut asperum est, aut læue: deniq; aut æquale, aut inæquale. constat hoc ita esse, cum aliquid humoris in arteria inest, aut asperitas affectu aliquo fit: tunc enim uox redditur inæqualis. flexibilis autem vocis instrumentum molle causa est, vt rigidæ durum. molle enim parcius dispẽsari potest, & varium fieri, durum non potest. & molle quidem tã magnã, quam paruã reddere vocẽ potest, & proinde tum grauem, tum acutam. facile enim spiritum dispensat, ipsumque de facili magnũ, paruumq; fit. quod autem durum est, indispensabile est. De voce igitur, quæ non ante differuimus, cum de sensu aut de anima ageremus, hunc habeant modum.

Pricipij proprietas.

D

E

De voce animalium, & eius mutatione.

AVER. Vox discrepat grauitate & acuitate, magnitudine & paruitate atq; medio critate inter hęc extrema cõtraria: et quãdoq; vox est bona, quãdoq; vero turpis. Causa aũt diuersitatis harum vocũ in speciebus diuersis est diuersitas naturę specierum. Cã vero discrepantię in eadem specie est disceptatio naturę ętatum, & naturę diuersitatis sexus masculini & feminei. Nam animalia minora natu vocẽ mittunt acutiorem maioribus, pręter vitulũ vaccinũ: qui vocẽ grauiorẽ mittit suis matribus. Vox quoq; fœminę in quocunq; animali, pręsertim in homine, acutior existit voce maris. Vox etiam hominũ senum acutior est voce iuuenis. Similiter etiam vox ęgri acutior est voce sani. Causa aũt vocis grauis vniuersim est tarditas motus, acutę vero est velocitas motus. Tarditas aũt motus fit, qñ virtus mota vincit virtutẽ motiuã: velocitas vero motus fit, qñ virtus motiua superat virtutem motam. Et ideo homo modulatur diuersis vocibus acumine & grauitate: quia habet vim extrahendi ex aere efficien te voces id, qd quandoq; vincitur respectu virtutis motiuę, & quandoque vincit. His igitur sic explicatis de voce graui & leui, sequitur quod, si virtus motiua aĩalis dominatur aeri moto ab eo per membra vocis, erit vox acuta de necessitate: quia motus aeris in cõcauitatibus organi vocis eius est de necessitate velox: pręsertim qñ organa vocis eius sunt longa angusta: nã quanto organũ modulatus fuerit strictius, & longius, vox acutior fiet: quia transitus aeris velocior erit in eo, qd quidem patet ex organis Musicorũ, quorũ voces differũt per diuersitatem

F

A eorum. Causa igitur diuersitatis vocum animalium est causa diuersitatis proportionis mouentis ad motum. diuersitas autem figuræ membrorũ vocis videlicet cãnę pulmonis, & epiglotidis est causa diuersitatis vocum. Vox quoq; iuuenũ animaliũ acutior est quã senũ, propter paruitatem ipsius rei mobilis in eis, quia vincitur a mouente. eademq; est ratio vocum fęminarum, quia earum membra sunt minora membris virorum, Causa vero acuitatis vocis senũ est, quia nõ mouent nisi paruam portionem aeris, quę vincitur a mouente: cũ nõ valeãt mouere totũ aerem tota voce sua. idemq; euenit ęgrotantibus. Causa vero grauitatis vocis minorum natu, & grauitatis acuitatis locutionis eorũ, fit quia motum superat mouentem. ꝓpter magnitudinem organi vocis in eis in principio suę creationis: & cum crescunt, nõ crescit mouens & motum in eis secundum eandem proportionem: sed magnitudo mouentis est maior, & reddit vocem acutã post grauitatem. Et summatim quod de acuitate ad grauitatem mutatur, aut de grauitate ad acuitatem, causa est, quia non augetur virtus motiua, & vox mota secundum eandem proportionem: & differunt iuxta discrepantiam augmenti proportionis mouentis, aut moti. Animal quoque, si castratur habebit vocem similem voci fęminę. Iam ergo locuti sumus de causa acuitatis vocis, et eius grauitatis.

B *Quare dentes a natura constituti sint, & cur partim decidant, denuoq; nascantur, partim autem non.* Cap. VIII.

E dentibus non rei vnius, aut eiusdem gratia animalia eos habere omnia, sed alia ad cibum, alia ad vocis orationem, dictum antea est. sed cur priores gignantur primo, maxillares post, & hi non decidant, illi decidant ac denuo nascantur, hanc rationem disputationi de generatione cognatã esse putandũ est. Disseruit igitur de his et Democritus, sed non bene. non enim omnibus cõsyderatis, causam reddidit vniuersim. Ait enim decidere, qm̃ properant, & ante tempus oriuntur. nam ad ætatem pene florentem enasci per naturam debere. causam autem vt ante tempus gignantur, vsui tribuit lactis. Et sus lactet, qui tñ dentes nõ amittit. & quæ dentes hñt serratos, oĩa lactent, quanquam nonnulla eorum non amittunt nisi caninos, vt leo C nes. Hoc igitur ille errauit, exponens vniuersim, cum id non animaduertisset, qđ in oĩbus eueniret. at agere ita oportet. qui enim disserit vniuersim, ac de oĩbus dicat, necesse est. Sed cum naturam ita subiiciamus, r̃one ducta ex iis, quæ cernimus, vt neq; deficiat, neque frustra agat quicquam in singulis quoad eius fieri põt, quæ aũt cibũ assumere debent post lactis vsum, instrumẽta habeant necesse sit ad cibum cõficiendum: si ita eueniret, vt ille dicit, ad pubertatẽ, natura ꝑfecto deficeret agendo rem, quam facere posset, atq; opus naturæ fieret pręter naturã. Violentũ enim pręter naturã est. generationẽ aũt dentium euenire violenter asseuerat. Sed hoc verum non esse, apertũ ex his, aliisq; huiusmodi rationibus est. Oriũtur aũt prius ii, quã lati, quod & officium eorũ prius est. secatur enim prius, quã mollitur, qđ comeditur. sunt aũt illi molendi officio delegati, hi vero secandi. Tũ etiã ꝙ res minor, & si simul inchoatur, tamẽ celerius solet perfici, quã

maior. minores aũt primores, quã maxillares sunt. necnon maxillæ D os a latere latũ, in ore angustum est. itaque ex ampliore plus alimẽti affluere necesse est, ex arctiore minus. Lactis autem vsus ipse nihil cõfert, quanquam, lactis calor faciat vt dentes ii oriantur. indicium est quòd & ipsorum lactentium infantes, qui calidiore vtuntur lacte, ocyus dentiunt. calor enim vim obtinet augendi. Decidũt qui pdiecti sint primi, tum notę melioris gratiã, tũ necessario, melioris rõne in, quã, ꝙ cito hebetescit quod acutũ est. itaq; alteros succedere in officiũ oportet, lati aũt non hebetantur, sed tempore duntaxat attriti læuigatur. Necessario vero decidunt, ꝙ maxillariũ radices in lata nitũtur maxilla, & valido osse continentur: primorũ aũt in tenui. vnde fit, vt infirmi & mobiles sint. Nascuntur aũt denuo, ꝙ in osse adhuc nascẽte oriuntur, & cum tempus adhuc est ad dentiũ generationẽ idoneũ. Cuius rei indiciũ, ꝙ maxillares diu oriũtur. vltimi enim vicesimo anno exeunt. nonnullis etiam senescentibus omnino prodierunt, qui in loco vltimo habentur, quoniam multum alimenti in amplitudine ossis continetur. at vero prior pars ossis, prę sua tenuitate cito perficitur, nec excrementum in eo fit, sed in debitum incrementum absumitur alimentum. Democritus vero missa ratione, cuius causa agatur, omnia referenda censet ad ea, quibus natura vtitur. quæ talia quidem sunt, sed alicuius causa, & notę melioris gratia sumuntur. Itaque nihil prohibet, quo minus ita dentes fiant, & decidant: sed non propter ea, sed propter finem. hæc autem ipsa causæ sunt, vt mouentia, & instrumenta, & materia. nam & spiritu magna ex parte agere consentaneum, vt instrumento est. Vt enim nonnulla artiũ instrumẽta, vtilia sunt ad plura, v.g. in excusoria malleus, & incus: sic in rebus a natura institutis spiritus variũ exhibet vsũ. Simile dici videtur, cum cãs necessario esse dicũt: vt si quis propter cultellũ tantummodo aquã exisse iis qui intercute laborant, non ẽt ꝓpter sanitatem, cuius causa secuit cultellus, existimet. Sed de dentibus cur partim decidãt, ac dẽuo nascãtur, partim nõ: & oĩno quã ob cãm fiãt, dictũ est. dixi ẽt de cęteris mẽbrorũ affectibus qui nõ alicuius cã, sed necessario veniant, & quam ob cã, videlicet eã, cui motũ tribuimus. E

Cur dentes decidant, & renascantur.

B

Quare dentes sint constituti a natura: & partim decidant, partim vero non.

AVER. Loquamur de ortu dentium: de quo duo exstant quęsita. Primum est, cur dentes priores antequã maxillares, & molares, oriantur: adeo ꝙ in nonnullis hominum oriantur aliqui molares in fine suę vitę: & vocantur dẽtes intellectus. Secundum quęsitum est, quare acuti siue canini decidant, & non lati. Causam vero ortus dentium iam diximus esse ad conterendum cibũ, antequam molatur: & ꝙ acuti conterunt, & lati molunt eum: &, quia actio incidendi fit ante actionem molendi, ideo oriuntur acuti priusquam lati. Et quoque os, in quo oriuntur dentes, subtilius osse, in quo molares oriuntur, materia quoque est subtilior, & minor quam materia molarium: & ideo perfectio pro-

A creationis eorum fit in minori tempore quam perficiatur procreatio molarium propter difficilem concoctionem eorum, & paucam concoctionem dentium. Et propter hancmet causam tardantur dentes intellectus usque ad vigesimum annum, aut trigesimum, vel usque ad senectutem, f. propter duritiem materię, ex qua hi dentes, oriuntur & tarditatem concoctionis eorum. Est etiam os, ex quo dentes hi augentur grossę substantię: & ideo etiam accidit huiusmodi tarditas. Sed cur acuti prius decidant, quam alij, vt in pluribus est plus verisimile, & melius dicere; quia acuti corroduntur, & corrũpuntur plusquã lati. sunt quoq; debiliores molaribus, & radix molarium est firmior. Quod si non deciderent, corrumperentur antequã peruenirent ad finem vitę. & ideo qui molares mutauit securior existit ab offensionibus ledentibus, quę accidunt, quam qui non mutauit ipsos. Demo. vero non refert causam molarium, & incidentium ad contritionem, & molituram: sed ipsam refert ad necessitatem materię. & nos iam diximus destructionem huius opinionis. Et qui dicit causam gratia cuius dentes sunt necessario esse, est veluti si quis dicat propter cultellum aquã exisse in hydropico cum inciditur, & non esse propter sanitatem: quod totum est falsum. Et merito primo dentes oriuntur, mox decidunt & iterum oriuntur, quando multo tempore perdurant, vt multi artifices solent facere, videlicet ꝙ renouant instrumenta artis eorum, quãdo corrumpitur eorum actio, vt per

B ueniat ad finem intentum ab ipsa arte: siue fit melioris notę gratia, siue necessarię. et hęc est causa ortus dentium senum: qui diu prolongati sunt in vita, & nulla corruptio accidentalis eis contigit. Locuti igitur sumus de ortu dentium, quare decidant aliqui, nonnulli vero non. & quare post casum eorum iterum oriantur. mentionemq; fecimus de causis omnium accidentium contingentiũ ipsis membris propter materiam, et mouentem. Hic est finis huius libri, & expositionis omnium librorum rationalium huius operis. Laus Deo domino seculorum. Et qui hunc librum viderit, excuset me, quoniam ipsum edidi angusto tempore. Adde etiam nos multos habere labores, quos patimur his temporibus. Sunt quoque magni errores in libro, ex quo transtuli: nullumque expositorem vidimus hunc librum exposuiue. ꝙ si Deus dabit mihi tempus, conabor iterum scrutari ipsum. Quem librum perfeci in mense Octo. in ciuitate Sibilię; postquam fui egressus de Corduba. Anno. D X C V. Alhagere, i. discessus Mohamad, ex Mecha.

Librorum Quinque de Generatione animalium finis.



ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE LONGITVDINE ET BREVITATE VITAE.

Cum Auerrois Cordubensis Paraphrasi.

Caput Primum. De quo agendum sit. Item animalium, alia longæ, alia breuis esse vitæ.

De eo autem, quod est hæc quidem esse longæ vitæ animalium, hęc autem breuis vitæ, & de Vitæ, omnino longitudine & breuitate consyderādum causas. Principium autem consyderationis necessarium primo, ex eo quod est dubitare de ipsis (non enim est manifestum) vtrum alia, an eadem causa omnibus animalibus & plantis eius, quod est hæc quidem esse longæ vitæ, illa autem breuis. etenim plantarum hæ quidem annuam, illæ autem diuturnam habent vitam. Adhuc autem, vtrum eadem, quæ longę vitæ, & quæ secundum naturam sana natura constantium, an separata sunt, & quod breuis vitæ, & valetudinarium: an secundum quosdam quidem morbos vicissim mutātur valetudinaria secundum naturam corpora iis, quę breuis vitæ, secundum quosdam autem nihil prohibet valetudinarios esse, longæ vitæ existentes. De somno igitur & vigilia dictum est prius. de vita autem & morte dicendum est posterius, similiter autem & de morbo & sanitate, quantum attinet ad Naturalem Philosophiam. Nunc autem de causa eius, quod est hæc quidem esse longæ vitæ, hęc autem breuis vitæ, sicut dictum est prius, consyderandum. Sunt autem habentia differentiam hanc, tota ad tota genera, & eorum, quæ sub vna specie, alia ad alia. Dico autem secundum genus quidem differre, F

A vt hominem ab equo. longioris enim vitæ genus hominum, quam quod equorum. Secundum speciem autem, hominem ab homine. sunt enim homines, hi quidem longæ vitæ, illi autem breuis vitæ, alteri secundum altera loca distantes. quæ enim in calidis gentium, longioris vitæ: quæ autem in frigidis, breuioris vitæ. Et eundem quoque locum habitantium differunt similiter aliqui hac differentia abinuicem. Qui in calidis locis longioris sunt vitę.

Caput Secundum. Quæ rerum facile, difficulterue sint corruptibiles. Dubitationisq; solutio, quo pacto ignis corrumpitur, cum ibi contrarium adesse non videatur.

Portet autem accipere quid facile corruptibile in natura constantibus, & quid non facile corruptibile. Ignis B enim, & aqua, & his cognata, non habentia eandem virtutem, existunt generationis & corruptionis causa sibi inuicem. quare & quælibet aliorum ex his existentia & constituta participare horum naturam rationabile, quæcunque non compositione ex multis sunt, vt domus. De aliis igitur alia ratio. sunt enim & propriæ corruptionis multis entium, vt scientiæ, sanitati, & ægritudini. hæc enim corrumpuntur, etiam non corruptis susceptiuis, sed saluatis. vt ignorantiæ quidem corruptio reminiscentia, & disciplina: scientiæ, autem obliuio, & deceptio. Secundum accidens autem consequuntur naturalia aliorum corruptiones. corruptis enim animalibus, corrumpuntur & scientia & sanitas, quę in animalibus. Quapropter & de anima ratiocinabitur quis utiq; ex his. Si enim est non natura, sed quemadmodum scientia in anima sic, & anima in corpore erit vtique ipsius & alia corruptio præter corruptionem, qua corrumpitur. corrupto corpore. Quare, quoniam C non videtur esse talis, aliter vtiq; habebit ad corporis communioné. Forte autem vtique quis dubitabit rationabiliter, verum est, vbi incorruptibile erit quod corruptibile, vt ignis sursum, vbi non est contrarium. Corrumpuntur enim quæ quidem insunt contrariis secundũ accidens, eo quòd illa corrumpuntur. interimuntur enim contraria abinuicem. Secundum accidens autem nullum contrariorum in substanciis corrumpitur, propterea quod de nullo subiecto prædicatur substantia. Quare cui non est contrarium, & vbi non est, impossibile vtique erit corrumpi. Quid enim erit corrumpens, si a contrariis quidem corrumpi accidit solis: hoc autem nõ existit, aut omnino, aut hic? An hoc sic quidem verum est, sic autem non. Impossibile enim materiam habenti non existere aliqualiter contrarium. nam omnino quoque quidem inesse calidum, aut rectum contingit, quodcunq; autem esse impossibile aut calidum, aut rectum, aut album. erunt

Corruptis animalibus, corrũpuntur & scia & sanitas, quę in aialibus.

Dubitatio, quo modo ignis corrũpatur, cũ ibi contrariũ ad esse non videatur.

Solutio.

Impossibile est materiã habẽti vt ei nõ insit quodãmodo cõtrarium.

 D

enim passiones separatæ. Si igitur,quando simul fuerint actiuum.& passibile,hoc quidem semper agit,hoc autem patitur,impossibile nõ transmutari. Præterea necesse est excrementum facere. excrementum autem contrarium. ex contrario enim semper transmutatio. excrementum autem reliquiæ prioris. Si autem omne expelletur,quod actu contrarium, & hic incorruptibile vtique erit. An non, sed a cõtinente corrumpitur. Si igitur sufficiens ex dictis,sit:sin minus,supponere oportet ꝙ inest aliquid actu contrarium, & excrementum fit. Quapropter & minor flamma comburitur a multa secundum accidens. quia alimentum,quod illa in multo tempore consumit, fumum,hoc flamma multo cito. Quapropter omnia semper in motu sunt,& fiunt aut corrumpuntur,cõtinens autem aut cooperatur, aut contraoperatur. Et propter hoc transposita durabiliora quidem fiũt, & paucioris durationis natura. Aeterna autem nusquam,quibuscunque contraria sint.confestim enim matreia contrarium habet. Quare si quidem ipsius vbi,secundum locum permutantur:si autem quanti, secundum augmentum & decrementum; si autem passionis, alterantur. E

Materia cõfestim cõtrarium habet.

Caput Tertium. Non ex multis,quæ videri posset,assumẽdas esse causas longitudinis & breuitatis uitæ, sed ex aliis, quas ueras esse causas constat: quæque exactissime declarantur, in animalibus scilicet.

Vnt autem neque maxima incorruptibiliora, equus enim homine breuioris vitæ. Neque parua. plæraq; enim insectorum annua.Neque plantæ omnino animalibus.annuæ enim quædam plantarum. Neque sanguine prædita. apis enim durabilior quibusdam sanguine præditis. Neque exanguia.mollia enim annua quidem,exanguia autem. Neque quæ in terra. etenim plantæ annuæ sunt, & animalia pedestria. Neque quæ in mari.etenim ibi breuis vitæ & ostreacea,& mollia. Omnino autem quæ longissimæ vitæ, in plantis sunt, vt palma & cupressus. deinde in sanguine præditis animalibus magis, quam in exanguibus & in pedestribus,quam in aquatilibus. Quare & copulatis in sanguine præditis & pedestribus quæ longissimę vitę animalium sunt,vt homo et elephas. Et vtiq; quę maiora, vt magna ex parte dicatur, minoribus longioris vitę. etenim & aliis accidit, quæ longioris vitę sunt, magnitudo,sicut & dictis. Causam autem de his omnibus hinc vtiq; quis contemplabitur. Oportet enim accipere ꝙ animal est natura humidum & calidum,& ipsum viuere tale, senectus autem frigida & sicca,& quod mortuum. videtur enim sic. Materia aũt corporum existentibus hęc, calidum & frigidum, & siccum & humidum, necesse igitur senescentia exsiccari. Quapropter F

A oportet non facile exsiccabile esse humidum. et propter hoc pinguia imputribilia. Causa autem, quia aeris. aer autem ad alia ignis. ignis aũt non fit putridus. Neque rursum paucum oportet esse humidũ. facile siccabile enim quod paucum. Quapropter & magna & animalia, & plantę, vt vniuersaliter dicatur, longioris vitæ, quemadmodũ dictum est prius. rationabile enim maiora plus habere humidi. Non solum autem propter hoc longioris vitæ. duæ enim causæ, quantum & quale. quare oportet non solum copiam esse humidi, sed hoc & calidum, vt neque facile gelabile, neque facile exsiccabile sit. Et proper hoc homines longę vitæ magis quibusdam maioribus. longioris enim vitę sunt, quę deficiunt copia humidi, si pluri ratione excedant secundum quale, quam deficiant secundum quantum. Est autem aliquibus quidem calidum pingue: quod simul facit non facile siccabile, & non facile infrigidabile. quædam autem aliũ habent humorem. Item oportet futurum esse non leuiter corruptibile, non excrementitium esse. interimitur enim quod tale, aut morbo, aut natura. contraria enim est excrementi virtus, & corruptiua, hæc quidem naturæ, illa autem particulæ. Quapropter salacia, & multi seminis senescunt cito. semen. n. excrementum, & amplius exsiccat emissum. Et propter hoc mulus est longioris vitę equo & asino, ex quibus genitus est: & fœminæ maribus, si salaces sint mares. Quapropter & passeres masculi breuioris vitæ fęminis. Adhuc autem & quicunque laboriosi masculorum propter laborem senescunt magis. exsiccat enim labor. senectus autem sicca est. Natura autem, & vt in vniuersum dicam, mares fœminis longioris vitę. Causa autem, quia calidius animal mas est quam fœmina. Eadem autem in calidis longioris vitæ sunt quam in frigidis locis, propter eandem causam, propter quam quidẽ & maiora, & maxime notabilis magnitudo animalium frigidorum secundum naturam. Quapropter & serpẽtes, & lacertæ, &

Pinguia non putrescere.

Quare homo diutius maioribus quibusdam aĩalib' viuat.

B

Propter qd salacia cito senescunt.

Mares fęminis sunt diuturnioris vitę.

C squamosa magna sunt in calidis locis, & in rubro mari ostreacea. augmenti enim calida humiditas causa, & vitæ. In frigidis autem locis magis aqueum est humidum, quod in animalibus est. quapropter facile gelabile. Quare hæc quidem non fiunt omnino animaliũ, quæ pauci sanguinis, aut exanguia in iis, quæ ad vrsam, locis, neque pedestria in terra, neque aquatilia in mari: hæc autem fiunt quidem, minora autem & breuioris vitę. aufert enim gelatio augmentum. Alimentum aũt non sumentia & animalia & plantæ corrumpuntur. consumit enim ipsum seipsum. quemadmodum enim multa flamma comburit, & corrumpit paucam, eo quòd alimentum consumat, sic naturale calidum primum concoctiuum consumit materiam, in qua est. Aquatilia autem gressibilibus minus longæ vitę, non quia humida simpliciter, sed quia aquosa. tale autem humidum facile corruptibile, quia frigidum & gelabile de facili. Et exangue, propter idem, nisi magnitudine recõpensetur. neq; enim pingnedinem habet. neq;

Aquatilia pedestribus minus viuacia.

dulce.in animali enim quod pingue dulce. Quapropter apes longio ris vitæ sunt aliis maioribus animalibus. D

Caput Quartum. Quæ sint causæ longitudinis & breuitatis uitæ in ipsis plantis.

N plantis autem sunt,quæ lōgissimæ vitæ: & magis,quā in animalibus.Primum quidē,quia aquosæ minus.qua re non facile congelabiles. Deinde habent pinguedi-nem & viscositatem, & siccæ & terrestres existentes, ta-men non habent facile siccabile humidum.De hoc aūt, qd est naturam arborū esse durabilem,oportet accipere cām.habet.n. propriam ad animalia,præterquam ad insecta.Nouæ.n. semper plan te fiunt. quapropter diuturnæ. semper enim altera germina, hæc aūt senescunt. et radices similiter,sed non simul: sed aliquando quidem solus stipes,& rami perierunt,alteri autem adnati sunt. Cum autem sic fuerint radices, aliæ ex existente generantur.& sic semper perma-net,hoc quidem corruptum, illud autem factum. quapropter longe vitæ.Assimilantur aūt plantę insectis, sicut dictū est prius. diuisæ.n. B uiuunt:& duæ,& multæ fiūt ex vna.Insecta aūt vsq; ad,ipsum viuere peruenerunt,multo autem non possunt tpe.non .n.habent instrumen ta,neq; facere potest ipsa principiū,qđ vnoquoq;. Qđ aut in planta, potest:vbiq: enim habet radicem,& germem potentia. Quapropter ab hoc semper prouenir,hoc quidem nouū, illud aūt senescens,mo-dico aliquo differentia in eo qđ est esse longæ vitæ, sic, quemadmo-dum quæ asplantantur. etenim in asplantatione mō aliquo dicet vti que aliquis eadem accidere.particula enim quædam qđ asplātatur. In asplantatione igitur separatis accidit hoc,ibi aūt p continuū.Cau sa autem,quia inest vbiq; principium,potentia existens. Accidit aūt idem in animalibus & plantis. In animalibus enim longioris vitæ mares vt in pluribus. horum autem superiora maiora quā inferiora. magis enim naniformis mas, quam fœmina. in superiori autem cali dum, & frigidum in inferiori. Et plantarum.quæ capite graues lon gioris vitæ.tales autem,quæ non sunt annuæ,sed arborosæ. superius enim plantę,& caput radix est. annuæ autem ad inferius & fructum accipiunt,& augmentū.Sed de hoc quidem secundū se in iis,quæ de Plantis,determinabitur,nunc autem de aliis animalibus dicta est cau sa de magnitudine vitæ,& de vitæ breuitate. Reliquum autem nobis consyderare de iuuentute & senectute, & vita & morte. his enim de-terminatis finem vtique habebit,quæ de animalibus methodus. F

Propter qd insecta decisa parum viuunt, plantę aūt sic multo tēpore viuere possunt

Auerrois Pharaphrasis.

N hoc tractatu perscrutatur de causis longitudinis & breuitatis vi tę. Dicamus igitur q̄ concessum est hic esse causas naturales in his duobus accidentibus; & q̄ omne, quod attribuitur animali de generatione & corruptione, cremento & diminutione, & somno & vigilia, & vniuersaliter de omni trāsmutatione,nō attribuitur

A nisi quatuor qualitatibus, s. caliditati, & frigiditati, siccitati, & humiditati, non quantitati, neque alteri qualitati, v. g. grauitati & leuitati, & nigredini & albedini. & hoc declaratum est in libro de Generatione & corruptione. longitudo igitur & breuitas vitę non attribuuntur, nisi his quatuor qualitatibus. Et, cum hoc positum est, dicamus ꝙ longitudo & breuitas vitę dicuntur multis modis. Aut secundum comparationem ad genus. v. g. dicere quidem ꝙ vegetabilia vniuersaliter sunt longioris vitę ꝙ̄ animalia. Aut secundum comparationē ad speciem. v. g. ꝙ homo est longioris vitę ꝙ̄ rana, & ꝙ palma est longioris vitę ꝙ̄ ficus. Aut scdm comparationem ad aliquem modum. v. g. ꝙ habitantes in regionibus calidis & humidis sunt longioris vitę ꝙ̄ habitantes in regionibus frigidis & siccis. Aut secundum comparationem ad induiduum. verbi gratia ꝙ Socrates est longioris vitę quā Plato. Hoc igitur posito dicamus quod declaratum est in Quarto Meteororum, ꝙ generatio est quando virtutes actiuę dominantur in generatione super passiuas; & corruptio accidit ęconuerso, s. quādo passiuę dominantur super actiuas, & hoc fuit ita, quia, quando calor mensuratus cum frigore dat generato formam propriam naturalem, immo hęc est illa forma, & humiditas mensurata cum siccitate recipit formā & figuram. dum igitur in ente naturali habuerint dominium duę virtutes actiuę super passiuas, conseruabitur suum esse: & quando debilitabuntur, tunc dominabuntur super

Oium transmutabilium causę quatuor primis qualitatibus attribuūtur.

Lōgitudo et breuitas vitę dñr multis modis.

Quę sint causę longitudinis, & breuitatis vitę.

B illas virtutes alię actiuę proprię alij enti: & sic corrumpetur illud ens. verbi gratia quia calor naturalis, qui mensuratus est cum humore naturali, dum habuerit dominium in humoribus, non accidet putrefactio. si igitur fuerit debilis ad digerendum illos humores, aut fuerit nimis intensus, accidet illic calor extraneus, corrumpens: & corruptio accidit vniuersaliter, quando proportio naturalis, quę est inter virtutes actiuas, & passiuas in vnoquoq; ente, fuerit destructa, & quanto magis ista proportio fuerit maior, tanto magis illud ens erit remotum a corruptione: & quanto minor, tanto propinquior corruptioni. Et ideo entia, in quibus dominatur mixtio aquę & ignis super mixtionem terrę & aeris, sunt longioris vitę & existentię. In aqua enim & igne sunt qualitates actiuę fortiores ꝙ̄ in terra & aere: & in terra & aere sunt passiuę fortiores, & tale ens est longioris permanentię: quia ista proportio nō destruitur in eo a parua transmutatione. proportio enim naturalis inter virtutes actiuas & passiuas, quādo fuerit magna, non destruetur nisi a magna transmutatione & in longo tēpore. corruptio.n.nihil aliud est, nisi putrefactio, quę fit ex debilitate virtutum actiuarū & fortitudine passiuarum. & ideo qui habent talem complexionem, minime generantur in eis humores non digesti, aut humores combusti: complexio enim naturalis est in proportione naturali, quę est inter virtutes actiuas & passiuas. quando igitur virtus frigida actiua fuerit minor ꝙ̄ debet, comburentur humo-

Cur ignea, et aquea sūt longioris vitę quam terrea, & aerea.

C res: & quādo calida fuerit minor, accidet indigestio & cruditas. Ista est igitur vna causarum, per quā vna species est lōgioris vitę ꝙ̄ alia, & minus recipit occasiones, & infirmitates. Causa autem secunda est, vt proportio naturalis inter duas virtutes actiuas adinuicem, & proportio inter duas passiuas adinuicem in aliquo gñe, aut aliqua spē, aut aliquo modo, aut aliquo indiuiduo sit maior ꝙ̄ in alio genere, aut alia specie aut alio mō, aut alio indiuiduo. & proportio naturalis, quā habent animalia, & vegetabilia in hac intētione est vt calor sit maior frigore, & humidum maius sicco, vt dictū est alibi. Aīalia igitur & vegetabilia in quibus dominātur calor & humiditas, & similiter virtutes actiuę sunt longę vitę. & corruptio accidit animalibus & vegetabilibus, quando carent altera istarū duarū proportionum, aut vtraq;. quoniam, qn̄ istę virtutes actiuę debilitātur accidet materię vt dissoluatur a forma propter maliciā digestionis & qualitatis materię; &, qn̄ humiditas non fuerit multa in eis, accidet ꝙ animalia & vegetabilia deficcentur cito: calor enim naturalis innatus est cōsumere humiditatē, cum sit quasi materia, & nutrimentū illius. & cum humiditas erit consumpta, calor corrumpetur, & dominabitur siccitas, & frigiditas. & quantomagis humiditas cōsumetur, tātō magis dominabitur siccitas & frigiditas. siccitas enim videtur esse materia cōueniens frigiditati, sicut humiditas caliditati. Modi igitur

animalium non diuersantur in longitudine vitę nisi secundum diuersitatem eorū
in caliditate & humiditate, & in dominio virtutum actiuarum super passiuas .
per has duas causas diuersantur modi hominum,et indiuidua eorum in vita.Cor
rupiio autem contingit indiuiduis duobus modis: aut naturaliter, quando calor
naturalis consumit humiditatem naturalem, quę est in illo indiuiduo,& domina
tur in eo frigiditas & siccitas:aut accidentaliter , quando in eis generatur de su
perfluitatibus digestionis , quod natura non potest distinguere : & sic accidunt
eis infirmitates . & in istis nō dominantur virtutes actiuę super passiuas. quoni-
am , quando virtutes actiuę naturaliter habent dominium in aliquo indiuiduo
super virtutes passiuas : & non acciderer magna causa extrinseca contraria ex
rebus, quę innatę sunt transmutare complexionem ex extrinseco , necesse est
vt corruptio istius indiuidui sit naturalis:& postea istę vitę naturales diuersan-
tur secundum diuersitatem in caliditate & humiditate . Vitę autem hominum
vniuersaliter sequuntur cordis proportionem complexionalem,quę est inter vir
tutes actiuas et passiuas,inter actiuas adinuicem et passiuas adinuicem . & ideo
videmus multos homines , quorum membra immanifesta sunt fortia , & virtu-
tes eorum magnę , & contingunt eis ęgritudines mortales , & moriuntur ante
senectutem: & videmus alios minoris virtutis, & debilioris venire ad senectu
tem,licet regimen eorum sit consimile . Et signum eius, ꝙ causa longioris vitę B
est abundantia caliditatis & humiditatis cum dominio caliditatis super humi-
ditatem,& vniuersaliter virtutum actiuarum super passiuas, est ꝙ contrarium
vitę est mors,& mors nihil aliud est nisi frigiditas & siccitas.&,cum causa mor
tis est frigiditas & siccitas, causa vitę est caliditas & humiditas. & ieo comple
xio iuuenum est calida & humida , & senum frigida & sicca . Et signum eius
est ꝙ,qui multum coeunt,parum viuunt : & castrati plus viuunt quā non castra
ti . & senes , qui habent multam carnem,plus viuunt, quoniam causa multitu-
dinis carnis est caliditas & humiditas . & propter paucitatem coitus viuit mu-
lus plus ꝙ̄ equus : & fœminę plusquam masculi. Et qui habitant in regionibus
calidis & humidis , sunt longioris vitę,& hoc accidit propter accidens, scilicet
propter paucitatem putrefactionis . Et serpentes, qui sunt multę humiditatis &
caloris , sunt longioris vitę ꝙ̄ serpentes, qui sunt in locis calidis siccis,aut frigi
dis & siccis, aut frigidis & humidis . & similiter homines habitantes in insulis
marinis sunt longioris vitę ꝙ̄ habitantes in agrestibus:& animalia marina sunt
longioris vitę ꝙ̄ agrestia : quia aqua marina calida est et humida . Causa igitur
conseruans animalia per se est abundantia caliditatis et humiditatis in sua com-
plexione,& dominium actiuarum super passiuas . Causę vero conseruantes ip
sum extrinseco sunt sex modi nominati , comestio, & potus , &c . & , quando
istis vtitur homo habens illa,quę habet in sua complexione,s.illa duo prędicta, F
secundum ꝙ scriptum est in arte conseruandi sanitatem, necessario prolongabi-
tur sua vita, & non accidet ei nisi mors naturalis ; cuius causa est frigiditas &
siccitas . & , si non vtitur eis secundum ꝙ oportet , forte morietur per domi-
nium virtutum passiuarum super actiuas: quod est causa ęgritudinum materiali-
um . & forte morietur morte naturali , quando humor extraneus, qui fuerit in
corpore , non fuerit valde malus . & accidit multis hominibus ꝙ appetitus eo-
rum naturaliter conuenit suis complexionibus : quapropter vitę eorum elongā-
tur,illi autem,in quibus virtutes actiuę non dominantur super passiuas, moriun
tur non naturaliter, & maxime quando vtuntur regimine non conueniente . &
vniuersaliter qui carent his duobus prędictis , necessario habent vitam breuē :
& corruptio accidit eis cito duabus de causis:quarum vna est consumptio natu
ralis humiditatis , quę est in corpore , & dominium frigiditatis & siccitatis in
eis:& hoc erit , quando vtuntur rebus extrinsecis conuenienter . & multotiens
accidit eis cum hoc mori non naturaliter propter superfluitates generatas in eis
ex debilitate virtutum actiuarum.Et videtur ꝙ complexio,quam narrauimus,
est propria longitudinis vitę, in qua inueniuntur illę conditiones prędictę : aut
est ignota in arte Medicinę,aut difficile scitur . & , si esset nota,pręcise iudica
ret Medicus longitudinem et breuitatem vitę. Et complexio media,quam po-

De causis corruptionis

Vitę hoīum sequūtur cordis proportionem complexionalē.

De comple-

A nit Gal. vt esse ista, sed scire istam complexionem sensu valde est difficile, & magis videtur esse per rationem quam per sensum. &, quia ista proportio est ignorata naturaliter, videmus q multi grauiter infirmi etiam viuunt multum: & multi bonę consistentię moriuntur iuuenes. & diuersitas hominum in vita est secundum diuersitatem eorum in hac proportione complexionali in illis duobus, scilicet in abundantia caliditatis & humiditatis, & in dominio virtutum actiuarum. Et in vegetabilibus est tertia causa quę facit longitudinem vitę: & est vt corrumpatur & crescat in suis partibus, scilicet vt cum desiccetur aliquis ramus, possit generari alius: & cum hoc acquirit calorem naturalem, qui est in eo a Sole plus q animalia: & cum hoc est multę aquositatis et propinquum formis simplicium. * quanto enim forma compositi fuerit magis remota a formis simplicium componentium, tanto magis erit contraria illis formis: quapropter actio simplicium fortior erit in ea. Dictum est igitur de causis longitudinis, & breuitatis vitę secundum Aristo. & secundum fundamenta naturalia. Antiqui vero attribuunt longitudinem & breuitatem vitę causis accidentalibus. quidā enim dicunt q causa longitudinis vitę est locus calidus & siccus: & quidam magnitudinem corporis: & quidam multitudinem sanguinis. & locus autem calidus & siccus est comburens, & consumens humorem naturalem: & ideo impossibile est vt sit causa longitudinis vitę nisi per accidens: quia putrefactio,

B quę accidit per humiditatem, minoratur in tali loco. & ideo loca frigida & sicca magis videntur esse causę longitudinis vitę, quam calida & sicca, quia carent putrefactione, quę fit ex humiditate, & putrefactione, quę fit ex caliditate. & ideo proprium est istis regionibus q mors, quę accidit ex putrefactione, raro accidat in eis. & similiter magnitudo corporum non est causa longitudinis vitę, nisi quando magnitudo prouenit ex multitudine calidi & humidi, non ex abundantia partis terrestris in eis. & ideo licet animal sit parui corporis, tamen longioris vitę est multis animalibus, quę sunt maximi corporis. & similiter multitudo sanguinis est etiam causa longę vitę per accidens. multitudo.n. sanguinis accidit in animalibus ex abundantia calidi & humidi. Dictum est igitur de causis longitudinis vitę & breuitatis sedm nostrum posse, & intellectū.

xione media posita a Galeno.

* Quāto aliqua forma magis remota fuerit a formis simplicium, tanto magis erit contraria illas formis.

Causæ lōgitudinis, & breuitatis vitę secūdum Antiquos.

Libri de Longitudine & breuitate vitæ finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE IVVENTVTE ET SENECTVTE, VITA ET MORTE, ET RESPIRATIONE.

Cum Auerrois Cordubensis Paraphrasi.

Caput Primum. Viuentium omnium vnam, eandemq́ numero esse partem, qua viuunt, ipso vero esse plures, et diuersas: eamq́ in medio esse.

E iuuentute aūt & Senectute, et Vita & Morte nūc dicendū: simul aūt et de Respiratione necessariū forte causas dicere. quibusdam enim animalium propter hoc accidit viuere, & nō viuere. Quoniā aūt de anima in aliis determinatum est, et manifestum est ꝙ nō est possibile substantiam ipsius esse corpus, sed tamen ꝙ aliqua existit corporis particula manifestū, & in hac aliqua habentium virtutem in particulis. Aliæ igitur aīæ aut partes aut virtutes, qualitercūq; F

* a, l, Quo. oporteat vocare, dimittantur nunc. Quæcūq; aūt aīalia dicuntur & viuere, in his quidem quæ adepta sunt vtraq; hæc (dico aūt vtraq;, & qd' est esse aīal, & qd viuere) necesse est eandem esse & vnam particulā, scdm quā viuit, et scdm quā appellamus ipsum aīal. Aīal. n. scdm ꝙ aīal, impossibile est nō viuere. scdm ꝙ aūt viuit, sic aīal existere nō necessariū. plāte. n. viuūt quidem, nō habent aūt sensum. per sentire aūt aīal a non aīali differminamus. Numero igitur necessarium est vnā esse & eandē hanc particulā, ipso esse aūt plures & diuersas. non

Senforiū cō mune. .n. idē aīal esse, & viuere. Qm̄ igitur ꝓpriorū *sensoriū vnum aliqđ

* sensoriorū cōe est sensoriū, in qđ eos qui scdm actū sensus necessarium*obuiare:

* conuenire hoc aūt vtiq; erit mediū eius quod anterius vocatus, & eius qd' posterius (anterius. n. dicitur, in quo est nobis sensus: posterius aūt op-

A positũ) adhuc aũt diuiso corpore, viuentium oĩum supius et inferius (oĩa.n.hñt superius & inferius: quare et plãtæ) palã est ꝙ nutritiuũ principium habebunt vtiq; in medio horũ. particulã.n.scdm quam ingreditur alimentũ, superius vocamus, ad ipsam respicientes, sed nõ ad ambiens totũ, deorsum aũt, scdm quã excrementum demittũt pri mo. Habet aũt contrarie in plãtis hoc, & aĩalibus. Homini.n.ꝓpter rectitudinem maxime inest hoc aĩalium habere quæ sursum particulã ad eam, quæ totius sursum, aliis aũt intermedie. Plantis aũt immobilibus existentibus, & accipiẽtibus ex terra alimentũ, necessariũ semper deorsum hãc habere particulã. ꝓportionales.n.sunt radices plantis, & quod vocatur os, aĩalibus: per quod alimentũ illæ quidem ex terra accipiũt, hæc aũt ex seipsis. Tribus aũt existentibus partibus, in quas diuidũtur oĩa perfecta aĩaliũ: vna quidẽ, qua suscipiũt alimentum: vna aũt, qua excrementũ emittunt: tertia aũt horum media: hæc in maximis aĩalibus vocatur pectus, in aliis aũt proportionale. dearticulata aũt est magis aliis quã aliis. Quæcumque aũt ipsorum sunt gradientia adiunctas habent & particulas, quæ ad hanc administrationẽ, quibus totã ferant* molem, crura & pedes, & habentia eandem his virtutem. sed principium quidẽ nutritiuę animę in medio trium particularum secundũ sensum esse videtur, & secundum rationem. Multa n.aĩalia, ablatis vtrisq; particulis, & ea, quæ vocatur caput, & susceptiua alimenti, viuunt, cũ qua vtiq; fuerit mediũ. Palã aũt in in sectis, vt vespis, & apibus hoc accidere. Et multa quoque nõ insectorum diuisa possunt viuere, propter nutritiuam. Talem aũt particulã actu quidem habent vnam, virtute aũt plures. eodẽ enim modo plantis constituta sunt. etenim plãtę diuisę viuunt separatim, & fiunt multę arbores ab vno principio, propter quã aũt cãm plãtarum hę quidẽ non possunt diuisæ viuerę, hæ aũt asplantãtur, alter erit sermo. sed similiter se habẽt scdm hoc & plãte: & genus insectorũ. Necesse aũt & C nutritiuam aĩam actu quidem in habentibus esse vnã, virtutẽ aũt plures. Similiter aũt & sensitiuum principium. videntur.n.habere sensum diuisa ipsorum. Sed vt seruetur natura, plãtæ quidẽ possunt, hæc aũt non possunt: quia non habent instrumenta ad salutẽ, & quia indigentia sunt hæc quidem capiẽtis, hæc aũt suscipientis alimentũ, hæc aũt & aliorũ & horũ amborum. assimilãtur.n.talia aĩaliũ multis aĩalibus, quæ simul coaluerint. Optime aũt constituta animalia hoc nõ patiũtur, propterea ꝙ natura ipsorum, vt possibile est, maxime vna est. Quapropter & paruum sensum quædã faciunt diuisæ particularum, quia habent aliquam animalem passionem. separatis.n.visceribus faciũt motũ: vt & testudines, corde ablato. Ad huc aũt in plantis palã, & aĩalibus. In plãtis quidẽ eã, quę ex seminibus generationem cõsyderãtibus, & insitiones, & asplãrationes. Ex seminibus.n.generatio accidit oĩbus ex medio. biualuiis.n.existẽtibus oĩbus, qua coaluerũt, cõtinet, & mediũ, ẽ vtriusq; ꝑticularũ: hĩc.n.ramusculus oriť, & ra

Animalium triplices partes.

* κοῦτος alueum.

Multa aĩalia adempto capite, et alimenti susceptiua particula viuere.

dix naſcentium principiũ aũt medium horum eſt. In iſitionibus autẽ & aſplantationibus hoc maxime accidit circa nodos eſt enim principium quoddam nodus rami, ſimul autem & medium. Quare aut hoc auferunt, aut in hoc inſerunt, vt aut ramus, aut radices ex hoc generentur, tanquam exiſtente principio ex medio germinis & radicis. D

Caput Secundum. Cor in animalibus primo fieri, principiumq; eſſe ſenſitiuæ, nutritiuæ & augmentatiueq; uirtutis: ac in eo ipſorum uitam conſeruari.

Cor ẽ ꝙ primo generatur.

T animalium ſanguine prædit orum cor fit primo. hoc autem palam ex iis quæ in contingentibus videre, cum adhuc fierent, contemplati ſumus. quare & in exanguibus neceſſarium proportionale cordi fieri primo. Cor aũt ꝙ eſt venarum principium, in iis quæ de partibus animalium, dictum eſt prius, & ꝙ ſanguis in ſanguine præditis eſt vltimum alimentum, ex quo fiunt particulę. Manifeſtũ igitur ꝙ vna quandam operationem oris virtus miniſtrat, alterã aũt ea quæ ventris circa alimentum, cor aũt principaliſsimum, & finem imponit. Quare neceſſe eſt & ſenſitiuę, & nutritiuæ animæ in corde principium eſſe ſanguine præditis. nã aliarũ particularũ opera circa alimentum huius operis gratia ſunt. Oportet enim principale ad id, cuius gratia deſinere, ſed non in iis, q̃ huius gratia. vt Medicus ad ſanitatem. At vero quod principale ſenſuum in hoc in ſanguinẽ habentibus omnibus. in hoc enim neceſſarium eſſe omnium ſenſoriorum commune ſenſorium. Duos autem manifeſte huc tendentes videmus, guſtum & tactum. quare & alios neceſſariũ. in hoc enim & aliis ſenſoriis contingit fieri motum. hęc autem nihil tẽdunt ad eum, qui ſurſum locum. Sine his autem, ſi uiuere in hac particula omnibus eſt, palã ꝙ & ſenſitiuum principiũ neceſſariũ. qua enim animal, hac & viuere dicimus. qua aũt ſenſitiuum, hac corpus animal eſſe dicimus. Propterquid aũt hi quidem ſenſuum manifeſte tendunt ad cor, illi aũt ſunt in capite (quapropter & videtur quibuſdã ſentire aĩalia pp cerebrum) cã in aliis dicta eſt ſeorſum. Per ea igitur quę apparent palã ex dictis, ꝙ in hac & in medio corporis triũ partium, ſenſitiuæ aĩæ principiũ eſt, & augmẽtatiuæ & nutritiuę. Per rõnem aũt, quia naturã videmus in oĩbus ex poſsibilibus facientẽ optimũ. in medio aũt ſubſtantiæ principio exiſtente vtroq;, maxime pficit vtraque particularũ ſuũ opus: & cõficiẽs vltimũ alimẽtũ, & ſuſcipiẽs. penes vtrũq; enim ipſorũ ſic erit. & eſt talis medii regio, regio principis. Pręterea vtens, & quo vtitur oportet differre. vt aũt poteſtate, ita etiã contingat modo, quemadmodũ fiſtulæ, & mouens fiſtulas manus. Sic igitur aĩal determinatũ eſt, eo quod habet ſenſitiuã aĩam, sãguineis quidem neceſſariũ in corde hoc habere principiũ, exãguibus aũt in pportionali particula. Omnes aũt particulę, & totũ corpus animaliũ habent E F

Idẽ. 2. Cœli te. 34. & 8. Phyſi. 56.

A quandam caliditatem naturalem. quapropter viuentia quidem videntur calida, morientia aũt & priuata vita contrarium. Necessarium autem esse caliditatis huius principium in corde sanguinem habentibus, exanguibus autem in proportionali. conficiunt enim, & concoquunt naturali calido alimentum omnia, maxime autem quod principalissimum. Quapropter aliis quidem partibus infrigidatis remanet vita, eo autem qui in hoc, corrumpitur omnino, quia hinc principium omnibus dependet caliditatis, & anima, tanquam ignita in his particulis, exanguium quidem in proportionali, in corde autem sanguine præditorum. Necesse est igitur simul vitam existere & calidi huius conseruationem, & vocatam mortem esse huius corruptionem. Mortis causa animalib' quę.

Caput Tertium. Ignem a duabus corrumpi causis, naturalemq; etiam calorem: & ideo calorem refrigeratione quadam conseruari.

B

At vero ignis duas videmus corruptiones, marcorem, & extinctionem. Vocamus autem eam quidem quæ a seipso, marcorem, eam autem quæ a contrariis, extinctionem. illam quidem senectutem, hanc autem violentiam. Accidit aũt ambas propter idem fieri corruptiones. deficiente enim alimento, non potente calido accipere alimentum, corruptio fit ignis. contrarium enim, cessare faciens concoctionem, prohibet nutriri. Quandoque autem marcescere accidit, cum amplior congregatur calor, propterea quòd non respirat neque infrigdatur. cito enim & sic consumit alimentum, cum multus congregatur calor, & pręuenit consumere, antequam assit exhalatio. Quapropter non solum marcescit minor secus maiorem ignem, sed
C & ipsa per se lucernæ flamma, imposita in maiori flamma comburitur, sicut quodcunq; aliud vstibilium. Causa autem, quia alimentũ quidem existens in flamma præoccupat prehendere maior flamma prius quam adueniat alterum. ignis aũt perseuerat semper fiens & fluens, sicut fluuius: sed latet propter velocitatem. Palã igitur quòd, si quidẽ oportet seruari calidũ, hoc aũt necessariũ si victurũ sit, oportet fieri eius qđ in principio calidi quãdã refrigerationem. Exemplũ aũt huius accipere ẽ, qđ accidit in suffocatis carbonibus. si.n. cooperti continue fuerint eo, quod vocatur suffocatorium, extinguuntur cito. si aũt p vices quis faciat frequenter ablationem & impositionẽ, manent igniti multo tpe. Occultatio aũt seruat ignem, neq; enim respirare phibetur pp raritatem cineris, & obstat ei qui in circuitu aeri, ne extinguatur, copia existentis in seipso caliditatis. Sed de cã quidẽ hac, quòd cõtrariũ accidit occultato & suffocato igni (hic enim marcescit, ille autem permanet pluri tempore) dictum est & in proble-

matibus. Quoniam autem omne viuens habet animam, ipsum aūt nō existit sine naturali caliditate, sicut diximus, plantis quidem per alimentum & continens sufficiens fit auxilium ad naturalis calidi conseruationem. Etenim alimentum facit refrigerationem, ingrediens, sicut & hominibus qui primum cibum sumpserunt. Ieiunia aūt calefaciunt, & sitim faciunt. immotus enim existens aer semper calefit, alimento autem ingrediente refrigeratur motus, donec vtiq; assumpserit concoctionem. Si autem aut cōtinens excedat frigiditate, propter anni tempus cum fit forte gelu, exiccant. aut si æstate fortes accidūt æstus, & non possit quod trahitur ex terra humidū, refrigerare, corrumpitur marcescens calidum: & dicuntur sphacelismum pati, & syderatę fieri arbores his temporibus. Quapropter & genera quædam lapidum radicibus subdunt, & aquā in vasis, vt radices infrigidentur plantarum. Animalium autem quoniam hæc quidem sunt aquatilia, hæc autem in aere deguntex his & per hæc acquirunt refrigerationem, illā quidem aqua, hæc autem aere. Quo autem modo & qualiter, dicendum, sermonem diligenter instituentibus. D.

Alimentare frigerare, ieiunia calefacere.

B

Caput Quartum. Veterum de Respiratione opiniones examinandas esse. Respirationis autem uarietatem pulmonis insequi differentias.

E Respiratione enim pauci quidem aliqui priorum Naturalium dixerunt, cuius tamen gratia existit animalibus, hi quidem nihil enuntiauerunt, hi autem dixerunt quidem, non bene autem dixerunt, sed inexperte eorum, quæ accidunt. Præterea omnia animalia aiunt respirare. hoc autem nō est verū. Quare necessarium de his primo aggredi, ne videamur absentes inaniter accusare. Quòd igitur quæ cunq; animalium habent pulmonē respirāt omnia, manifestū. Sed & horum ipsorū quæ cunq; quidem exāguem habēt pulmonem & laxum, minus indigent respiratione. quapropter multo tempore possunt permanere, iuxta corporis robur. Pulmonem autem laxum habent omnia ouipara, vt ranarum genus. Præterea * mures amnici atque testudines multo tempore manent in humidis. pulmo enim modicam habet caliditatem. pauci enim sanguinis habent ipsum. Inflatus igitur ipse motu refrigerat, & facit permanere multo tēpore si tamen cogat quis valde detinēs longo tempore, suffocātur omnia. nullum.n. talium suscipit aquam, sicut piscis. Habentia autem pulmonem refertū sanguine, omnia magis indigent respiratione, propter copiam caliditatis. Aliorum autem, quæcunque non habent pulmonem, nullum respirat. F

Omnia animalia pulmonem habentia respirant

*Intariç testudies, atq; terrestres.

Caput Quintum. In quadam re damnato Democrito, Anaxagoræ, ac Diogenis de piscium Respiratione confutantur opiniones.

Emocritus igitur Abderita, & quidam alii, qui de respiratione dixerunt, nihil de aliis determinauerunt animalibus. visi sunt tamen dicere quasi omnibus respirantibus. Anaxagoras autem, & Diogenes omnia dicentes respirare, de piscibus & ostreis dicunt quomodo respirant. Et ait Anaxagoras quidem, cum emittunt aquam per branchias, eum, qui in ore fit, aerem trahentes, respirare pisces. non enim esse vacuum vllum. Diogenes autem, cum emittunt aquam per branchias ex circunstante circa os aqua, trahere vacuo quod in ore aerem, tanquam inexistente in aqua aere. Hæc autem sunt impossibilia. Primo enim dimidium rei auferunt, propterea q dicunt commune in altero solo. respiratio enim vocantur. huius autem hoc quidem inspiratio est, illud autẽ expiratio. de qua nihil dicunt quomodo expirant talia animalium. Neq; contingit ipsis dicere. cum. n. respirauerint, hac, qua respirauerunt, iterum oportet expirare, & hoc semper vicissim facere. Quare accidit simul suscipere aquã, per os, & expirare aerem. necesse autem obuiãtia impedire alterum alterum. Deinde, cum emittunt aquam, tunc expirant per ora aut per branchias. quare accidit simul & expirare & respirare. tũc. n. aiunt ipsum respirare. simul aũt respirare & expirare impossibile. Quare si necesse respirantia expirare & inspirare, expirare autem non contingit vllũ ipsorum, palam est q neq; respirare ipsorum vllum. Præterea, dicere aerem trahere ex ore, aut ex aqua per os, impossibile. non enim habent arteriam, propterea q pulmonem nõ habent, sed statim venter penes os est. quare necessarium ventre trahere. Hoc autem & alia vtique facerent animalia. nunc autem non faciunt. & si illa extra humidum essent, manifeste vtique huc facerent. videntur autem non facere hoc. Præterea omnibus respirantibus & trahentibus spiritum videmus quendam motum fieri particulæ trahentis. in piscibus autem non accidit. nihil enim videntur mouere eorum quæ circa ventrem, nisi branchias solum, & in humido, & in siccum incidentes cum palpitant. Præterea, cum moriuntur suffocata in humidis omnia respirantia, fiunt ampullæ, spiritu exeunte violenter: vt si quis cogat testudines, aut ranas, aut aliquod aliud talium generũ. in piscibus autem nõ accidit, experientibus omnem modũ, tanquã nõ habentibus spiritum deforis vllũ. Quo autem modo dicunt fieri respirationem ipsis, contingit & hominibus existentibus in humido accidere. Si. n. pisces trahunt ex ea, quæ in circuitu oris aqua, propter quid hoc nõ vtique facerent & homines & alia animalia? & eum, qui ex ore vtique traherẽt similiter piscibus. Quare si quidem & illa essent possibl

Anaxagoræ opinio.

Diogenis.

Reprobatio

B

C

lia,& hæc essent,quoniam autem non sunt, palam ꝙ neq; in illis est. D
Ad hæc autem, propter quam causam in aere moriuntur,& videtur palpitare sicut quæ suffocantur,si quidem respirant?non enim vtiq; alimenti indigentia hoc patiuntur. Quam autem dicit Diogenes causam, insulsa. ait.n.ꝙ aerem multum valde trahunt in aere, in aqua aūt moderatum, & propter hoc mori. Etenim in pedestribus oportebat possibile esse hoc accidere.nunc autem nullum,eò ꝙ valde respiret,suffocatur pedestre animal. Præterea,si omnia respirant, palā ꝙ & insecta animalium respirant. videtur aūt ipsorum multa decisa viuere,nō solū in duas partes, sed & in plures,vt quę vocātur*scolopendræ. quæ,qualiter,aut in quonam contingit respirare? Causa autem maxime non dicendi bene de ipsis,ꝙ inexperti erant earum,quę intus partiū, & non accipiebant gratia alicuius naturam omnia facere. quærentes enim cuius gratia respiratio animalibus existit,& in particulis hoc inspicientes, vt in branchiis & pulmone, inuenissent vtique citius causam.

Diogenis causa.

* centipedę

Caput Sextum. Democriti de Respiratione opinio, ac ipsius impugnatio.

B

Emocritus autem quòd quidem ex respiratione accidit aliquid respirantibus dicit inquiens prohibere extrudi animam, non tamen vt huius quidem gratia fecisse hoc naturam quicquam dicit. omnino enim sicut & alii Naturales, & iste nihil tangit talis causę. Dicit autem ꝙ anima & calidum hæ primæ figurę sphęricarum Segregatis igitur ipsis a cōtinente extrudēte,auxilium fieri,respirationem inquit.in aere enim multum numerum esse taliū,quæ uocat ille intellectum & animam.Respirante igitur,& ingrediēte aere,congredientia & prohibentia extrusionem,prohibere in animalibus existentem animam exire. Et propter hoc in respirando & expirando esse viuere & mori. cum enim præualuerit cōtinens comprimens,& non amplius deforis ingrediens potest prohibere, non potente respirare tunc accidere mortem animalibus.esse enim mortem talium figurarum ex corpore exitū ex continentis expressione. Causam autem, quare omnibus quidem necessarium mori, non tamen quando contigit,sed secundum naturam quidem senectute,violentia autem præter naturam,nihil declarauit.quamuis oportebat,quoniam aliquando quidem videtur hoc fieri,aliquando autem non videtur,vtrum eadem causa extrinsecus est,an intus. Non dicit autem neque de principio respirandi quæ causa, vtrum intrinsecus,an extrinsecus. neque .n. qui foris intellectus seruat auxilium, sed intrinsecus principiū respirationis fit & motus,non vt inferente vim ipso continente. Inconueniens autem, & simul continens comprimere,& ingrediens dilata F

A re. Quæ igitur dixit & quomodo, fere hec sunt. Si autem oportet putare vera esse prius dicta, & nō omnia animalia respirare, non de omni morte causam putandum dictam esse hanc, sed solum in respirantibus. Quinimmo neque in his bene. Palam autem ex his quæ accidunt, & talibus, quorū habemus omnes experientiam. In æstibus. n. cum calefimus magis, & respiratione magis indigemus, & crebrius respiramus omnes. cum autem quod in circuitu sit frigidum, & constringat & compingat corpus, detinere accidit spiritum. quamuis tunc oportebat deforis ingredientem prohibere compressionem. Nunc autem fit contrarium. Quando enim multum valde congregatum fuerit calidum, non expirantibus, tunc indigent respiratione. necessarium autem inspirantes respirare. Aestuantes autem frequenter respirant, tanquam refrigerationis gratia respirantes, quando quod dicitur facit, ignis ad ignem. Adagium.

B *Caput Septimum. Platonis de Respiratione decretum, & ipsius improbatio.*

IN Timæo autem scripta circum pulsio, de aliis animalibus nihil determinauit quo modo ipsis calidi fit salus, vtrum eodē, an propter aliā aliquam cām. Si enim solis pedestribus quod respirationis existit, dicendum causam, quare solis. si autem & aliis, modus autem alius, & de hoc determinandum, siquidem possibile respirare omnibus. Præterea & fictitius modus causæ. exeunte enim extra calido per os, ambientem pulsum aerem, qui fertur incidere in eundem locum ait per raras existentes carnes, vnde internum exierat calidum, propterea ꝙ nihil est vacuum, circum obsistētibus inuicem. calefactum autem iterum exire secundū eundē locū, & circū pellere intro per os aerē axcidentē calidū, & hoc vtiq; pleuerare semp faciētes, respirātes & expirantes. Accidit autem sic putantibus prius expirationem fieri quam inspirationem. C Signum autem. fiunt enim adinuicem hæc vicissim. morientes autem expirant. quare necessarium esse principium inspirationem. Præterea cuius gratia hæc existunt animalibus, dico autem respirare & expirare, nihil dixerunt hoc modo dicentes, sed velut de *accidente aliquo enuntiant solum. quamuis principalia hæc videamus viuendi & moriendi. cum enim respirare non possunt, tunc accidit corruptionem fieri respirantibus. In super inconueniens calidi quidem per os exitum & iterum ingressum non latere nos, in pectus autem spiritus ingressum & iterum calefacti exitum latere. Inconueniens autem & calidi respirationem introitum esse. apparet enim contrarium. quod enim expiratur, esse calidum, quod autem inspiratur, frigidum. Quando autem calidum fuerit, anhelantes respirant, quia enim non refrigerat sufficienter ingrediens, sępe accidit spiritum trahere.

Prior inspiratioq; respiratio.

* casu

D

Caput Octauum. Respirationem non alimenti causa fieri, contra nonnullos.

T vero neque alimenti gratia existimandum fieri respirationem, tanquam quòd alatur spiritu internus ignis. & respirante quidem tanquam super ignem succensum fomitem adiici, alito autem igne fieri expirationem. Hæc enim dicemus iterum & ad hunc sermonem, quæ quidem & ad priores. etenim in aliis animalibus oportebat hoc accidere, aut proportionale huic. omnia enim habent caliditatem vitalem. Deinde & fieri calidum ex spiritu, quo oportet modo dicere, fictitium. magis enim ex alimento, hoc fieri videmus, accidit autem per hoc suscipere alimentum, & excrementum emittere. hoc autem in aliis non videmus fieri.

E

Caput Nonum. Empedoclis de Respiratione sententia, & ipsius redargutio.

Icit autem de Respiratione & Empedocles, non tamen cuius gratia. neque de omnibus animalibus quicquam facit manifestum, siue respirant, siue non. & de ea, quę per nares respiratione dicens, putat & de pręcipua dicere respiratione. Est autem & per arteriam ex

Spirationis modus quis.

pectoribus respiratio, & quæ per nares. ipsis autem naribus sine illa non est respirare. & ea quidem, quæ per nares fit, respiratione priuata animalia, nihil patiuntur, ea autem, quæ per arteriam, moriuntur. vtitur enim natura præter propositum ea, quæ per nares re

Cur respiratio per nares

spiratione ad odoratum quibusdam animalium. Quapropter odoratu fere participant omnia animalia: est autem non omnibus idem instrumentum. Dictum est autem de ipsis in aliis planius. Feri au F
tem ait respirationem & expirationem, propterea quod venæ quædam sunt, in quibus est quidem sanguis, non tamen plęnæ sunt sanguine. habent autem meatus in eum qui extra aerem, partibus quidem corporis minores, iis autem quæ aeris, maiores. quapropter sanguine moueri sursum & deorsum nato, deorsum quidem cum fertur influere aerem, & fieri respirationem, sursum autem procedente excidere foris, & fieri expirationem assimilans quod accidit ipsis clepsydris. Sic autē respirant omnia, & expirant. Omnibus priuatæ sanguinę
Carnium fistulæ extremum per corpus tensæ sunt:
Et ipsis oribus crebris perforatę sunt sulcis
Narium vltime summitates per totum: vt limpidum quidem
Occultent, æthęri autem facile iter biuiis diuisum sit.
Hinc postea cum irruerit tener sanguis,
Aether resonans descendet fluctu vehementi.

A Cum autem resilit, iterum respirat. Ceu cum puella.
Clepsydris ludens bene ducti æris,
Cum quidem fistulæ transitum formosa obstruens manu,
In aquæ tingat tenerum corpus argenteæ:
Neq; in vas adhuc imber ingreditur, sed prohibet ipsum
AEris moles intro cadens ad foramina spissa,
Donec detexerit crebrum fluxum. sed postea
Spiritu deficiente ingreditur pulchra aqua.
Eodem quoq; modo cum aqua quidem occupet profunda æris,
Transitu obstructo humana manu, siue meatu,
AEther extrinsecus intro irruens imbrem arcet
Circa portas isthimi resonantis. extrema obtinens.
Donec manu remittat. tunc autem iterum contra quam prius
Spiritu ingruente subefffluit aqua munda.
Similiter tener sanguis, perturbans per vicos,
B Cum quidem retrocedens irruerit ad intimum,
Alter illico fluxus descendit, fluctu proruens:
Cum autem resilit, rursus expirat æquale retro.

Dicit igitur hæc de respiratione. Respirant autem, quemadmodum diximus, manifeste respirantia per arteriam, per os simul & per nares. Quare si quidem de hac respiratione dicit, necessarium est quærere quomodo congruit dicta ratio causæ. videtur enim contrarium accidere. Eleuantes enim locum, quemadmodum folles in ærariis, respirant. attollere autem calidum rationabile, habere quoq; sanguiné calidi locum. comprimentes autem constringentes, quemadmodum ibi folles, expirant. Veruntamen ibi quidem non per idé suscipiunt aerem, & iterum emittuntur, respirantes autem secundum idem. Si autem de ea, quæ per nares, dicit sola, plurimum aberrauit. non enim est respiratio narium propria, sed per canalem, qui circa guttur, qua extremum palati in ore comperforatis naribus proce- C dit hoc quidem ipsius spiritus hac, hoc auté per os, exiens similiter, & ingrediens. Ab aliis igitur dicta: de respiratione tales & tantas habent difficultates.

Respiratio nõ est peculiaris narib'

Caput Decimum. Cunctis animalibus refrigerationem necessariam esse ad eorum salutem.

Voniam autem dictum est prius, quòd ipsum viuere & animæ habitus cum caliditate quadam est (nam concoctio, per quam alimentum fit animalibus, neque sine anima, neque sine caliditate est. igne enim operantur omnia) propter quod quidem in quo primo loco corporis, & in qua prima loci huius parte principium necessarium est esse tale, hic & primam nutritiuam animam ne-

cessarium est existere. Iste autem est medius locus suscipientis alimē- D tum,& per quem emittunt excrementum. Exanguibus igitur innominata, sanguineis autem cor hæc particula est. alimentum enim, ex quo iam fiunt partes animalibus, sanguinis natura est. sāguinis autē & venarū idem principium esse necessariū. alterius enim gratia alterum est, vt vas & suscipiens. Principium autem venarum sanguineis cor. nō enim per hoc, sed ex hoc pendent omnes. palam autem hoc nobis ex dissectionibus. Alias igitur virtutes animæ impossibile existere sine nutritiua. propter quam autem causam dictum est prius in iis quæ de Anima. Hanc autem sine naturali igne. in hoc enim natura igniuit ipsam. Corruptio autem ignis, quemadmodum dictum est prius, extinctio & marcor. Extinctio quidem, quæ a contrariis. quapropter, & simul vniuersus a continentis frigiditate, & celerius adhuc extinguitur diuulsus. Hec igitur corruptio violenta, similiter in inanimatis & animatis est. etenim instrumentis cum diuiditur animal, & concrescit propter frigoris superātiam, moriūtur. Marcor autem propter copiam caliditatis. Etenim si excedat quod circū est calidū, & alimentum nō accipiat, corrūpitur quod ignit, nō E frigescens, sed marcescens. Quare necesse est fieri refrigerationem, si debet salutem adipisci. hoc enim auxiliatur ad hanc corruptionem.

Venarū principium cor.

Caput Vndecimum. Quo in loco, & per quas vias refrigeratio in diuersorum generum animalibus fiat.

Voniam autem animalium hæc quidem aquatilia sunt, hæc autem in terra faciunt conuersationem, horum paruis quidem omnino & exanguibus facta ex continente, aut aqua aut aere in frigidatio sufficiens est ad auxilium corruptionis huius. modicum enim habentia calorem modico indigent auxilio. Quapropter & breuis vitæ fere omnia talia sunt. ad ambo enim modicam sortiuntur propensionem. Quæcunque autem longioris vitæ insectorum (exanguia enim sunt omnia insecta) his sublepto trāsuerso dissectum est, F vt per subtiliorem existentem membranam refrigerentur. magis enim existentia calida ampliori indigent refrigeratione, vt apes. apum enim quædam viuunt etiam septem annis. & alia quoque, quæcunque bombum edunt, vt vespæ, & scarabæi, & cicadæ: etenim sonum faciunt spiritu, velut anhelantia. cum enim in ipso septo transuerso innatus spiritus attollitur & considet, accidit ad membranam fieri attritionem. mouent enim locum hunc, quemadmodum respirantia deforis pulmone, & pisces branchiis. Simile enim accidit, atque si quis aliqua respirantium suffocet, os detinens. etenim hęc facient pulmone eleuationem hanc, sed his quidem non sufficientem facit talis motus refrigerationem, illis aūt sufficientem.

Apum ętas longissima.

Et attri-

A Et attritione ad membranam faciunt bombum, quemadmodum diximus, qualem per arundines perforatas pueri, quando superposuerunt membranam tenuem: propter hoc enim cicadarum canentes canunt. calidiores enim sunt, & dissectum est ipsis sub septo transuerso. non canentibus autem hoc est non scissum. Et sanguine etiam præditorum, & pulmonem habentium, pauci aūt sanguinis habentium & laxum, quædam horum multo tempore possunt irrespirāter viuere: quia pulmo eleuationem habet multam, paucum habens sanguinem & humidum: proprius enim motus ad multum tempus sufficit refrigerans. tandem autem non possunt, sed suffocātur non respirantia, quemadmodum dictum est & prius. marcoris enim, quæ quia nō refrigeraretur corruptio, vocatur suffocatio. & quæ fit cor rumpuntur suffocari dicimus. Quod autem non respirant insecta animalium, dictum quidem est & prius, manifestū autem est & in paruis animalibus, vt muscis & apibus. in humidis enim multo tempore B supernatant, nisi valde sit frigidum, aut calidum. quamuis modicam habentia virtutem, crebrius exigunt respirare: sed corrumpuntur hæc, & dicuntur suffocari, repleto ventre, & corrupto humido, quod in septo transuerso. quapropter & in cinere demorata resurgunt. Et eorum quoque, quæ in humido viuūt quecunq; exanguia pluri tempore viuūt in aere sanguinē habentibus & suscipientibus mare, vt piscibus. Proterea enim ꝙ habent modicum calidum, aer sufficiens est ad multum tempus refrigerare, vt crustraceis & polypis. non tamen prorsus sufficiunt ad viuendum, quia sunt pauci caloris. q̄m & pisciū multi viuunt in terra, immobiles tamen, & inueniuntur defossi. quæcunq; enim nō omnino habent pulmonem, aut exanguem, minus indigent refrigeratione. De exanguibus igitur, quod his quidem continens aer, his autem humidum auxiliatur ad vitam, dictum est. In sanguine autem præditis, & habentibus cor, quæcunque qui-C dem ipsorum habent pulmonem, omnia suscipiunt aerem, & refrigerationem faciunt per respirationem & expirationem. Habent autem pulmonem & viuipara in seipsis, & non foris solū. cartilaginea enim animal pariunt quidem, sed non in seipsis. & ouiparorum & pennata, vt aues, & corticata, vt testudines, & lacertæ, & serpentes. Illa igitur sanguine præditum, horum autem plurima pulmonem habent laxum. quapropter & respiratione vtuntur rarius, quemadmodum dictū est & prius. Vtuntur autem omnia, & quæcunque morantur & degunt in aquis. vt *hydrorum genus, & ranarum, & crocodylorum, & mures aquatiles, & testudines marinæ, & terrestres, & vituli marini. omnia enim hæc, & talia & pariunt in sicco, & dormiunt aut in sicco, aut in humido extollētia os propter respirationē. Quęcunq; autem branchias habent, omnia refrigerantur suscipientia aquam. habet aūt branchias genus eorum, quæ cartilaginea vocantur, & aliorum quæ sine pedibus. sine pedibus autem pisces

Cicadarum stridor.

Aquatilium exāguia diutius viuere i are.

Boe.

omnes. etenim quæ habent, secundum similitudinem alarum habēt. D Pedes autem habentium, vnum habet branchiam solum eorum, quę visa sunt, qui vocatur cordulus. Simul autem pulmonem & branchias nullum visum est vnquam habens. Causa autem, quia pulmo quidem gratia refrigerationis a spiritu est (videtur enim & nomen accepisse pulmo, propter susceptionem spiritus) brāchię autem ad refrigerationem ab aqua. vnum autem ad vnum opportunum instrumentum, & vna refrigeratio sufficiens est omnibus. Quare quoniam frustra nihil videmus facientem naturam, duobus autem existentibus alterum vtiq; esset frustra, propter hoc hæc quidem habent branchias, illa autem pulmonem, ambo autem nullum. Quoniam autem ad ipsum quidem esse alimento indiget animaliū vnumquodq;, ad salutem autem refrigeratione, eodem instrumento vtitur natura ad ambo hæc. & quemadmodum quibusdam lingua & ad sapores, & ad interpretationem, sic habentibus pulmonem vocato ore & ad cibi confectionem, & ad expirationem. & respirationem. nō habentibus autem pulmonem, neque respirantibus, os quidem ad cōfectionem cibi, ad refrigerationem autē & cibi assumptionem indigentibus refrigeratione branchiarum existit natura. Qualiter igitur dictorum instrumentorum virtus facit refrigerationem posterius dicemus. Ad nōn impediendum autem cibum, similiter & respirantibus accidit, & suscipientibus humidum. neq; enim respirantes simul suscipiunt cibum. alioqui accidit suffocari ingrediente alimento aut sicco aut humido ad pulmonem per arteriam. prius enim sita est arteria gulą, per quam alimentum progreditur in vocatum ventrem. Quadrupedibus igitur & sanguine præditis habet arteria velut operculum ligulam. Auibus autem & quadrupedum ouiparis non inest. sed cōtractione idem faciunt. suscipientia enim cibum, hæc quidem constringunt, illa autem superponunt ligulam. progresso autē, hæc quidem attollunt, illa autem dilatāt, & suscipiūt spiritum ad refrigerationem. Habentia autem branchias, dimittentia E per has humidum, per os suscipiunt cibum. arteriam enim non habent. quare hac quidē nihil vtiq; lędentur ab interlapsu humidi, sed in ventrem ingrediente aqua. quapropter velocem faciunt emissionem & susceptionem alimenti. & dentes acutos habent, & omnia fere sunt serratis dentibus. non enim contingit comminuere cibum. F

Caput duodecimum. Qua pacto aquatilia quædam animalia pulmonem habentia refrigerentur, & cibum capiant.

Irca cetacea autem aquatilium dubitabit vtique aliquis (habent enim & illa secundum rationem) vt circa delphinos, & balenas, & aliorum quæcunque habent vocatam fistulam. hæc enim sine pedibus quidem sunt, habētia autem pulmonem suscipiunt mare.

A Causa autem huius id, quod nunc dictum est. Nô enim refrigerationis gratia suscipiunt humidum. hoc enim fit ipsis respirantibus: habent enim pulmonem. quapropter & dormiunt extollentia os, & stertunt delphini. insuper si capiantur retibus, cito suffocantur, propter quòd non respirant, & supernatantia videntur talia in mari, propter respirationem. sed quoniam necessarium est facere alimentum in humido, necessarium suscipientia humidum emittere. Et propter hoc habent omnia fistulam. suscipientia enim aquam, quemadmodum pisces per branchias, hæc per fistulam expellunt aquam. Signum autem & positio fistulæ. ad nullum enim sanguine præditorum terminatur, sed ante cerebrum positionem habet, & emittit aquam. Propter idem autem hoc suscipiunt & mollia aquam & crustata. dico autem, vt quæ vocantur locustæ & cancri refrigeratione enim ipsorum nullum indiget: pauci caloris enim est & exangue vnumquodque ipsorum. quare sufficienter refrigerantur a continente humido. sed propter alimentum, ne simul suscipientibus influat humidum. Crustata igitur, velut & cancri & locustæ, iuxta aspera emittunt aquam per applicamenta: sepiæ vero & polypi per concauum, quod est super vocatum caput. Scriptum est autem de ipsis diligenter magis in iis, quæ de animalium Historiis. De susceptione igitur humidi dictum est, quòd accidit propter refrigerationem, & propterea quòd oportet suscipere alimentum ex humido quæ secundum naturam sunt aquatilia animalium.

Delphinorũ somnus.

Quare fistula delphinis data sit.

B

Caput Decimumtertium. Quo pacto fiat refrigeratio in animalibus & respirantibus, et non respirantibus. Increpatio Empedoclis de causa diuersarum habitationum ipsorum animalium. De situ cordis in ipsis animalibus.

C

DE refrigeratione autem quo fit modo & respirantibus & habentibus branchias, post hæc dicendum. Quòd igitur respirant quæcunque animalium habent pulmonem, prius dictum est. Propter quid autem hanc particulam habent quædam, & propter quid habentia indigent respiratione. Causa habendi quidem, quòd honorabiliora animalium plurem assecuta sunt caliditatē. simul enim necesse & animam assecuta esse honorabiliorem. honorabiliora enim hæc, quã natura plantarum. Quaproter & maxime habentia pulmonem sanguineum & calidum, & maiora magnitudinibus, & quòd purissimo & plurimo vsum sanguine animalium, erectissimum est homo. & sursum ad totius sursum habet solum, propterea quòd talem habet hanc particulam. Quare & substantiæ, huic & aliis ponendũ est causam ipsam, quemadmodum quancunque aliam particulam.

Quare pulmo necessario moueat.

Habent igitur gratia huius. Ea autem, quæ ex neceſsitate & motus
cauſa oportet putare talia conſiſtere animalia, quemadmodum & nõ
talia multa conſtituta ſunt. hæc enim ex terra ampliori facta ſunt,
vt plantarum genus, hęc autem ex aqua, vt aquatilium. volatilium
autem & pedeſtrium, hæc quidem ex aere, illa autem ex igne. Sin
Empedo. gula autem in propriis locis habent ordinem ipſorum. Empedocles
autem non recte hoc dixit, dicens calidiſsima maxime & ignem ha-
bentia plurimum animalium aquatilia eſſe, fugiẽtia exceſſum eius,
quæ in natura caliditatis. vt quoniam frigido & humido deficiunt,
in loco ſeruentur contraria exiſtentia. humidum enim calidum
eſſe minus aere. Omnino igitur abſurdum, quomodo contingit
factum vnumquodque ipſorum in ſicco, permutare locum ad hu-
midum. fere enim ſine pedibus plurima ipſorum ſunt. Dicens au-
tem ipſorum a principio conſtitutionem, genita quidem eſſe in ſicco
ait, fugientia autem veniſſe ad humidum. Præterea neque videntur E
calidiora eſſe quam pedeſtria. hæc enim ipſorum exanguia omnino,
hæc autem pauci ſanguinis ſunt. Sed qualia quidem dicere oportet
calida & frigida ſecundum ſe conſyderationem ſumpſit. De qua
autem dixit cauſa Empedocles, aliquo quidem modo habet quæſitã
rationem, non tamen quod ait ille verum eſt. Habituum enim exceſ-
ſus habentia, loca contraria, & anni tempora conſeruant, natura
autem in propriis maxime ſeruatur locis. non enim eſt idem &
materia animalium, ex qua eſt vnumquodque, & habitus & diſpo-
ſitiones ipſius, Dico autem, vt ſi quid ex cera conſtituiſſet natura, non
vtique in calido ponens ſeruaſſet, neque ſi quid ex glacie; corru-
ptum enim fuiſſet vtique cito, propter contrarium. liquefacit enim
calidum, quod a contrario conſtitutum fuit. Neque ſi quid ex ſale
aut nitro conſtituiſſet, in humidum vtique ferens depoſuiſſet. corrũ-
pit enim humidum. quæ a ſicco & calido conſtituta ſunt. Si igitur
Humidũ & ſiccum materia ſunt corporibus omnibus. materia omnibus corporibus humidum & ſiccum, rationabiliter F
quæ quidem ex humido conſtituta ſunt in humido ſunt, quæ autem
ex ſicco in ſicco. Propter hoc arbores non in aqua naſcuntur, ſed
in terra. quamuis eiuſdem rationis eſt in aquam, propterea ꝙ ipſæ
quam ſiccę ſunt, quemadmodum prægnea ait ille. non enim prop-
ter frigidum venirent in ipſam, ſed quia humida. Naturę igitur mate
riæ, in quali quidem loco ſunt, tales exiſtentes ſunt: quæ quidem
in aqua humidæ, quę autem in terra ſiccæ, quæ autem in aere cali-
dæ. Habitus tamen, qui quidem excedentes ſunt caliditate, in fri-
gido: qui aũt frigiditate, in calido poſiti ſeruantur magis, reducit
enim ad menſuratum locus habitus exceſſum. Hoc igitur oportet
quærere in locis propriis vniuſcuiuſque materiæ, & ſecundum pmu
tationes communis temporis anni. habitus enim contingit locis con
trarios eſſe, materiam autem impoſsibile. Qod igitur non propter
caliditatem naturę hæc quidem aquatilia, hæc autem pedeſtria ani-

A malium sunt, quemadmodũ Empedocles ait, tot dicta sint:& cur hæc quidem non habent pulmonem, hæc autem habent. Propter quid autem habentia suscipiunt aerem & respirant, & maxime ipsorum quæcunque habent sanguine præditum. Causa respirandi quidem pulmo laxus existens, & plenus fistulis. & maxime vtiq; sanguinea hæc particula, inter ea, quæ vocantur viscera. Quæcunque itaque habent ipsam sanguine præditam, celeri quidem indigent refrigeratione, propterea ꝙ parua est propensio animalis ignis. intro autem ingredi per totum propter copiam sanguinis & caliditatis. hęc autem ambo aer quidem potest facile facere. propterea enim quòd habet tenuẽ naturam, & per totum & celeriter penetrans refrigerat. aqua autem contrarium. Et cur maxime respirant habentia pulmonem sanguineum, ex his palam. quod enim calidius ampliori indiget refrigeratione. Simul autem & ad principium caliditatis, quę

B in corde, progreditur spiritus de facili. Quo autem modo cor persorationem habet ad pulmonem, oportet contemplari ex his, quæ dissecantur, & ex Historiis de animalibus scriptis. Refrigeratione igitur omnino indiget animalium natura propter feruorem animæ in corde. hanc autem faciunt per respirationem, quæcunque non solum habent cor, sed etiam pulmonem, animalium. Habentia autem cor, pulmonem aut non, quemadmodum pisces, propterea quòd aquatilis est ipsorum natura, aqua faciunt refrigerationem per branchias. Quomodo autem positio se habet cordis ad branchias, ad visum quidem ex dissectionibus oportet contemplari, ad certitudinem autem ex Historiis. Vt autem in summa dicatur, & nũc habet hoc modo. Videbitur enim non eodem modo habere positionem cor pedestribus animalium, & piscibus: habet autem eodẽ modo. Quà enim inclinant capita, hic cor acutum habet. quoniam autem non eodem modo capita vergunt pedestribus anima-

C lium & piscibus, ad os cor, acutum habet. Tendit autem ex extremitate cordis fistula venine ruia ad medium, qua contangunt inuicem omnes branchiæ. maxima igitur ista est. Hinc autem & inde a corde protenduntur & alteræ in extremitatem singularum brãchiarum, per quas refrigeratio fit ad cor, decurrente semper aqua per branchias. Eodem autem modo & respirantibus pectus sursum & deorsum mouetur frequenter, suscipientibus spiritum & emittentibus, vt branchiæ piscibus. Et respirantia quidem, in pauco aere & eodem,* (aquatilia autem, in pauca aqua & eadem) suffocantur. celeriter enim vtrunque ipsorum fit calidum. calefacit enim sanguinis contactus vtrunque. calidus autem existens sanguis prohibet refrigerationem. Et non potentibus mouere, respirantibus quidem pulmonem, aquatilibus autem branchias, propter passionem aut propter senectutem, tunc accidit mors.

*Quidam cod. nõ hñt hęc verba.

 D

Caput Decimumquartum. De cauſis uitæ, ac mortis, earumq; definitiones: iuuentutis item, ſenectutis, atq; uigoris.

Mors duplex.

EST igitur omnibus animalibus cõmune generatio & mors. modi autem differunt ſpecie: non.n indifferens corruptio, ſed habet aliquid cõmune. Mors.n. eſt, hæc quidem violenta, illa autem ſecundum naturam. Violenta quidem, quando principium extrinſecus fuerit. Secundum naturam autem, quando in ipſo, & partis conſiſtentia ex principio talis, ſed non aduentitia aliqua paſsio. In plantis igitur ariditas. in animalibus autem vocatur hæc, ſenectus. Eſt autem mors & corruptio omnibus ſimiliter non imperfectis, his autem aſsimiliter quidem, alio autem modo. Imperfecta autem dico, vt oua, & ſemina plantarum, quæcunq; ſine radice. Omnibus igitur corruptio fit propter calidi defectum. perfectis autem, in quo ſubſtantiæ principium. hoc autem eſt, quemadmodum dictum eſt prius, in quo ſurſum & deorſum copulantur. plantis quidem medium germinis & radices: animalium autem, ſanguineis quidem cor, exanguibus autem proportionale. Horum autem quædam potentia multa principia habent, non tamen actu. quapropter & inſectorum quædam diuiſa viuunt. Et ſanguine præditorum quæcunque non viuacia valde ſunt, multo tempore viuunt exempto corde, vt teſtudines: & mouentur pedibus ad huc exiſtentibus puſillis, propterea quòd non compoſita ſit natura ipſorum bene, ſimiliter inſectis. Principium autem vitæ deficit habentibus, cum non refrigeratur calidum communicans ipſi. quemadmodum enim dictum eſt multoties, cõtabeſcit ipſum a ſeipſo. Quando igitur his quidẽ pulmo, illis autem brãchię obdureſcant, propter temporis longitudinem deſiccatis, illis quidem branchiis, his autem pulmone, & factis terreſtribus, non poſſunt has partes mouere, neque eleuare & contrahere: tandem aũt, facta intenſione, marceſcit ignis. Quapropter & paruis paſsionibus aduenientibus in ſenectute, celeriter moriuntur. propterea enim quòd paucum eſt calidum, velut plurimo euaporato in multitudine vitæ, ſi qua vtique intenſio fiat particulę, cito extinguitur, quemadmodum momentanea & parua in ipſo flamma exiſtente, propter paruum motum extinguitur. Quapropter, & ſine dolore eſt quæ in ſenectute mors. nulla enim violenta ipſis paſsione contingente, moriuntur: ſed inſenſibilis animæ abſolutio fit omnino. Et morborum quicunque faciant pulmonem durum, aut tuberculis, aut excrementis, aut caliditatis ægritudinalis exceſſu, quemadmodum in febribus, crebrum ſpiritum faciunt, propterea quòd non poſſunt pulmonem longe tollere ſurſum & deprimere. tandem autem, quando non amplius poſſunt mouere, moriuntur expirantes. Generatio igitur eſt prima participatio cum calido nutritiuæ animæ. Vita autem, manſio huius. Iuuentus autem eſt primæ refrigeratiuæ particulæ augmentatio. Senectus autem, huius decremẽ-

E

Mors in ſenectute ē ſine triſtitia.

F

Definitio generationis.

A tum. *Status autem, horum medium. Mors autem & corruptio, violenta quidem, calidi extinctio & marcor (corrumpetur enim vtriq; propter ambas has causas) quæ autem secundum naturam, eiusdē huius marcefactio propter temporis longitudinem facta & perfectionem. in plantis igitur aridiras, in aīalibus autem vocatur mors. Huius autem, quę quidem in senectute mors, marcor particulæ propter impotentiam refrigerandi, a senectute. Quid igitur est generatio, & vita, & mors, & ꝑpter quas causas insunt animalibus, dictū est. Palam autem ex his, & propter quam causam respirantibus qui dem animalium suffocari accidit in humido, piscibus autem in aere. Illis.n. per aquam refrigeratio fit, his aūt p aerē quibus vtraq; priuātur permutantia locos. Causa itaq; motus illis quidem branchiarum, his autem pulmonis: quæ cum eleuantur & considunt, hęc quidem expirant & inspirant, illę autem suscipiunt humidum & emittunt. Præterea constitutio instrumenti hoc se habet modo. *vigor Epilogus

B

Caput Decimumquintum. De Saltu. Pulsu, ac Respiratione, cordi accidentibus.



Ria aūt sunt, quæ accidunt circa cor, quæ videntur eandē naturā habere, habēt aūt non eandē, saltus, & pulsus, & qđ respirationis. Saltus igitur est cōpulsio calidi, qđ in ipso, ꝑpter refrigerationem exerementitiam, aut colliquatricem, vt in morbo, qui vocatur palpitatio, & in aliis morbis, & timoribus: etenim timentes infrigidantur secundum superiora. Calidum autē fugiens & contractum, facit motum, in paruum constrictum, ita vt aliquādo extinguantur aīalia & moriātur ꝑpter timorē, & ꝑpter passionem morbosam. Accidens autem pulsatio cordis, quā semper videtur faciēs cōtinue, similis tuberculis est, quę faciūt motū cū dolore, propterea ꝙ præter naturā est sanguini permutatio. fit aūt, vsque quo suppurauerit concoctus. Est autē similis bullitioni hæc passio: Saltus Pulsus

C bullitio enim fit, cum inflatur humidum a calido. eleuatur enim, propterea ꝙ amplior fit moles. Quies autem in tuberculis quidem, si non perspirauerit, crassiore facto humido, putrefactio. bullitioni autem excidentia per terminantia. In corde autem semper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulsum, eleuantis vltimam tunicam cordis. & hoc semper fit continue. affluit enim semper humidum, ex quo fit sanguinis natura. primo.n. in corde fit. palam autem in generatione a principio. nondum enim distinctis venis, videtur habere sanguinem. Et propter hoc pulsat magis iunioribus, quam senioribus. fit.n. exhalatio amplior iunioribus. Et pulsant venæ omnes, & simul inuicem, propterea ꝙ pendent oēs a corde. mouet autem semper. quare & illæ semper, & simul inuicem, quando mouet. Resilitio igitur est, facta, obuiatio ad frigidi compulsionem. Pulsatio autē, humidi calefacti inflatio. Respiratio autē fit,

cũ augmentatur calidum,in quo principium nutritiuum,quemadmodum enim & alia indigent alimēto,& illud.& aliis magis etenim aliis illud alimenti causa est.Necesse itaqa amplius factum, eleuare instrumentum: Oportet autem existimare constitutionem instrumenti similē quidē esse follibus, qui in ærariis(non longe.n.neque pulmo neq; cor,vt suscipiat figurā talem) duplum aũt esse quod ta le.oportet.n.in medio esse nutritiuũ naturalis virtutis. Eleuatur igitur,maius factũ.cum aũt eleuat necessarium eleuari & continentem ipsum particulam. Quod quidem videntur facere respirantes. eleuant.n.pectus, propterea q̃ prncipium existēs in ipso huius particulæ,idem hoc facit.cum.n.eleuatur,quemadmodum in folles,necessarium induci aerem, qui deforis & frigidũ existentem, & refrigerantem extinguere excessum ignis. Quemadmodum aũt crescente, eleuabatur hæc particula,& decrescente necessarium considere,& cõsidente,exire aerem,qui ingressus fuit, iterũ ingredientem quidem frigidum,exeũtem aũt calidum, propter tactum calidi existentis in particula hac,& maxime in habentibus pulmonem sanguine refertum.in multos.n. velut canales,fistulas incidere, quæ in pulmone, quarum secus quãcunq; protensæ sunt venæ, ita videatur totus pulmo esse plenus sanguine. Vocatur aũt ingressus quidem aeris respiratio: exitus autem expiratio. Et semper sane hoc continue fit quandiu vtiq; viuant, & moueāt hanc particulā continue.& propter hoc in respirando & expirando est ipsum viuere. Eodem aũt modo & piscibus motus fit branchiarum. cum.n eleuatur calidum, quod in sanguine per partes,eleuantur & brāchiæ, & pertransit aqua descendente autem ad cor per meatus, & refrigescente, considunt, & emittunt aquā. Semper aũt cũ eleuetur id, qđ in corde,semper suscipit iterũ refrigescentē. Quapropter & illis viuendi & non viuendi finis est in respirãdo,& his in suscipiēdo humidũ. Et de vita quidē & morte,& de cognatis huius speculationis,fere dictum est de oĩbus.

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione finis.

ARISTOTELIS

LIBRI DE SANITATE, ET MORBO INITIVM.

De Sanitate uero,morboq; non solum Medici,sed & Naturalis est causas quadantenus dicere. Quatenus uero hi differant,& quatenus diuersa contēplentur,latere nõ oportet. Equidē quod cõfinis sit quadantenus hæc Medici. Naturalisq; tractatio,et id qđ efficit testeaĩ.nã & Medici,quicũq; diserti ac diligētiores,de natura dicũt,& prĩcipia īde sumere dignanĩ,& īter eos q de nã tractãt,elegātissimi fere usq; ad medicīalia prĩcipia desinũt.

Reliqua desyderantur.

ARISTOTELIS PHYSIOGNOMICA.

Physiognomonicam scientiam reperiri.

Cap. I.



Vod & animæ sequuntur corpora, & ipsæ secundū seipsas non sunt impassibiles a motibus corporis, id manifestum fit valde in ebrietatibus, & ægritudinibus: multum nanq; animæ mutatæ videntur a passionibus corporis. Et e contrario quòd corpus compatitur passionibus animæ, manifestum circa amores, & timores, & dolores, & voluptates. Amplius autem & in iis quæ natura fiunt, magis utique aliquis conspiciet, quòd corpus & anima ita se habent connaturalia, ut fiant causæ plurimarum passionum adinuicem. Nunquam enim animal factum uel generatum est tale, quod formam haberet alterius animalis, animam vero alterius, sed semper eiusdē corpus & animam, quare necessarium est consequi tali corpori talem formam. Amplius autem & scientes circa vnumquodque animalium ex forma possunt considerare, equites equos, & venatores canes. Si autē hæc uera fuerint (semper autem hæc uera sunt) erit sane ars quæpiam Physiognomoniæ.

Priores tribus modis Physiognomoniam speculasse, ac tradidisse, non tamen perfecte. Cap. II.



Riores itaque Physiognomones iuxta tres modos aggressi sunt hanc disciplinam, quisque iuxta unum. Alii quidē ex generibus aĩalium physiognomizant, ponentes secundum unumquodq; genus figuram quandam aĩalis, & speciei animam. Alii aūt in talibus corpori similem habenti corpus & animā similem putabant. Alii aūt quidam hoc quidem faciebāt,

non ex omnibus autem animalibus experiebantur, ſed diſtinguebãt D
ex ipſo genere hominum ſecundum gentes, quæcunque differunt ſecundum vſus & mores; vt Aegyptii & Thraces, & Scythæ ſimiliter electionem ſignorum faciebant. Quidam autem ex moribus a parentibus, quales mores diſpoſitionẽ ſequãtur. ſequitur aũt vnicuiq; mos iracundo, timido, coeunti & in vnaquaq; aliarum paſsionum. Eſt aũt ſecundum omnes modos hos phyſiognomonizare, & adhuc ſecundũ alios, & electionem ſignorum diſsimiliter fieri. Hi quidem igitur iuxta mores ſolum phyſiognomonizant. Primũ quidem ꝙ quidam non iidem cum ſint, mores qui ſunt in facie, eoſdem habent: vt fortis & inuerecundus eoſdem habent, animabus vel intellectibus multum ſeparantur. Secundo autem, quòd ſecundum quædam tempora mores non eoſdem, ſed aliorum habent. triſtibus enim exiſtentibus, quandoq; contingit diem delectabiliter ducere, & morem accipere, qui eſt hilaris: & e contrario hilarem contriſtari, vt mos, qui erat in facie, permutetur. Adhuc cum his, de paucis vtique ſemper ab B
parentibus coniecturam quis accipiat. Qui autem ex feris phyſiognomonizant, non recte electionem ſignorum faciunt. non enim eſt vtique dicere percurrentem formam vniuſcuiuſque animalium, quòd quicunque vni ſimilis huic corpore erit, & anima ſimilis erit. Primum enim, vt ſimpliciter dicam, nullus vtiq; videbit hominem ita ſimilem beſtiæ, ſed aſsimilantem in aliquo. Adhuc autem cũ his, animalia pauca quædam propria habent ſigna, multa vero communia. quare ſi quis ſimilis fuerit non ſecundum proprium, ſed ſecundũ cõmune aliquid, quo pacto magis iſte leoni, quàm ceruo ſimilior dicetur. decẽs enim propria ſigna proprium quid ſignificare, cõmunia autem commune. Communia ergo ſigna nihil vtique manifeſtabunt phyſiognomonizanti. Si autem aliquis propria vniuſcuiuſq; ferarum elegerit, non vtique habebit aſsignare cuius ſunt hęc ſigna. merito enim proprii propriũ. Nihil autem proprium animaliũ phyſiognomonizatorum in anima habebit vtique aliquis accipere. neque enim F
forte ſolum leo, ſed alia multa: neq; timidum lepus, ſed & alia infinita. Si ergo neque communia eligenti manifeſtum aliquid fit, neque ſecundum propria, non vtique erit vnumquodque animaliũ aſpicere, ſed ex hominibus electionem facere oportet patientibus eandẽ paſsionem. vt ſi fortis inſpiciat aliquis ſigna, fortia animaliũ in vnũ accipientem oportet perſcrutari, quæ paſsiones his quidem omnibus inſunt, aliorum autem animalium nulli accidant. Si enim ita qs elegerit, quòd eadem ſunt ſigna fortitudinis prædictis animalibus, non ſolum fortitudinis communem ineſſe paſsionem eorũ quæ ſunt in intellectu, ſed & alia quędam; ſic vtiq; dubitabit, vtrum fortitudinis aut alterius ſigna ſint. Sed oportet ex pluribus eligi animalibus, & non habentibus vllam paſsionem communem manifeſtam, cuius vtiq; ſigna reſpicias. Quęcunq; itaque ſignorũ ſtabilia ſunt, aliquid

A ſtabile ſignificant. quę autem adueniunt, atque diſcedunt & deficiũt; quomodo vtique ſignum verum erit non manentis in intellectu. Si quidem enim ſtabile aduenіens, & deficiens ſignum quis ſuſcipiet; contingeret vtique ipſum quidem verum eſſe, non tamen conueniens erit, non perpetuo conſequens rem. Quæcunque autem paſſiones factę in anima non in aliquo permutant ſigna quæ ſunt in corpore, quibus vtitur Phyſiognomon, non erunt huiuſmodi, cognitiones arti: vt q̃ ſunt circa opiniones, & ſcientias Medicũ, aut Citharœdum non contingit cognoſcere. nam addiſcens aliquam diſciplinam, nullum permutauit ſignorũ, quibus vtitur Phyſiognomon.

Quid ſit Phyſiognomonia, & ex quibus generibus Signa in uniuerſum accipiantur. Cap. III.

B Oportet ergo determinare circa qualia quædam eſt Phyſiognomonia (q̃m non circa omnia) & ex quibus ſingula ſigna accipiantur. deinde conſequenter de manifeſtiſsimis circa vnumquodque declarare. Phyſiognomonia ergo eſt, ſicut & nomen ipſius dicit, circa naturales paſsiones eorum quæ ſunt in intellectu, & eorum quæ ſuperacquiruntur, quæcunque aduenientia tranſmutant ſigna eorum quæ phyſiognomonizantur. Qualia autem hæc ſint poſterius declarabitur. nunc aũt dicam ex quibus generibus ſigna accipiũtur, & ſint omnia. Ex motibus enim phyſiognomonizant, & ex figuris, & ex coloribus, & ex moribus in facie apparẽtibus, & ex lenitate, & ex voce, & ex carne, & ex partibus, & ex figura totius corporis. In vniuerſum igitur huiuſmodi ſunt, quæ dicunt Phyſiognomones de omnibus generibus, ſigna. Si igitur immanifeſta, aut non rectè deſignãs eſſet talis explicatio, ſufficiant quæ dicta ſunt. Nunc autẽ fortaſſe melius eſt ſigillatim de omnibus, quæcunq; manifeſta ſunt ab C his quæ phyſiognomonizauimus, exactius explanare, dicentes cuiuſmodi ſigna referantur ad ſingula; quæcunq; in prædictis declarata non fuere. Physiognomię definitio.

Quo pacto per vnumquodq; dictorum generum Signa accipiantur. Cap. IIII.

OLORES ergo ſignificant, acuti quidem calidum, & ſanguineum: albi cum rubore, bonam indolem, quando in leui corpore accidit hic color.

PILI vero, molles quidem timidum, duri autem fortem. Hoc autem ſignum ſumptum eſt ex o ibus animalibus. timidiſsimum enim eſt ceruus, lepus, ouis, & pilum molliſſimũ habent: fortiſsimũ aũt leo, aper, & pilũ duriſsimũ habet. Eſt aũt

& in auibus hoc idem uidere. vniuersaliter enim quæcũq; quidem hã bent duram pennam, fortes: quæcunque autem mollem, timidæ: & particulariter est hoc quidem videre in coturnicibus, & in gallis. Similiter autem & in generibus hominum hoc idem accidit. quicunque enim apud septentrionem habitant, fortes sunt, & durorũ pilorũ; qui autem apud meridiem, timidi, & mollem pilum habent. Pilositas aũt quæ est circa ventrem, loquacitatem significat. hoc ãt refertur ad genus auium, proprium enim auis est eorũ quæ sunt circa corpus, pilositas quæ circa ventrẽ est, eorũ ãt quæ sunt circa intellectũ, loquacitas. D

σπανια φύσις *CARO* aũt, dura quidẽ, & boni habitus natura insensibilẽ significat, lenis ãt & ingeniosum, & instabilẽ, nisi in forti corpore & habenti extremitates potentes hoc acciderit.

MOTVS aũt, tardi qdẽ mollẽ intellectũ, acuti vero calidũ. *IN VOCE* ãt, grauis quidẽ & intẽsa fortẽ, acuta aũt & remissa timidũ.

FIGVRAE ãt, & *PASSIONES*, quæ apparẽt in facie, secũdũ similitudines accipiũtur passionis. quãdo. n. patitur aliquid, fit vt si hoc habet. quando aliquis irascitur, irascibile signũ eiusdẽ generis. Mas autem fœmina maior est, & fortior, & extrema corporis fortiora & crassiora, & habitus melioris, & potiora secundum omnes uirtutes. B

Inueniendorum ex signis Habituum, & Passionum modi duo. Cap. V.

Ignorum autẽ, quæ sunt in partibus, fortiora sunt, ea q̃ accipiũtur in motibus manifestis, & secũdũ motus, & figuras. Oĩno ãt vni quidẽ signorũ credere stultũ ẽ, quã do ãt plura coueniũt, q̃ sunt in vno, magis vtiq; conueniet, ut quis accipiat utra esse signa. Est ãt alius ẽt modus, secundum quẽ aliquis physiognomonizet, nullus tamen aggressus est. Vt si necesse sit iracũdum & tristem & paruum secundum morem, inuidum esse, etsi non sint inuidi signa: ex illis tamen prioribus contingat utique Physiognomoni & inuidum inuenire, maxime quidem, quãdo talis proprius modus fuerit eius qui phylosophatus fuerit. posse enim quibusdam existentibus necessarium esse, propriũ putamus Philosophiæ. quod est, quãdo contraria sunt huic iuxta passiones, physiognomizare etiam mala. F

Dubitatio. De uoce secũdũ passionẽ intendens quispiam, acutam putarit, duplicem ob causam, iracundi uocem ponendam esse. Indignatus enim & iratus intendere consueuit uocem, & acute loqui, segniter autem dispositus remittit uocem, & grauiter loquitur. Rursus autem animalium, fortia quidem grauis uocis sunt, timida autem acutæ uocis. leo quidem, & taurus, & canis latrabilis, & gallorum qui sunt animosi grauiter uociferantur, ceruus autem, & lepus acutæ vocis sunt. Sed

A forte & in his melius est, non eo quòd ipsorum vox est acuta & gravis, fortem aut timidum ponere, sed arbitrandum est, fortem quidem fortis, remissam autem & imbecillem timidi. Est autem potissimum, quando signa non sunt confessa sed subcontrariantia, nihil ponere, nisi sint discrepantium inter se quædam quibusdam credibiliora. Et maxime quidem in speciem, sed non in tota genera referre decet: similiora enim sunt quesito. non enim totum genus hominum physiognomizamus, sed quædam eorum quæ sunt in genere. Solutio.

Passionum, Habituumque multorum signa. *Cap. VI.*

ORTIS CORPORIS SIGNA. Pili duri, figura corporis erecta: ossa, & costæ, & extrema corporis fortia & magna: & uenter amplus, & contractus ad se: armi lati & distantes, nec ualde colligati, nec omnino dissoluti, collũ forte, nõ uehementer carnosum; pectus carnosum, & latũ: coxa contracta: suræ deorsum contractæ: oculus charopus, nec valde expansus nec oĩno clausus: squalidior color in corpore: acuta frons, recta, non magna: natis neq; lenis, neq; oĩno rugosa. B ra. l. gena.

TIMIDI SIGNA. Pili molles, corpore inclinatus non erectus, suræ sursum contractę, circa faciem subpallidus, oculi imbecilles, & nimium conniuentes, & extrema corporis imbecilla: & crura parua: manus longæ & graciles: lumbi autem parui, & imbecilles, figura contensa in motibus: non temerarius, sed supinus, & stupefactibilis: mos qui est in facie, facile mobilis: mœstus.

INGENIOSI SIGNA. Caro humidior & mollior, nõ boni habitus, neque valde pinguis, q̃ circa humeros & collũ macriora, & q̃ circa faciem, & colligata q̃ sunt circa humeros, & inferiora laxata, bene soluta, q̃ sunt circa costas, & secundum dorsum non carnosus: corpus album mixto rubore, & purum: cutis tenuis: pili non valde duri, nec valde nigri: oculus charopus, humidus. C

INSENSATI SIGNA Quæ sunt circa collum & curra, carnosa, complexa & colligata; cotylę rotunda; humeri sursum contracti: frons magna, circularis, carnosa; oculus pallidus, obtusus: crura circa talum crassa, carnosa, rotunda: mandibulæ magnę, carnosæ: lumbi carnosi: crura lõga; collũ grossum: facies carnosa, sublõga satis: motus aũt, & figurã, & morem qui apparet in facie, scdm similitudines accipit.

INVERECVNDI SIGNA Oculus apertus et splendidus: palpebræ sanguineę & crassæ: et parũ curuus: humeri sursum eleuati: figura non rectus, sed parum pronus: in motibus præceps, rubeus corpore, color sanguineus, facies rotunda, pectus sursum cõtractum.

MODESTI SIGNA. In motibus tardus, et loquens tarde: vox tarda, & plena spiritu, & mitis: oculus hilaris, non splendidus,

niger, neque valde apertus, neque omnino clausus, conniuens tarde. oculorum enim qui celeriter conniuent, hi quidem timidum, illi vero calidum significant. D

IVCVNDI SIGNA. Frons ingens, et carnosa, et lenis: quæ sunt circa oculos humiliora: appatet, et facies somnolentior, neque intense aspiciens neque remisse: & in motibus tardus erit, et remissus: figura, & more qui est in facie, non præceps, sed videtur bonus.

TRISTIS SIGNA. Rugosa facies: & macri oculi, confracti. simul autē et confractiones oculorū duo significant, hoc quidem molle & fœmininum, illud vero demissum triste. & in figura humilis, et motibus remissus.

CINAEDI SIGNA. Oculus cōfractus, genu flexibilis, inclinatio capitis ad dextram, motus manuū supini et dissoluti, et ambulationes duplices, hæc quidē circūclinātis alia vero tenētis lumbos. & oculorum circunspectiones, qualis vtiq; fuit Dionysius Sophista.

AMARI SIGNA. Facie remissus, nigri coloris, macer, quæ sunt circa faciem quasi abrasa: facies rugosa, nō carnosus, recti crinis et nigri. E

IRACVNDI SIGNA. Rectus corpore, figura bene costatus, animosus, subrufus humeri distantes, & magni, & lati: extrema magna, & fortia: lenis & circa pectus, & circa bubones: barbatus probe, capillorum ambitus floridus, deorsum tendens.

MANSVETI SIGNA. Grauis specie, carnosus, caro humida, & multa: bonæ magnitudinis, et commēsuratus: figura curuus, cursus capillorum sursum vulsus.

SIMVLATOR. Pinguia quę circa faciem, & quæ circa oculos rugosa, somnolenta facies de more videtur.

PVSILANIMVS, paruorū membrorū, et paruorū articulorum, macer, & paruorum oculorum, & paruæ faciei, qualis vtiq; fuit Leucadius Corinthius.

TALORVM AMATORES, iusto breuiorem cubitum habentes, gaudentes parta victoria. F

AMATORES *MVNERVM*, quibuscūque est superius labium eleuatum, & forma proni, et rubicundi.

MISERICORDES, quicunque pulchri & albi coloris, & habent oculos pingues, & nares deorsum distantes, & semper plorant. Iidem etiam amatores sunt mulierum, & genitores fœminarum, & circa mores in amorem propensi, et semper memores, & ingeniosi, & calidi. horum autem signa dicta sunt. Misericors est sapiens, & timidus, & modestus. Immisericors insipiens, & inuerecundus.

VORACES sunt hi, quibus id quod est ab vmbilico ad pectus, maius est, quam quod inde est vsque ad collum.

LVXVRIOSVS, qui est albi coloris, & hirsutus: rectis capillis, & crassis, & nigris: & tēpora hirsuta, oculus pinguis, & lasciuus.

* a. i. cōtro uersiarum.

A *AMATORES SOMNI*, q hñt supiora maiora, curuipedes, calidi, hñtes carnē boni habit⁹, elegātes forma, & hirsuti circa vētrē.

MEMORES, qui habent superiora maiora, pulchra, & carnosa magis.

Inueniendorum Signorum methodus. Cap. VII

Identur aũt mihi aĩa & corpus compati adinuicem: & aĩę habitus alteratus simul alterat corporis formã, & iterum forma corporis alterata simul alterat aĩæ habitum. Quoniam enim animæ inest tristari & lætari, manifestũ est ꝙ tristes obscuræ faciei sunt, & gaudētes hilaris. Siquidem igitur anima dissoluta, formam, quæ est in corpore, adhuc existerę contigeret, sane & ita anima & corpus compatibilia forent, quãuis conferentes adinuicem non essent nunc autem manifestum quòd vtrunque sese consequitur. Maxime tamen id ex hoc manifestum fiat. Mania enim videtur esse circa animam: & Me-
B dici medicamentis purgantes corpus, & victibus nonnullis vtentes in ipsis permutant animam a mania: curationibus autem corporis, simul & corporis forma soluitur, & anima a mania permutatur. Quoniam igitur vtraque soluuntur, palam, quòd sibi inuicem conferunt. Manifestum insuper est, quòd virtutibus animæ similes corporis formæ fiunt. quare sunt omnia similia in animalibus eiusdem cuiuspiã declaratiua: hæc vero minime. Et quibus animalia operãtur, hæ quidem propriæ passiones vniuscuiusque sexus animalium sunt, illæ vero cõmunes. In propriis igitur operibus animæ, propriæ passiones secundum corpus, in cõmunibus aũt cões. Cõmunes quidem sunt, iniuria, & quæ est circa venerea excessus. iumentorum, & non iumentorum communis est iniuria: porcorum, & asinorum habitus qui est circa venerea. Proprium autē est, in canibus quidem, contumeliosum: in asinis aũt indolens. Qũo igitur cõmune quidē & proprium conuenit distingui, dictum est. Opus autem est multa consue-
C tudine, si quis debet esse sufficiens ad dicendum singula de his. Quoniam enim ea quæ videntur in corporibus, dicuntur referri ad similitudines quę fiunt ab animalibus, & ab actibus: & *proprietates quędam aliæ a caliditatibus, & frigiditatibus fiunt. Sunt autem horum quædam apparentium in corporibus parua differentia vtentia, & eodem nominę appellata: vt pallores qui fiunt a terroribus, & qui a laboribus: hi enim eodem nomine vtuntur, & differentiam paruam habent inter se. parua autem differentia existente, non facile est cognoscere: sed ex consuetudine formæ apparentem quidem assumere conuenientiam oportet. Est igitur & optimus modus & citissimus, qui est ab apparente conuenientia, & contingit ita eo modo vtē tem multa dignoscere: & non solum vniuersaliter vtile est, sed ad electionem signorum singularium. electorum enim quodque decere oportet tale, vt quod eligitur vult. Amplius autem secũdum electio-

Masticanda cocunt.

*alias

nem signorum, & syllogismo, quo vti opus est, vbicunque contingat, adiungentes conuenientibus conuenientia. vt si inuerecundus erit & paruiloquus, & fur vtique erit & illiberalis. & fur quidem con sequeus inuerecundiam, & paruiloquum illiberalis. In talibus igitur quibusque oportet hoc modo congruentem fieri methodum. D

Passionum, Habituumq; in animalibus distinctio, ex masculini fœminini que generis comparatione. Cap. VIII.

Nunc autem primum tentabo genera animalium distinguere, & quæ ipsorum conuenit permutari, vt sint fortia & timida, & iusta & iniusta. Distinguendum autem animalium genus in duas formas, in masculinam & in fœmininam, adiungentem id quod congruit vnicuique formę. sunt enim similes. Et quas conamur nutrire, ferarum, mansuetæ magis, & molliores secundum animas fœminæ maribus sunt, minus autem fortes, verum nutrimenta, & assuetudines manuum recipientes magis. quare existentes tales erunt ferme minus iracundæ maribus. Manifestum autem id ex nobis alicubi est: qnoniam cum ab ira vincimur, difficillime persuasibiles, & maxime respicimus, ne quicquam vsquam eueniat, ferimur autẽ ad violentiam inferendam, & patrandum, ad quodcunq; ira impulerit. Videntur autem mihi magis malefica fieri fœminea masculis, & proter uiora, petulantioraue, & illiberaliora, & impotentiora. Fœminæ igitur, & quæ apud nos nutriũtur, valde manifesta sunt; quæ vero sunt apud syluam, omnes confitẽtur & pastores & venatores, quòd talia sunt qualia sint dicta. At vero & hoc manifestum est, quòd singula in vnoquoque genere fœmina mare minoris capitis, & angustioris faciei, & gracilioris colli sit. pectora imbecilliora habent, & minorũ costarum sunt. coxendices autem, & coxas magis carnosas maribus. genua aũt flexibilia, & crura gracilia habent. pedes vero pulchriores, & formam totius corporis molliorem, quam fortiorem. minus neruosa autem sunt, & molliora prædita humidioribus carnibus. Masculina autem his omnibus contraria habentia, eo ꝙ natura sunt fortiore, & iustiore, genere, fœmina autem est timidior, & iniustior natura. E

De Leone, olum animaliũ perfectissime maris formam assumente.

His ita se habentibus, videtur Leo omnium perfectissimo assumpsisse maris formam.

Leo enim habet os ingens; faciem autem quadratiorem, non valde osseam; superiorem mandibulam non proeminentem, sed æqualiter pendentem deorsum; nasum autem magis crassum quã subtilem: oculos charopos, concauos, non valde rotundos, neque valde proeminentes: magnitudinem vero moderatam: supercilium ingens: frontẽ quadratam, ex medio subcauã magis, ad supercilia autem & nasum

sub

A sub fronte velut nubes superstat. supra frontem, iuxta nasum, habet pilos inclinatos, veluti asylum: caput moderatum, collum bonæ longitudinis, crassum, commensuratum: crinibus flauis, non planis neque valde crispis. quæ sunt circa humerorum claues spaciosa magis, quam coniuncta. humeros fortes, & pectus iuuenile, & metaphrenum latum: robustis costris, robustoq; dorso abunde præditū. coxēdices non carnosas, nec coxas: crura fortia & neruosa: gressum iuuenilem: & totum corpus articulatum, & neruosum, neq; valde durū, neq; humidum. ambulans autem tarde, & magnifice incedens, & se in humeris cum ambulat quatiens. Talis igitur est secundū ea, quæ sunt circa corpus. Quæ autem circa animam * susceptiuū, & liberale, magnanimum, & amans victoriæ, & mansuetum, iustum, & amans eorum cum quibus versetur. δεκτικὸν, Trās. ant. le. datiuum. δοτικὸν

· Pardalis aūt, inter ea quæ fortia videntur, fœmineæ formæ magis est, nisi secundum crura. his autem operatur & aliqđ opus fortitudinis facit. Habet enim faciem paruam: os magnum: oculos paruos, albos, concauos, ipsosq; circumuagentes magis: frontem longiorem, versus aures rotundam magis, quam planam: collum longū valde, & gracile: pectus expers costarum, & longum dorsum: coxendices carnosa, & coxas: que vero sunt circa ilia & ventrem, leuia magis. color aūt varius. & totū in articulatū, & incommēsuratū est. Forma corporis talis est. In his aūt quę circa animā, pusillū est, & furax, & in summa dolosum. & Animalia igitur, quæ videntur fortia, conuenientiora transumpta, masculinæ formæ & fœmininæ, dicta sunt. alia aūt quæcūq; sunt, facile est vtiq; pertransire. Quæcunq; aūt ad physiognomonizandum inspicere conueniet ab animalibus, in electione signorum dicetur. Electio autem signorum, quæ est secundum homines, sic accipitur. De Pardali, omnium animalium fœmineam formam maxime ostēdēs.

B

C

De Passionum, Habituumq́, signis, a corporis partibus sumptis. Cap. VIIII.

Vibuscunque pedes bene formati, & magni & articulati, & neruosi, fortes sunt secundum ea quæ sunt in anima. reducuntur ad masculinum genus. Quicunque autem pedes paruos, strictos, inarticulatos habent, delectabiliores aūt visu quā fortiores, molles sunt secdm ea quæ sunt in aīa. referuntur ad fœmininum genus. Quibus pedū digiti curui, inuerecūdi, & quibus vngues curui. referuntur ad aues curuorum vnguium. Quibus pedum digiti coniuncti sunt, timidi. referuntur ad coturnices strictorum pedum in lacubus degentes. De Pedibus

Quibuscunque ea quæ circa talos sunt & neruosa, & articulata, fortes secundum animam. referuntur ad masculinum genus. Quicunque autem sunt talis carnosi & inarticulati, molles secundum De Talis pedum

animam. referuntur ad fœmininum genus. D

De Crurib' Quicunque crura habent articulata, & neruosa, & robusta, fortes secundum animam. referuntur ad masculinū. Quicūque crura gracilia, neruosa habent, luxuriosi. referuntur ad aues, Quicunque crura valde superflua habent, vt parū dirupta, odibiles, & inuerecundi. referuntur ad apparentem decentiam. Qui genu flexiles, cinędi. referuntur ad apparentem conuenientiam.

De coxis. Qui habent coxas osseas & neruosas, fortes sunt. referuntur ad masculinum. Qui habent coxas ossulentas, & superfluas, molles sunt. referuntur ad fœmininum.

De Narib'. Quicunq; nates acutas osseas habent, sunt fortes. Quicunq; vero carnosa, pinguia habent, molles. Quicunq; aūt habent modicā carnem veluti desiccatam, mali moris sunt. referuntur ad simias.

De Lumbis Qui lumbosi, amatores ferarum, referuntur ad canes, & leones. Videbit vtique aliquis & canes ferarum amatores lumbosos esse.

De Ventre. Quibus ea quæ sunt circa ventrem, pinguia, bene fortes. referuntur ad masculinum. Quicunque autem non pingues, molles. referuntur ad indecentiam. E

De Dorso. Quibuscunq; dorsum ingens, & forte, fortes sunt anima referuntur ad masculinum. Qui autem dorsum strictum, & imbecille habēt, molles. referuntur ad fœmininum.

Qui autem robustis costis, fortes sunt secundum animam. referūtur ad masculinum. Qui autem non bene costati, molles sunt secundum animam. referuntur ad fœmininum. Quicunque aut ex costis circumtumidi sunt sicuti inflati, loquaces, & stultiloqui. referuntur ad boues, vel ad ranas.

De Vmbelico. Quicunq; aūt maius habent, quod ab vmbilico est vsq; ad extremum pectoris, eo, quod est ab extremitate pectoris vsque ad collum. voraces et insensibiles. Voraces quidē, quoniā ventrem magnū habent, quo appetunt cibum: insensibiles autem, quia angustum locum habent sensus, atque in arctum redactum, ab eo, qui recipit cibum, ita vt sensus grauati sint pp repletiones ciborum, aut indigentias. F

De pectore. Quicunque autem pectus magnum habent, et dearticulatum, fortes sunt secundum animam. referuntur ad masculinum.

De Metaphreno. Quicunq; aūt metaphrenum habent magnū, & bene carnosuum, & articulatū, fortes sunt secundū aīam. referuntur ad masculinum. Quicunq; aūt ibecille, & non carnosum, & inarticulatū, molles sunt scdm animā. referuntur ad fœmininum. Quibuscūq; aūt metaphrenū curuum est valde, humeriq; ad pectus cōtracti, mali moris sunt. sunt. referūtur ad apparentē conuenientiā: quia apparēt ea q̄ antrorsum, cōueniētia videri. Quicūq; aūt metaphrenū eminēs habēt, gloriosi, & insipientes. referūtur ad equos. Qm̄ aūt neq; curuū vehemēter oportet esse, neq; cōcauū metaphrenū, quęrendū bene formati.

DeCeruice. Quibuscunq; ceruix articulis eminentibus et humeri, fortes sunt

A secundum animam. referuntur ad masculinum. Quibuscunq; autẽ ceruix, & humeri imbecilles, & inarticulati, molles sunt secundũ animam. referuntur ad fœmininum. Hęc dico, quæ dixi de pedibus, & coxis. *et Humeris.*

Quibuscũq; humeri bene soluti sunt, liberales sunt secundum animam. referuntur ad apparens: quia cõuenit apparẽti formæ liberalitas. Quibuscũq; vero difficulter solubiles, conuulsi, illiberales. referuntur ad apparentem conuenientiam.

Quibuscunq; autẽ ea quæ sunt circa clauem colli bene solubilia, sensibiles. nam bene solubilibus existentibus his quæ circa clauem, facile motum sensuum recipiũt. Quibus vero quę circa claues sunt, conclusa sunt, insensibiles. difficulter enim solubilibus existentibus his quę circa clauem, impotentes sunt recipere motum sensuum. *De his quę sunt circa clauem Colli.*

Qui collum grossum habẽt, fortes sunt secundũ animam. referuntur ad masculinum. Qui aũt habent gracile, imbecilles sunt. referũtur ad fœminas. Quibus collum crassum, & carnosum, iracundi. referuntur ad iracundos tauros. Quibus autem est ingens, non valde crassum, magnanimi. referuntur ad leones. Quibus est longum gracile, timidi sunt. referuntur ad ceruos. Quibus autem breue valde, dolosi, & insidiatores. referuntur ad lupos. *De collo.*

B

Quibus sunt labia gracilia & in extremitatibus laxa, ita vt superius labiũ ad inferius protendatur ad coniunctionẽ labiorũ, magnanimi sunt. referũtur ad leones. videbit vtique aliquis hoc & in magnis & fortibus canibus. Quibus labia gracilia dura, circa dentes caninos supereminentia, qui ita habent, ignobiles. referũtur ad sues. Qui aũt crassa labia habent, & superius inferiori propẽdens, fatui referuntur ad asinos. Quicunq; autem superius labiũ, & gingiuas proeminentes hñt, amatores sunt contumeliarum. referũtur ad canes. *De Labiis.*

Qui aũt nasum extremũ crassum habent, segnes. referuntur ad boues. Qui aũt nasum extremum a summo crassum habent, insensibiles sunt. referuntur ad sues. Qui nasum extremum acutum habent, sæue irascibiles sunt: referuntur ad canes. Qui aũt nasum habent rotundum & obtusum, magnanimi. referũtur ad leones. Qui vero nasum, extremum subtilem hñt, auiculares. Quibus incuruus a frõte mox deducitur, inuerecundi sunt, referunt ad coruos. Qui aũt aquilũ habẽt, articulatũ a frõte, magnanimi. referuntur ad aquilam. Qui aũt nasum concauũ habent, & quæ ante frontem rotunda, circũferentiam aũt superiorem erectã, luxuriosi. referuntur ad gallos. Qui verosimum, luxuriosi. referuntur ad ceruos. Quibus autem nares sunt aperte, iracundi. referuntur ad passionem, quę fit in ira. *De Naso.*

C

Qui faciem carnosam hñt, segnes. referuntur ad boues. Qui faciẽ macilentã habent, accurati. Qui aũt carnosam, timidi. referuntur ad asinos, & ceruos. Qui valde paruã habent, pusillanimi. referuntur ad catũ, & ad simiã. Quibus facies magna, tardi. referuntur ad asinos, & *De Facie.*

boues. Quoniam vero neque paruam neque magnã oportet esse, D
medius habitus vtique horum erit cõueniens. Quibus autem facies
videtur parũ decens, illiberales sunt. referuntur ad apparentem con
uenientiam.

De oculis. Quibus aũt ab oculis tanquã vesiculæ dependent, amatores vini
sunt. referuntur ad passionẽ. Itẽ quibus vehemẽter cadunt quæ ante
oculos apparẽt, vt vesiculæ, amatores somni. referũtur ad passionẽ.
Itẽ ex somno surgentibus dependent quæ sunt in oculis. Qui ocu-
los paruos habẽt, pusillanimi. referuntur ad apparrentem decentiã,
& simiam. Qui vero habent oculos magnos, referuntur ad boues.
Igitur bene formatũ oportet neq; magnos neq; paruos habere ocu
los. Qui vero concauos habent, malefici. reducũtur ad simiam. Qui
cunq; habẽt oculos eminentes, fatui. referuntur ad apparentem de
centiã, & asinos. Quoniam aũt neq; eminentium oculorũ, neq; con
cauorum oportet esse, medius vtiq; habitus prę stabit. Quibuscun-
que autem oculi sunt parum concaui, magnanimi. reducuntur ad
leones. Quibus vero plus, mansueti. referuntur ad boues. E

De Fronte. Qui frontem paruam habent, indisciplinabiles. referunt ad sues.
Qui autem magnam valde, tardi. referũt ad boues: Qui vero rotun
dã habẽt, insati. referuntur ad asinos. Qui autem minus planam ha-
bent, sagaces. referuntur ad canes. Qui vero quadrangulum commẽ
suratum fronti habẽt, mgnanimi. referuntur ad leones. Qui autẽ col
lectã habent, adulatores. referuntur ad passionem quæ fit. Id autem
in canibus videbit quispiam: quoniam canes cum blandiuntur, con-
tractã habet frontem. Qui autẽ nebulosam, audaces. referuntur ad
taurũ, & leonẽ. Quoniã aũt nebulosus habitus audaciã significat,
tranquillus aũt adulationẽ, medius habitus vtiq; horum bene decẽ
ter se habet. Qui tristem habent frontẽ, mœsti. referuntur ad passio
nem: quoniã mœsti tristẽ habent faciem. Qui aũt demissam, lamẽta
bundi referũtur ad passiones, quia lugentes demissæ sunt frontis. F

De Capite. Qui habent magnum caput, sensati. referuntur ad canes. Qui ue
ro paruum, insensati. referuntur ad asinos. Qui habent capita pinea-
ta, inuerecundi. referuntur ad habentes vngues curuos.

De Aurib'. Qui aures paruas habent, simiales sunt. Qui autem magnas, asini
ni. Vi debit aũt aliquis & canũ optimos moderatas aures habere.

*De Passionum, Habituumq; signis, a communibus qui-
dem generibus desumptis, membris tamen par
ticularibus applicatis.* Cap. X.

De Coloribus.

Vi valde nigri sunt, timidi. refeuntur ad Aegyptios, &
Aethiopes. Valde aũt albi, timidi sunt. referuntur ad mu
lieres. Color aũt qui cõfert ad fortitudinẽ, mediũ horũ
oportet esse. Flaui, magnanimi sunt. referũtur ad leones

A Rubei valde, astuti. referuntur ad vulpes. Pallidi, colore turbati, timidi sunt. referũtur ad passionẽ quæ fit ex timore. Qui aũt mellei coloris, sunt frigidi. frigida aũt mobilia difficulter. mobilibus aũt difficulter existẽtibus iis quæ iuxta sunt corpus, erũt vtiq; tardi. Quibus color ruber est, acuti sunt: quoniã oĩa quæ sunt secundũ corpus, a motu calefacta erubescũt. Quibus color flãmeus est, maniaci: qa ea quæ sunt in corpore, vehementer calefacta, flãmeũ colorem habent. Qui aũt extreme calefacti, maniaci utiq; essent. Quibus aũt est flãmeus color circa pectus, difficilis iræ sunt. referuntur ad passionem. iratis nanq; superaccenduntur ea quæ sunt circa pectus. Quibus aũt circa collum & tempora venæ distensæ sunt, difficilis iræ. referuntur ad passionem, quia iratis hæc accidunt. Quibus facies supererubescens est, verecundi sunt. referuntur ad passionẽ, quia verecundatis supererubescit facies. Quibus genæ supererubescunt, amatores sunt vini.
B referuntur ad passionem, quia ebriis supererubescunt genæ. Quibus autem oculi supererubescunt, extra se feruntur ob iram. referuntur ad passionem: quia qui ab ira efferuntur ad passionem: quia qui ab ira efferuntur, erubescunt oculis. Quibus autem oculi ualde nigri, timidi. niger enim color ualde, uidetur timiditatem significare. Qui aũt non sunt valde nigri, sed declinant ad flauum colorem, boni animi sunt. Quibus autem oculi glauci aut albi, timidi sunt. uisus est. n. albus color timiditatem significare. Qui autem non sunt glauci, sed charopi, boni animi sunt. referuntur ad leonem, & aquilam. Quibus autem vino colore similes sunt. stolidi sunt. referuntur ad capras. Quibus ignei sunt, inuerecundi. referuntur ad canes. Qui autem oculos discoloratos habent & turbatos, timidi. referuntur ad passionem quia qui timuerint, pallidi fiunt colore non æqualiter. Quicunq; oculos lucentes habent luxuriosi. referuntur ad gallos, & coruos.

Qui tibias pilosas habent uenerei sunt. referuntur ad hircos. Qui
C autem ea quæ sunt circa pectus, & uentrem ualde pilosa habent, nunquam in eisdẽ perseuerant. referuntur ad aues: quia ea pectus, & uentrem ualde pilosa habent. Qui pectora habent ualde nuda, uel non pilosa, inuerecundi sunt. referuntur ad mulieres. Quoniam igitur non oportet ualde pilosa esse, neque nuda, medius habitus est optimus. Qui humeros pilosos habent, nunquam in eisdem perseuerant. referuntur ad aues. Qui dorsum habent pilosum ualde, inuerecundi sunt, referuntur ad bestias. Qui autem collum retro pilosum habent liberales sunt. referuntur ad leones. Qui aũt mentũ habẽt acutũ, animosi. referuntu, ad canes. Qui habent supercilia coniũcta, tristes sunt. referuntur ad similitudinem passionis. Qui supercilia diuulsa habent ante nasum, & extensa usque ad tempora, fatui sunt. referuntur ad porcos. Qui erectos pilos habent in capite, timidi. referuntur ad passiones: quia timentibus eriguntur. Qui capillos multum crispos habent, timidi. referuntur ad Aethiopas. Quoniam igitur & erecti, &

De Pilositate in quacũque corporis parte.

vehementer crispi timiditatẽ ferũt, qui in extremitate sunt crispi ad bonũ animũ referuntur. referũtur aũt & ad leonem. Quid frõtis, qđ est ante caput, eleuatũ habent, liberales sunt. refetũtur ad leones. Qui in capite adnatos habent capillos ad frõtem iuxta nasum, sunt liberales. referunt ad apparẽtẽ decẽtiã. (Qui lõgi, ac tardi gressus sit. vtiq; tarditate molestus, perfectiuus: qm̃ longe progredi efficax, tarde vero cogitabũdũ. Qui breuis, ac tardi gressus tarditate molestus, non perfectiuus: quoniã breuiter, tardeq; progredi minime efficax. Qui longi, ac celeris gressus minime molestus perfectiuus: quoniã celeritas perfectiuum, longitudo vero non inefficax. Qui breuis, & celeris gressus *molestus, non perfectiuus.) D

Pars hæc nõ est in antiqua translatione, & forte Græco codici addita ẽ.

*nõ molest'

De mẽbrorũ Motib'.

DE manus, & cubiti, & brachii motu eadem referuntur. Qui humeris rectis, tensis insultant, galeangones. referuntur ad equos. Qui scapulis mouentur curui, elati. referuntur ad leones. Qui pedibus inuersis ambulantes, & cruribus, fœminini. referuntur ad mulieres. Qui vero corporibus circuntorquentes se & fricantes, adulatores sunt. referuntur ad pasiones. Inclinati autem ad dextram in ambulando, cinædi sunt. referuntur ad apparentem decentiam. Quicunque oculus habent bene mobiles, acuti, rapaces. referuntur ad accipitres. Qui palpebrizant, timidi quia in oculis primum mouentur. (Qui demissum aspectum: & quibus altera palpebra immititur in oculis per medium fixi aspectus: & qui palpebras superiores tarde reducunt, molliterq; intuentur: & qui palpebras immittunt: in vniuersumq; omnes, qui molliter soluteq; spectant, referuntur ad apparentem decentiam, & ad fœminas.) Qui oculos frequenti tempore mouentes, tincturam albuginis in oculo velut immotam habent, intellectiui. si enim in quopiam intellectio vehementer fiat, anima stat, & visus. E

Hæc etiam pars in antiqua deest translatione forteq; et ipsa Græco codici est adiecta.

De Voce.

QVI voce admodũ magna vociferãtur grauiter, iniuriosi. referunt ad asinos. Quicunq; aũt vocãt a graui incipientes, & finiunt in acutũ, iracundi, & lugẽtes. referuntur ad boues, & ad decentiã vocis. Quicunq; aũt vocibus acutis, molibus, ac ruptis loquuntur, cinædi. referuntur ad mulieres, & ad decentiam. Quicunq; grauiter, vocãt, magnum ac perplexum, referũtur ad fortes canes, & decentiam. Quicunq; molliter sine contẽtione vocant, mansueti. referũtur ad oues. Quicunque vocant acute & fortiter, iracundi. referuntur ad capras. F

De Paruis corpore, & Magnis.

PARVI valde, acuti sunt. latione. n. sanguinis paruũ locũ continente, motiones quoq; valde velociter accedunt ad sapere. Qui aũt sunt valde magni, tardi. latione enim sanguinis magnũ locũ cõtinente, motus tarde accedũt ad sapere. Quicũq; aũt paruorũ siccis carnibus vtũtur, aut & coloribus, aut quẽ per caliditatẽ corporibus super fluũt, nihil perficiũt. existente. n. in latione paruo, & veloci pp igneũ, nunquã secũdũ idem est sapere: sed aliud in alio prius, quã excedens perficiat. Quicunq; vero magnorũ humidis carnibus vtũtur, & aut co

A loribus, qui propter frigiditatem innascũtur, nihil perficiunt. existente enim latione in magno loco & tardo per frigiditatem non permittit aliquid accedere ad sapere. Quicũque aũt paruorũ humidis carnibus vtũtur, & caloribus propter frigiditatem, fiunt perfectiui. existẽte enim motu in paruo, difficulter mobile temperamenti, cõmensurationem prębuit primũ ꝑficere. Quicũq; aũt magnorũ siccis carnibus vtũtur, & caloribus per caliditatem, fiũt perfectiui & sensitiui. existente enim latione in loco magna, & tarda propter frigiditatem, nihil cõducet accedens ad sapere. Quicũq; vero magni siccis carnibus vtũtur, & coloribus propter calidnatem, fiunt perfectiui & sensitiui. magnitudinis enim excessum, & carnium & coloris caliditas acquisiuit, vt commensurata sit ad perficiendum. Excedentia igitur corporum magnitudinibus, aut paruitatibus deficientia, quomodo perfecta sunt, & quomodo imperfecta, dictum est. Media autem natura horũ ad sensus optima & perfectissima, quibus vtiq; supponitur inesse.
B motus enim non multi existentes facilius ad mentem accedunt: nec etiam parui existentes supergrediuntur. quare perfectissimam & ad perficiendum quæ fuerint proposita, & ad sentiendum oportet moderatam esse magnitudinem.

INCOMMENSVRATI, astuti. referuntur ad passionem, & ad fœminam. si enim qui incommensurati, astuti: commensurati vtique erunt simul et iusti, & fortes. Relationem autem commensurationis ad corporum bonã motionẽ, & bonam natiuitatem reducere oportet, sed non ad formam maris, sicut in principio dictum est. Bene se habet autem & omnia signa, quæcunque prædicta sunt, referre ad apparentem conuenientiam, & in masculum & fœminã. hæc enim perfectissima diuisione diuisa sunt, & demonstratũ est. ꝙ masculus est fœmina iustior, & fortior, & vt in vniuersum dicatur melior. In omni autem electione signorum, alia aliis signis magis declarant manifeste subiectum: manifestissima autẽ, quę in prin
C cipalibus locis fiunt. Principalissimus autem locus est, qui est circa oculos, & frõtem, & caput, & faciem: secundus autem qui est circa pectus, & humeros. consequenter circa crura, & pedes. qui aũt circa vẽtrem, minimus. Omnino autem, vt sic dicam, ista loca manifestissima signa præbent, in quibus & prudentiæ plurimæ decor apparet.

De Commẽsuratis et Incommensuratis.

Physiognomicorum Finis.

ARISTOTELIS DE SPIRITV.

Quæstio de Spiritus natiui duratione, ac auctione. *Cap. I.*

Liber hic procuIdubio nõ est Stagiritæ.

Q Væ nam spiritus natiui duratio est, & quæ ipsius auctio? nam liquido experimur quòd cum pro ætatis mutatione, tum pro constitutione corporis, & auctior fieri consueuit, & fortior. An vt & partes cæteræ, foris accidente quopiam: sic alimentum iis apositum quæ animam habent, cõseruat ipsa, & maiora reddit. Consyderandum itaque hic est, quale id sit, & vnde accedat. Et sunt modi duo, in quos referri queat. aut enim respiratione istud fit, aut concoctione cibi assumpti, vt in partibus quoque cæteris. Et ex his minime alienus videtur modus ille, quem cibi esse perhibent. Vt enim corporum cæterorum alitionem, auctionemque omnino e materia corporea fieri videmus, ita spiritus quoque auctio, & alitio in corpus referetur aptissime. nam & ipse corpus est. Quis autem modus hic fuerit? An palam est, attractione quapiam e venis facte & concoctione illud fieri, quando sanguis extremum atque idem vniuersis est alimentum. Vt igitur ad vasorum, & eorum quæ continetur, atque omnino ad calidi alitionem quippiã attrahitur, quod aer distribuit efficaciam præbens, sibiq; ipse concoquendi vim apponens auget, nutritq;: sic hunc ipsum spiritum incrementum durationemq; accipere fortassis haud fuerit absurdũ. At quod primum est aliorum, & tam animæ cognatum, & fortassis generatione, per quam semina in partes fingendas secernũtur, & in cuiusque naturam abeunt, ea ipsa prius est, id ex alimento ortum habere, absurdnm videri queat. tale enim syncerius esse, quam vt ita nascatur, par fuerit. Deinde si omnis alimenti excremeutũ sit aliqd', cuiusmodi ab his, aut quo pacto excretio fiat? Nam expiratione fieri, rationi consentaneum non est. nam statim aerem recipit. reliquum igitur est, vt per arteriæ meatus. Sed cum quod excernitur, aut te-

A nuius erit aut crassius.& vtrumuis absurdum est. Siquidem enim hic omnium syncerissimus sit, quomodo excrementum erit tenuius? Et si sit crassius, tum fuerint meatus omnino maiores aliqui, nisi per eosdem attractio fiat,& excrementi expulsio. Spiritus itaq; ipsius au ctio et duratio ex alimēto facta, hisce fere modis esse queat. Quod autem respiratione incrementum, et durationem spiritus accipiat, vt et *Aristoteles est arbitratus, ex aere in pulmone concocto, et per vasa distributo, excrementis autem foras expulsis, id plures dubitationes habet. Primum enim concoctio hæc quo fiat? Ac par est, ab eo ipso, vt et cæterorum. Idipsum vero absurdum quoq; est, nisi ab exteriore differat aere. quo modo calor concoquet. Sed et spissiorem eundem esse rationi est consentaneum, vasorū scilicet et mollis totius humiditate coniuncta. proinde in corpulentum quippiam abibit. At si tenuius fiat excrementum, rursus præter fidem est. Dein de concoctionis quoque celeritas præter rationem est. nam inspi-

* Aristoteles

B rationem illico sequitur expiratio. quid igitur tam velociter mutare & alterare queat? Et putarit quispiam maxime calidum esse, astipulante ipso etiam sensu. nam qui expiratur aer, calidus est. Præterea si in pulmone & arteria fit, quod concoquitur, tum calidi quoque vis in iisdem erit: id quod non aiunt illi, sed spiritu moto agitatoque excalfieri aiunt. Quòd si aliunde attrahatur, aut mouente quopiam impellenteue excipitur, admiratione tum maiore, inquisitioneue id dignum est. simul autem non id erit, quod primum moueat. Postremo inspiratio vltra pulmonē non pergit, vt ipsi quoq; affirmāt. at spiritus innatus per vniuersum est animalis corpus. Quod si e pulmone tum ad infernas, tum ad partes cæteras distribuatur, quonam modo tam velox esse queat, concoctio? id enim admirandum omnino minimeq; vulgare est. neque enim ad infimas partes subito demittet concoctum aerem. Atqui necessario id secuturum videtur,

C si & concoctio in pulmone fiat,& quę infima sunt respiratione partici pent. Et tanto obscurius id esse, magisque præter opinionem videbitur, quod transitu & velut cōtactu quodam sola concoctio sic fiet. Sed & hoc præter rationem esse,& magis adhuc quam superiora videtur, vt alimenti excrementisq; eadem ratio sit. Sin per aliud quod piam eorum quæ in animali habentur, tunc rationes superiores redibunt. nisi quis respondeat, vt neque plantis, ita non cuiusuis alimenti aut partis excrementum esse. Quòd si hoc quoque tollas, & omnino eadem ratio partiū sit, superest vt cōstituatur vasorum eandem esse auctionē, quæ cęterarum est partium. distentis autem his,& maius interuallum capientibus, maior quoq; aeris copia influat, & efluat, quo modo tandem auctior fiat innatus spiritus. Ex hisce itaque modis omnibus quis vero propior sit, & necessitatem demonstratiuam habeat maiorem, inquirendum proponitur. Nam hoc peracto & demonstrato, quis sit innatus spiritus, & quo pacto is in animalibus

spirantibus auctior fiat, manifestum euadet. At in non spirantibus quæ alitio, & quæ auctio huiusce fuerit? neque enim in his quoque foris esse, recte affirmabitur. Quod si intus sit, tum e communi alimento in his quoque esse, consentaneum rationi est: quando ex iisdem simi lia fiant, & eodem modo, nisi fortassis etiam in illis accessionem ali menti huiusce foris esse, quo modo odores sentiat, affirmare quis volet. Sed non respiratio hic modus est. quamuis dubitare quispiam in hoc quoque possit, an prorsus non spirent, tum ex hoc ipso signum ducens, tum quia dum cibum attrahant, aerem quoque vna hauriat, necesse sit. Deinde quia & ipsa refrigeratione indigeant, quæ nō ali ter quam aeris attractione fieri possit. Quod si per diaphragmatis loca refrigerentur, per eam ipsam quoque partem aer ingrediatur: vnde respirationi simile quidpiam accidat. Quanquam hic non definiatur, quæ nam hæc attractio fit, & a quo fiat. aut si attractio nō fit, quo pacto fiat ingressus. Hæc enim adhuc latebant. nisi forte nullo nec attrahente, nec impellente, sed sponte aer introeat. Hoc itaq; per sese peculiarem exigit contemplationem. Eorum insuper quæ in aquis degunt, quæ nam est alitio, & auctio innati spiritus? Nam præterquam ꝙ hæc non spirant, ne omnino quidem sub aquis aerem cō tineri, neq; e puro latice spiritum gigni posse affirmamus. reliquū igitur est. vt ex alimento fit. Proinde aut non in omnibus idem modus generationis huiusce erit, aut etiam illa ex alimento spiritus generationē sortientur. nā ex tribus his, vnus. oīno necessarius est modus. Et de spiritus quidem tum auctione, tum alitione hæc dicta sint.

Difficultas de Respiratione. Cap. II.

DE respiratione vero alii non dicunt, cuius gratia fiat, sed id solum, quo pacto fiat, dicunt vt Empedocles, & Democritus. Alii ne id quidem, nec modum eius assignant, sed tanquam manifestus sit, eo vtuntur. Atqui si refrigerationis gratia fiat, idipsum exponendum est. Calidum itaque si in supremis tantum sit partibus, tum inferiora refrigeratione nulla indigent. sed non est in supremis tantum. nam spiritus per vniuersum corpus est, & initium respirationis a pulmone est. quo pacto itaque qui in extremis est, calor refrigerabitur? Et dicet quispiā refrigerationē respiratione factam in oēs partes distribui per continuitatem. sic proximas pulmoni partes ab aere attracto frigesieri, deinde vicinas frigefacere, & ita deinceps vsque ad extrema. Sed ostendendum id est fieri non posse. Quis itaq; modus extremorum erit absurdum est enim omnino statuere ea agitatione quapiam, & velut alimento nō indigere. Quod si dicas, perspirationē totius esse aliquam, quæ s. agitationem spiritibus præbeat totius: tum quis erit finis respirationis? nō. n. refrigeratio erit, si eā ꝑspiratio ef-

A ficiat. Et in vniuersum ambiguum negocium hoc totum est. Siue.n. refrigerationẽ extremorũ in respirationem referas, tum ad ea vsq; distributionis, ipsius celeritas quõo sensum effugiet? siue perspirationem cõstituas, quæ calorem in ambitu totius existentem foueat, tum præterquam quòd respirationis hic finis esse amplius non posit, siquidem perspiratione illum consequi liceat, mirabilis quoq; erit, pfecto omnium inter se partiũ fluxio & refluxio perspiratione facta. Nisi dicas eundem in vtroq; finem recte censeri. & qui in ambitu totius calor sit, nõ ita plenus & auctus perspiratione sufficienter foueri posit. qui vero in corde & vicinis illi partibus sit, vehementissimus, maiore refrigeratione opus habere, vt in primis ob hunc ipsum instituta fuisse respiratio videri queat. & proinde maiorem quoq; vim aeris eo attrahi oportere, ob quam instrumenta capaciora, & actio quædam magis conspicua a natura fuerint cõstructa. p multa.n. eiusmodi in cæteris quoq; actionibus facultatibusq; cõtingunt. Adhuc B tamen absurdum est, si ad os quoq; distributio fiat, id quod ex arteriis est manifestum. Ob hæc itaq; vt dictum fuit, de respiratione per quam diligens consyderatio est habenda cuiusnam gratia fiat, & quibus partibus communis sit, & quo modo sit. Præterea nec alimentũ oĩbus per arterias adfertur, veluti tum vasis ipsis, tum aliis partibus quibusdam. viuunt autem plantæ quoque. & aluntur. Sed hæc ad ea pertinent, quæ de interitu rerum traduntur.

Dubiationes de Respiratione, Pulsu, & Alimento. *Cap. III.*

Vm aũt motiones in arteria contenti spiritus tres sint, respiratio, pulsus, & tertia alimenti aduectio elaboratioq;, de quaque harum dicendum est, & vbi, & quo pacto fit, & cuius gratia fiat. Pulsus itaque motio qua C parte fit, sensui quoque est manifestum, quamuis scilicet animalis partẽ tangentibus. Sed respirationis motus in qua fit parte, aliquousq; manifestum quidem sensu quoque est: potior tamẽ illius cognitio ratione habetur. At alimenti motus vniuersus fere rationi est inquirendus. quæ tamen ab accidẽtibus de eo fit inquisitio, ipsa quoq; a sensu initiũ habet. Qđ igitur respiratio intus habeat initiũ, manifestũ sane est, siue ea facultas aĩæ sit, siue anima ipsa sit dicẽda, siue alia quæpiam corporum miscela, quæ per ea talem attractionẽ efficiat. At facultas, qua animal alitur, tota sibiipsi respondet, & similis est, tanquam eadẽ per vniuersum sit corpus. Et si forte non sit, at corpus tamen vniuersum æquabiliter iuxta tempus se habet in tali motu. Quod si non statim sit obuiũ, num aliqua sit differentia, inspectione partium omnium est cognoscendum. Pulsus aũt peculiaris quispiã præter hos, motus est, & quadanteaus accidentarius

esse, nec finem habere videtur, ob quem fuerit institutus. Et vt calore vehemente in humidum agente, necesse est quę in flatum resoluũtur, partes ob versationem bullas exicitare, ita pulsum quoque fieri in animalibus corpore par est. statimq; per initia primũ consistit pulsus: nam iis quæ prima sunt, coæuus calor est. & fortasse actionem caloris in materiem quæ generationi animalis substernitur, idipsum consequi est necesse. Quòd autem respirationi pulsus non respondeat, signum hoc est. Siue enim frequens siue æqualis, & siue magna sit siue leuis respiratio, pulsus similis idemq; semper manet, sed inæqualis fit & intenditur, tum pro corporis affectionibus variis, tum animæ, velut timore, spe, agonia. Sed an in arteriis pulsus eundem tenorem seruet aut æqualitatem, consyderandum est. Et videtur non seruare ad partes longe inter se dissitas animum aduertentibus. Cæterum quod dictum est non finis cuiuspiam gratia fieri, sed actionis necessitatem sequi, caloris ipsius scilicet in humidum, id omnino ita habere videtur. At inspirationis & expirationis motus siue eundem finem habet vterq;, & diuersus alter ab altero fit, siue aliũ, neque sibi mutuo respõdeant, ob finem tamen omnino aliquem fieri rationabiliter videntur. Porro de his tribus motibus ambigi recte potest, an sint coæui: & si non sint, quis horum primus sit: & an sit irrationabile, pulsum respiratione priorem statui. nam alitio priusquam totum animal sit perfectum, est, & postquam perfectum est animal. Attractio enim menstrui humoris ad formationem fœtus, & partium deliniatarum auctio nutricis facultatis opus est: quemadmodum designatio partium ex semine formatricis. Iuxta quem ordinem respirationis motus postremus fuerit. Nam tum primum respirat, vbi in lucem editus fuerit partus. eaque propter postremus hic motus est. nam alimenti attractio elaboratioque non solum post, sed & priusqnam integris sui partibus animal sit absolutum, in vtero peragitur. respirationem itaque hic motus pręcedit. At pulsus per initia statim in constitutione cordis emergit, id quod in sectione vi uorum, & pulli formatione ex ouo deprehendere liceat. Sed &, vt supra quoq; dictum est, in prima partium deliniatione, quæ per actionem calidi in humidum fit, feruorem hũc & pulsus agitationem cieri par fuerit. quare primus hic erit motus. qua ratione quoq; actioni cupiam similis esse videtur potius quam aeris attractioni, nisi & hic ad actionem faciat aliquid.

Dubitationes circa quamplurimas corporis partes, ac earum determinationes: multaq́; de ipsarum functionibus. *Cap. IIII.*

Abetur aũt & de sensu difficultas. Nam si arteria sentit solũ, nũ spiritu qui per eã fertur, an mole ipsa, an toto corpore? aũt siquidẽ aer primus animę subest, eo ipso tanquã

A potiore causa ac priore: quid igitur in animæ potentiam huiusce motionis causam referunt? quemadmodum illi quoq; faciunt. qui partem rationalem animalemq; inter causas referũt: & pro illorum sententia reprehendi non fuerint, cum & ipsi causam rogati, potentiam animæ assignent. At in non spirantibus num in mixtus externo est? An non est, sed mixtus quidem, at alio quodam modo est. Quæ itaque differentia eius fuerit qui arteria cõtinetur, ad eum qui foris est? Nam vt inter hos differentia statuatur, prorsus ratio postulat. & fortassis tenuitate necessario differat. At rursus, aut a seipso, aut ab alio quopiam calidus est. de hoc enim ita sentiendnm videtur, vt de eo qui foris est. Nam de his quæ in corpore fiunt, ita videtur ratiocinandum esse vt de hisce quæ foris eueniuut. Et a refrigeratione auxilium omnino quod dam accipit ipsa. qui intus est aer. Nũ igitur sic res habet, vt qui foris tenuiore substantia est aer, vti intro haustus fuerit & in angusta vasa intrusus, compingatur quodam modo ac
B densetur? aut mixtionem necessario accipit aliquam, dum per humores & cæterarum animalis partium molem versatur? sed tum nõ fuerit tenuior, siquidem mixtionem sic accipiat. At ratio tamen dictabat, quòd primum animæ susceptiuum sit omnino cæteris substantia tenuius esse, nisi animam quoque ipsam talem esse, nec purum quippiam, & mixtionis omnino expertem statuamus. Porro autem arteriam solam spiritum suscipere, recipiendum est: neruum non suscipere. Differunt tamen inter se, quatenus neruus tendi potest, arteria non potest, sed statim rumpitur, vt & vena. Cutis tribus hisce, vena, arteria, & neruo constat. vena quidem, nam dum pungitur, sanguinem emittit. e neruo autem, quia tendi potest. ex arteria quoq;, per spirationem enim habet. nam sola arteria spiritum suscipit. Præterea venas habere meatus in quibus tanquam officina quapiam æraria calidum latitans sanguinem calefaciat. neque enim natura cali-
C dum esse, sed illac veluti diffundi. eaq; propter arteriam concrescere, & humiditatem continere tum in sese, tum in tunicis cauum ipsum ambigentibus. quæ omnia e Sectione manifesto deprehendere liceat. Eodem modo ad intestina & ad ventrem venas arteriasque committi, quas par sit alimentum attrahere, e venis in carnes mox distribuendum, non per obliquum, sed per venarum oscula, fistularum scilicet more. Nam e lateribus venæ magnæ & arteriæ, exiles venæ vtrinque deriuantur, per obliquum scilicet, & venæ cuilibet arteria sua est adiuncta. Ad ossa quoque, que scilicet committunt inter se, & ad magnũ capitis os, venæ ac nerui finiunt. Hac parte cibum capiunt pisces & respirant; qui si non spirarent. tum ex aqua profecto exempti, morerentur illico. Quòd autem venæ & arteriæ inter se committantur, sensu quoq; ipso manifestum est. Id sanne non foret, nisi & humor spiritu, & spiritus humore opus haberet, quod & in neruo, & arteria, & vena vis caloris ingens sit. Cæ-

ternm qui in neruo habetur calor vehementissimus, naturæ eius, qui D
in venis est, plurimum habet. Non igitur calor spiritus regioui con-
uenit, tum alias ob causas, tum autem ob refrigerationem. at si actio
nes efficiat & veluti excitet, tum calido id fiat. Eorum præterea om
nium, quæ innatum quodammodo calorem obtinuere; nullo sese
obiiciente, neque refrigerante vllo, duralio est. Quòd enim omnia
refrigeratione opus habeant, fere est manifestum. Quòd sanguis in
vena calorem detineat, & veluti concludat, signum fuerit, quia dum
effluit ille, hic quoque dissipatur, & mors sequitur, quòd hepar nul
lam habeat arteriam. De semine præterea quæstio haberi potest; nũ
per arteriam feratur, & an compressione id quadam fiat, & dum
emittitur solum? Quo loco mutatio quoque, per quam sanguis in
solidarum partium naturam abit, pulcherrimam de se inquisitioni
occasionem præbet, & euidentiam. Item de neruorum nutritione,
num ex ossibus sit. videtur enim minime dissimilis amborum mo-
dus esse. Aut num id verum non sit, cum non solũ ex ossibus suspen-
si in totius animalis mole, sed & in corde visantur, qui nullis ossibus
commissi sint nerui, neque in alio vllo cum cæteris coeunt, sed in car E
nem finiunt. An hoc nil impediat, quo minus iis, qui ab ossibus pen
dent, indidem alimentum accedat, an potius ab his ipsis ossa alantur.
sed & hoc absurdum est, neque sensum astipulantem habet. nam sic-
cus natura & nullum meatum humectum habens, per sectiones ner-
uus visitur. atqui haberet, si per eum alimentum, quod est humi-
dum, ad ossa veheretur. Quapropter diligens hic est instituenda
inquisitio. Et si omnino in osse initium constituatur, vt ex hoc po-
tius neruus, quã è neruo os ipsum, alimentum capiat, quomodo igi
tur ad ossa tandem alimeutum aduehetur? aut meatus è vena arte-
riaue ad ipsum tendens quis erit? id enim in plerisque obscurum
erit, tum ad spinam maxime quisnam deriuetur? Deinde quæ ab os-
sibus ad latera committuntur, quomodo è uentre deriuentur, & at-
tractio quo pacto fiat? an plura habentur absque cartilagine, velut F
spina? sed non vt motum exerceant hæc sunt, magisque continua-
tionis gratia. Sed & si e neruo os alatur, nerui alimentũ nouisse opor
tet. Cæterum nos affirmamus e muco illis adhærente eosdem ali.
Sed rursus vnde hic, & quo pacto sit exponendum erat. Carnem e
e vena atque arteria aliud confirmat, quod dum pungitur sanguinẽ
reddit. quamuis in cæteris animalibus, veluti volucribus, & serpen-
tum ac piscium, & vniuerso ouiparorum genere non visatur: sed
sanguine multo præditis peculiare habetur. nam & volucrum pe-
ctora incisa saniem emittunt, non sanguinem. Vnguem Empedo-
cles per congelationem e neruo constitisse ait; an ne igitur eandem
rationem ad carnem, cutim ipsam obtinere dicemus? Itidem dif-
ficultas habetur de testatis, quæque molli testa contegantur animali
bus, quo modo cibus iis foris accedat. contra enim, intus magis

A quam foris aduenire videtur. Insuper autem quale in illis sit,& qua parte eiiciatur ventris onus. Item reditus ad carnem quam sit præter rationem.admirabilis enim & omnino impossibilis esse videtur. sane omnino aliis aliud alimentum est,neque omnibus sanguis esse potest. verum ex hoc cætera sunt. De natura quoq; ossium consyderatio est instituenda,an triplicis functionis causa sic extiterint,& alia ad motum,alia ad fulciendum,alia vt contegant,capiantque. Et an quartum quoque inter hęc genus sit,quod tanquam principium motus sit,velut poli. Ad motum itaque instituta fuisse dico manus ossa, & pedis, & tibię,& cubiti,& id bifariam,flectendi scilicet,& ambulandi. neque enim ambulatio absque flexione fieri potest. Sed & fulcimenta quoque in his ipsis fere consistunt. Contegunt autem & capiunt, veluti quæ in capite sunt ossa, cerebrum ipsum,& quæcūq; medullam in sese habent. Laterum ossa functionem habent,vt claudant. Initium autem cęterorum & velut immotum quiddam, spi-

B na est,a qua laterum quoque ossa originem ducunt, partes vtrinque claudentia. Et necesse erat omnino vt talis aliqua pars esset: nam quod mouetur, id e quiescente est. Simul autem esse aliquid oportet,cuius gratia. in quo genere sane prima statuerunt, nucam, & cerebrum. Præter ea vero aliud quoque genus habetur,ad committendas claudendasque partes cęteras factum, veluti claues sunt,ex hoc ipso tale nomen sortitæ. Cæterum ad vsum idoneum vnaquæque harum partium aptisime sic est comparata. Neque enim flexio siue totius siue partium fiat, si talia non sint, per inquam,spina,cubitus. Nam flexus introrsum vsum habet perquam necessarium, vt & pedis & aliarum partium consimilis motio: vniuersæ enim alicuius gratia sic institutæ fuere,vt & ossa quæ in eisdem visuntur. Sic quod in cubitu habetur focile,ad vertendum quoquouersus cubitum & manum facit: nam absque hoc supinam manum mouere aut pronam non licebat:& nec pedes leuari aut flecti potuissent absque binis fo-

C cilibus, hunc motum efficientibus. Eodem modo autem cęterę quoque partes sunt inspiciendæ, velut colli motus,an ab vno osse sit. Item quæ comprehendunt cætera ac vinciunt, velut patella est genu imposita. Et quamobrem aliis quędam ex hisce non adsint. Quæ igitur motum perficiunt,vniuersa neruos adhærentes habent. & fortassis quæcunque multam actionem obeunt, velut quæ in cubitu habentur & crure, manibusque ac pedibus. Cætera quæ præter neruos ossibus adhęrescere videntur, ligandi gratia adiecta sunt, non motus. quod genus aliæ quoque partes habent, quascunque vinciri oportebat. Neque enim in omnibus necesse id erat, aut parum admodum, quecunq; scilicet non operosas motiones faciunt, veluti spina est,quæ solummodo flectitur. Talium itaq; inter se nexus sanies est,& humor quidam mucosus. Cætera neruis quoque vinciuntur,vt quæ in articulis sunt. De hisce oībus nulla inquisitionis ratio

cõmodior institui queat, quam, quæ nunc est proposita: quo sane D
loco quæ vere initia cuiusque functionis statui queant, & cuius gratia vnumquodq; ipsorum sit, perquam diligēter inspicere conuenit: velut vtrum rectius in ossa referatur motus, & num huius gratia hęc sint: an in neruos, & quæ hisce proportione respondent partes aliæ quorūdam animaliū, vtpote in quibus spiritus motiuus primis inest: quando & venter mouetur, & cor quoq;, quorum neutrum os habet, sed e neruis texuntur ambo, & cordis substantia neruos habet. vsus itaq; horum nō quidem omnibus necessarius erat futurus, quæ animalia vocarentur, sed quæ motum quoq; exercere possent. Est itaq; inter principia istud recipiendum, ꝙ animalibus omnibus, quæ motum erant exercitură, ad huncipsum vsum aut neruos, aut quæ iis proportione responderet, partem aliam natura adnexuit. Deinde ad motum cuiq; peculiarem sua quoq; rursus instrumenta affinxit: velut pedestribus futuris pedes: & recte incedentibus binos: at per B terram omnino gradientibus plures, quibus scilicet materia terrestris magis & frigidior contigit. Quædam pedibus omnino vt carerent, accidit: nam vi totius molis erant mouenda. Sic volucribus quoque alæ sunt adiectæ, & forma naturæ ipsorum idonea. Sed & inter hæc ipsa quoq; differentia habeatur, prout magis aut minus sunt volucres. Pedes vero his quoq; sunt additi, tum alimenti gratia, tum vt recte starent: excepta vespertilione. nam huic soli his opus non erat, cum ex aere alimentum habeat, nec quiete indigeat. Atqui pedum vsus nullus alius est. Ex aquatilibus animalibus sola, quæ testata sunt, pedes habent, ob grauitatem scilicet eorum, nam alioqui per loca volui & impelli propria vi nequibant. hæc itaque communia sunt illis: sed pro cuiusque vsu idoneo singulis sua priuatim instructa fuere. Ad quæ oīa animaduertendū scilicet, est ita vt nihil ex hisce prætereatur, quod hæc inquisitio non tentet. Sic C ea quoq; quæ obuia non sunt, sed inter cæteras causas latent, velut, quamobrem multipeda tardissima sint, cum tamen quadrupeda sint celeriora bipedibus: an ne quòd toto corpore super terra gradiantur? aut quia natura frigidiore cum sint, difficilius moueri queant: aut ob aliam causam?

De actione Caloris contra Nonnullos. *Cap. V.*

Vi affirmant non calorem esse qui in corporibus animalium agat, & ꝙ vna sola latio ignis sit aut facultas, secandi videlicet, non recte dicunt. Neque .n. in corporibus inanimatis omnibus idem efficit, sed alia densat, alia rarefacit, liquefacit alia, alia cogit. quare in animatis quoque idem effici existimandum est. Quæ itaque caloris vis sit in fabrica operum naturæ, cōparatione ad artem facta, inquiretur

A retur aptißime. Et in arte aliud efficit aurifrabri ignis, quam frabri ærarii, aut quam loci ignis: vt nec ipsorum quidem ignes idem efficiunt: & cæterorum quoque inter se artificum. Proinde uerius fortasse affirmabitur, quòd & artes hoc vtantur tanquam instrumento, mollientes, liquefacientesque, & arefacientes, ac nonnullis quoque modum ac proportionem addentes. & naturam quoq; idipsum facere, vnde rerum inter se multiplices differentiæ proficiscantur. Ineptum itaque & ridiculum prorsus fuerit, leui inspectione eorum quę foris apparent, iudicium de hisce rebus ferre, priusquam intro penetraris, & in alto latentes causas attigeris. Siue igitur separatio sit, siue attenuatio, siue aliud quodcunque sint calefactio & ignitio, differentiam certæ sortientur opera, pro modo tali calore vtentium. Differentia tamen artis ad naturam est. nam illa, tanquam instrumẽto, calore vtitur: hæc, & vt instrumento, & vt materia. Qui enim ab arte ad opus adhibetur ignis, ipsius operis pars non est. at qui

B in natura habetur calor, diffusus per ipsum opus est, atque vna cum cæteris substantiam eius explet. & nulla in hoc difficultas est; sed magis in illo est, quo pacto natura hoc instrumentum ita regat, & affectiones quibusque rebus suas, ac modum omnino reliquum inurat, ut plane cognoscere scilicet, & ratione quadam vti videatur. Neque enim absque ratiocinio & cognitione hæc peragi posse videntur. neque quopacto naturæ vis cognoscendi tribui queat, satis apparet. Atqui in ignem solum & naturam spirituum hoc artificium referri non potest: at vim quampiam talem hisce admixtam esse, omnem admirationem vincit. Eadem de anima quoque admiratio subit, nam in iisdem consistit. non igitur inepte aut in idem referetur simpliciter, aut in partem quapiam eandem vis formatrix. Et cur motus perpetuo similis actio sit: nam & natura a qua fit, eadem est; & generatio itidem. At quæ differentia fuerit caloris cuiusque, siue vt organum is habetur, siue vt materia, siue am

C borum vicem præstat. nam ignis differentiæ iuxta id quod magis ac minus est summuntur. Hæc autem ore in eo vt mixtus aut immixtus, constit. nam hic purior erit, & proinde intensior gradus: ille admixtione contrarii remissior. Eadem ratio in aliis quoque simplicibus habetur. Si quidem enim alia sint, os, & caro, quæ equi est & quę bouis, aut ob id alia esse, quia e diuersis constituta sint, aut vsu ipso differre, est necesse. Si itaque sint,*diuersæ inter partes simplices, quænam cuiusque earum erunt differentiæ? Sin eædem sint cum iis, quæ in aliis habentur. necesse est enim alterum e duobus hic esse, vt in cæteris quoque rebus. Nam vini & mellis temperamentum per subiecta differre dicimus. vini autem ipsius si differentia, per rationem. Quare Empedocles simpliciter huiusce diuersitatis causam osis naturam asignat. Siquidem enim vniuersa eandem mixtionis rationem sortirentur, non differre in-

ter se oportebat, equi leonis, atque hominis partes. At nunc duritie mollitieque tum inter sese, tum a cæteris differunt. Sed & quę in eodem animali habentur partes, tum densitate, tum raritate, tum cæteris quoque affectionibus plusculum inter se differe videntur. Quapropter non eadem temperatio omnium est. nam crassities & tenuitas, magnitudo & exiguitas in quanto: durum autem & densum, & quæ hisce contraria sunt, in quali mixtionis consistunt. Cæterum qui ita sentiunt, exponant oportet, quo pacto vis, quæ artificio præest, alia fit. etenim hanc auctiorem esse, aut omnino minorem sic eueniet, & per seipsam, & per mixtionem: aut certe ab alio intendi, quemadmodum quæ elixantur assanturue, id quod vero fortasse proprius est. simul enim miscet ac fingit natura. Porro eadem quoque de carne ratio est. nam & eædem propemodum differentiæ sunt. Ita de vena & arteria ac cæteris. Eaque propter alterum e duobus necessarium sit, aut vt ratio horum iuxta mixtionem non sit eadem, aut non e duricie & densitatę ab hisce contrariis passionibus rationes ducendas esse. D E

Libri de Spiritu finis.



ARISTOTELIS
DE COLORIBVS LIBELLVS,
A Simone Portio Neapolitano
latinitate donatus, ac
COSMO MEDICI
Florentinorum Principi
Magnanimo D.

De coloribus Simplicibus. Cap. I.

SImplices colores sunt, qui elementa, puta ignem, aerem aquam,& terram sequuntur. Aer enim & aqua per se sunt natura alba: ignis autem, & Sol, flaui: terra vero natura alba est,at propter tincturam multicolor apparet. quod in cinere fit manifestum. nam exusto colore,qui tincturam faciebat, albus euadit:nō tamen omni ex parte:q fumo, qui niger est,tingatur. Quocirca etiam lixiuium efficitur flauum:flāmeo,& nigro aquā colorante. Niger aūt color cōsequitur elementa,cum in se inuicem mutātur. Alii,qui ex his facile intelliguntur, fiunt mixtione sibi inuicem temperatorum. Tenebra autem fit deficiente lumine. Tripliciter enim nigrum nobis apparet.aut enim omnino quod non videtur est natura nigrum:aut a quibus nullum prorsus lumen fertur ad oculos. nam quod non videtur, cum ambiens locus videtur, nigri reddit apparentiam. apparent item nobis huiusmodi omnia nigra,a quibus rarum & paucum lumen reperitur. Quare & nigræ apparent vmbræ. Similiter & aqua,quando exasperata fuerit, quemadmodum maris horror. nam propter superficiei asperitatem paucis radiis incidentibus, & dissipato lumine,vmbrosum nigrum apparet. Propterea & nubes, quando densa fuerit valde. eadem quoque ratione, & aqua, & aer, quando non omnino penetrat lumen.etenim hæc videntur esse nigra, quòd profunditatem habeant: eo quòd omnino rari radii refranguntur. intermediæ enim partes ipsorum luminis, omnes videntur esse ni-

Libri huius phrasis Theophrastū potius autaliū, quam Stagiritam sapere videtur.

Tripliciter nigrum apparet.

græ propter tenebram. Quòd autem tenebra non fit color, fed luminis priuatio, non difficile eft tum ex aliis multis difcere, tum potifsimum ex eo, quòd non fit fenfibilis, quanta qualifq; figura fit tenebra, quemadmodum in aliis vifibilibus. Quòd autem lumen fit color ignis, perfpicuum ex eo eft, quoniam nullum alium quam huc inuenitur habere colorem: tum quia hic folum eft per fe vifibilis, alia vero per hunc. Cæterum hoc eft confiderandum, nonnulla enim quæ non funt ignis, neque ignis fpecies natura, lumen facere videntur. Quin ergo ignis color eft lumen: non tamen etiam lumē, ignis folius eft color. Sed vfu venit hunc colorem, non foli igni ineffe, lumen tamen effe ipfius colorem. nullo quippe alio eius vifionem fieri contingit, nifi lumine: vt & aliorum omnium corporum corporis apparentiæ. Nigrum autem colorem fieri contingit, cum aer, & aqua ab igne comburuntur. quare & omnia ambufta nigrefcunt, velut ligna, & carbones igne extincto. Quin & fumus, qui ex latere prodit: vbi humidum, quod lateri inerat, excernitur, & comburitur. Quocirca & is fumus eft nigerrimus, qui ex opimis, & pinguibus, puta oleo, pice, ac tedà erumpit: propterea quòd hæc maxime comburantur, continuitatemque faciant. Nigra præterea & hæc fiunt, per quæ fluit aqua, cum, vbi mufcofa facta fuerint, primum humidum exiccatur: quēadmodum et parietum tectoria, itidē & lapides, qui funt in aqua. etenim hi facti mufcofi, ac poftea exiccati, euadunt colore nigri. Simplices igitur colores, tot talesq; funt. D B

De coloribus Mediis, fiue Mixtis. Cap. II.

Eliqui colores, qui ex horum temperamento, & maioris, minorisq; ratione gignuntur, multas ac varias præbent colorum imagines, maioris quidem, minorisque ratione, ceu puniceus, & halurgus: temperamento vero, vt albus, & niger, quandoquidem mixti, fufci reddunt apparentiam. Quamobrem niger & vmbrofus mixtus lumini, puniceum. nam nigrum mixtum lumini, tum quod a Sole, tum qđ ab igne emicat, confpicimus femper effe puniceum: & nigra ignita omnia mutari in puniceum. etenim fumofæ flammæ, et carbones, quando funt accenfi, cernuntur colorem habere puniceum. Halurgus vero floridus fit, & fplendidus, quando cum mediocri albo & vmbrofo infirmi Solis radii temperantur. Vnde & circa orientem, ac occidentem aer purpureus eft, fiquando oriente, occidenteque Sole apparet. radii enim imbecilles tunc maxime in aerem vmbrofum incidunt. Apparet præterea mare purpureum, cum vndæ fublatæ in inclinatione vmbrantur. nam imbecilles Solis radii in fedem illabentes, efficiunt vt color appareat halurgus. Quod in pennis quoque fieri confpicitur. cum enim aliquo modo ad lumen ex- F

A tenduntur, halurgum reddunt colorem: verum pauciore incidente lumine, caliginosum, quem vocant ὄρφνινον, id est opacum. Copiosum autem, & primo nigro temperatum, puniceum. qui cum floridus est, ac coruscans, in flammeum colorem mutatur. Nam pro mutuo in se inuicem temperamento ita accipere conuenit, ex subiecto colore conspecto miscentes, non autem omnium similem statuentes generationem. Est enim colorum, non simpliciter quidem, sed rationem habet eandem cum quibusdam compositis, quam habent simplices inter se: propterea quòd mixtio vnius habet latitudinem, & non insignem in vniuerso, & præuisum similiter constituit. Nam cum dicimus temperamentum halurgi, aut punicei, necesse est similiter atque eos qui miscentur ex his, faciuntq; alium colorem, narrare generationem, & non facere similem apparentiam: eo quòd oporteat sumere & considerare temperamentum ex præconstituto. puta, quòd color vinosus gignitur, quando cum nigro puro & coruscanti temperantur radii aerii; quemadmodum & racemorum

B acini. etenim horum apparet color vinosus, interea dum maturantur: at simul, atque nigruerint, puniceus in halurgum mutatur. Porrò iuxta commonstratum modum, oportet omnes colorum differentias considerare, sumentes similitudinem ex motu, secundum apparētem mixtionem quæ est in vnoquoque assimilantes, atque in his, qui particulatim in generatione aliqua & temperamento præbent apparentiam, etiam fidem adferentes. Oportet autem & omnium horū instituere cōtemplationem, non commiscentes hos colores, velut pictores: sed ex prædictis, conferentes radios reflexos inter se. ita .n. potissimum quispiam possit secundum naturam temperamenta colorum contemplari. Fides vero & similia considerare oportet ex iis, in quibus erit manifesta colorum generatio. Hæc autem præcipue sunt, lumen Solis, & Ignis, aer, & aqua. nā prout magis, minusq; miscentur, hæc potissimum omnes, vt ita dicam, colores absoluunt. Que colores absoluunt.

C Assumere præterea oportet similitudinem & ex aliis coloribus permixtis cum radiis. carbones enim, & fumus, & ærugo, & sulphur, & pennæ, mixta alia radiis Solis, alia splendori ignis, multas & varias reddunt coloris mutationes. Sunt quædam etiam in concoctione consideranda, quæ fiunt in plantis, & fructibus, & pilis, & pennis, & id genus omnibus.

De colorum Infinitate. *Cap. III.*

T vero non oportet nos latere, ob quot causas multiformitas, & colorum infinitas accidit. inueniemus enim, aut propterea quòd impariter ac inæqualiter cum lumine & vmbris temperamenta sumuntur: nam lumē & vmbræ, secundum magis & minus, plurimum a se

a se inuicem dissident, quare tum per se, tum mixta cum coloribus D
creant colorum mutationes: aut eo quod qui temperantur, multitudine & viribus differunt: aut quia non habent easdem rationes. multas enim & halurgus habet differentias, & puniceus, & albus, & reliquorum singulis tum propter magis & minus, tum ob mutuam mixtionem, ipsorumque sinceritatem. Adfert item differentiam, & cum splendidum ac coruscans est id quod admiscetur: aut contra, squallidum, & minime splendidum. Est autem coruscans, nihil aliud nisi continuitas luminis, & densitas, sic enim aureum, quando flauum & solare densatum vehementer coruscat. Quare & columbarum colla, & aquarum guttæ, aureæ apparent, cum lumen repercutiur. sunt etiam quædam, quæ leuigata attritu, & potentiis quibusdam, diuersos & varios obtinent colores, ceu argentum attritum, & aurum, & æs, & ferrum. Et nonnulla genera lapidum diuersos faciunt colores (ceu &c. nigri enim cum sint, albas depingunt lineas, eo B
quod omnium eiusmodi primæ quidem constitutiones ex paruis sint particulis, & densis & nigris: sed a tinctura, quam nacti sunt in generatione, omnibus meatibus coloratis, per quos permeauit ipsorum tinctura, aliam habuerint coloris imaginem. qui vero attritu absumptus est ab iis, non amplius est aureus, neque æreus, neque alium vllũ eiusmodi habet colorem, sed prorsus niger est: propterea quod pori, dum ipsi conteruntur, disrumpantur, per quos tinctura permeauit: natura vero etiam ex eisdem fit.) nam cum prior his color non amplius sit nobis manifestus, propterea quòd in attritu tinctura sit distracta, secundum naturam illis insitum colorem videmus. quo circa etiam omnia apparent nigra. dum autem vnumquodque horum atteritur ad æquale aliquid & læue, quemadmodum & ad lapidem Lydium, deponunt insitum ipsis colorem, nigrum scilicet, & assumunt denuo colorem, quem habebant a generatione, † in coniunctione, & continuitate, ipsum tincturæ diaphanum. † Quæ comburuntur autem, & dissoluuntur, & liquefiunt in igne, hæc multas habent colores, quorum fumus est tenuis, & aereus, etiam colores vmbrosi, vt is qui ex sulphure, & æruginosis æramentis exhalat, & quæcunque sunt densa & læuia, velut argentum. Alia autem, quibus vmbrosi sunt colores, etiam læuitatem participant, velut aqua, & nubes, & auium pennæ: etenim hæc, tum propter radios incidentes, tum læuitatem, aliàs aliter tẽperatos, diuersos efficiunt colores: quemadmodum & tenebra. Nullum autem colorum videmus purum qualis est, sed omnes aliis temperatos. nam etsi aliorum nulli, luminis tamen radiis & vmbris temperati, alii atque alii, & non quales sunt apparent. Ideirco et quæ in vmbra spectantur, & lumine, & Sole, & duro aut molli fulgore, & quæ secundum inclinationes ita aut ita se habent, & secũdum alias differentias, diuersa apparent. Item cum radiis, qui ab igne, & Luna, & candelis emittuntur: eo quod lumen vniuscuiusque horum di-

Hæc verba his inclusa signis ( ) in nõnullis desunt codicibus.

Et †† hæc in aliquo codice deficiunt.

Nullũ colorẽ videmus purum.

A uersiorem obtineat colorem. † Et colorum inter se inuicem mixtio ne. nam cum per se inuicem feruntur, colorantur.† Lumen enim quando illabens ab aliquibus coloratur, & fit puniceum, aut herbaceum: & quando quod temperatum est incidit in alium quempiam colorem, rursus ab illo temperatum, aliud quoddam sumit coloris temperamentum. atque id asidue quidem patiens, sed non sensibiliter, interdum accedit ad oculos, ex multis quidem temperatum coloribus, sed vno quopiam ex iis quæ maxime præpollent, sensum creās. Quapropter & per aquam aquea magis apparent, & quæ videntur in speculis, colores habere similes speculorum cernuntur. quod etiā in aere euenire putandum est. Itaq; colores omnes mixti ex tribus gignuntur, lumine, & per quæ apparet lumen, ceu aqua & aere, & tertio subiectis coloribus, a quibus contingit lumen refrangi. Album aūt & diaphanum, quando rarum fuerit valde, apparet colore aereum. in densis vero omnibus apparet quædam caligo, quemadmodum in aqua, & vitro, & aere, quando fuerit crassus. radiis enim propter densitatem vndequaque deficientibus, nequimus quæ intra eos sunt exacte perspicere. * Aer autem cominus inspectus, nullum videtur habere colorem, nam propter raritatem a radiis vincitur, ab iis separatur cum densiores sint, & per eum appareant. Cum vero in profundo cernitur, proxime apparet colore cyaneus, propter raritatem. vbi enim deficit lumen, ibi tenebra interceptus, apparet cyaneus. condensatus aūt quemadmodū & aqua omnium albissimus est.

Et hęc †† desunt i aliquibus codicibus.

Colores mixti ex tribus gignūtur.

B

De coloribus Artificialibus. Cap. IIII.

C Porro quæ tinguntur, omnia colores, a tingentibus sumunt. multa enim floribus, & terra nascentibus, & radicibus tinguntur, & corticibus, & lignis, & foliis, & fructibus. prætérea multa terra, multa spuma multa & atramento quinetiā nonnulla, animaliū succis, quemadmodum halurgus purpura. alia vino, quædam fumo, aliqua lixiuio, nonnulla mari, ceu pili maritimorū. etenim hi a mari rufi euadunt. Et omnino quæ colores habent proprios. semper enim ab omnibus iis, vna cum humido & calido coloribus simul ingredientibus in eorum quæ tinguntur, meatus, quando aruerunt, ab illis colores suscipiunt. quocirca & sępenumero ex iis eluuntur, floribus effluxis ex meatibus. Quinetiam astrictiones, multas gignunt in tinctura differentias, & mistiones, & passiones eorum quæ tingūtur, quomodo & de temperamento dictum fuit antea. Tinguntur aūt & nigra vellera, non tamen simili modo colore fiunt splendida: eo quod meatus ipsorum tingantur, ingredientes in florum poros: verum intermedia pili spatia nullam sumunt tincturam. Alba quæ sunt, quæque inuicem comparantur cum coloribus, efficiunt, vt

omnes flores appareant splendidiores: nigra vero contra, vt vmbrosi, & caliginosi. quocirca & qui opacus vocatur, floridior fit in nigris, quam albis. ita enim meracior ipsis apparet flos temperatus cũ radiis nigri. nam per se interuallum inter meatus non videtur, propter exiguitatem: velut neque stannum temperatum æri, neq; aliud quippiam eiusmodi. Colores vero eorum quę tinguntur, alterãtur propter prædictas causas. D

De mutatione colorum ex Concoctione. Cap. VI.

Ili poro, & pennæ, & flores, & fructus, & plantæ omnes, quòd simul cum concoctione omnes sumunt colorum mutationes, ex multis est conspicuum. quæ nam autẽ sint singulis eorum quæ terra nascuntur, colorum principia, & quales ex qualibus mutationes suscipiunt, & propter quas causas hæc patiuntur: item si quas dubitationes contingit ea comitari, de his omnibus ex huiusmodi est considerandum. In omnibus autem plantis principium colorum est herbaceus. etenim germina, & folia, & fructus fiunt initio herbacei. Viderit autem id aliquis, & in aquis pluuiis, vbi pluscule tempore aqua constiterit, denuo exiccata, fit colore herbacea. Secundum rationem autem accidit, hunc omnibus iis quæ terra nascuntur, primum consistere colorem. nam aquæ omnes vetustę, initio quidẽ fiũt virides, temperatę radiis Solis: paulatim vero nigrescentes, rursus mixtæ viridi, fiunt herbaceæ. nam humidum, velut iam dictũ est, ꝓ se inuertens ascens, & exiccatum, nigricat, quemadmodum & cisternarum tectoria. etenim horum quæcunq; semper sunt in aqua, ea omnia nigrescunt: eo ꝙ iuxta ea * arescat refrigeratus humor. Sed quæ hausta insolatur, partim fit herbacea, propterea ꝙ flauũ cũ nigro temperatur: partim humore magis nigrescente, herbacea fit saturata valde & porracea. Quapropter & omnium germina vetusta, multo sunt nouellis nigriora. quædam uero flauiora, eo quòd nondum humor in iis nigricet cum etenim incrementum ipsorum fit tar dius, & humor diu in eis permaneat, ꝑpterea ꝙ refrigeratus valde nigricet humor, fit porraceus, meraco nigro temperatus. In quibus autem humor non miscetur radiis Solis, horum color permanet albus: nisi vetustescens & exiccatus antea nigruerit. Quocirca omniũ quæ terra nascuntur, ea quæ supra terram sunt, primum sunt viridia: quæ vero in terra, velut scapi & radices, alba. Quinetiam germina intra terram quæ sunt, albent: at ablata terra, initio velut dictum est, omnia fiunt herbacea: propterea ꝙ humiditas, quę per germina ad ea percolat, eiusmodi habeat coloris naturam, eaque illico in fructuum incrementum absumatur. Cum vero non amplius augentur, eo ꝙ calidum iam non dominetur affluenti alimento, verum E F

A etiam contra resoluitur humor a caliditate, & fructus omnes maturescunt, concocta tum a Solis, tum ab aeris calore, quæ in fructibus erat humiditate, a plãtis suscipiunt colores, quomodo & quæ tinguntur a floribus. quare paulatim colorantur, & potissimum eorũ partes quæ ad Solem & tẽporem obuertuntur. Quare & colores suos vna cum anni temporibus mutant. Nam qui sunt herbacei coloris, omnes iam maturati, mutantur in eum qui secundum naturam est, colorem. Etenim albi, & nigri, & fusci, & flaui, & nigricantes, & vmbrosi, & propemodum omnes habentes colorum differẽtias euadũt. Verum quoniam plurimi colores fiunt, pluribus sibi inuicem temperatis: patet ꝙ & colores qui sunt in plantis, necesse sit eadẽ habere temperamenta: nam humor per has percolans, & secum eluens, omnes colorum potentias recipit: atque hoc concocto circa fructuum cõctionem, tum a Solis, tum ab aeris caliditate, singuli per se consi-
B stunt colores, alii quidem citius, alii vero tardius, quemadmodum euenit & in tinctura purpuræ. nam vbi hac contusa vniuersam ex ea humiditatem eluerint, eamque effusam coxerint in cortinis, primum nullus omnino color in tinctura conspicuus est, eo ꝙ paulatim ipsorum quisque, humido magis concocto, & insitis iis coloribus sibi inuicem permixtis, multas variasque capiat differentias. Etenim niger, & albus, & opacus, & aereus, & tunc oẽs ex simul elixatis gignuntur. quare propter temperamentum, non amplius per se aliorum colorum quisquam conspicitur. Idem hoc accidit & in fructibus. in multis enim, eo ꝙ non omnes colorum concoctiones simul fiunt, sed quidam ipsorum prius consistunt, quidam postea, ex aliis in alios mutantur. ceu racemi, & palmulæ. etenim hi interdum primum fiunt punicei: sed atro in se consistente, in vinosum mutantur: deniq; fiũt cyanei, quando iam puniceus multo & meraco nigro permixtus fuerit. Nam colores qui postea accedunt, quando præualent, priores
C colores euariant. maxime autem hoc in nigris fructibus conspicuũ est. fere enim ipsorum plurimi, vt dictum est, initio ex herbaceo commutati, paululum in puniceum vergunt, fiuntque ruffi: sed confestim cõmigrãt rursus ex ruffo, etiã meraco nigro in huiusmodi insito. Declarant autem & sarmenta, & vellera, & folia omnium cuiusmodi sunt nigra: propterea ꝙ iis insit plurimus eiusmodi color. siquidem ꝙ fructus nigri etiam ambos colores participant, manifestum est. omnium enim taliũ succus est vinosus. Colores vero in generatione punicei posteriores sunt nigris. indicio est aũt. nam sub stillicidiis pauimenta, & omnino vbi contingit mediocris aquarum eruptio, in locis vmbrosis, omnia mutantur primum ex herbaceo in puniceum colorem: fitque pauimentum, tanquam sanguis nuper mactatus esset eo loco, quo color herbaceus adeptus est concoctionem. Postremo autem, etiam hic valde fit niger & cœruleus, quod contingit & in fructibus. Porro, ꝙ accedentibus posterioribus coloribus, cum euin

cuntur priores, color fructuum mutatur. ex huiusmodi quoq; facile D est perspicere. nam mali punicæ fructus & rosarum folia, initio quidem fiunt alba, sed postremum coloratis eorū succis a concoctione, pallent, mutanturq; in halurgum colorem & puniceum. Quædam plures in se habent colores, ceu & in papauere succus, & in olea amurcæ. etenim hic primum fit albus, quemadmodum mali quoq; punicæ fructus. exalbarus autem rursum in puniceum mutatur colorem. postremo vero multo nigro temperatus, fit cyaneus. Quocirca & papaueris folia, superiora obtinent punicantia, quòd celer fit ipsorum excoctio: quæ vero sunt iuxta principia, nigra, iam hoc colore in eis euincente, velut & in fructu: nam tandem fit niger. In quibus vero plātis vnus solus color est, puta albus, aut niger, aut puniceus, aut halurgus: harum omnium fructus permanent, semper eādem habentes coloris naturam, vbi semel ex herbacco in alium colorem fuerint mutari. Porrò flores cum fructibus in nonnullis vnicolores esse B contingit, quemadmodum res se habet in malo punica. etenim fructus eius, & flos est puniceus. In nonnullis vero multum colore differunt, velut & in lauro, & in hedera. flos enim omnium harum est flauus, at fructus niger. Puniceus præterea & mali. etenim huius flos est albus purpurasce us: fructus vero flauus. Papaueris item flos est puniceus: at fructus, alius niger, alius albus. propterea quòd concoctiones insitorum iis succorum, aliis atque aliis fiant temporibus. Facile autem hoc est ex multis contueri. † etenim fructuū quidam, velut dictum est, multas differentias & colorum, & odorum, & saporum, vna cum concoctione capessunt: *quare & odores, & succos longe differenres contingit flores, & fructus concomitari. Amplius, id magis in ipsis floribus est perspicuum. eiusdem enim folii aliud est nigrum, aliud puniceum. nōnullorum autem aliud est album, aliud purpureum. maxime aūt id patet in iride. multas enim hic flos continet in se varietates* propter concoctionis differentias, quemadmodum & racemorum, quando iam maturi fuerint. quocirca etiam omnium maxime foliorum extrema concoqui contingit: quæ vero sunt circa initia, sunt multo decoloratiora. Propemodum.n. quorundam quasi exuritur humidum, prius quam propriam capiat coctionem. ideo & flores colore permanent: fructus vero concocti mutantur. nam illi propter alimenti paucitatem confestim excoquūtur: at fructus propter humoris copiam, in omnes qui secundum naturam sunt, vna cum concoctione mutātur colores. Manifestum autem id est, vt dictum fuit antea, & in floribus eorum quæ tinguntur. nam initio cum tingentes purpuram, demittunt sanguineas sanies, quas αἱματίδας vocant, opacæ fiunt, & nigræ, & aeriæ. flore vero satis elixato, fit floridus, halurgus, & splendidus. Quare necesse est, & florum multos similiter coloribus fructuum euariare: & alios excellere, alios autem deficere a coloribus natutalibus: propterea q quorun-

Et hoc loco vari sunt codices.

A dam ſit imperfectior,& quorundam perfectior concoctio.flores igitur & fructus,propter has cauſas,diſcrepare inter ſe contingit.Multæ autem plurimarum arborum tandem fiunt flauæ:eo ꝙ alimento deficiente antea præuentæ inareſcant, quã mutentur in colorem qui ſecundum naturam eſt.quandoquidem & defluentium fructum a liqui fiunt colore flaui,propterea ꝙ & horum prius concoctione deficiat nutrimentum.Amplius,& frumentum , & omnia quæ terra naſcuntur . etenim hæc poſtremum fiunt flaua . nam cum humidum in iis non amplius nigreſcat,propterea ꝙ celeriter exareſcit efficit coloris mutationem . nigreſcens autem & viridi temperatum fit, velut dictum eſt,herbaceum: verum ſi infirmius ſemper fit nigrum, rurſus paulatim in viridem mutatur colorem,ac tandem fit flauum.quando quidem pyri folia & portulacæ,& aliquorum aliorum concocta, fiũt punicea, at quæcunq; horum celeriter quoque exareſcunt , ea fiunt flaua,quod eorum nutrimentum ante concoctionem deficiat.Ratio
B ni igitur maxime conſonum eſt,plantarum differentias euenire,propter prædictas cauſas.

De colore Pilorum,Pennarum,& Cutium. *Cap. VI.*

Iunt autem & pili,& pennæ,& cutes equorũ & boum, & ouium,& hominum , & aliorum animalium omnium alba , & fuſca , & ruffa , & nigra,eandem ob cauſam. Alba quidem, cum humidum adhuc proprium retinẽs colorem exiccatum fuerit a cõcoctione.Nigra vero cõtra, quoties ipſum in generatione humidum , quemadmodũ in aliis omnibus antiquatũ & tẽpore confectũ,ꝑpter copiã nigruerit . omnium.n.talium & pelles,& cutes fiunt nigrę.Fuſca aũt,& ruffa,& flaua,& reliquis prędita coloribus,quæcunq; præuẽta ſicceſcunt prius, quã in ipſis humidũ ꝑfecte mutet̃ in nigrum colorẽ.Quibus aũt inæ-
C qualiter hoc accidit.etiam colores tales fiunt varii . quare ẽt omnia cutes & colorem cõſequuntur.quandoquidem ẽt hominũ rufforũ,& pili ſunt alboruffi.nigrorum vero,nigri.ꝙ ſi ſecundũ aliquã coporis partẽ effloruerit albũ:vniuerſi pilos quoq; albos habent eo loco.ſicuti ea quæ ex aĩalibus varia ſunt. Ita oẽs pili, & pęnę cutes ſequũtur, & ſecũdũ partes,& ſecũdũ corpus ſolũ.Similiter his ſe habẽt vngulę ſolidę,& bifidę,roſtra,& cornua etenim hęc nigrorũ fiũt nigra: alborũ aũt alba,ꝑptera ꝙ ẽt his oĩbus alimẽtũ ꝑcutẽ ad exteriorẽ ambitũ ꝑcolator. Quod aũt hęc ſit cauſã,haud difficile eſt ex multis ꝑſpicere.Nam puerorũ omniũ capita initio ſunt ruffa,propter alimonii paucitatem.atq; id manifeſtũ eſt.nã capilli imbecilles ſunt,& rari,eãdem ob cauſam. Præterea ẽt primũ breues omnibus pueris ꝓueniunt:verũ ꝓgrediente ętate nigreſcunt , rurſum iis coloratis ꝓp affluentis alimenti copiã.Simili modo & circa pubem ac barbã,cũ pri

mum cœperint pubeſcere,& lanuginē emittere,hę quoq; fiūt initio D
ruffæ cito,ꝑpter humiditatis paucitatē, quę in ipſis deſiccatur. Vbi
vero pluſculū alimēti ad locū defertur,rurſus nigreſcunt.Pili aūt in
corpore,plurimo tēpore ruffi perdurant,propter alimēti inopiā.quo
niā quo tēpore augētur,etiā hos ſimiliter nigreſcere cōtingit,quem
admodū & pubis,& capitis pilos.indicio aūt id eſt. nā quæcunq; pro
lixos habēt pilos,vt plurimū qua parte proximi sūt corpori,ſunt ni
griores:circa ſumma vero ſunt flauiores,vt ſunt ouiū , equorum , &
hominum:propterea ꝙ iis paucisſimū alimentū ad hæc loca deferat,
& exareſcat celeriter.Fiunt & pennæ nigrarum auiū,quæ prope cor
pus ſunt, nigriores omnibus: quæ vero in ſummis partibus ſunt,fla-
uiores.eodē modo & quæ circa collum ſunt,& omnino quæ paucū ca
piunt alimētum.patet id.nam omnes pili a pfectione mutant, fiūtq;
ruffi,eo ꝙ rurſum alimentū deficiēs celeriter exareſcat: Deniq; albi
prius,quā humidū nigreſcat:alimēto in iis excucto.maxime aūt hoc E
perſpicitur in animalibus ſubiugalibus. omnium.n.pili fiunt albi. lo
cis.n.nequeuntibus ſimiliter attrahere nutrimentum, propter calidi
imbecillitatem,humidum celeriter exareſcēs,fit album.Et quæ ſunt
circa tempora maxime omniū caneſcunt, & in ſumma circa infirma
& laborātia loca. Propterea & omniū maxime in hunc colorē mutā
tur,cum naturā commutauerint propriā.etenim lepus factus eſt iam
albus:& niger vtiq; apparuit tum ceruus, tum vrſus.ſimiliter aūt his
& coturnix,& perdix,& hirundo. cum enim omnia talia ſint imbecil
la generatione,propter alimenti paucitatē ante tempus excocta,fiunt
alba.Ita & puerorū quidam ſtatim & capita habent alba,& cilia,& ſu
percilia:quemadmodum aliorū quoq; cuiq; ſub ſenectutē aperte hęc
canitiei pasſio cōtingit propter imbecillitatem,& paucitatem. Quo
circa & plurima animalia alba,infirmiora ſunt nigris.ante.n.quā pfi
ciatur ipſorum augmentū,propter alimenti paucitatem excocta,fiūt
alba,quemadmodum & ex fructibus quicunq; morbo correpti fue- F
rūt:etenim hi multo magis propter imbecillitatem excoquūtur.Quę
aūt fiunt alba,multū differentia ab aliis , vt equi,& canes . hmōi au-
tem omnia mutātur ex eo,qui ſecundū naturā eſt,colore in alba,pro
pter alimenti bonitatem.humidum.n.in eiuſmodi nō vetuſteſcens ,
ſed abſumptū propter incrementū,fit nigrū.nam plurima talia ſunt
humida & infrugifera,propter alimēti bonitatem. quapropter neq;
albi pili mutātur. id autem eſt pſpicuum , ſiquidem nigra ante cani-
tiem ruffa efficiūtur,alimento iam in iis deficiēte,& magis excocto:
poſtremo vero alba. Cæterū*quidā exiſtimant, nigra omnia fieri ,
propterea ꝙ alimentum ipſorum cōburatur à calido,quemadmodū
& ſanguinem,& aliorum vnumquodq;,errantes.nonnulla.n. anima
lium ſtatim ab initio fiunt nigra,ſicut canes,& capræ,& boues , atq;
omnino quorumcūq; pili & cutes initio alimentū habent:proceden-
te vero ætate,minus. atqui non decebat,ſed oportebat, omniū tales

A esse & pilos,& vigorem,quo tempore calidum quoque ipsorum maxime pollet: & vniuersa magis circa initia canescere. multo.n.infirmius omnium calidum est a principio, quã quo tempore pili ipsorũ albescere incipiũt.*Manifestum aũt hoc est& in albis. nam quędam statim colorem habent albissimum,quęcunq; horum plurimũ habẽt ab initio alimentũ,neq; ante tẽpus humidum in eo exarescit.progrediente aũt ætate,flaua,alimento pauciore iis postea affluente. Nõnulla in principio fiunt flaua,verum in vigore albissima sicut & auium colores rursus mutantur, alimento in iis deficiente. Declarat id.omnia enim hæc fiunt flaua,& circa collũ,& omnino,quæcũq; indigent alimento,quod in eis deficit. Patet aũt.nam quemadmodũ & ruffum in album mutatur,& nigrum rursus in ruffum:ita & album in flauũ. Contingit aũt hoc & in plantis.nõnullæ.n.ex posteriore cõcoctione recurrunt denuo ad priorẽ.maxime aũt id in malo punica est perspicuum.nam ab initio acinifiunt punicei,& folia propter paucitatẽ ali

B menti excocti:postea aũt rursum mutãtur in herbaceũ colorẽ, multo alimento affluente,& cõcoctione non potente similiter obtinere:tandem aũt concocto iam alimento, rursus fit color puniceus. Vt aũt in vniuersũ dicam,& de aliis pilis & pennis,omnia capiũt mutationes, alia,vt dictũ est,deficiente in eis alimento:alia cõtra,abũdãte.quocirca alii aliis ætatis temporibus, & albissimi, & nigerrimi fiunt pili, quandoquidem coruorum quoq; pennę postremo in flauum mutanť colorem,deficiente in eis alimẽto.Verũ pilorũ nullus,neq; puniceũ neq; halurgũ,neq; porraceũ,neq; aliũ vllum eiusmodi fit habens colorem,propterea ꝙ omnes ii colores gignanť,Solis radiis cũ iis ꝓmixtis. Præterea ex pilis humidis,dum accidit mutatio carnis,nullam ipsi sumunt mixtionem.Perspicuum aũt id est.etenim ex pennis ab initio nulla generať talis,qualis est pilus. Sed & ex auibus variæ, omnes,vt ita dicam,nigræ sunt,velut pauo columba,& hirundo. po-

C sterius autem sumũt omnes eiusmodi varietates, concoctione ipsarũ iam extra corpus facta tum in penis,tum in caulibus.quare accidit, sicut & in plantis,etiam horum concoctionem extra corpus fieri. Quamobrem & reliqua animalia,tam aquatilia,quam reptilia, & cõ conchylia omnigenas habent colorum formas, multa etiam his facta concoctione. Speculationem igitur circa colores, quispiam potissimum ex dictis possit perspicere.

Libelli de Coloribus, finis.

PRAESTANTISSIMI PHYLOSOPHI, D. AVGVSTINI NIPHI MEDICES SVESSANI

Questio de Sensu agente a cunctis imprimis amplexanda,

Ad Hieronimum Bernardum Patricium Venetum,

ICIT Aristo, secundo coeli, forte quidam igitur de quibusdam enunciare aliquid tentare, & de omnibus, & pretermittere nihil, forsitan videbitur esse vtiq; signum, aut multę stultitię, aut multę promptitudinis, non tamen iustum quidem omnes similiter increpare, sed videre oportet causam dicendi quę est. Hęc Aristo. Quia igitur intentio mea est tractare de sensu agente, non expectes a me de eo tractatum ita sufficientem, vt omnem quęstonem tibi amoueat: quia, vt Aristote. dicit, esset signum ad propositum aut multę stultitię, aut multę promptitudinis: eo quia difficile est hodie tempore meo. t 495. veritatem inuestigare: quoniam magna pars philosophię est corrupta, & illa pauca, quę relicta est in ista nostra prouincia, vbi nunc sumus, est in magno vilipendio. Propter quod studium in ea putatur vnum de desiderijs pręter naturam, & ideo nullus labor hominum in ea, nec precium, & licet ita sit, attamen non omni conatu meo, sed amore tuo, quem semper habeo pręoculis, videbo de sensu agente, quantum mihi possibile, tractare. Quia tamen ante me, temporibus habitis, vnus homo satis famosus, qui dicitur Ioannes iandonus de ciuitate gādauensi, fecit tractatum de hoc, & quęstionem longam in libro de anima. vbi scripsit firmiter suam opinionem esse intentionem Auerrois, & Aristotelis: & scio quod multis fuit occasio errandi propter eius famam, intantum quod homo non putabatur Auerroista, nisi qui erat gandauensis. Ideo ad videndum veritatem in hoc quęsito opus est adducere eius opinionem, & fundamenta eius: quia, vt Aristo. dicit, non tamen iustum omnes similiter increpare, sed videre oportet causam, id est, argumentū dicendi. Iste tractatus valde est vtilis tibi, maxime ad scientiam primi principij, quod est deus: quoniam ex notitia sensus agentis multę proprietates intellectus agentis cognoscuntur, qui vel est deus, vel inteligentia ei propinqua, vt in quęstione de intellectu declaraui. videmus enim Aristo. omnem proprietatem de intellectu declarare per proprietatem in sensu, tanquā a notiori, ideo valde tibi erit vtile tractare de hoc.

Intellectus agens quid sit.

F

A DIco ergo quod de sensu agente quęstio est, primo quantum ad exteriores, secundo quantum ad interiores. Quantum ad exteriores quidem primo facit.q. an sit. secundo an sit aliquid animę nostræ, & tertio an, ut sic, sit unus omnium sensuum, an tot secundum speciem & numerū, quot sunt sensus exteriores: &, quia ut dicit Aristo.3.meta.in principio, sermones probabiles debent pręcedere demonstratiuos: quoniam qui nescit quid quęrit, nesciet veritatem, quando inueniret eam. ideo arguo quod sensus agens sit.

Argu. Ari.3.de anima, in omni natura, in qua est aliquod, quod est patiens, oportet ut sit aliquod omnium illius factū: ubi Auer. cō. 17. ait quod hoc est uniuersaliter, omnibus rebus naturalibus esse tria, scilicet agens, patiens, & factū. Modo addo huic minorē: sed in sensu est aliquod passiuū omnium sensationum. proprium ergo oportet dare aliquod agens sensationem eiusdem generis cum sensu. Hęc ratio potest confirmari: quoniam Auer. primo cœli commē. 124. declarat ratione fortissima, quod omni possibili ab intrinseco, id est, secundum principium passiuum, inuenitur aliquod agens seu possibile ab extrinseco eiusdem generis: ergo in proposito, si reperitur aliquis sensus patiens, omnino oportet ut inueniatur aliquis sensus agens. 3. de Aīa te. cō.17.

Secundo principaliter arguitur, Ait Auer. 3. cœli cō.71. qđ a causis, quarū natura est eadē, id est, unius speciei, & non differunt nisi scđm magis & minus,

B non sequitur nisi natura una diuersa scđm magis & minus: modo accipio formam caloris, & quęro vel ipsa ut sic causabit speciem seu sensationem in tactu per se, vel propter sensationem datur aliqua virtus causans sensationem de ipso calore. non primum, quia tunc una natura secundum speciem causaret operationes diuersas genere & specie, quia, scilicet, calor causaret sensationem tactiuā, & calorem, quę sunt operationes genere diuersę: ergo conceditur secundum, scilicet, quod detur aliquod agens, quod habeat per se causare speciem caloris in potentia tactiua de ipso tangibili: & hoc potest dici sensus agens.

Tertio arguitur, omne existens in potentia ad hoc, ut extrahatur ad actu, indiget aliquo suę speciei, vel sui generis, ut declaratur.12.meta.commē.18.& septimo metaphy. commen.31. hoc declarat etiam. 8.physi. commē. 47. in illo textu. (Manifestum igitur, &c.) Et.12.meta.cōmē.34, vide: sed sensus est in potentia ad sensationem, & sensibilia etiam in potentia: ergo indigent aliquo agente alio ab vtrisque extrahente sensum de potentia ad actum. hoc autem poni non potest nisi sit sensus agens.

Quarto, phantasma comparatur ad intellectum, sicut sensibile ad sensum: sed non potest phantasma se solo mouere intellectum nisi cōcurrat intellectus agēs, ut Auerro. declarat.3.de anima commē.18.& in fine commē.5.ergo non potest sensibile mouere sensum, nisi concurrat sensus agens.

C Quinto arguitur argumēto Auicē.& Alpha. agens & patiens debent esse unius generis, ut etiam Auerroes cum eis conuenit, secundo perigeneseos commē. 37. sed sensus passiuus & sensibile non possunt esse unius generis; oportet ut sit sensus agens unius generis cum sensu passiuo.

Sexto arguo, omnis forma, quāto abstractior a materia, tanto est plus actiua: propter quod, ut dicit Auer. 9. meta.com.2, formę separatę sunt tantum agentes, & nullo modo patientes. Sed sensus est abstractior sensibili: ergo, si sensibile agit, multo magis debet dari sensus agens.

Septimo & ultimo, iudicāre de sensibilibus proprijs potentię sensitiuę est operatio agentis. modo constat quod sensus iudicat de sensibilibus: ergo erit aliquis sensus agens. Ex his potest capi suspitio quod sensus agens sit unus entium naturalium in mundo.

Secundo loco faciebat.q. an sensus agens si est, sit aliquid animę nostrę sensitiuę. Et videtur ꝙ sic pluribus signis: quorum primum est, quoniam sensatio est operatio existens in nobis, & impossibile est operationem esse in nobis, & principia illius esse extra nos, ut Auer. dicere videtur in.3.de anima commē. 36. in fol. digressionis. ergo oportet ut ambo, scilicet sensus agens, & sensus patiens sint in nobis.

Secundo potest hoc declarari: quoniam operatio sensitiua est redacta ad nostram voluntatem; modo, vt ibidem dicit Auerro. & commen.18. impossibile est operationem esse ad nostram voluntatem reductam principijs illius existentibus extra nos. D

Potest & tertio signo hoc etiam declarari: quoniam comparatio intellectus agentis ad possibilem, & sensus agentis ad passiuum est vna: ergo, sicut intellectus agens est aliquid animę nostrę, oportet vt sensus agens etiam sit aliquid animę sensitiuę nostrę.

Quarto etiam, quoniam, si operatio est in materia, oportet vt forma illius operationis agens sit etiam in materia, vt Auerro. nititur declarare primo de anima com. 13. cum igitur sensatio sit operatio materialis, & nō videtur ꝙ sit in alia materia nisi in sensu passiuo. ideo, &c.

Quinto, quoniam etsi in naturis rerum possit dari formā sine materia, vt motores corporum cęlestium, non tamen potest dari materia aliquo modo absque forma. Cum igitur sensus passiuus comparatur ad agentem sicut materia, videtur ꝙ nō possit esse absq; eo, & ex his posset quis suspicari ipsum esse aliquid animę nostrę.

Tertio faciebat mihi quęstionem non modicam. an sit vnus omniū, an plures secūdum speciem, sicut & passiuus. Et videtur ꝙ plures. primo, quoniam operationes specie diuersę arguunt agentia diuersa, vt dicebatur & com.8. primi cœli. & 12. meta. cō. 48. Aristo. ex distinctione motuum cōcludit distinctionem intelligentiarum.

Secundo, quoniam patiēs & agēs nō modo videntur vnius generis, immo vnius speciei, sicut dicere videtur Auer. 12. meta. cō. 18. ergo oportet vt numerus sensuum agentium sit secundū numerum sensuum passiuorū, & ex multis alijs posset declarari totū hoc. pro nunc aūt sit dictum in tantū, scilicet ꝙ tria mihi quęstionē faciūt. s. an sensus exterior agens sit vnum de entibus in mundo. secundo posito ꝙ sic, an sit aliquid nostrę aīę an non. & tertio, an vnus an numeratus secundum numerū sensuum. Superest modo facere quęstionem de sensibus interioribus. illud aūt quod mihi maximam ponit. q. est cogitatiua: quoniam cogitatiua, vt Auerr. dicit in.3. de aīa cō.5. & .33. & .20. est quidam intellectus, seu quędam ratio particularis, intantū ꝙ oēs operationes intellectus facit, scilicet cognoscit substantias prticulares, & discurrit, & componit, & diuidit particulariter, vt dicitur. 63. com. secundi de aīa. Est ergo. q. an detur cogitatiua agens & possibilis, sicut de intellectu; quoniam, sicut intellectus diuiditur in duo genera, ita & cogitatiua, cum cogitatiua non differat ab intellectu nisi inquantum ipsa est ratio particularis, intellectus ratio vniuersalis; propter quam differentiam non debet remoueri diuisio eius in partem agentem, & partem passibilem; & hęc est difficilis quęstio. & Io. fuit forte oblitus vel diminutus dicere de ea. reputo enim hoc maxime mihi difficile, & laboriosum, de hoc visę sunt ergo quęstiones, quę in hoc debent dissolui. Circa solutionem huius trac. primo opinionem Io. declarabo, perscrutando singula fundamenta illius, quę ponit in.16. quęstione, secundi de anima. Secundo loco dicam secundum posse meū opinionem Ari. & Auer. Tertio & vlt. quęstiones prouenientes in opinione Arist. & Auer. dicā, & soluam argumenta facta in principio trac. E F

Triplex est punctus huius, questionis.

Quantum ad primā partē Ioā. in illa. q. ad probandum esse virtutem naturalem per se actiuā sensationis, quę potest vocari sensus agens, adducit tres vias: quarum prima est per verba Aristo. sic, quoniam Aristo. 2. de anima. declarat animam esse causam in triplici genere causę. vbi Auer. cō. 37. ait: & cum declarauit eam esse causam secundum formam & secundum finē, declarauit etiā eā esse causam mouentē secundum omnes modos, idest species motuum existētes in aīa to siue veros, siue estimatos esse motus, idest tam motuum vere, sicut sunt augmētatio, & diminutio, & alteratio, quam estimatorum: sicut sunt motus spirituales, sicut est sensatio, & reliqui. ergo anima est causa effectiua sensationis. Sed nullum agens est hic inferius, quod agat per propriam essentiam. ergo oportet vt agat per virtutem naturalem distinctam ab essentia, quę potest dici sensus

A sensu agens. Post adducit secundam, quę vt mihi videtur sustentatur in quatuor propositionibus apud ipsum valde notis. Quarum prima est, ꝙ sentire indiget aliquo principio effectiuo per se & immediato. hanc probat ipse sic. omnis effectus per se intentus receptus in aliqua potentia per se receptiua indiget aliquo principio per se effectiuo immediato: modo minor est subintelligenda, & per se manifesta: quare, &c. Secunda est, illud ens est nobilius alio, cuius operatio propria & per se est nobilior perfectissima operatione alterius. Hoc probat, quoniam operatio est finis potentię. modo cuius finis est melior, ipsum in se est melius, vt primo poste. ca. de comparatione demonstrationum, scilicet. 13. dicit satis haberi. Tertia est, ꝙ efficere aliquid est nobilius quam recipere illud idem: probat hoc, quoniam per efficere assimilatur primo motori, & per recipere infimo enti, scilicet materię primę. Quarta est, quod species rei sensibilis non est nobilior quam virtus propria animę sensitiuę, immo vilior. quod probat, quoniam accidens subiecti nobilioris est nobilius. Modo virtus animę sensitiuę est subiectiue in anima, species autem sensibilis est subiectiue in potentia, vel organo, quę sunt viliora animę. His vilis, format, Ioannes viam sic per impossibile. si non esset sensus agens, sensus non dependeret ab aliquo principio actiuo per se immediato, Contra primam suppositionem, consequentiam probat: quoniam, si sensus agens non est principium immediatum sensationis, aut erit illius agens sensus passiuus: & hoc non. quo

B niam vna & eadem forma nom est primum actiuum agens & patiens eiusdem: aut erit ipsum sensibile, quoniam agens immediatum debet esse simul cum passo, vt declarat Aristote. & Auerro. 7. Physi. commen. 10. Aut erit ipsa substantia animę: quod etiam esse non potest, qua non nisi mediante aliqua virtute naturali distincta ab essentia eius, quę dici potest sensus agens: aut est corpus, quod esse non potest, quoniam tunc sentire non esset ab anima, cuius contrarium adducebatur. aut erit species sensibilis, quod esse non potest, quoniam materia esset nobilior sensu, Contra quartam propositionem. consequentiam probat. quoniam, cuius operatio est nobilior, & ipsum in se est nobilius, vt dicit secunda propositio: modo efficere est nobilius patis, vt dicit tertia. & sic completa est secunda via Ioan. quam videas in eo diffusam. post adducit tres modos soluendi, de quibus tangam prius duos, & sustinebo ipsos.

Tertia via Ioan. sustentatur in propositionibus: quarum prima est, vnum & idem simplex non potest esse immediatum per se principium actiuum & per se receptiuum vnius & eiusdem: quoniam potentia actiua est principium mutandi alterum, inquantum alterum, vt in Metaph. 5. &. 9. aparet colligitur, scilicet. 17. commen. & secundo. vide Auer. & Aristo. Secunda est, species

C sensibilis est immediatum principium receptiuum sensationis: quoniam vnum & idem non est per se immediatum principium receptiuum diuersorum ordinatorum inuicem, vt colligitur. 7. Phy. vbi Aristo. ait. non quodlibet esse susceptiuum cuiuslibet. vide expositionem Auero. com. 33. vel. 39. Ex his arguo, si aliquod ponitur principium effectiuum sensationis, illud debet esse species, vt ratio precedens confirmat. modo species est principium receptiuum: ergo non est principium actiuum. & tu videas eum. Confirmat autem hanc rationem: quoniam sensus nunquam recipit actum sentiendi nisi mediante specie: ergo species cócurrit vel per se, vel per accidens si per accidens posset non concurrere, vt Auer. 8. Phy. in literra phylosophi declarat, scilicet com. 36. &. 10. Meta. in vlti. com. nec potest fingi esse aliquod per accidens necessarium. vt declarat per Aristote. primo Poste. cap. 6. vide. Ex his concludit suam opinionem, scilicet quod sensus est duplex. quidam per se passiuus seu receptiuus sensationis & speciei sensibilis, qui est virtus seu qualitas animę sensitiuę: quidam per se causatiuus sensationis facta preparatione per species precedentes causatas ab obiectis exterioribus: vndede,' sicut in pomo vno numero sunt duę qualitates motiuę, quarum prima est odor, & alia sapor, & color in superficie: ita in quolibet organo sunt duę virtutes, quarum vna secundum se est principium recipiendi sensationem, alia principium effectiuum il-

ffus. Et per hoc Ioan. soluit quest. an sit sensus, & secundo an sit aliquid ani- D
mæ nostræ. iam enim apparet qualiter ipse ponit eum aliquid animę nostrę. tertio apparet qualiter ponit ipsum multiplicatum secundum speciem ad multiplicationem sensuum passiuorum, vt apparet in sol. primę difficultatis eius. hęc est opinio Ioan. vt apparet in eius verbis.

Circa quam sic procedam: quoniam primo volo videre de vijs istius hominis. secundo, an questio in se sit falsa, adducendo contra ipsum aliquas rationes, quas ipse adducit, & nouas. Quantum ad primam partem. Circa suppositiones huius hominis videtur esse dubitatio plurima. primo circa primam. videtur enim, quod sensatio non habeat agens per se immediate, & patiens per se, vt Ioan. vult: quoniam omnis actio, quę habet agens per se, & patiens per se, oportet vt extrahatur de potentia ad actum ab illo agente in illo passo. hoc patet: quoniam actio agentis per se in passum per se nihil aliud est nisi extractio formę de potentia illius ad actum, vt colligitur plane. 12. Metaphysi. commen. 28. sed sensatio non extrahitur ab aliquo agente per se in aliquo passo, quoniam requiritur ibi esse dispositionem, vt ibidem apparet. Secundo ad idem, si sensatio fieret per se ab agente per se, vel ex ente, vel ex nihilo. secundum dici non potest, est enim contra Aristote. primo Physi. & Auerr. ibidem, commen. 31. & 72. Nec ex ente quoniam, vel ex ente per se in actu, vel ex ente in potentea. non primum, vt declarant E
Aristote. & Auerr. primo Physi. commen. 78. nec ex ente in potentia, quoniam sensatio fuit contenta in potentia in organo: quod falsum est. Tertio, ad idem videtur facere ratio Aristote. 5. Physi. vt eam ordinat Auerr. commen. 13. sic. si sensatio habet agens per se, sit illud a, tunc a agens faciet sensationem, ergo aliqua actione facit illam: quoniam, sicut materia passione patitur, ita agens actione facit. tunc sit illa actio b, & quęro vel b habet agens per se, vel non. si non, nec sensatio habet agens per se. omne enim, quod fit mediante casualiter facto, non habet agens per se. vt satis colligitur. 2. Physic. commen. 48 ergo, si sensatio fieret mediante actione casu facta, non posset fieri per se. si autem b habet agens per se, arguitur vt prius, & sic vel procedetur ad infinitum, vel oportet dicere sensationem non habere agens per se. Circa secundam suppositionem, etiam videtur locus quęstionis. videtur enim sustentari in maxima topica tertij topicorum. cap. 2. quę dicit, amplius duobus effectiuis existentibus cuius finis melior, ipsum melius. Et miror qualiter Ioan. non probauit eam maxima, sed per auctoritatem posteriorum, quę valde parum tangit hoc. Sed quod ista regula non probet hoc declaro: quoniam, 2. cœli commen. 62. habetur, quod omnium vnus est finis. ergo finis vnius non potest esse melior alio, quoniam idem nec melius, neque peius potest esse seipso. Secundo datur instantia, quoniam operatio materię est vilissima omnium, & maxime operatione caloris inquantum calor, & tamen est simpliciter nobilior calore, vt dicitur communiter. Tertio adhuc fingo aliam instantiam: quoniam, inter omnes planetas operatio solis est nobilior & diuinior, vt Auerro. 12. metaphysi. commen. 34. nititur probare, & tamen sol non est nobilissimus planetarum, vt Auerro. ibidem. commen. 44. probat, ordinando eos secundum ordinem orbium. vide eum. Quarto. Ioan. cōtradicit sibi in illamet & quęstione in solu. primi argumenti facti contra ipsum ab homine alterius opinionis, & in secundo physi. vbi tenet ꝙ cęlum, seclusa intelligentia, est nobilius musca: & tamen optima operatio illius, vt sic, est imperfectior optima operatione muscę, vt patet. Quinto fortuna est causa multotiens operationis melioris quam prudentia, vt colligitur in lib. de bona fortuna: & tamen fortuna non est simpliciter perfectior prudentia. F
Circa tertiam adhuc est locus quęstionis: quoniam videtur illa sustentari in vna maxima tertij topicorum. cap. 4. vbi dicit alius locus, quod proximum bono melius, & magis eligendum. Modo Aristote. contra hanc maximam instat d. instantia huius: quoniam non verum, nihil enim prohibet non in eo, quod optimus est Achilles, in hoc similiorem Aiacem esse altero qui-

A dem existente bono. non similiter autem. & post ibidem, habet autem in stantiam, & c. Adducit secundam instantiam ad idem: quoniam operatio caloris est agere. operatio intellectus possibilis, & materię est recipere species a calore, & tamen simpliciter & absolute intellectus possibilis est nobilior calore, & similiter materia est nobilior calore. Ad idem quoniam agere & pati, vt sic, videntur respectus: modo respectus non sunt sic se habentes, quod vnus altero sit nobilior, vt etiam dicit communis opinio theologizantium. Circa quartam ad huc est locus quęstionis: quoniam, si valet, vt mihi videtur, iam non tenet nisi per maximam tertij topico. cap. 2. vbi dicit sic. & quod meliori, & honorabiliori inest magis eligendum: vt quod deo, quam quod homini: & animę, quam corpori. Modo hęc maxima videtur falsa: quoniam ignorantia vilior est sanitate, & tamem inest nobiliori subiecto. Secunda instantia est, quoniam albedo parietis inest vilior subiecto, quam nigredo corui, & tamen est nobilior forma, vt vides. ergo ista maxima patitur instantiam.

Et videtur mihi quod istarum quatuor propositionum tres vltimę sunt simpliciter verę: quia, vt apparet, omnes sustentantur in maximis topicalibus, & valde sum miratus ꝙ Ioan. qui gloriatur semper loqui ad mentem Aristote. & Auerro. & ad verba eorum, ꝙ ipse non adduxit illas maximas, vt

B patet in verbis Aristote. De prima autem est duplex modus dicendi satis probabilis. quorum primus accipit pro se dictum Auice. 5. suę metaphysi. vbi ait ꝙ aliqua sunt differentia duobus modis, scilicet quia se ipsis aliqua differunt, & quia ipsa differunt aliqua, quia ipsa differunt per differentias aliquas. Similiter ens duobus modis dicitur: vel quia in se habet vere esse, aliquod est ens vel non quia est vere ens, sed quia est illud, quo aliquod habet esse vere. Modo applicando hoc ad propositum, potest dici, ꝙ aliquod accipere esse post non esse, potest esse: non quia ipsum accipiet esse post non esse in propria forma, sed quia ipso aliquod accipit esse, vel quia sequitur ad aliquod, quod accipit esse post non esse. Alio modo quia ipsum in se proprie accipit esse post non esse. Dico ergo ꝙ sensatio non fit per se tanquam ab agente per se, sed fit, quia aliquod fit ipsa, & quia consequitur ad aliquod factum. per ipsam enim fit esse sensatum, & consequitur essentialiter aliquod, quod per se fit, verbi gratia species sensibilis. Et per hoc respondetur ad argumentum Ioannis, scilicet concedendo maiorem, & negando minorem: &, cum probatur ꝙ est finis animalis. nego hoc: immo consequitur finem animalis. est enim finis animę sensitiuę fieri omnia vt potest: &, quia non potest fieri color secundum rem, fit color intentionaliter. modo ad hunc finem

C consequitur sensatio, non ꝙ sensatio fit in propria forma per se intenta a natura animalis. Sed dices. illud intenditur a natura, cuius oppositum oditur a natura. modo oppositum sensationis oditur a natura, vt per se patet. Ad hoc, concedo maiorem, sed nego minorem. immo oditur oppositum receptionis speciei sensibilis, ideo speciem recipi in sensu amatur, & desideratur a natura. sed bene concedo ꝙ sentire amatur secundario. & sic eius oppositum odimus secundario, & per accidens. Sed dices. primo & . 10. & . 2. Ethi. finis formę est opus, ideo ponit fœlicitatem in opere, & non in habitu, nec in potentia. Dicendum, quod finis operatio est, vbi operatio, & res operata sunt vnum & idem. vbi autem in diuersis ponuntur, non oportet, vt scis. & tu considera. & sic potest defendi primus modus dicendi, scilicet quod sensatio non fit per se intenta, nec habeat agens per se nec patiens. Secundus modus dicendi est Ioann. & communis, quod sensatio sit effectus per se intentus a natura habens agens per se, & recipiens per se vere finis animalis, Quod potest declarari ex regula secundi physi. finis vult esse vltimum & optimum: vbi Auerr. commen. 31. ait, quod in rebus naturalibus est existens bonus, in voluntarijs multotiens apparet bonus. Cum igitur sensatio est vltimū, & bonum vere, ergo opprtet vt habeat rationē finis,

& per consequens modo agens . ergo habebit agens . Confirmatur, quoniam ibidem ait Aristo. omnia autem hęc finis gratia sunt . differunt tamen adinuicemquoniam alia quidem sunt opera, alia vero organa . vbi Auer. cōmē.29. dicit quędam sunt actiones, vt ambulatio : & quędam instrumenta, vt phlobotomia,id est,lanceta,qua percutitur brachij vena . ergo non inconuenit aliquē finem esse opus, & actionem, & per consequens sensatio potest esse finis. Prę-terea, Aristo. primo ethic. distinguit de artibus , ꝙ scilicet quędam sunt quarum finis est opus : & quædam,quarum finis est res operata : ergo idem,quod prius. Præterea , motores corporum cęlestium sunt propter motum cęli tanquam propter finem saltem secundario, vt secundo cęli com.17.colligitur : & tamen motus opus est:nisi dicatur ꝙ motus est operatio antiqua ęterna, & sermo primus intelligit de operatione noua: & hoc considera, quoniam nihil est. Propter hęc videtur probabiliter opinio Ioan. sustentabilis . Ad primam nego minorem : vbi debes scire,ꝙ cuilibet formę pręsupponitur receptiuum proprium & per se , aliter res transmutatur sine transmutatione , vt Auer. deducit primo physi. commē.71. & ponit rem habere aliquam dispositionem, quam nunquam habuit, nec simpliciter , nec in subiecto, vt ibidem dicit . dico ergo ꝙ cuilibet formę producendę, & productę pręsupponitur subiectum proprium . modo subiectum est duobus modis : quoddam est valde disproportionatum formę , valde remotum ab eius dignitate . & tale, ad hoc vt fiat dignum recipere formam , debet recipere plura media,quibus fiat idoneum ei , Quoddam vero est valde proportionatum , & satis nobile , immo nobilius forma : & respectu huius non oportet ponere media plura , nec vnum, sed sola pręsentia motoris forma fit in eo . Ex his sequitur quod extrahi de potentia materię est duobus modis . vno modo per media plura , quibus forma recipitur in ea, & materia fit proportionata illi , & sic formę naturales extrahuntur de potentia materię : quoddam dicitur extrahi , quia pro sui esse requiritur patiens , in quo recipitur , nec requiritur medium vnum , aut plura , quibus passum fiat ei conueniens . & sic extrahi de potentia materię nihil aliud est , nisi pro suū esse pręsupponere passum posse recipere actum illum ab agente,& sic formę intentionales extrahuntur de potentia materię . Et per hoc ad probationem . dico enim ꝙ Auer. loquitur ibi de extrahi primo modo , scilicet quando subiectum receptiuum est valde remotum a nobilitate formę , & valde disproportionatum ; tunc enim vult ꝙ extrahi fiat per alterationem , & quantitatiuam, & qualitatiuam , non aliter . Ad secundam dicendum, ꝙ fit ex ente in potentia secundo modo , scilicet non remota & disproportionata formę , & motori agenti illam . & concedo ꝙ species & forma intentionalis contenta est in potentiis causarum , scilicet subiecti receptiui , & agentis , licet modo F diuerso a formis naturalibus . Sed dices . forma intentionalis non fit in subiecto mediante dispositione : ergo non naturaliter fit, sed violente , vel artificialiter , sicut forma scanni . Dicandum , ꝙ licet non fiat mediante dispositione , attamen subiectum receptiuum est summe inclinatum ad formam , & agens etiam,propter quod non dicitur violenter facta , nec artificialiter : quia subiectum respectu formę artificialis non est in potentia limitata & inclinata ad actum . est enim quandoque in potentia violenta , quandoque in potentia neutra , vt alibi declaraui . Ad tertiam dicendum, ꝙ a actione agit sensationem , quę actio seipsa formaliter fit : quoniam aliquod est tale duobus modis : per participationem , & per essentiam . aliquod enim fit etiam duobus modis ; per aliud tanquam per rationem faciendi , & aliquod fit per essentiam , id est, seipso , sicut aliquod est album duobus modis , scilicet participatiue & denominatiue, sicut paries : & aliquod per essentiam sicut albedo. Et quando dicitur , illa est ratio Aristo. Dicendum ꝙ Aristote. arguit , ꝙ motus non potest accipere esse post non esse per motum vere : quia , tunc idem esset , antequam esset , & esset processus in infinitum ; quia , sicut primus accipit esse per motum,& secundus eodem modo per motum , &c. & sic potest opinio Ioan. probabiliter sustineri , tu autem considera bene . Circa secundam propositionem

A oportet dicere quod illa sit vera, cum sit Aristo. verum omnino Ioan. fuit diminutus, cum eam simpliciter protulit sine limitatione. dico ergo quod intelligitur primo in finibus proximis, & non remotis. Secundo dico, quod debent esse fines per se. Tertio dico, quod debent esse fines posibiles attingi virtutibus proprijs agentium. Est ergo regula Aristote. maxima ista: cuius finis proximus per se possibilis attingi virtute eius est melior ipsum in se est melius.

AD instantias dicendum, ꝙ ille est finis omnibus communis & remotus. modo, vt dixi, maxima intelligitur de fine proximo proprio. Ad secundam instantiam iam soluere potest, quoniam maxima est de agentibus: materia autem non est agens, vt vides. Vel dicendum, quod materia est vilior simpliciter, & absolute calore, & quacunque forma accidentali. Dico absolute: quoniam, secundum quid, id est, vt in prędicamento substantię est vilior, attamen simpliciter & absolute forma caloris est nobilior. Hoc autem ad pręsens potest duabus rationibus probari: quarum prima est. illud, quod est certę perfectionis & termiati gradus nobilitatis, omnino est absolute nobilius eo, quod est infinitę modicę perfectionis, & interminati gradus nobilitatis, hęc est manifesta per se. sed calor, & vniuersaliter omnis forma accidentalis est terminatę perfectionis, & finiti gradus, limitatęque nobilitatis, & mrteria infinitę modicę: ergo, &c. minor pro prima parte omnibus
B est manifesta, sed pro secunda est concessa feae. quoniam materia nullam habet perfectionem, sed ab omnibus recipit perfectionem: ergo infinitis caret perfectionibus: ergo est infinite imperfecta. & sic est ista pars manifesta. Secunda ratio potest esse ad idem: quoniam illud, quod perficit aliud, & ab eo non perficitur, sed potius imperficitur, est in se simpliciter nobilius illo. Sed forma caloris perficit materiam, & non econtra, sed potius imperficitur calor a materia: ergo vt prius. & sic probabiliter teneo ꝙ materia absolute est vilior accidente. Ad tertiam dicendum in proposito ꝙ operatio solis manifesta est nobilior operationibus aliorum; attamen operatio occulta saturni est nobilior, & penes illam saturnus antecedit solem. ideo ait Auer. ibidem ꝙ comparatio eorum ad primum est pręcisa, id est, absolute. Primus motor est nobilior alijs, & per consequens primum mobile absolute nobilius alijs motibus aliorum. comparatio autem eorum inter se non est pręcisa, quoniam vnus planeta excedit alterum secundum vnum respectnm, & exceditur ab altero in alio. Ad quartam dicendum ꝙ Ioã. contradicit sibi, & credo ꝙ ipse in illo errauit. hoc autem non est contra suppositionem: quia ego non teneo eam ad mentem Ioã. sed simliciter. & si vis saluare ipsum nom coro. Ad vltimam iam vidisti sol. dictum est enim quod idem intelligitur in finibus per se non casualiuus.
C Circa tertiam propositionem dicendum, ꝙ indiget duabus conditionibus, quas Aristote. ponit ibidem, scilicet vt sit propinquius in eo, quod est optimum. secunda est, dummodo non sit admixtio contrarij: est ergo maxima. illud, quod est propinquius optimo in eo, quod est optimum, sine permixtione contrarij in se est optimum, & melius eo, quod remotius, &c. Ad primam dico ꝙ ibi deficit prima conditio. A d secundum, illud debet in eis, quę sunt eiusdem generis principij, non eiusdem generis prędicamenti, vel diuersorum generum principij, & prędicamenti. Ad vltimam dicendum, ꝙ vnus respectus est nobilior altero non absolute, sed respectiue: ideo actio licet absolute non sit nobilior, attamen respectiue est nobilior passione. Circa quartam dicendum, ꝙ tribus conditionibus indiget, prima, ꝙ insit meliori inquantum melius. secunda, ꝙ sit accidens proprium, tertia, quod sit ens positiuum. est ergo maxima. accidens positiuum proprium, quod in est subiecto meliori secundum id, quod melius est, est melius altero opposito. modo his conditionibus remouentur iam instantię factę. Ecce igitur qualiter tres propositiones Ioã. sunt verę sine dubio pro mente Aristote. Prima autem est probabilis, cum sint circa eam opiniones diuersę, licet illa Ioan. sit melior. Et postquam vidi de propo-

sitionibus prime vie, superest modo videre an sit demõstratio. Et videtur mihi D
quod multis modis potest dissolui. primo potest dici, quod sensibile est causa sensationis, ad eius probationem Auer. in hoc dat solu. in .2. de anima.cõ.74. vbi dicit, quod sensibile primo mouet medium, & medium motũ, cum sit factũ in actu, mouet organum ad actum visionis seu sensationis, & sic illud non cogit. secundo potest dici, quod causa agens per se & propria sensationis est species sensibilis actu recepta in organo. Ad reprobationẽ huius iam habes solu. ex limitatione secundę propositionis. debet enim intelligi, cuius operatio virtute propria est nobilior, ipsum in se est nobilius. modo species sensibilis agit sensationem virtute motoris separati, sicut virtus generatiua virtute patris, & vt instrumentum primi principii. Vnde species, & est instrumentum agentis principalis, & est qualitas accidentalis, primo modo non inconuenit, vt agat vltra suam naturam, sed bene secundo modo. & sic verificatur solutio, quam adducit Ioan. & reprobat, scilicet secundam. voluit enim dicere, qđ species potest duobus modis considerari. vno modo, inquantum qualitas scilicet quo ad eius essentiã. alio modo, quantum ad suam virtutẽ.i. vt instrumentum motoris separati, s. intelligentię vt dicam in opinione Auer. & vt sic est nobilior quam sensus, non simpliciter, sed instrumentaliter. Ad ratione, quas adiecit Ioan. contra hoc respondetur. Ad primam, arguit enim sic, nõ respon E
det ad vim rationis, probat enim ratio quod species sensibilis erit ens simpliciter nobilius quam sensus, quia eius operatio est simpliciter nobilior optima operatione sensus. Dico, ꝙ ipse non arguit ad punctum positionis: qm̃ ipa responsio dicit, quod optima operatio speciei virtute eius est ignobilior optima operatione sensus, licet illa operatio sit nobilior: sed non est virtute speciei, sed motoris separati. Ad secundam dico, quod per virtutem speciei potest homo duo intelligere, s. vel vim ipsius consequentem essentiam eius, ut eius est, alio modo per vim potest intelligi motor separatus, ratione cu ius ut instrumentum agit. Tunc dico, quod loquendo de virtute primo modo, virtus speciei non est nobilior, sicut nec eius essentia, sed bene secundo modo. & sic concedo quid virtus speciei est nobilior virtute visus, quoniã illa est motor separatus, cuius ratione vt instrumentum agit. Et per hoc apparet intellectus sol. argumenti, qđ illi faciunt con. se volunt enim dicere quod speciei essentia absolute est ignobilior essentia sensus. attamen illa essentia, ꝓut est instrumentum virtutis separatę diuinę est nobilior. Ecce igitur qualiter, licet non differunt secundum rẽ, differunt secundũ modos intelligendi, ꝑ quos res variatur scd̃m denominationem nobilis, vel ignobilis. Ad tertiam dicẽdũ, qđ species secundum suam propriam virtutem sibi intrinsecam, est ignobilior sensu virtute & eius essentia: quantum tamen ad virtutem separatam, cui vnitur, vt in- F
strumentũ suę causę principali, est nobilior, nõ tamẽ simpliciter scd̃m eius essentiã est nobilior, cũ illa virtus sit extrinseca. Ad quartã dicendũ, ꝙ illa virtus est scd̃m rẽ distincta a specie, est tamẽ ei cõiuncta, sicut causa principalis vnitur instrumento. Et quando queritur, vel repręsentatur &c. dico ꝙ nõ repręsentat, sed est id, virtute cuius species agit illam, ideo nõ superfluit. Hęc aũt so. est necessaria etiam secundum ipsum: quia, vt arguã, si ponitur sensus agens, vel repręsentat, vel non. si primum, ergo erit species sensibilis, si secundum, ergo ipse per eius virtutem non causabit sensationem, & ideo, sicut ipse habet dicere, ita dicam. Ad vltimum posset dici, quod ego non curo de contradictione illius opinionis. Vel dicendũ, ꝙ scientia virtute propria est causa actus, vt instrumentum motoris principalis scilicet intellectus agentis: & sic, potest intelligi eius sermo. Tertio potest dici, quod ex specie sensibili & potentia visiua fit vnum, sicut ex materia & forma grauis fit vnum, modo, sicut operatio grauis scili. moueri deorsum naturaliter sequitur formam receptam in materia quoniam dans formam dat consequentia essentialia & naturalia mediãte forma, vt dicit. 4. cęli com. 22. & 25. ita sensatio consequitur speciem receptam in sensu naturaliter: &, sicut prima operatio grauis non habet agens ꝑ se

A nisi agens mediante forma, ita operatio ista non habet agens per se, nisi mediante specie. Et sub hoc sensu intelligitur opinio sociorum Ioã. cũ dicit. quod sensatio non indiget aliquo per se principio actiuo, sup. alio a generante speciem: eo quia sensitiuum, cum est actu factum per speciem, non est in potentia essentiali, sed valde per accidens. Ad rationem contra hoc dicendum primo, quod sufficit quod consequitur ad aliquod, quod habet causam per se agentem, vnde agens dando formam dat operationem illius, nisi impediatur. Vel dicendum, quod animal non intendit sensationem, sed tantum fieri ens sensibile, & per consequens informari specie sensibili, qua vnitur illi, ad quod sequitur sensatio, vt dictũ est. Ad secundam dicendum, ꝙ bene potest haberi scientia, q̃m non est ens casu. immo consequitur per se aliquod ens factum ab agente. Vel dicendum, quod de ente per accidens potest haberi scientia, inquantum est sub modo entis per se. vnde licet fortuna sit causa per accidens, attamen ista propositio est per se. Ad aliud dicendum. ꝙ per exire in actum non intelligit recipere, nec agere, sed consequi, sicut motus grauis consequitur formam, quod nec est agere, nec pati, sed exit ab agente mediante forma, cui appropriatur, vt accidens. Vel potest dici, quod recipit mediante specie. ita ꝙ per exire intelligat quod recipiat illum. & dico, quod habet agens, scilicet gignens speciem mediante specie, sicut de graui dicitur secundum viam communem. Ad vltimam

B potest dici, quod virtus sensus per se recipit sensationis actum, & non oportet ꝙ ei respondeat agens, sensus, sed sufficit quod illudmet agens speciem agat illum mediante specie. Et hęc solu. vt mihi videtur est multum pulchra, eo maxime, quia Alber. ait in. 2. de anima, cum dicit, nulla est virtus passiua, quin reducta ad actum efficiatur actiua. vide tractatu tertio. ca. primo. Istę sunt solu. quas homo debet dare in solu. argumenti Ioannis. Sunt autem quidam, qui ante me clauerunt, qui ad hoc argumentum duas adducunt solu. prima dicit, quod species est causa per se, & propria agens sensationem: & cum dicitur, illud est nobilius, cuius operatio est nobilior, dicit, quod uerum est in causando, non autem in essendo. Alter soluit, quod operatio illa causatur ab opposito: & quando dicitur, quod illa operatio est nobilior operatione sensus, dici quod nõ, quoniam sensus habet pro operatione propria mouere sensus interiores: & hęc operatio est optima sensus, & per hanc excedit speciem vel obiectum. Mihi autem videtur, quod istę solutiones sint simpliciter errores. prima quidem ex perfectione potentię cognoscitur essentię perfectio, vt omnes dicunt, & est dictum philosophi in. 4. meteororum in fine, quasi ex perfectione operationis & causationis cognoscitur perfectio potentię, vt probat Auero. primo cęli commē. 116. vbi dicit, manifestum est quod potenia rei non est definienda nisi per vltimum istius actionis, & vult per vltimum, optimam operationem

C potentię. Secundo, quoniam ait Auerro. 3. de anima commen. 19. quemadmodum, non scimus multitudinem intellectuum separatorum, nisi per diuersitatem actionum eorum, ita etiam non scimus diuersitatem istius intellectus materialis ab intellectu agente, &c. vbi breuiter concludit, quod intellectus agẽs est absolute nobilior possibili, quia eius operatio est nobilior; ergo responsio ista est fatua. Tertio, si opinio non concluderet absolute perfectionem essentię, nulla alia esset via; quoniam nos non cognoscimus rerum essentias nisi a posteriori, modo nullum posterius est essentialius, & verius ipsi essentię quã operatio, vt scis, ideo hęc solu. est inconueniens dictis philosophorum. Secunda solutio est fatua plus; quoniam, vel sensus exterior habet mouere interiorem per se & eius essentiam, vel ratione speciei. si primum, ergo sensus exterior esset nobilior interiori, quod non est concessum, si ratione speciei sibi vnitę, vt forma: tunc, adhuc operatio speciei est perfectior operatione sensus, quę conuenit ei, vt sensus.

SEd circa solu. meas dubitatur, quoniam dictum est quod species non virtute propria agit sensationem, sed virtute alterius, ideo quęritur quid est illud, virtute cuius agit? Respõdet vnus vir huius temporis, q͂d species agit virtute aię sensitiuę, aia. n. sensitiua patitur, & recipit sensationẽ p potẽtiã de scđa

ſpecie qualitatis ſibi connaturalem, & agit, & cauſat ſenſationem mediante D
ſpecie ſibi ab extra vnita, nnę ſupplet vicem potentię naturalis. Sed hęc reſponſio eſt error. quoniam, ſi hęc ſpecies agit virtute animę, vel quia anima eſt actiua, vel paſsiua: non paſsiua, quoniam in virtute alicuius, vt paſsiuum eſt, nihil operatur actiue. Si, vt actiua, vel per eſſentiam, vel per potentiam: non eſt per eſſentiam, quoniam nulla forma generalis agit per eſſentiam principaliter, vt Ioan. ſupponit. ergo, adhuc debet dari virtus ſibi intrinſeca, per quam eſt id, ratione cuius, ſpecies agit. Pręterea, reſponſio eſt voluntaria: quoniam poſſet quis dicere quod anima agit ſenſationem per potentiam naturalem de ſecunda ſpecie qualitatis, & recipit mediante ſpecie ſibi vnita in virtute animę: &, ſicut tu improbabilis hoc, ego improbabo tuam. Ideo melius eſt eſtimare, vt dicit Auerro. commen. 60. quod ſpecies agit in virtute obiecti, & obiectum agit illam in virtute motoris ſeparati, vt dicam. extimandum eſt enim quod eanſę ſunt inuicem ordinatę, iſto modo. quod ſenſibile virtute moleris cauſat ſdeciem in medio, medium actu factum in virtute obiecti propinqui agit ſpeciem in organo, licet in virtute motoris ſeparati agat tanquam agentis remoti, ſpecies autem in organo virtute medij actu facti agit in potentiam cauſando ſenſationem hęc autem ſolum non intelligitur, niſi viſa opinione Auer. ideo pro nunc ſit dictum intantum. E

Viſa ſolutione eſt primam viam, & declarato qualiter nihil cogit. Super eſt modo videre de ſecunda via, dico ergo quod multis modis poteſt diſſolui, et primo declarando primam ſuper. nihil eſſe. quoniam in 8. phyſi. in quęſtione ne de granibus & leuibus in ſolum. cuiuſdam difficultatis, ponit ipſe ſecundum Auer. in tertio cęli commen. 28. non incõuenire, quod vna res realis ſit in actu, & in potentia ſecundum modos diuerſos: quoniam forma grauis, vt eſt forma, eſt actu: vt vero eſt in materia eſt in potentia. Pręterea. hoc non ſolum eſt ad mentem Ioan. immo ad mentem Auerro. habet enim in. 8. phyſicorum commẽto. 40. ꝙ in actione ęquiuoca idem poteſt eſſe agens mouens, & patiens motum. Idem 4. cęli commen. 22. contra Platonem dicit, quod agens, & patiens in rebus materialibus non diſtinguitur re ſed modo, & ratione. vide. Ex hoc poteſt haberi vnus modus reſpondendi ad vim argumenti Ioan. Dicendo quod ſenſatio fit a ſenſu paſsiuo, prout eſt forma: recipitur tamen illo, prout eſt in materia: quoniam, vt dictum eſt, vna res numero, & ſpecie poteſt eſſe agens mouens. & patiens motum, prout diuerſimode conſideratur. Et poteſt inueniri ſecundus modus dicendi: ideo primo arguo contra eius ſecundam ſuppoſitionem, in qua tenet quod ſpecies eſt ſubiectum receptiuum ſenſationis. deinde dicam ad formam. q. Quãtum ad primam arguo ſic dato illo, ſequitur ꝙ diſpoſitio qualitatiua materię eſſet ſubiectum formę ſubſtantialis, contra ipſum F
in vltima quęſtione. 7. phy. & 8. q. primi de anima: conſequentia declaratur, quoniam ita pręciſſe ſe habet diſpoſitio qualitatiua reſpectu formę ſubſtantialis, ſicut ſpecies ſenſibilis reſpectu ſenſationis, vt ipſe dicit: ſed ſpecies ſenſibilis ſubiectum receptiuum ſenſationis. ergo, &c. Pręterea Auer. in primo de ſubſtantia orbis ait. vnam formam habere plus vno ſubiecto eſt impoſsibile: ergo impoſsibile eſt ſenſationem habere. ſpeciem tanquã ſubiectum receptiuũ & ſenſum, quia tunc vna & eadem forma haberet duo ſubiecta receptiua. Pręterea, eo dato, ſequitur quod ſpecies ſentiret. conſequentiam deduco per ipſum, qui paulo ante hanc rationem, impugnans virtutem corporis eſſe ſubiectum receptiuũ, dicit, ſi vero dicatur ꝙ virtus corporis eſt id, cui per ſe & immediante vnitur ſentire, ſequitur ꝙ virtus corporis per ſe, & immediante ſentit, & reliqua. a pari arguo. ſi, ſpecies eſt ſubiectum receptiuum ſenſationis, tunc, ſine dubio ſentie. attamen probo conſequentiam ſimpliciter, quoniam omne accidens exiſtens in ſubiecto perfectum vltra gradum medium, poteſt, & debet denominare ſubiectum. cum igitur ipſa ſenſatio non modo ſit ſubiectiua in ſpecie vltra gradum medium, immo rota: ergo poterit ſpeciem denominare. Confirmatur; quoniam, ſicut ſpecies dicitur alba, non obſtante ꝙ ſit ſubiectum im-

A mediatum, ita species dicitur sensus, non obstante ꝙ dicatur subiectum immediate. Praeterea, sicut species intelligibilis ad intellectionem, ita species sensibilis ad sensationem: sed Auero. reprobat Auempa. in. 3. de anima commen. 5. qui dixit speciem intelligibilem esse subiectum intellectionis, ergo & in secundo Ioã. reprobandus est. Ad haec argumenta omnia dixerunt homines quidam, quod Ioanes per subiectum intelligit medium dispositum, & non subiectum receptiuum: & tunc omnia argumenta ruunt. Sed haec solutio stare non potest. est enim directe contra verba eius, qui dicit. secundo suppono, ꝙ species sensibilis est immediatũ per se principium receptiuum sensationis. seu ipsius sentire. Vbi constat ꝙ dispositum medium non debet dici per se principium, & immediatum receptiuum formae. Non enim arguo nisi contra id quod ipse expresse dicit. non enim puto ipsum esse tantae dignitatis, ꝙ vera eius debeant glossari ad sensum bonum propter eius excellentiam. est enim clarus, & non indigens expositione. si qui enim velit ipsum glossare, non curo; satis est mihi habere ꝙ id, quod verba eius in rei veritate dicunt, est falsum simpliciter. Praeterea, vltimo ad principale arguo. si species requiritur tanquam subiectum, vel tanquam dispotio. vel quomodo vis. Vel hoc est, quia sensus non est summe susceptiuus actus sensationis. Vel quia sensatio est actus adeo superexcedens nobilitatem sensus, ꝙ indiget dispositione il

B la ad hoc, ꝙ sensus eleuetur & nobilitetur pro illo actu, vt dicitur de materia in primo de Aĩa cõ. 16. Primum dici non potest: quoniam sensus est summe receptiuus, sicut intellectus respectu Intelligibilium nullum habens actum de se. Secundum etiam dici non potest, quia virtus sensitiua est nobilior sensatione: quoniam. per eius vnam suppositionem, cuius accidentis subiectum est nobilius ipsum est nobilius. modo subiectum virtutis sensitiuae est natura secundum Ioan, in quaestionibus primi de Anima subiectum sensationis est compositum ex organo, & virtute, vel anima: modo forma est nobilior materia, & composito & magis ens vtroq; 7. & 8. Meta. & 2. de Anima commẽ. 7. & Ioan. tenet hoc in quaestionibus secundi de Anima: ergo virtus sensitiua erit nobilior sensatione. & sic non oportet, vt ponatur illa dispositio propter secundum. His habitis, potest multis modis dici. Primo ꝙ species, & sensatio sunt duo effectus ordine quodam procedentes ab obiecto, sicut radius rectus, & radius reflexus ab ipso sole, vel sicut lumen primum, & secundum: & tunc tota vis rationis ruit: quoniam concedam sibi species non concurrere tanquam agens. Secundo potest dici, ꝙ species est agens sensationem, sicut forma grauis respectu actus motionis. Et tunc ratio eius nulla est: quoniam, non inconuenit vnum subiectum esse receptiuum duorum essentialiter ordinatorum in genere causae agentis, licet in genere causae materialis

C forte sit inconueniens vno modo, vt alibi dixi. Vltimo potest teneri ꝙ species est tanquam dispositio per accidens, necessario tamen concurrens non per se. Ad argumenta Ioan. Ad primam contra. cum dicit ex dicto philosophi in primo Posteriorum, ꝙ omne necessarium est per se. dico ꝙ intelligitur de necessario habente causam in subiecto. & sic nullum per accidens oppositum huic necessario est necessarium, quod, scilicet non habet causam in subiecto. immo Auerr. in multis locis authenticat hanc distinctionum. primo. 5. Met. commẽ. vltimo, vbi dicit, & dixit hoc, quia accidentia, quae dicuntur in ponere substantiae, quaedam sunt necessaria, & quaedam non necessaria. Praeterea. 4. Phys. commen. 20. ait: sed quia illud, quod est per accidens, est duobus modis, scilicet semper, & raro: videtur ꝙ illud, quod est semper, intret quo quo modo in numero demonstrationum verarum non essentialium, quae dicuntur demonstrationes dialecticae. ecce, quomodo ipse expresse vult per accidens esse duobus modis: quorum vnum igreditur demonstrationem, & est per accidens necessarium: & aliud non, & est per accidens contingens, Praeterea, primo Phy. commen. 66. ait, & est intelligendum hic per accidens, & necessariũ. illud enim, quod est per accidens, aliud est necessarium, aliud rarissimum. ecce, igitur quomodo hic homo in hoc errauit valde, audet enim dicere illud,

quod negat Auer. Et si aducuntur auctoritates. Ari. & Auer. 10. meta. comm. vltimo. & .5. meta. cap. de eodem & cap. de accidente, & primo posteriorũ, & primo meta. comm. 8. & .8. physi. comm. 50. Dicendum, quod loquitur de accidente, quod non habet causam propriam in subiecto, vt scis. hoc enim per accidens cum habeat causam extra subiectum, ideo non oportet vt semper insit sicut declaratur secundo phy. comm. 48. & tu considera, quoniam de hoc non debeo facere nunc tractatum, Ex his appatet multiplex defectus huius rationis. potest enim euadi ab ea pluribus modis, & tu addas, si placet. Superest modo soluere viam primam, quę est per verba Aristo. & Auerro. ad quam dicunt quidam, quod anima est principium effectiuum omnium motuum, licet diuersimode: qm̃ respectu motuum estimatiorum, qui dicuntur sensationes, est causa remota per speciem sensibilem tanquam per instrumentum. dictum est enim supra, quod species est instrumentum essentię animę ad causandum sensationem & sic nihil habetur contra me. Respectu autem aliorum motuum. vt scilicet, respectu motus augmenti est causa remota per instrumentum intrinsecum: & sic respectu caloris, qui est quid corporis nostri. Respectu vero motus localis per species, & membra, & virtutem motiuamquę sunt aliquid corporis nostri, vt vides: ergo anima est principium principale omnium motuum tam verorum quam estimatiorum, licet modo diuerso. D B

Sed hic modus dicendi est reprobatus supra. Ideo aliter oportet dicere quod per animam intelligit illam, quę est actuata propriis principiis, modo, licet anima respectu sensationis sit secundum eius propriam naturam principium passiuum, attamen, cum recepit speciem, est principium effectiuum illius. dico ergo quod, per animam intelligit illam, prout est coniuncta speciei sensibili virtute cuius sit principium actiuum, vt dictum est sępe in exemplo de lapide, quando est actu grauis: sicut enim intellectus nihil est actu eorum, quæ sunt, nisi postquam intellexit, ita sensus: ergo per animam intelligit, prout est actu. est. autem actu postquam recepit speciem: & sic apparet solu. ad hęc quęstionem. Et, postquam visæ sunt vię hominis, & debilitatę, nunc tempus est adducere rationes contra ipsum: & primo arguo aliquibus rationibus eius, quas ipse adducit contra se, dando eius euidentiam. secundo rationibus propriis. Primo, ergo arguo. si daretur sensus agens, vel esset cognoscens, vel non cognoscens: non est cognoscens. quia tunc passiui superflui essent. Nec, non cognoscens, quia tunc esset vilior sensu passiuo quoniã viuum, & cognoscens vniuersaliter est nobilius non cognoscente. Ad hoc Ioannes finxit solutio, dicendo, quod non cognoscens secundum quid est ignobilius cognoscente, scilicet, secundum istam priuationem: attamen simpliciter & absolute potest & est nobilius cognoscente, vt corpus cæleste seclusa intelligentia est nobilius musca, vt accipitur. 2. physicorum ab Aristote. & Auerroe commento. 45. Sed iste homo multis modis errauit, primo contradicit Aristote. & Auerro, secundo contradicit sibi, & eius rationi. contradicit quidem Aristote. quoniam ipse in secundo de generatione animalium ait, vniuersaliter actiuum & viuum nobilius esse non viuente: ecce, quomodo dicit illud absolute. Pręterea, Auerro, primo de anima commen, secundo ait, animalia enim sunt nobilissima corporum generabilium & corruptibilium. anima autem est nobilius omnibus, quę sunt in corpore animalium, modo nisi cognoscens esset nobilius non cognoscente, quid diceret Auerro. ¶ Pręterea, Aristote. & Auer. 2. cęl, com, 61. vbi probat ꝙ corpora cęlestia sint animata, d. dicamus ꝙ, cognitio talium rerum est possibilis, vult dicere dispositionum corporum cęlestium: quia, non opinamur quod ista corpora, vult dicere cęlestia, sint tantũ corpora sine anima, opinando ea esse nobiliora omnibus corporibus, quę sunt hic. cuius rationem subdit. ¶. quoniam necesse est, vt nobilius animato sit animatum necessario. Ecce, quomodo probat hęc corpora esse nobiliora, quia animata. modo, si simpliciter dictum Auerro, non esset verum, sed secundum quid, vt fingit Ioann. iand. eius ratio nulla est. Pręterea, in libro destructio destructionum, disp. tertia, in solutio, 13, dubij prope finem, probat corpora F

A cęlestia esse viua per secundam rationem, quę est his verbis posita. & valde potest de hac ratione adminiculari, videlicet; multa paruorum, id est, infimorū, & vilium corporū, turbidorū, id est, generabilium nobiscū, id est, in partibus istis, infra cęlum inuentorum, quę vita nō carent, immo cum toto ipsorum defectu, & vilitate eorum subiectę, & paruę illorum quantitatis, id est, magnitudinis, placuit deo glorioso influere in eis vitam & rationem, id est, prudentiam, ex quibus possunt ipsorum esse, regere, & conseruari, vt plus fieri potest. Tūc arguit per locū a maiori di. tanto ergo melius, quod supercęlestia corpora dignissima sunt, tale munus ab ipso deo benedicto recipere meruerunt, videlicet, vitam, & intellectum, &c. Ecce, quomodo vult simpliciter viuens, & cōgnoscens esse perfectius non viuente. possunt autem adhuc adduci multę alię rationes, de quibus satis est. Quod autem contradicat sibi, & rationi simpliciter apparet: quoniam dictum est, quod illud simpliciter est nobilius & absolute cuius operatio est simpliciter nobilior operatione alterius. modo operatio viuentis, vt est cognoscere, est simpliciter nobilior operatione, non viuentis: ideo videtur sermo huius hominis falsus simpliciter. Illud autem quod ipse adducit in eius confirmatione de corporibus cęlestibus, quę dicuntur diuiniora. hoc dicendum quod fuit causa erroris eius. loquitur enim de corporibus illis, prout sunt viua, sicut loquitur. 2. cęli Auerò. commē. 21.

B Et si dicatur, sicut Ioan. replicat. 2. physi. quoniam Aristo. loquitur contra illos antiquos, apud quos nondum inuenit illa esse viua, Respondetur, quod apud antiquos, & maxime apud illos, contra quos ibidem Aristò. loquitur, corpora cęlestia erant viua, immo dii, vt Empedo. & multi alii dicunt. ideo licet nondum illud determinauit attamen, quia loquitur contra eos, qui concedunt illud. non inconuenit vti indeterminato tanquam vero. Alii autem moderni, mei temporis aliter fingunt, scilicet, quod illa propositio, cognoscens est nobilius non cognoscente, est vera duobus seruatis: quorum vnum est, vt ipsum non cognoscens non sit pars alicuius cognoscentis: propter, quod potest saluari, quod cęlum seclusa intelligentia sit nobilius ipsa musca: quoniā, licet in se non sit cognoscens, est tamen pars cognoscentis. Secundum est, vt etiam non sit virtus alicuius cognoscentis: propter quod dicitur quod voluntas est nobilior quam ignis, vel animal: quoniam est pars cognoscentis, immo apud quosdam est nobilior intelligentia, quicquid sit secundum rei veritatem. Sed hęc solutio est purus error. isti nanque frequenter habent cogitationem corruptam. Si enim ita esset, nullus haberet aliquam viam ad probandum animam sensitiuam esse nobiliorem materia: quoniam diceret quod materia, pro

C quanto est pars cognoscentis, esset nobilior, vel saltem non minus nobilis.

Pręterea, Auer. ait quod anima est nobilius omnibus, quę sunt in animali, vt cōmē. 2. primi de anima dictum est. modo hoc non esset verū: quoniā ea, quę sunt in animali, sunt partes animalis. Pręterea, ad quid laborat Aristote. in libro de anima, ad probandum gradum intellectum esse vltimum, & minimum, & perfectissimum omnium aliorum iam enim esset facilis solutio, dicēdo quod alij sunt perfecti, sunt enim partes, vel virtutes intelligentis animalis.

Pręterea, iste homo nihil dicit ad punctum. quęrimus enim, an cognoscens, secluso quocunq; alio, sit absolute perfectiuus non cognoscente absolute secluso quocunq; alio, & vt declaratum est apparet quod absolute cognoscens est nobilius non cognoscente, & sic absolute sensus passiuus est nobilior agente. Apparet ergo mihi, quod ista ratio contra Ioann. habeat bonam apparentiam. Secundo, arguitur alia ratione: quoniam, si sic: tunc sensitiuum esset in potentia essentiali ad actum sentiendi, vide eius deductionem.

Ad hanc solutio. adducit Ioan. longā, & prolixam. attamen breuiter consistit in hoc, quod non inconuenit consequens concedere, nec ipse inuenit contrarium: cōcedit tamen quod, si esset in potentia accidentali, nō haberet agens per se. Post dicere videtur, quod sensus, postq̄ est genitus, est in potentia accidentali vno modo, & essentiali alio modo. vide ipsum. Attamen contra duo, quę Ioā. concedit. primo contra illud, in quo fingis quod, si esset sensitiuum in

potentia accidentali, non indigeret agente per se. Si enim hoc esset verũ, ali quis effectus per se non haberet causam per se, vt motus localis grauis. Illud autem, quod dicit Auer. 8. phy. cõ. 33. & .4. fecit errare Ioan. quia non vult quod existens in potentia accidentali nõ habeat agens per se aliquo modo, sed ꝙ nõ habet agens per se extrinsecum, attamen habet bene ante agens intrinsecũ, scilicet; formam substantialem. Secundo concedit, ꝙ sensus actu genitus est in potentia accidentali. Illud est impossibile: quoniã sensus, vt sic, indiget motore extrinseco, & per se. & tamen scis quod illud, quod sic se habet, non est in potentia accidentali eo modo, quo loquitur Ioan. Potest aũt replicari ad formam, attamen non opus est in proposito. D

Nunc arguo argumenti meis primo sic illud sufficit in cognitione alicuius sensibilis obiecti, quo habito potẽtia cognoscitiua est sufficiẽter assimilata obiecto sensibili. hoc patet qm̃ cognitio fit tantũ per assimilationẽ potẽtię cognoscitiuę ad obiectũ, vt declaratur primo de anima cõ .26. & .3. maxime cõmẽ. 4. Sed habita specie sensibili ab obiecta causata sufficiẽter, sensus est similis illi: ergo illa sola fit eius sensatio nullo alio concurrente. Confirmatur maior: quoniam, per possibile vel impossibile secludatur sensus agens: quero, an posita specie coloris in visu fit sensatio illius, vel non: secundum dici non potest: quoniam species naturaliter & essentialiter & per se est repręsentatiua obiecti, & hęc a nullo habet nisi a natura eius, scilicet, quia est obiecti similitudo: ergo secluso illo adhuc præsentabit obiectum, & per consequens erit sensatio. Præterea sensatio nihil aliud est nisi obiecti ad potentiam perfecta repręsentatio: sed, secluso sensu agente, potest fieri ista pręsentatio: ergo secluso sensu agente potest fieri sensatio, & per consequens superfluit. B
Pręterea, si ponitur hęc virtus, actiua sentationis, vel pręsentabit potentię obiectum sensibile, vel non, si non: ergo non causat sensationem consequentiam probo ex dictum eius, qui impugnant solutionem cuiusdam sui socii supra in .q. ait. si autem dicatur quod ipsa virtus speciei sensibilis non repręsentat ipsum sensibile, nec ei conformatur; hoc videtur absurdum: quia tunc illa species per illam suam virtutem non produceret cognitionem, seu sensationem illius sensibilis priusquam alterius: ecce, quomodo consequentia est eius. Si dicatur quod sic: ergo erunt duę species vnius sensibilis sicut ipse arguit: & sine dubio hoc argumentum est demonstratiuum ad hominem, & consyderatu. Pręterea, non maioris actualitatis est materia cũ forma grauis ad causandum motum solum, quam materia organi cum specie sensibili respectu actus sentiendi. hęc patet, ꝙ est Ioan. Sed materia cum forma grauis sufficit pro ipso motu: ergo organum cum specie sensibili sufficit pro ipso actu sentiendi. Propterea, secundum Ioan. species concurrit ad actum sentiendi. vel igitur mere & solum passiue, vel aliquo modo actiue. non primum, quoniam omnis potentia mere passiua est contradictionis, vt Ioan. tenet in libro de substantia orbis, & est dictum Aristo. 9. meta. & Auer. ibidem commẽ. 17. &. 19. ergo oportet vt concurrant actiue, ergo superfluit sensus agens. Pręterea, omnis forma, ad quam sequitur aliqua operatio essentialiter, & per se non excedens illam, se habet actiue respectu illius: sed species est forma organi, ad quam essentialiter, & per se sequitur sensatio, quę sensatio non excedit illam speciem: ergo respectu sensationis se habet actiue. maior est manifesta per se; quoniam operatio fecit scire formam sicut transmutatio materiam vt colligitur. 8 met. cõ. 12. & alibi. & hęc maior est Auer. in .3. capi. de substantia orbis. minoe autem Ioanuts. Pręterea, supponatur quod species rei secundum essentiam eius, & suam naturam sit actiua. probatur, quoniam species in anima non differt a forma extra animam, nisi, quia ipsa in anima est abstracta, extra animam est in materia. modo ista differentia non tollit potentiam actiuam ab ipsa re abstractã immo dat sibi potentiam plus plure actiuam, quoniam materia impedit actionem: & ideo 9. metaphysi. commẽ. 2. ait Auer. quod formę separatę sunt purę formę, & purę actiones, & sunt tantum actiuę, & nullo modo passiuę itaque apparet F

A quod forma in anima est actiua omnino: tunc arguo petendo, post quam species est recepta in anima, vel aliquid agis, vel nihil. si aliquid, non potest agere nisi spiritualiter, & per consequens sensationem causabit. si nihil, & cum sit apta nata agere, & nunquam aget, nec in anima, nec albi: ergo ociosa in natura. Preterea arguo. omne inducens summam dispositionem pro aliqua forma in natura est agens illam formam, sicut sumitur ab Auerroe. 7. metaphysi. comment. 31. &. 12. metaphysi. commento. 18. sed per Ioannem, sensibile extra animam inducit summam dispositionem facientem pro forma sensationis: ergo aget ipsam sensationem, & per consequens sensus agens superfluit. Ioannes in questione de sensu agente, & tertio de anima. q. 24. in solutione cuiusdam difficultatis ait, quod illud dictum Auerrois est intelligendum de agentibus, que agunt formas substantiales, Sed de illis, que producũt actus accidentales, non oportet. Hanc solutio. probat ex tribus. primo ex secundo de anima commento. 67. de lumine, & intentione coloris in medio z cuius agens dispositum, scilicet, corpus luminosum non est idem cum agente perficiente, vt colore. Secundo probat idem ex. 5. metaphysi. ab. Aristotele & Auerroe commento. 3. & 2. physi. commento. 25. ponitur quod duplex est agens artificiale, scilicet, disponens, & preparans subiectum ad receptionem actus postremi seu completi aliud est agens perficiens & com-
B plens: ergo oportet ponere aliud esse agens inducens, & aliud disponens. Hanc eandem distinctionem tertio autenticat Ioannes ex. 7. physico commento. 37. vbi soluendo questionem Zenonis, innuit dictinitionem istam scilicet, quod quoddam est mouens preparatis: & hoc vocat mouens in potentia, pro quanto eius effectus ordinatur, sicut potentia receptiua, vel sicut preparatio ad actum postremum. aliud est mouens perficiens & coplens, quod scilicet inducit in subiecto iam preparato actum intentum. Ex his tribus conclusa Ioann. quod inconueniens non est in aliquibus esse aliud agens inducens, & agens disponens, vt apparet in actibus substantialibus.

Sed mihi videtur, ꝙ iste homo maxime errauit in hoc. & ideo primo ego declarabo in quibus dictum Auer. habet locum, secundo probabo illud ex quibus apparebit peccatum Ioannis. Quartum ad primum debes scire, quod sicut dicit dispositio est duobus modis, ita agens disponens est duobus modis. est autem dispositio vno modo id, inter quod & formam, ad quam ordinatum, est essentialis ordo, sicut est inter premissas, & conclusionem. Et est secundo modo id, inter quod, & formam non est ordo essentialis, sed mere accidentalis. Istud potest declarari exemplis. posita enim sufficienti dispositione pro forma ignis, omnino oportet vt ponatur forma ignis: quoniam inter dispositionem, & illam
C formam est ordo essentialis. Exemplum secundi est de lumine. quantumcũq; enim ponatur huiusmodi, oportet, vt ponatur forma, ad quam disponit: eo quia non est lumen essentialiter ordinatum ad intentionem forme sensibilis, & per consequens duplex est dispositiones, sicut fuit duplex dispositio. Istis habitis, ego assumo contra Ioan. ista maiorem. omne agens disponens dispositione essentialiter ordinata ad actum est, agens inducens illum actum secundum rẽ & subiectum: & dixi notanter dispositione essentialiter ordinata, &c. i. quia de dispositione accidentaliter ordinata non oportet. Tunc illi maiori addo minorem: sed agens dispositionem pro sensatione est agens dispositionẽ essentialiter ordinatam, & per se, vt dicit Ioan. in confirmatione secunde rationis: ergo sequitur conclusio, & prius. Sed tota vis consistit in maiori ideo eam probo. primo sic, plus forme substantialis excedit qualitatiuam dispositionem pro ipsa essentialiter ordinatam, quam forma accidentalis excedat suam pro ipsa essentialiter ordinatam hec est manifesta. Sed potens producere dispositionem qualitatiuam essentialiter ordinatam ad formam substantialem potest producere formam substantialem, per Ioan. qui dicit quod tenet in subiectis; ergo multo melius potens producere formam accidentalem, & dispositionem accidentalem ordinatam essentialiter ad aliam accidentalem potest producere illam

accidentalem:ergo dictum Auerro.intelligitur in omnibus tam accidentalibus D
actibus, quam substantialibus, dummodo sit ordo essentialis dictus: & sic
patet maior. Secundo principaliter arguo, sit a agens disponens essentialiter
ordinatus ad b formam sufficientem simpliciter pro illa, quod per te non po
test producere b formam.& quero vel non potest producere b formam, quia ip
sum b produci est difficilioris productionis, quam producere dispositiones es-
sentialiter ordinatas ad illam. Vel, quia ipsum b est forma agenti impropor
tionata, non enim potest fingi, aliud, vt patet. non primum, quoniam tota
difficultas formę producendę ex difficultate productionis dispositionum con-
surgit, sicut colligitur ab Aristotel. primo de generatione, & Auerro. ibidem
commen. 55. in illo verbo. habitibus pręsentibus in materia cessat motus.
dat intelligere quod tota rei difficultas est ex ipsis dispositionibus.
Confirmatur, quoniam si sic, tunc habitis dispositionibus, adhuc agens non
potest subito producere illam, immo magnum tempus apponeret quod est
contra Auer. 6. physi.com.32.&.4.physi.com.119. Nec potest fingi secundũ:
quoniam cuicunque sunt proportionata omnia media essentialiter ordina-
ta ad finem, est proportionatus finis, sicut cuicunque sunt proportionatę pre
missę est proportionata conclusio, vt scis. media enim essentialiter ordi-
nata fini proportionantur, & agens illas proportionatur illis: ergo a pri- E
mo ad vltimum etiam proportionabitur ipsi fini. Pręterea tertio arguo.
si disponens essentialiter non esset genus, tunc vna & eadem species es-
set a casu, & a natura, contra Auerro.8. physic.com.46. consequentia de-
claratur: quoniam disponens essentialiter, vel intendit inducere finem.
vel non, si non, ergo fuit accidentale, & quasi fortuitum ex dispositione
essentialiter ordinatã produci formam, & sic poterit non esse, sicut Ioan.
dicit. si intendit, & nunquam producit, ergo illa res fuit casu factam, & etiã
est facta a natura, ergo vna species esset a casu, & a natura. ex his apparet ma
jora simili contra Ioan. & peccatum eius, & verificatio dictorum Auer-
ro. vbi enim Auerro. vult quod disponens sit agens formam, loquitur de
disponente per essentialiter ordinatas dispositiones. vbi vult quod quan-
do sunt diuersa, loquitur de dispositionibus accidentaliter ordinatis: &
sic possunt dicta Auerro. satis subtiliter concordari. Præterea mihi vi-
detur extraneum ꝙ, si sensus agens daretur tanquam res realiter distincta
a sensu passiuo, quod Aristote. nullam fecisset mentionem. vnde probo
quod sit diminutus, nullam fecit mentionem de sensu agente, & debuit fa-
cere: ergo est diminutus, consequentia nota, prima pars conceditur a Ioan.
sed secunda pars antecedentia declaratur; quoniam, secundum omnes exposi- F
tores, si non fecisset mentionem de intellectu agente, esset diminutus, vt.
patet apud omnes: sed ita pręcise se habet sensus agens ad sensum passi
uum, sicut intellectus agens ad intellectum passiuum ergo &c. Vlti-
mo, arguo argumento Ioan. si istę sensus agens daretur, vel esset vnus se-
cundum speciem omnium sensuum passiuorum, vel multiplicatus. Et sine
ampliori labore Ioan. dicit quod sensus passiui sunt multi in eodem orga-
no specie distincti: vnde, sicut visio albi est specie distincta a visione
nigri, ita virtus visiua albi specie, & realiter distinguitur a virtute visi-
ua nigri, & quia cuilibet virtuti passiuę respondet actiua, ita ponit ad-
huc sensus agentes multos in eadem specie, quorum vnum causabit actum
sentiendi album, alius causabit actum sentiendi nigrum, vide ipsum. Sed
hoc est purus error: quoniam famosa propositio omnium latiuorum est,
quod impossibile est duo accidentia specie distincta esse in eodem subie-
cto numero equaliter primo, & maxime si sunt accidentia propria illi su-
biecto. Et per consequens impossibile est dictum Ioan. Secundo ar-
guo argumento eius, primo physic.questi.an materia habeat infinitas poten-
tias, & est argumentum ad oppositum. arguit enim sic. si materia habet
potentias ad infinitas formas, ergo habet infinitas potentias secundum nu-

A merum formarum, fundat enim se super hoc ꝙ numerus potentiarum debet esse secundum numerum specierum, vt dicit Auerro. 12. metap. commen. 11. modo arguo. si ipse ponit multos sensus passiuos, & multos actiuos propter multitudinem actuum, quos causant: a pari debuit ponere infinitos, sicut primo physicorum ponit, quoniam vnum organum numero est in potentia ad actus sentiendi infinitos: ergo debet habere infinitas potentias passiuas & infinitas actiuas, & quid absurdius? Hoc idem potest argui duabus eius suppositionibus in illa questione positis: quarum prima est, quod quando aliquod subiectum est in potentia ad actus infinitos respectu alterius, & alterius formę & specie, & numero, habet aliam & aliā potentiam: hęc est vna suppositio eius. secunda suppositio est ista. quod organum est in potentia ad infinitos actus visionis possibiles fieri. Ex his arguitur, vt prius, ꝙ sicut ipse concedit visus actiuos & passiuos multos in speciebus, ita debuit concedere infinitos, vnde, si vis sui argumenti concludit de potentiis materię, quare non concludit de potentiis visiuis? ideo accidit ꝙ iste homo frequenter sibi contradicat: eo quia semper applicatur errori, & alicui fictioni ex phantasia corrupta, & non ex ratione: cum omnia hęc sint, apparet peccatum Ioan. in opinione de sensu agente manifestū. Et est completa prima pars huius tractatus.

B Secunda pars principalis, vt proposui, vult declarare opinionem Arist. & Auerro. Ad quam declarandam oportet accipere vnum, in quo Ioan. errauit valde, vnde, quia errauit in principio multis erroribus, errauit in fine, scilicet ꝙ sensatio, & species sensibilis sunt vna res in subiecto, differunt tantum in modo. & ideo agens potens causare species causabit omnino sensationem, cum species & sensatio sint vna res simpliciter, differunt tamen in modo intelligendi. forma enim impressa in potentia visiua a re sensibili extra animam, prout est deriuata similitudo rei sensibilis extra animam, dicitur species. prout vero repręsentat illam, & recipitur in potentia, dicitur sensatio. isti ergo modi intelligendi sunt vnius rei tantum, licet illa res possit intelligi sub ista pauca diuersitate. Sed dices, ergo medium illuminatum, vt aer sentit quoniam recipit speciem, & illa est sensatio. ergo respectu sensibilis habet sensationem. Respondeo, ꝙ species est in medio sub ratione, qua species, non tamen sub ratione, qua visio seu sensatio. sensatio enim est receptio speciei in virtute sensitiua, prout est virtus sensitiua, ideo sunt vna res in subiecto, licet sint modi diuersi, qui originantur ex rei in natura. Per istud principium nolo habere aliud, nisi quod quodcunque agens potest producere species in potentia sensitiua, vt sensitiua est, potest producere sensationem. & ideo non est diuersum agens speciem ab agente sensationem, sicut Ioa. putat. Hoc habito, oportet

C prius declarare. q. in sensibus exterioribus, deinde in interioribus. Quantum ad primam partem fuit opini. Dicit. Alber. in. 2. de anima tracta. 3, cap. 6. vbi vult, quod quęlibet forma sensibilis sit sensibilis in secundo modo. dicendi per se, vt Auer. dicit secundo de anima commen. 66. & 67. ideo vult ꝙ forma caloris, siue cuiuscunque sensibilis est duo secundum modū, & vna secundū rem, & in subiecto. & ideo prout est forma tantum habet causare actionē spiritualē, quia forma vt forma habet agere sine materia: prout vero est forma in materia habet agere actionem corporalem, & materialiter. & sic, nullo modo ponitur sensus agens, sed tantum passiuus, & forma rei sensibilis: quibus approximatis, omnibus impedimentis remotis, & requisitis pręsentibus fit actus sensationis, nullo alio concurrente in ratione agentis, eo quia tale sensibile per formam eius imprimit speciem in sensu, quę prout recipitur in sensu est sensatio, vt dictum est. Ista solu. non mihi apparet esse totaliter ad mentem Auerro. cum reuerentia tanti viri, licet ego post conabor reducere eam ad bonum sensum. Primo, quoniam si ita esset, omnis forma potest causare sensationem, & actionem spiritualem. consequentiam probo, qm̄ oīs forma potest considerari, vt forma absolute tantum & vt in materia. & si consyderatur vt forma, ergo vt sic poterit agere spiritualiter, si vt in materia, ergo cor

actum ſentiendi D
poraliter. & omnis forma poſſet cauſare, inquantum forma, actum ſentiendi
contra omnes, ſaltem de ſubſtantia. Secundo, per illud ſecundum quod ali-
quid patitur non fit actio: quoniam non eſt vnum, & idem principium ſecūdum
idem actionis & paſsionis, ſed per materiam forma patitur, vt dicit Auero.
9. Meta. con. 2. & primo de generatione. commē. 45. & 3. Cęli commē. 28. &
4. Cęli commē. 22. ergo per materiam nec corporaliter, nec ſpiritualiter aget.
Tertio, operationes ſpecie diſtinctę, & ęquales non poſſunt ab vno & eo-
dem ſecundum rem prouenire, licet ſit diuerſum ſecundum modum: quoniam, ſi
ita eſſet, nulla eſſet via cōcludendi multitudinem formarū ex operationibus ad
ęquatis & diuerſis. cuius contrarium. 12. Meta. comm. 48. concludit. vide. Ideo
videtur mihi, ꝙ abſolute hęc opinio Alber. non poſsit trahi ad bonum ſen-
ſum, niſi aliqualiter torqueatur ad opinionem dicendam. Supereſt modo po-
nere opinionem Ariſtot. & Auerr. & quia toto ſententia Auerr. ponitur in ſe-
cundo anima commē. 60. ideo volo exponere finem illius commenti primo.
& poſt ponere quędam, ex quibus erit manifeſta opinio huius philoſophi.
Primo ergo mouet. q. d. & poteſt aliquis dicerre, quod ſenſibilia non mo-
uent ſenſus illo modo, quo ſunt extra animam: cuius rationem ponit, &
primo accipit maiorem. d. mouens enim ſenſus debet eſſe ſecundum ꝙ ſunt B
intentiones, ideſt, debet eſſe ens ſpirituale. deinde accepit minorem. d. cum in
materia non ſunt intentiones in actu, ſed in potentia: tunc repetenda eſt con-
cluſio in principio. q. poſita. ſ. ergo ſenſibilia non mouent ſenſus illo modo,
quo ſunt extra animam: & eſt argumentum in ſecunda figura (Et non poteſt)
Hic inducit ſolu. quandam, & confutat illam. d. & non poteſt dici quod iſta di
uerſitas accidat propter diuerſitatem ſubiecti. ita ꝙ. ſup. res ſenſatę fiant in-
tentiones propter materiam ſpiritualem, quę eſt ſenſus non propter motorem
extrinſecum, & ſup. in re extra animam ſint materiales propter materiam cor-
poralem. vult ergo iſta ſolu. quod forma ſenſibilis habet eſſe abſtractum a
materia ſpirituali, & eſſe materiale a materia corporali. Contra arguit.
& tu continua ſic ſuum ſermonem. & non poteſt aliquis dicere idem, enim, pro
quia, melius eſt eſtimare ꝙ cauſa in diuerſitate materię eſt diuerſitas for-
marum, non quod diuerſitas materię ſit cauſa diuerſitatis formarum, & hoc
dicit etiam in primo de anima commen. 35. in fine, tunc oportet ſupplere mi-
norem: ſed forma ſenſibilis ſpiritualis, & forma ſenſibilis realis ſunt formę,
& ſenſus & materia corporalis ſunt materię, ergo melius eſt eſtimare di-
uerſitatem illarum materierum eſſe ex iſtis formis quam econtra. Dein-
de. (Et cum ita ſit) Ponit veram ſolu. d. & cum ita ſit, neceſſe eſt pone-
re motorem extrinſecum inſenſibilem alium, id eſt diuerſum ſecundum
eſſe a ſenſibilibus, ſicut fuit neceſſe in intellectu. Deinde ibi (Et viſum.) E
Re colligit ſolu. d. viſum eſt igitur quod, ſi conceſſerimus quod diuerſitas
formarum eſt cauſa diuerſitatis materię, vt dictum eſt. neceſſe eſt moto-
rem extrinſecum eſſe. Deinde (Sed Ariſtote.) Excuſat magiſtrum eius,
& reddit te attentum. d. Sed Ariſtote. tacuit, id eſt non manifeſte dicit
hoc in ſenſus, quia latet, & apparet in intellectu. Deinde reddit te atten-
tum dicit & tu debes hoc conſiderare. quoniam indiget perſcrutatione.
Et tu vide Ioann. in. 16. queſtio. ſecundi quomodo defendit Auerro.
in iſta excuſatione Ariſtote. poteſt tamen dici aliter, ꝙ quia latet in ſen-
ſu. & idem indicium eſt de intellectu agente iſto modo & de iſto motore,
ideo non oportet Ariſtote. facere ſpecialem tractatum alium a tractatu de
intellectu agente. & ſic aperte dictum Auerrois. Ex iſta expoſitione appa-
ret peccatum Ioan. qui voluit ꝙ Auer. non dicat hoc per modum determi-
nationis, ſed ꝙ dimiſit. queſtio. inſolutam. apparet enim qualiter. queſti. ſo-
luit, ſed dimiſit nobis conſiderare, an ſit iſte motor ſenſibilis. Sed quid
ſit, & quomodo ponitur, & qualiter. & mirum eſt quomodo iſte homo er-
rauit in expoſitione huius commenti. Quia igitur. Auero. vult vt in no-
bis ſit labor ꝯſiderandi de eſſentia eius, & modo, ideo nunc volo pone-
re quędam, ex quibus apparebit perfectus intellectus opinionis Auero.
dico

A dico ergo, quod in physica transmutatione tria concurrunt ex parte agentis, scilicet forma eius, ratione, cuius compositum naturale aget: hoc apparet, quoniam tertio physi. commen.17.omne agens mouens agit,& mouet, prout habet formam. & . 9. meta. ab Aristote. & Auer. commen.20.colligitur idẽ. Secundum est materia, in qua forma physica & naturalis consistit, Hoc declaratur: quoniam, licet ratio agendi sit forma, vt satis dictum est: attamen,quia transmutatio physica est trãsmutatio indiuidualis,& hęc est diuersa inter duo indiuidua: ideo concurrit materia tanquam principium limitatiuum, & diuersificatiuum illius. & hoc significat Auerro. 7. meta. commen. 28. dum vult, quod generans non generet aliud, vult dicere, particulare & diuersum nisi propter materiam. Tertium est agens vniuersale, in cuius virtute agentia particularia hic inferius agunt.est autem hoc agens vniuersale primum mouens, & primum alterans compositum, & colligatum ex intelligentia & orbe, ex quibus existit vnum operari per principium in eo. Istud potest declarari, quoniam primum in vnoquoque genere est causa omnium aliorum in illo genere. Quia igitur,vt dictum est in fine secundi de substantia orbis, corpus cęleste est primum alterans, & primum motum erit causa omnium aliorum in genere agẽtium existentium. Pręterea,entia hic agentia sunt ligata,& connexionem habentia cum separatis motoribus. est enim vniuersum nexus superiorum cum

B inferioribus. iste autem nexus esse non potest, nisi quia aliqua religantur, & philosophi declarauerunt illud esse cęlum. & ideo dicit Auerro. primo cęli commen. 22. ꝙ cęlum est ligatiuum illorum, & istorum. hoc autem fieri non potest, nisi pro quanto cęlum est agens alterans, & mouens virtute eius, & hęc agentia virtute & instrumenta illius, ex quibus cum illo fit vnum, sicut ex instrumento, & principali agente fit vnum. Pręterea, omne ens per paticipationem reduci debet ad esse per essentiam, vt secundo meta. commento. 4. colligitur: &, quia hic esse non habent nisi participando illa, ideo nec agere possunt nisi in virtute illorum eo modo, quo instrumentum agit in virtute principalis agentis, & per hoc verificatur dictum Aristote. in. 2. de generatione. tex. commen. 54. & . 55. vbi vult quod agentia hic sint instrumenta superiorum: sunt ergo in actione physica ista tria omnino, & simpliciter requisita. Applicando modo hic ad propositum, dicendum, quod ista tria requiruntur omnino in actione spirituali, licet modo diuerso, vt declarabitur: quorum primum est ipsum sensibile, quod est necessarium tanquam agens aliquo modo, & hoc declaratur auctoritatibus Aristote. maxime. 2. de anima. tex. commen. 59. vbi dicit huiusmodi operationis, vult dicere sensationis

C actiuę, sunt extra visibile, audibile, & reliqua sensibilia. Ibidem tex. commen. 52. ait expresse, quod sensus reducitur a sensibili de potentia ad actum, &.3.de anima.tex. commen. 28. ait, videtur autem sensibile ex potentia existente sensitiuo actu agens. potest idem declarari dictis Auerro. in.2.de anima pluries scilicet commen. 52. & 59. & septimo physi. commen. 12. & alibi. Secundum est ipsius formę sensibilis natura limitata, Hoc autem potest de facili declarari: quoniam, sicut actio & transmutatio physica est limitata ad indiuiduum per concursum materię, ita transmutatio spiritualis est limitata ad talem speciem sensationis per limitatum gradum formę sensibilis. vnde sensatio visiua dicitur visio, eo quia a visibili, & tali natura procedit, & ideo sensibile quodcunque non est natum agere in quodcunque, nec quodcunque organum natum pati a quocunque. & hoc dat intelligere Auerro. secundo de anima commen. 129. & 132. vbi probat numerum sensuum ex numero sensibilium, &. 3. de anima. tex. commen. 38. ait Aristote. secantur scientia & sensus in res, id est, secundum diuersitatem sensibilium, & intelligibilium. Tertium est vniuersale agens, in virtute cuius fit omnis actio inferius. Sed istud tertium declaro: quoniam, licet tam actio physica, quam actio intentionalis fiant in virtute primi agentis, idest, corporis cęlestis, attamen non eodem modo:quoniam cęlum est agens per qualitates manifestas, scilicet lumen, & motum, & per intellectuales, prout totum agit ratione intellectus, ideo

dico quod, vt agit altitudo est principale agens, ad quod omnia agentia cum D
transmutatione reducuntur: vt vero corpus celeste reducitur ad formam in eo, vt sic agentia hic, spiritualiter autem in virtute corporis celestis, id est, eius motoris, & sic attributiue actio spiritualis reducitur ad primum motorem separatum, & actio physica ad primum alterans. dico ergo quod sensatio potest capi vt actio spiritualis, & vt est in tali specie actionis spiritualis. verbi gratia vt est visio, vel auditio, vel alterius speciei: si primo modo, sic omnia sensibilia reducuntur ad primum motorem, qui est anima corporis celestis, virtute cuius vt instrumenta spiritualiter agunt. Si consideratur vt talis speciei, vt sic possunt esse a forma sensibili limitata per suam differentiam, & gradum proprium, a qua prouenit naturaliter ista species spiritualis actionis, verbi gratia visio, sicut a graui naturaliter prouenit motus deorsum. His ergo declaratis dicendum ad propositam, quod sensus agens non est: quoniam causa effectiua sensationis immediata & per se, vt instrumentum primi motoris, quicquid sit ille, sunt ipse forme sensibilium extra animam, & causa receptiua est sensus patiens, scilicet visus, vel alius quicunque. Dixi immediata, quia nulla mediat in ratione agentis particularis. Dico per se, id est, totalis, quoniam sola forma sensibilis nullo concurrente tanquam causa particulari causat sensationem. Dixi vt instrumentum, &c. quoniam, vt dixi, motor se- E
paratus est id, a quo sensatio habet esse spirituale a materia, & eius conditionibus: quia igitur sensus agens non est necessarius propter ipsam actionem sensitiuam, nec propter causationem ipsius speciei: quoniam species, & sensatio, vt dictum est, sunt vna res simpliciter, ideo sensus agens non est. tota ergo actio tanquam ad agens proximum, & totale particulare requiritur, & reducitur ad formam rei sensibilis. Tanquam vero ad agens primum, & vniuersale reducitur ad motorem celi. & hec est sententia Auerro. in comm. iam lecto. non enim vult vt sensatio habeat esse spirituale a subiecto, sed a motore extrinseco: quod non intelligo tanquam a causa proxima totali particulari, sed tanquam a causa prima & principali. & sic intelligitur etiam comme. 59. quando idem profert. Et sic completa est secunda pars tractatus, & declaratum est de sensibus exterioribus, qualiter non datur sensus agens.

SVper est modo venire ad tertiam partem. vbi plures quest. occurrunt, deinde complebo intentionem Auerr. de interioribus. Prima ergo quest. est, an ille motor celestis debeat dici sensus agens. & videtur quod sic; quoniam, sicut intellectus dicitur agens, quia est causa vniuersalis intellectionis, ita a pari iste motor debet dici sensus, eo quia est vniuersale principium sensationum. Secunda quest. multum difficilis est, quoniam hec determi- F
natio videtur destruere intellectum agente: quoniam, sicut sensibilia virtute motoris separati possunt causare in sensu sensationem, ita quiditates intelligibiles virtute eius possunt causare intellectiones, & species intelligibiles: ergo amouetur necessitas intellectus agentis. Tertia quest. est, quisnam est hic primus motor, an primum principium, an motor lune? & questio videtur dubia an intellectus agens, quem ponit Auerr.? Quarta quest. est, quoniam non videtur quod sensibile sit agens instrumentale respectu sensibilis forme, & sensationis: quoniam, tunc species sensibilis non assimilaretur ei. non enim oportet, vt instrumento assimiletur effectus: vt apparet in multis. Quinta quest. si ita esset, non esset aliquod agens principale preter primum: quod falsum est; quoniam nulla esset via ad probandum aliquod agens esse nobilius effectu; cum, non possit probari, nisi eo quia causa principalis est nobilior effectu. modo, si nulla est talis: hec via nihil est. Circa ergo has quest. primo videndum est de prima. dico ergo quod latini plures fingunt quod prima ratio sensus, vt sensus est, importat esse materiale, vel habitudinem ad materiam, intellectus vero secundum rationem eius primariam, separationem a materia. Ex hoc apparet sol. dico enim quod, quia motor intelligibilium formarum cum sit separatus, conuenit intellectui, ideo potest dici intellectus. Motor autem

A in sensibus non conuenit dici sensus: quoniam sensus secundum eius primariam rationem, importat materiam, vel habitudinem ad illam, ideo non debet dici sensus. Sed hęc solu. stare non potest: quoniam, tunc deus non posset dici primum alterans, nec primum mouens, cum denominationes plus includant habitudinem ad materiam, quam sensus Ideo pro me, & ipsis debes scire, quod actio est duobus modis. vna, cuius passio sibi respondens secundum rationem eius quiditatiuam, est indifferens entibus materialibus, & separatis a materia, sicut motio. dicimus enim ꝙ moueri est indifferens tam materialibus, quam immateralibus saltem secundum Analogiam. dicit enim Aristote.12.metaphy.tex.com,36.ꝙ primum mouet, vt appetibile, & intelligibile,& reliquę mouentur.vt appetentes, intelligentesque illud primum. & sic ratio ipsius moueri est indifferens rebus physicis, & abstractis. Alia est actio, cuius passio sibi correspondens secundum rationem eius formalem, est conueniens tantum entibus transmutabilibus physicis, & nullo modo separatis, nec vniuoce, nec analogice, nisi forte transumptiue, Verbi gratia. generatio isto modo dicitur, quoniam generari non conuenit aliquo modo eternis & separatis substantiis, nisi forte transumptiue, sicut Plato.fingit in Thymeo. Hac distinctione posita, dico ꝙ agens separatum potest denominari ab illa actione, cuius passio est indifferens. & ideo deus B dicitur primus motor, primus amator, creator, & multis aliis denominationibus. Non autem debet dici primus generator, nec primus alterator, vt dixi arguendo: quoniam passiones illarum actionum sunt proprie,rebus physicis: quia, ergo ipsum sentire tantum conuenit rebus materialibus, ideo deus non potest dici sensus nec agens, nec patiens. Sed hic adhuc animus non quiescit, quoniam aliquis vellet scire causam diuersitatis. Dicendum ergo, quia actio, & passio sunt opposita, ideo sunt vnius cognitionis. & vnius rationis: ideo, si in aliquo genere entium non inuenitur ratio vnius oppositi, nec ratio sui comparis, nisi abusiue & metaphorice, vt dictum est. & tu considera. Ad secundam questi. latini fingunt, ꝙ propterduo oportet ponere sensum agentem. Primum est propter dignitatem animę intellectiuę, quia enim anima intellectiua est multo nobilior anima sensitiua, ideo meruit habere & vim actionis, & vim passionis. non sic de sensu. Secundum est, quoniam phantasma agit immediate in intellectu, ideo requisiuit intellectum tanquam agens proximum, & non commune; quia vero sensibile agit per medium, in eius actione requiritur ipsum, & sufficit agens commune vniuersale. Sed istę rationes videntur mihi nullę: prima non, quoniam anima sensitiua est nobilior ipsa vegetatiua, ergo debuit habere aliquas pręeminentias. modo, si illa pręeminentia est actionis, debuit habere vim actionis, C & eo maxime,cum vegetatiua habeat vim agendi in obiectum eius. Secunda ratio nihil est: quoniam, sicut propter phantasma agere immediate in intellectum est necessitas intellectus, agentis, ita a pari propter medium actuatum specie sensibili immediate agere in sensum: oportebit dare sensum agentem, & si non, adhuc quęstio remanet insoluta. Ideo videtur mihi aliter pro nunc, prout colligetur.3. de anima commen. 18. quod actio intellectiua est transferre rem de genere in genus,vnde res in intellectu non habent tantum esse diuersum a seipsis specie, immo genere, prout sunt in materia, immo esse diuersum secundum genus. Dico ergo, ꝙ licet aliquid possit agere virtute alterius ad aliquid diuerse speciei.scilicet tanquam instrumentum illius, attamen non ad aliquod diuersum in genere: ergo fuit necessarium ponere intellectum agentem tanquam proximum agens, & proprium intellectionis.Sed adhuc est locus.q.quoniam calor virtute substantię agit nō modo diuersum in specie, immo in genere, quia agit substantia, vt instrumentū substantię. Dicendū ꝙ p diuersum in genere, ego intelligo simpliciter, sicut ens materiale,& immateriale dicuntur diuersa in genere,eo quia sunt diuersa in materia: & tu considera,quoniam in com.18,declaraui hoc tertio de anima. Ad tertiam.q.dicendum, ꝙ primus motor.est deus, vel oēs substantię separatę. intellectus.n.poni

non pōt quoniam ille secundū ipsum, 7. meta. cō31. in fine. nō agit: ergo opor D
tet vt sint omnes motores separati, & primo & principalissime primum sim-
pliciter, ratione cuius omnia agunt & mouent, eo quia ipso sunt, & fiunt. Ad
quartam dicendum, ꝙ instrumentum potest multis modi. capi. quandoq; , s. pro
causa secunda, quę est principalis, attamen dicitur instrumentalis, quia agit tan-
quam causa secunda. Quandoque pro causa, quę secundum suam formam non
agit illum effectum, sed prout habuit impressione a principali sicut calor dici-
tur, ipse enim secundum suam formam nunquam aget substantiam, attamen secū
dum ꝙ est instrumentum principalis agentis agit formam substantialem. alios
modos relinquo. dico ergo ad propositum, ꝙ sensibilia sunt instrumenta primo
modo: & sic ipsis instrumentis assimilatur effectus, licet secundo modo non. Ad
quintā. q. cōcedo. ꝙ solus deus est causa principalis isto modo. ꝙ nec agit in se,
vt instrumentum alterius, nec primo, nec secundo modo. dico tamen quod mul-
tę sunt causę principalles, id est non instrumentales secundo modo. & sic po-
test probari ꝙ aliqua causa sit nobilior aliquo effectu. Et sic completa est
tertia pars tractatus.

Oportet ergo vt illud, quod Ioā. dimisit, declaretur, scilicet andetur sen-
sus agens in sensibus interioribus. Dico ergo, ꝙ sensuum interiorum
quidam cognoscit simplicia, & complexa, & discurrit, & componit, & E
diuidit; quiddam simplicia tantum. Sed, quia sola cogitatiua compre-
hendit complexa simplicia, discurrit, componit, & diuidit, ideo sola cogita-
tiua debet diuidi secundum agens, & patiens. Operationes enim iste non pos-
sunt esse nisi propter ista verū agens & patiens non sunt duę res, sed vna tan
tum, & in modo differens. ipsa enim prout habet vim recipiendi, potest dici pa
tiens; prout habet vim agendi, pōt dici agens, attamē est vnamet res simplici
ter & omnino, sicut dici in rebus materialibus multotiēs idem putatur agēs &
patiens. Causa aūt huius oppositionis est: quoniam intellectus, & cogitatiua
non differunt nisi penes vniuersaliter, & particulariter opare, secundum Auer.
vult enim ꝙ cogitatiua sit quędam ratio particularis, vt commē. 33. terti. &. 6.
&. 2. de anima. commē. 63. modo ista variatio non amouet rationem agendi &
patiendi; ideo oportet, sicut in intellectu datur ista multitudo, ita in cogitatiua:
& licet Aue. nō expressit, attamen dat intelligere hoc per simile in intellectu
&, cum omnia hęc sint ita solutę sunt duę. q. quarū prima fuit de exterioribus,
vbi soluta sunt iterum tria quęsita, an scilicet sit, primum: secūdum, an sit ali
quid animę nostrę: & tertium, an sit vnus omnium. omnia. n. ista per interem-
ptionem sunt soluta: & cum ita sit, oportet nunc soluere ad. q. in principio indu
ctas. Ad primam concedo conclusiones rationis, & confirmationis, ꝙ scilicet
detur aliquod agēs in sensibus omnium sensationum, sicut motor omnibus com F
munis, attamen istud non debet dici sensus agens. Itaq; dicendum est, ꝙ vbi-
cumq; datur patiens, datur agens: non tamen oportet, vt semper vbi datur pa-
tiens, detur agens eiusdem rationis, vt patet. nam datur materia patiens, non ta
men datur materia agens: licet in natura intellectuali valeat, si datur intelle-
ctus possibilis, debet dari aliquod agens, quod potest, & debet dici intellectus,
propter rationem iam tactam. Ad secundam dicendum, ꝙ a forma caloris pro
ueniunt operationes diuersę virtute diuersorum, vt iam declaraui. virtute enim
motoris separati prouenit operatio spiritualis, virtute eius absolute prouenit
operatio materialis, & sic, prout est instrumentū diuersorum, potest esse princi
pium diuersarum operationum specie, & genere diuersarum. Ad tertiam
Alber. dicit ꝙ illud tātum habet veritatem in potentiis passiuis. Sed hęc solu
tio non videtur tuta; quoniam, per istam propositionē Ari. intendit probare pri
mum motorem esse. modo, si ita esset, non probaret illud. Ideo dico, ꝙ sensibi
lia habent id, virtute cuius extrahuntur de potētia ad actum, quod tamen non
est aliquid animę nostrę, sed motor separatus, vt declaraui. istud enim extrahit
sensibile de potentia actū, pro quanto virtute eius, vt instrumentū agit, sine
cuius virtute agere non posset. Ad quartam nego antecedens: qm̄ conpositio
phantastica est transferendo rem de genere in genus, vt dixi. sed compositio

A sensibilis est transferenddo de specie in speciem, vt apparet. Vel dicas, φ hac de causa oportet vt detur aliquod agens separatum omnibus commune, vt dictum est. Ad quintam dicendum, quod dictum illorum intelligitur in physica & naturali transmutatione, cuius non est sensatio. non enim est cum abiectione contrarii, vt scis. Ad sextam dicendum, φ illud est verum in eodem genere principij. sic, quod si fuerit aliqua res actiua in materia. dico quod illa, si erit a materia abstractior, erit plus actiua. Sed in diuerso genere principii non oportet: cuius instantia est etiam secundum Ioan. quoniam intellectus possibilis est abstractior calore, attamen non est actiuor, quoniam non sunt vnius generis principij. Ad septimum dicendum, quod iudicium de re simplici & incomplexe comprehensa est opus patientis, quicquid sit de re complexa. Ex his a mouentur quidam probantes illam esse animę nostrę aliquid. dico enim quod si daretur sensus agens concurres tanquam principium particulare ad actum sentiendi, oportet vt esset aliquid animę nostrę omnino: quia ergo illę rationes supponunt illum esse hoc modo, ideo omnes sunt solutę. Eodem modo tolluntur quasi de vnitate & pluralitate illius; omnes enim fundant se super illius esse. modo cum dictum sit & declaratum illum non esse, ideo amouentur omnes. Et sic compleui hunc tractatum .14. Iunij.1495. quem volui facere tantum, vt Ioan. contradicerem: & propterea eum appellare bonum est B tractatum de errore Ioan. de sensu agente. ad quem rogo videntes ipsum, vt non velint moueri passione & ira. est enim studium phylosophorum omnino remotum ab his, sicut dicit Aristo. primo cęli. & Auero. commen. 101. sed velint bene inspicere dicta Aristote. & Auerro. & fundamenta posita hic, & colligare quędam cum quibusdam, & in eis superconsiderare: & post, si me dignum reprehensione inuenerint, iustum est me condemnare, duobus enim existentibus amicis sanctum est pręhonorare veritatem, sicut Aristote. in.1. ethicorum. Si vero non, oro eos, vt velint addere meis dictis, & ea reddere multos plus sufficientia: quoniam in rei veritate propter negocia, & maxime continuas lectiones, quas publice lego, non potui vacare secundum totum posse meum, sed interrupte scilicet quandoq;, & quandoq; non. & tu scis quod studium debet esse frequens. Mi ergo Hieronime, qui me sępe, & tanto tempore rogasti, accipe hoc opus, & teneas ipsum: quoniam in rei veritate quando videbis, & considerabis, multa bona tetigi ibi. Et tu, qui coegisti me ad hoc, sis fautor secundum tuum singulare ingenium: quoniam profecto inter meos discipulos, non parum ingenium tuum claret. Vale, & mei sis memor.

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Omnes sunt quaterniones, pręter, Qq, duerniones.

VENETIIS Apud Cominum
de Tridino, Montisferrati.

M D L X.